


AA0004047858



AA0004047858



REESE LIBRARY

UNIVERSITY

RECORDS

PA  
6105  
V24

v.2 Valpy -

Delphin classics.

**Southern Branch  
of the  
University of California  
Los Angeles**

Form L 1

PA  
6105  
V24  
v.2

This book is DUE on the last date stamped below

Form L-9-15m-8,'26

Digitized by the Internet Archive  
in 2008 with funding from  
Microsoft Corporation





THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

**APULEII**  
**OPERA OMNIA.**

**VOL. II.**



A P U L E I I

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OUDENDORPIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.



VOLUMEN SECUNDUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1825.

506-79

gis mei comes, en! venator egregius, en! carus maritus.<sup>6</sup> <sup>p</sup>  
 Hæc est illa dextera,<sup>7</sup> quæ meum sanguinem fudit: hoc  
 pectus, quod fraudulentas ambages in meum concinnavit<sup>8</sup>  
 exitium: oculi isti, quibus male placui; qui quodammodo<sup>9</sup>  
 tamen jam futuras tenebras auspicantes, venientes pœnas  
 antecedunt.<sup>9</sup> Quiesce securus, beate somniare. Non ego  
 gladio,<sup>1</sup> non ferro petam.<sup>2</sup> [161] Absit, ut velim simili<sup>3</sup>  
 mortis genere cum marito meo coæqueris.<sup>4</sup> Vivo<sup>5</sup> tibi  
 morientur oculi, nec quicquam videbis nisi dormiens.<sup>6</sup> Faxo  
 feliciorum necem inimici tui quam vitam tuam<sup>r</sup> sentias.<sup>7</sup>

*venator, ecce dilectus conjux meus: hæc manus illa est, quæ effudit meum sanguinem: hoc pectus est, quod struxit dolosas insidias in meam perniciem: isti sunt oculi, quibus placui malo meo fato: qui tamen, incipientes aliquatenus subire futuram cæcitatem, præveniunt supplicium sibi impendens. Dormi absque timore, perfructe jucundis somniis: ego non te percutiam ense, aut ullo alio ferro. Prolabentur Dii, ut velim te æquari cum meo viro pari genere necis. Tui oculi extinguuntur te vivente, et nihil videbis nisi in somnis. Curabo ut existimes mortem tui inimici*

//////////

*superstitit sicarium, et inquit. Sed pro ac in Ms. et. Colvius. Pal. et Rom. superstitit. Elmenh.—5 Idem liber scriptus, fide. Colvius. Guelf. pr. conjugii. Oud.—6 In quibusdam libris: En carus mariti. Optime. Ita enim Thrasyllus simularat. Carus, amicus, ut alii notarunt. Wower. Palat. trux m. Alii, carus mariti. Elmenh.—7 Hæc dictio non est in eodem Ms. Colv. Dextra Edd. quæd. Male. Oud.—8 Oxon. concinnatur. D'Orv. consiliavit. Guelf. sec. Pal. concinnat oculum; omnes perperam. Id.—9 Idem Codex, quique amodo: et tamen jam absunt ab eodem Codice. Colv. Palat. et Bertin. quoque modo. Elmenh. In Pal. est que a modo. in Guelf. sec. quemadmodum, in Bert. quoquam. Desunt tamen jam etiam in Pal. Guelf. pr. et Oxon. Tamen exulat a D'Orv. Fux. Oud.—1 Corrige: beute somnia: non ego te gladio. Wowerius. Bertin. secure. Amplius suspicor: somnia: te non ego. Sciopp. in Symb. et Susp. l. iv. 4. Q. secure, beate somnia. Vulgo: q. securus, beate somniare. Elmenh.—2 Palat. Guelf. sec. peream. Oud.—3 Ut simili. Fux. ut velim simili. Roaldus. Velim. Vulgati hoc ignorant. Forte etiam non male hinc legatur: vel in simili mortis genere, &c. Colvius. Bert. et Rom. recte τὸ velim delent. Elmenh.—4 Ms. al. morieris. Colv.—5 Alii, vivo: male. Elmenh. Cujus Nota sic, ut edidi, est legenda. Nam inverse modo typhothetæ illius eam expresserant pessime. Vivo in D'Orv. morietur celeri Pith. Oud.—6 Fux. moriens. Roald. Item D'Orvill. ineptissime. Somnia intelligit, ut bene exponit Beroaldus. Oud.—7 D'Orv. mortem, &c.*

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *En! carus maritus*] Εἰρωνικῶς. Legit Wower. carus mariti.

<sup>9</sup> *Venientes pœnas antecedunt*] Dormiendo scilicet. Sic enim futuram cæcitatem præveniabant.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>r</sup> *Feliciorum necem inimici tui, quam vitam tuam*] Vita exacati morte durior atque infelicior est. Stat. Theb. 'Ejectusque die, [id est, privatus luce,] sors leto durior omni.'

*Apul.*

2 K

Lumen certe<sup>8</sup> non videbis; manu comitis indigebis: Chariten<sup>9</sup> non tenebis; nuptias non frueris: nec mortis quiete recreaberis, nec vitæ voluptate lætaberis; sed incertum simulacrum errabis inter Orcum<sup>1</sup> et Solem: et<sup>2</sup> diu quæres dexteram, quæ tuas expugnavit pupulas,<sup>3</sup> quodque est in ærumna miserrimum, nescies de quo queraris. Ad ego sepulcrum mei Tlepolemi tuo luminum cruore libabo,<sup>4</sup> et sanctis manibus ejus istis oculis parentabo. Sed quid mora temporis dignum cruciatum lucraris, et meos forsitan tibi pestiferos<sup>5</sup> imaginariis amplexus? Relictis somnolentis tenebris ad aliam<sup>6</sup> pœnalem evigila caliginem.<sup>9</sup> Attolle vacuum faciem:<sup>7</sup> vindictam recognosce: infortunium intellige: ærumnas computa. Sic pudicæ mulieri tui placuere<sup>8</sup>

*beatiorum quam tuam vitam. Non aspicias lucem; habebis opus manu comitis, quæ te ducat: non amplecteris Chariten; non fiet compos ejus connubii: neque reficietur quiete, quam mors affert, neque gaudebis jucunditate vitæ; sed vagaberis inter Infernum et lucem veluti aliquod phantasma ambiguum: diu quæritabis manum, quæ effoderit tuos oculos; et, quod gravissimum est in calamitate, ignorabis de quo debeas expostulare. Ego effundam sanguinem tuorum oculorum super tumulum mei Tlepolemi, et istos oculos mittam inferias sanctæ ipsius Umbræ. Sed quare dilatione mea aliquid lucri facis debiti supplicii, et fortasse somnias nunc te frui meis complexibus, qui tibi exitiales erunt? Relinque caliginem somni, et expergiscere ad alium obscuritatem cruciabilem. Erige vultum tuum orbatum luminibus: agnosce ultionem meam: persentisce calamitatem tuam: numera tuas mise-*



*senties. Quomodo et alibi peccatum est. Vide ad l. iv. p. 81. Id.—8 Guelf. pr. terræ. Id.—9 D'Orv. Karitem. Junt. Ed. post. aliique Chariten, bene. Ms. Florent. et hinc tacite Elmenh. et Scriv. at Ch. et mox nuptiasque. Sed mihi istæ particulæ languidiorem Charites ira furentis orationem facere videntur. Id.—1 Male Edd. ante Beroald. ortun. Guelf. pr. orreum. Id.—2 Hic male contra Mss. O. et Edd. Vett. Elmenh. Scriv. Florid. taciti omiserunt et, contrario modo, quam supra. Sed copulæ omissione nonnihil hic fit hinc oratio. Id.—3 Fux. pupillas. Ita perpetuo Ms. quam variantiam jam notavimus. Roald. Pupillas. Vulgo pupulas. Colvius. Pupillas exaratur etiam in Reg. Bert. Par. D'Orv. et cum Colvio Vulcanius Merc. Wow. Pric. prætulerrunt. Sed rectius Florent. Pith. Gnelf. Oxon. cum aliis ceterisque editoribus servant pupulas. Adi me ad l. III. p. 57. Oud.—4 At ego, &c. Scribo, Ad ego sepulcr. l. Ceterum Ms. mis Thepolemi. Colvius. Cruore libabo Flor. et Rom. c. libabo. Elmenh.—5 Scriptum exemplar, pestifero. Colv. —6 Pal. aliquam. Elmenhorstius. Oxon. evigilia. Alia caligo est mors, alti soporis soror. Neque ultam rescribendum, ut margini alleverat Burm. Oud.—7 Fux. ac tu in vacuum faciem. Roaldus. Idem Ms. ac tu in v. f. Colv. —8 Idem, placuerunt. Idem. Et D'Orvill. Fux. Pith. Oud.—9 Facies Guelf.*

#### NOTÆ

<sup>9</sup> Ad aliam pœnalem evigila caliginem] Ad cæcitatem nimirum.



oculi, sic faces<sup>2</sup> nuptiales tuos illuminarunt<sup>1</sup> thalamos. Ultrices habebis pronubas,<sup>2</sup><sup>1</sup> et orbitatem comitem, et perpetuæ conscientiæ<sup>3</sup> stimulum. Ad hunc modum vaticinata mulier, acu<sup>4</sup> crinali<sup>u</sup> capite depromta, Thrasylli convulnerat tota lumina: eumque prorsus exoculatum relinquens, dum dolore nescio<sup>w</sup> crapulam cum somno<sup>5</sup> discutit; arrepto<sup>6</sup> nudo gladio, quo<sup>7</sup> se Tlepolemus solebat incingere,<sup>8</sup> per mediam civitatem cursu furioso proripit se.<sup>9</sup> Procul dubio, nescio quod scelus gestiens, recta monumentum<sup>1</sup>

*rias. Sic tui oculi placuerunt castæ fœminæ, sic tædæ jugales illustraverunt tuum torum. Furie præbunt in tuis nuptiis: cæcitas et æternus aculeus conscientie te comitabuntur. Charite sic prolocuta sumit ex capite suo acum discriminalem, et perfodit penitus oculos Thrasylli; et relicto eo penitus excæcato, interim dum percitus dolore incognito excutit ebrietatem una cum sopore, ipsa capto nudo ense, quem Tlepolemus solebat aptare suo lateri, fugit vesano cursu per medium urbem, et rectu pctit sepulcrum sui conjugis, moliens haud dubie aliquod nefas. Nos vero,*



pr. *Id.*—1 Bert. *illuminare.* Elmenhorstius. Palat. Guelf. sec. *illuminavit.* Fux. *illuminaverunt.* Oud.—2 Fux. *prævias.* Hoc Faber mavult, ut respondeat sequentibus. *Roald.* Idem Ms. *p. vias.* Colvius. Pal. et Colv. *prævias.* Elmenh. Seneca Œdip. ‘Ut mecum Erines pronubas in thalamos traham.’ *Idem in Add.* Ms. *pervias.* Fortasse *prævias*: quia addit ‘orbitatem comitem.’ *Brant.*—3 *Consc. tuæ.* *Tuæ* non est in Flor. *Elmenh.*—4 *Acricr.* Guelf. sec. ‘Crinale’ Ovidius simpliciter vocat l. v. Met. 53. ubi nil mutandum. Nam et sic l. III. ex P. 3. 15. ‘Et habens crinale capillis.’—5 *Crapula eum somno.* Vulg. *crapulam cum s.* Colvius. *Crapulam cum s.* Sic Msti. Vulgo, *crupula cum s.* Elmenh.—6 *Haud male* in D’Orvill. est, *ipsa arr.* ut clarius pateat ‘discutit’ ad Thrasyllum, non Chariten, quo referebat Beroaldus, pertinere. *Oud.*—7 Ms. Colv.—8 *Accing.* Vulgo, *incing.* Quod forsitan non fuit mutandum. Supra lib. VII. ‘Zonis auro monetali refertis incincta.’ Colv. *Incingere.* Vulgati, *accingere.* Male. Supra lib. VII. ‘Zonis incincta.’ *Elmenh.*—9 Reciprocum perperam abest a Pal. Guelf. Oxon. Coll. Lips. ut sæpe. Adi me ad Sueton. *Oud.*—1 *Mon.* Vulgo, *circa mon.* Sic supra lib. VI. ‘Pergit quampiam turrim.’ Colv. Ante legebatur

## NOTE

<sup>1</sup> *Ultrices habebis pronubas*] ‘Ultrices’ sunt Furie, quæ sotes punire dicuntur in Inferis. Similiter Seneca, in Œdip. ‘Et necum Erines pronubas thalami traham.’ Et Ovid. ‘Pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis, Et cecinit mæstum devia carmen avis.’ Pronubæ, *παράνυμφοι*, teste Donato, dicuntur, quæ nubentes in domum mariti deducunt, ac comitantur, et quæ in obsequio nubentis sunt.

<sup>u</sup> *Acu crinali*] Qua capillos discriminare solebat, et in nodum coërcitos retinere.

<sup>w</sup> *Dolore nescio*] Incognito; cujus causa ignorabatur. Sic lib. v. ‘Et sarcinæ nesciæ rudimenta miratur.’ A. Gellius Noct. Attic. lib. IX. cap. 12. ‘Nescius quoque dicitur tam is qui nescitur, quam qui nescit,’ &c. Planthus in Rudente: ‘Quæ in locis nesciis nesciæ spe sumus.’

mariti contendit.\* At nos, et omnis populus, nudatis<sup>2</sup> totis ædibus, studiose consequimur: hortati mutuo ferrum vesanis extorquere manibus. Sed Charite [162] capulum Tlepolemi propter assistens,<sup>3</sup> gladioque fulgenti singulos abigens, ubi fletus uberes et lamentationes<sup>4</sup> varias cunctorum intuetur, Abjicite, inquit, importunas lacrymas, abjicite luctum meis virtutibus alicnum. Vindicavi in mei<sup>5</sup> mariti cruentum peremptorem: punita sum funestum mearum nuptiarum prædonem.<sup>6y</sup> Jam tempus est, ut isto gladio deorsus ad

*et plebs tota, vacuatis omnibus domibus, anxie insequimur ipsam, exhortantes nos invicem ad eripiendum gladium ex furiosis manibus ejas. Verum Charite stans prope sandupilam Tlepolemi, et arcens cunctos ensu coruscanti, cum vidit copiosus lacrymas et diversos ejulatus omnium, Mittite, ait, molestos fletus, deponite maerorem non convenientem meæ fortitudini. Ulla sum crudelior interfectorem mei conjugis: puniri exitiabilem latronem, qui disturbavit meum connubium: jam tem-*

//////////

*gest. circa mon. Manusc. Fulvii: secta mon. Unde Fulvius conjecit: Recta mon. Sciopp. in Symbola. Recta mon. Sic Flor. et Fulvius. Vulgo, circa m. Elmenh.—2 Viduatis. Rom. nudatis. Idem. Nudatis. Lego viduatis. Brant.—3 Capulum [capit] Tlepolemi propter assistens. Risi suaviter librariorum ineptiam, quas magnam hic fraudem frausos audies. Temerarii, ne dicam stolidi illi, cum rem ipsam non satis assequerentur, inserto verbo, capit, sententiam adjuvare studuerunt; sed fecerunt intelligendo, ut nihil intelligerent. Capulum illi putarunt gladii manubrium. Sed toto cælo aberrarunt. Cum Nonio capulum interpretor sarcophagum, sepulcrum a capiendis corporibus dictum. Verbum Plauto, Varroni, ceteris antiquis crebro usurpatum, quos hic Scriptor auctores libenter sequitur. Repetitum idem ab Apuleio libro quarto de Asino: 'Ibi capulos carie et vetustate semitectos, quis inhabitant pulverei et jam cinerosi mortui.' Iterum libro decimo: 'Cooperculo capuli remoto.' Exinde porro et 'senes capulares,' quasi morti contiguos, et 'capulares' quoque reos dictos quasi capulo dignos probat Fulgentius Lucilii et Cæciliï testimoniis, et Plauti Nonii Marcellus. Redeamus tamen ad illud: Charite capulum Lepolemi propter assistens: quod dictum ea phrasi, qua eodem hoc libro: 'Propter ignem assidens,' et libro proximo, 'Cubiculum propter astantes servuli.' Vide Nonium in 'Propter.' Stewech. Capulum Lepol. prope assistens. Sic scripsi, membranacei codicis scripturam secutus, quæ est, caput Thepolemi prope assistens. Posset scripta lectio ferri, at vulgata nullo pacto. Scriptum forte olim capul'. Hinc caput libraribus incogitantibus exaratum. Colv. Pith. Ald. Ro. et Ven. male hic inculcant vocem capit, quam induxi auctoritate Mssorum Codicum fretus. Elmenh.—4 Ms. lacrymationes. Sciopp. in Symbola. Fulviano Cod. suffragatur, ut sæpe, D'Orvillians, necnon Fux. Oud.—5 Vind. mei. Vulg. vindicavi in mei. Colvius. Flor. vind. in mei. Bene. Elmenh.—6 Pun. s. f. m. n.*

#### NOTÆ

\* Monumentum mariti contendit] Restituenda vox *recta*, ex cod. Fulvii.

y Punita sum funestum m. n. prædonem] Quintil. lib. IX. cap. 2. 'Est et

in verbis [figura], ut, Fabricatus est gladium: et, Inimicos punitus est: quod mirum minus est, quod in natura verborum est, et, quæ facimus, pati-

meum Tlepolemum viam quæram. Et, enarratis ordine<sup>7</sup> singulis, quæ sibi per somnium<sup>8</sup> nuntiaverat maritus,<sup>2</sup> quoque astu Thrasylum inductum petisset,<sup>9</sup> ferro sub papillam dexteram transadacto<sup>1</sup> concurrat: et in suo sibi pervolutata<sup>2</sup> sanguine, postremo balbutiens incerto sermone, perflavit<sup>3</sup> animam virilem. Tunc prope<sup>4</sup> familiares, miseræ Charites accuratissime<sup>5</sup> corpus ablutum,<sup>a</sup> in unita<sup>6</sup> sepul-

*pus est, ut hoc ense quæram iter Inferos versus ad meum Tlepolemum. Cumque retulisset ordine omnia, quæ fuerant sibi significata a conjuge suo in somnis, et qua calliditate deceptum Thrasylum fuisset aggressa, gladio condito sub papillam dexteram, collapsa est: et, cum pervolrisset se in suo ipsius cruore, ac denique profereus verba imperfecta, exhalavit fortem spiritum. Tunc statim amici miseræ Charites lacerunt sedulo ejus corpus, et, condentes in idem sepulcrum, restituerunt*

//////////

pr. Hæc absunt a membranis. Colr.—7 Ms. *per ordinem*. Colv. Malim, ut est in Bert. *enuntiatis*. Sciopp. in Symb. et Susp. l. iv. 4. Alii, *Et e. per ordinem s.* Bert. *Et jam enuntiatis p. o. s.* Elmenh.—8 Ms. Inc. *p. somnium*.

Oud.—9 Ed. Scriv. *petiisset*. Id.—1 *Transacto*. Fux. *transadacto*. Roaldus. *Transadacto corrui*. Vulgo, *transacto, concurrat*. Colvius. Bert. Rom. et Ald. *transacto*. Elmenh. Prudent. *περὶ Στεφ.* ‘Ferrum in papillas omne recepero, Pectusque ad inum vim gladii traham.’ *Idem in Add.*—2 *Pervoluta*. Fux. *pervolutata*. Roaldus. Flor. *pervolutata*. Bert. *provoluta*. Elmenh.—3 Pal. Ald. et Flor. *perflavit*. Rom. *perflavere*. Elmenh.—4 *Prope*. *Propere* Ald. bene. Roald. Sic Mss. et Edd. præter D’Orv. et Bas. Ed. in quis inepte *prope*. Oud.—5 Floridi incuria hæc vox in ipsius editione desideratur. *Id.*—6 *Munita*. Tantum dicam suspectum videri τὸ *munita*. Vide, sitne melius *unica*. Ut animum eo inclinem, facit ipse Apuleius, apud quem lib. x. legimus: ‘Unico illi contubernio communem vitam sustinebant.’ *Itidem* et lib. undecimo: ‘Connexa, immo vero unica ratio numinis.’ *Stewech*. Fux. *minuta*. Vitiose. Nam per *munitam sepulturam* monumentum (utrumque enim dicere) expressit, quod sane differre videtur a sepulcro, ut sepulcrum esset quævis humilis structura et fortuitus cespes. Monumentum Mausolea et hypogea notaret, quod quidem munita essent maceris et structuris, locis adjacentibus et adhærentibus in culturam et tutelam eorum cedentibus, quod toto fere Orthographiæ lib. probatur, et præcipue p. 732. 733. 876. et 983. ubi hæc sunt verba, quæ ad locum Apuleii mire faciunt: ‘Structura cum munita sarcophagi veteri felicitis p. p. suis impendiis fecit,’ &c. quæ ‘munitara’ hic appellatur, alias ‘munimentum’ dicitur illis veteribus memoriis, ut p. 906. 907. 908. Ergo illud monumentum a sepulcro differt. Itaque passim in iis optimis antiquitatis reliquiis formula, ‘monimentum sive sepul-

#### NOTE

endi modo sæpe dicere: et contra, faciendi, quæ patimur: ut, Vapulo: ideoque frequens permutatio est, et pleraque utroque modo effertur.’

<sup>2</sup> *Nuntiaverat maritus*] De sua cæde, quæ non dentibus apri tantum, ut credebatur, sed lancea Thrasylli fue-

rat perpetrata.

<sup>a</sup> *Corpus ablutum*] Ex more Veterum. Virgil. lib. vi. *Æneid.* ‘Pars calidos latices et ahena undantia flammis Expediunt, corpusque lavant frigentis, et unguunt.’

tura ibidem marito perpetuam conjugem reddidere.<sup>7</sup> Thrasyllus vero, cognitis omnibus,<sup>8</sup> nequiens idoneum exitum præsentī cladi reddere,<sup>9</sup> certusque tanto facinori nec gladium sufficere, sponte delatus ibidem ad sepulcrum, Ultronea vobis,<sup>1</sup> infesti Manes,<sup>b</sup> en adest victima, sæpe clamitans: valvis<sup>c</sup> super sese diligenter obseratis, inedia statuit elidere sua sententia damnatum spiritum.<sup>d</sup> Hæc ille,<sup>e</sup> longos trahens suspiritus,<sup>2</sup> et nonnunquam illacrymans,<sup>3</sup> gravi-

*ipsam marito æternam uxorem futuram. Thrasyllus autem, his omnibus auditis, cum non posset rependere mortem congruam huic stragi a se excitata, sciretque ense non sufficere ad tantum scelus expiandum, curavit ultro se deferri ad idem monumentum: atque ibi clamans sæpe: O Umbræ, mihi infensæ, ecce me vobis hostiam spontaneam: oclusis sedulo foribus super se, decrevit finire abstinentia cibi vitam jam condemnatum suo ipsius iudicio. Ille longum suspirans atque inter-*

\*\*\*\*\*

crum,' est. Invenitur et per singula ita, 'Mon. h. h. e.' Roaldus. Lipsius, *unita*. Colvius. Emendo: *unita sepultura ib. m. p. c. reddidere*, ut Palat. præfert. Wower. *Unita*. Ita recte Lipsius. In Fl. Ro. et Aldo est *munita*. In aliis *uncta*. Elmenh. Meo quidem animo non inepte legas, *inunita*, ut sæpe supra. Vide lib. vi. Brant.—7 *Dedere*. Vulgo, *reddidere*. Colvius. *Reddidere*. Vulgo, *dedere*. Elmenh. *Dedere* cum Colvio Vule. et Mercier. vulgarunt, ut Ovid. Met. l. ii. 325. 'Corpora dant tumulo:' et alibi. Sed non opus est, et contra Mss. et Edd. E Guelf. nil notatum. *Oud.*—8 D'Orv. *omn. cogn. Id.*—9 *N. id. exitium pr. cl. r.* Ad sententiam facere visa conjectura: *n. id. exitum pr. cladi reperire*. Jam manus ultrices Thrasillus senserat, jamque Charite, Lepolemi nxor, (quem scelere illius interentum paulo ante didicimus) acu crinali enim utroque oculo orbaverat; cui cladi suæ non alius magis conveniens exitus, quam ut Charites exemplo ipse sibi manus inferret ac vitam ferro abrumperet. De *exitu* nos quoque alias. *Stewech. Cladi*. *Ibidem, clade*. Colv. Non nisi in Ed. Bas. pr. sed tamen et in Oxon. Fux. Pal. et Guelf. sec. male. Pro *exitium*, hic idoneum sensum non præbente, omnino legas velim *exitum*, et conferas notata ad Sueton. Domit. c. 25. Favet etiam D'Orvill. a m. pr. *exitium*. Dein, si per Mss. liceret, malim quoque *reperire*, quam *reddere*, quod præcessit: licet sciam et 'dare exitum,' 'finem' dici. *Oud.*—1 Guelf. pr. *ultroneo nobis*. *Id.*—2 *Hinc ille longo trahens spiritu*. Fux. *Hæc ille longos trah. spiritus*. Roaldus. *Hic, &c.*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Infesti Manes*] Umbras Charites et Tlepolemi affatur.

<sup>c</sup> *Valvis*] Ostio sepulcri, quo Tlepolemum et Charite conditi erant.

<sup>d</sup> *Inedia statuit elidere sua sententia damnatum spiritum*] Adumbrata hæc videntur ex Petronio, ubi de matrona Ephesi: 'Quid proderit hoc tibi, si soluta inedia fueris? si te vivam sepelieris? si, antequam fata possent, indemnatum spiritum effuderis?'

*Damnatum spiritum*] Vetus Inscriptio a Pricæo laudata: INFERNO PLOTONI TRICORPORIQVE OXORI CARISS. TRICIPITIQVE CERBERO MVNVS MEVM FERENS DAMNATAM DEDO ANIMAM, VIVAMQUE ME HOC CONDO MONIMENTO, &c.

<sup>e</sup> *Ille*] Servus Charites, qui noctis gallicinio venerat ex proxima civitate, ut habetur initio libri lujus,

ter affectis<sup>4</sup> rusticis annuntiabat. Tunc illi, mutati domini<sup>5</sup> novitatem metuentes, et infortunium domus herilis altius miserantes, fugere comparant.<sup>6</sup> Sed equorum<sup>7</sup> magister, qui me curandum magna ille quidem commendatione susceperat, quicquid in casula pretiosum conditum servabat, pervolat, meoque atque<sup>8</sup> aliorum<sup>9</sup> jumentorum dorso repositum<sup>1</sup> asportans, sedes<sup>2</sup> pristinas deserit. Gerebamus infantulos et mulieres; [163] gerebamus pullos, anseres,<sup>3</sup> hædos, catellos; et, quicquid infirmo gradu fugam morabantur, nostris quoque pedibus ambulabant.<sup>f</sup> Nec

*dum plorans referebat hæc rusticis valde commotis ejus oratione. Tum illi timentes mutationem novi dominatus, et dolentes profundius calamitatem domus sui domini, moliuntur fugam. At præfectus equorum, cujus curæ commissus fueram, ac summopere commendatus, expilat quicquid asservabat prætiosi conditum in illa domuncula: et, impositum dorso meo atque ceterorum jumentorum archens, relinquit suam antiquam habitationem. Portabamus parvos infantes, et mulieres; portabamus pullos, anseres, hædos, catulos: denique, quæcumque retardabant nostram fugam debili gressu, ea etiam incedebant ope nostrorum pedum. Neque gravitas mei*

//////////

Ms. *Hoc ille longos trahens spiritus.* Colvins. Idem (Pal.) codex legendum ostendit: *Hæc ille longos trahens spiritus.* Wower. Corrigendum, *Hæc ille.* Hoc jam mendum plus duodecies his tribus libris occurrit. *Sciopp. in Symb. Sic ille longos tr. spiritus.* Ita Scaliger. Ms. *Hæc i. longo t. spiritu.* Auctor Mstus de Vita Verenæ Virginis: 'Quotidie flebat amare, et longa suspiria trahebat in pectore.' *Elmenh. Scriptus Codex: Hoc i. longos tr. spiritus.* Forte *suspiritus.* Ut supra lib. I. 'Cum ille inno de pectore cruciabilem suspirium ducens.' *Brant.—3 Oxon. illacrymas. Palat. illacrymis.* Quasi fuisset in *lacrymis*, i. e. lacrymans. Vide ad lib. II. p. 38. 'Mæstus in lacrymis.' Sed temere id, quod probum est, non mutari, nec singularia captari velim. *Oud.—4 Bertin. Pith. affectus. Id.—5 Domini.* Idem Ms. (Lips.) *domini.* Colvius. *Fulv. Ms. domini.* Wowerius. *Sciopp. in Symbola. Lege, domini.* *Elmenh.—6 Hæc etiam scripta lectio, quam nescio cur contemnat Beroaldus, malitque, fugæ se comp. Colv. Malo, fugæ se comp. Sic infra p. 137. 'Uteriori se fuga proripiunt.' Brant.—7 Malim, Sed et eq. Oud.—8 Q. in cas. pret. cond. pervolat; meo atque, &c. Vulgo, cond. servabat. Colvius. Pervolat, quicquid i. c. p. conditumque servabat, meo, &c. Sic Mss. A vulgatis male abest *rd servabat.* *Elmenh.—9 Palat. alignorum. Oud.—1 Bertin. depos. Id.—2 D'Orvill. in ades. Id.—3 Passeres. Fux, anseres.* Rectissime. Nam, ut bubsequæ passeris habuerint, qui olim in deliciis, nusquam fando auditum. *Roald. Anseres.* Hæc scriptura vetus. *Vulgata, passeres.* Utraque tolerari potest. Oblectamenta puerilia, pulli, passeris, anseres, et id genus alia. *Plautus Captivis: 'Nam, ubi illo adveni, quasi patriciis pueris, aut monedulæ, Aut anates, aut coturnices dantur, quicum lusitant: Itidem hæc mi advenienti upupa, qui me delectet, data est.' Arnobius lib. VII. 'Ut parvuli pusiones, quo animis parcant, abstineantque plorantibus, passeribus, pupulos, eucleos, panes accipiunt, quibus avocare se possint: ubi lubens scripserim, quo lacrymis parcant, vel, quo animos pascant. Plinius lib. IV. Epistol. 'Habebat puer manulos multos, junctos et soltos: habebat canes majores minoresque, habebat luscias, psittacos, merulas.' Hinc blanditiæ**

me pondus sarcinæ, quanquam enormis, urgebat,<sup>4</sup> quippe gaudiali fuga detestabilem illum exsectorem virilitatis meæ relinquentem.<sup>5</sup> Sylvosi montis asperum<sup>6</sup> permensi jugum, rursusque reposita camporum spatia pervecti, jam vespera semitam tenebrante,<sup>7</sup> pervenimus ad quoddam castellum frequens et opulens:<sup>8</sup> unde<sup>9</sup> nos incolæ nocturna, immo vero matutina etiam prohibebant egressione. Lupos enim numerosos, graudes, et vastis corporibus sarcinosos,<sup>1</sup> ac<sup>2</sup> nimia ferocitate sævientes, passim rapinis assuetos infestare cunctam illam regionem: jamque<sup>3</sup> ipsas vias obsidere, et in modum latronum prætereuntes aggredi; immo vero<sup>4</sup> vesana fame rabidos finitimas expugnare villas:<sup>5</sup> exitiumque inertissimorum pecudum ipsis jam humanis capitibus imminere. Denique ob iter illud,<sup>6</sup> qua nobis erat commendum, jacere semesa hominum corpora, suisque visceribus nudatis ossibus cuncta candere:<sup>7</sup> ac per hoc<sup>8</sup> nos quoque

*oneris me premebat, quamvis illud esset immane; quia deserebam hilari fuga execrabilem illum anputatorem meorum viriliū. Cum superavissemus arduum cacumen montis nemorosi, ac deinde descendissemus in subjectum planitiem camporum, respere jam obscurante viam nostram, devenimus ad quoddam castellum populosum et opulentum: ex quo incolæ dissuadebant nos ne exiremus nocte, aut etiam mane: causati nimirum permultos lupos ingentes, et graves mole corporum, ac furentes maximā sævitiā, solitos rapere omnia undique, grassari per totam illam regionem, jamque obsidere ipsa itinera, et adoriri transeuntes instar prædonum; quinimmo correptos rabida fame adoriri proximas villas, et illud mortis genus, conveniens tantum pecoribus ignavissimis, jam impendere capitibus hominum. Postremo addebant cadavera hominum semesa jacere in illa via, per quam nobis erat transeundum, et omnia albere ossibus spoliatis suis carnibus: proptereaque nos debere ingredi iter*



illæ, Casina: 'Meus pullus, passer, mea columba, mi lepus.' *Colt.*—4 *Lego ex Rom. urgebat.* Elmenh. Sic etiam bene Edd. Vicent. Scriv. Vide supra. Mox pessime *executorem* in Par. Ms. *Oud.*—5 Pith. *delinq.* Id.—6 Oxon. *asperrimi.* Id.—7 Fux. *semita.* Coll. Voss. Guelf. pr. *tenebrantem.* Id.—8 D'Orv. *opulans.* Id.—9 Pith. *ubi.* Id.—1 Forte legi recte possit, *carnicoros.* Colv. Vulgo, *suginosos.* Elmenhorstius. B. *facinorosos.* Putean.—2 *Ac deest in Oxon.* Guelf. pr. *At D'Orv. Oud.*—3 Ed. Bas. pr. *idemque.* Id.—4 *Vulg. immo etiam.* Colv.—5 D'Orv. *villulus:* nec male, ut alibi. Vide Indic. *Oud.*—6 *Palat. istud.* Tum quo Fux. pro *qua.* Id.—7 *Inepte D'Orv. Par. cadere.* Vide

#### NOTE

[ *f* *Nostris quoque pedibus ambulabant*] cum Dei, dignati pedibus humanis  
 Lib. vi. 'Quid meis pedibus facere incedere, prodeunt.'  
 contendis?' et lib. xi. 'Nec mora,

cautione summa viæ<sup>9</sup> reddi debere: idque vel<sup>1</sup> in primis observitare;<sup>2</sup> ut<sup>3</sup> luce clara, et die jam provento, et Sole florido, vitantes undique latentes insidias, cum et ipso lumine dirarum bestiarum repigratur impetus, non laciniatim<sup>4</sup> disperso, sed cunctatim stipato commeatu difficultates illas transabiremus. Sed nequissimi fugitivi ductores illi nostri, cæcæ<sup>5</sup> festinationis temeritate, ac metu incertæ insecutionis, spreta<sup>6</sup> salubri monitione, nec expectata luce proxima, circa tertiam ferme<sup>7</sup> vigiliam noctis, onustos nos

*cum maxima cautela; atque hoc nobis esse præsertim observandum, ut, ad effugendas insidias abditas passim, præteriremus loca illa periculosa agmine non dissipato in particulas, sed conferto in unum cuneum, et quidem clara luce, et die jam promoti, et Sole fulgente, quando furor harum crudelium belluarum hebetatur ipsu luce. Verum pessimi illi fugitivi, qui ducbant nos, aspernati illa monitu salutaria temeritate festinationis improride, et timore persecutionis dubiæ; ne expectata quidem luce propinqua, producant nos onustos ad carpendum iter circa mediam noc-*



Pric. et ad Sil. l. ix. 190. 'Campique refulgent Ossibus.' *Id.*—8 Reg. et D'Orv. per hos, ut intelligantur lupi. Per hæc Guelf. pr. *Id.*—9 Ms. *summa via*. Colvius *Summæ viæ*. Flor. Bert. et Pal. *summa v.* Elmenhorstius. B. *cautione summa via*. Putean.—1 Lips. Pal. D'Orv. Fux. Guelf. Oxon. carent τῆς *rel*, minus bene. *Oud.*—2 *Ob serenitatem*. Fux. *observitare*: quod maxime arridet. Audaculæ enim Lucii nostri verborum fictiones. Admodum sapit id mihi. Roald. *Observitare*. Nullo cum sensu ante ubique editum, *ob serenitatem*. *Observitare*, ut de Deo Soeratis: 'Cum præterea, si omnia observaret.' Colv. Rom. *ob serenitatem*, insulse. *Elmenh.* Pessime in Edd. Colviana prioribus circumferebatur *ob serenitatem*, in Beroald. *ob serenitarie*. Mss. O. dant verissime vel *observitate*, ut in Guels. utroque, vel *observitare*: ut forsitan paulo ante *infestitare*. *Oud.*—3 Fux. et. *Id.*—4 Repono, *lancinatum*. In quo vereor tamen æque opinionem nostram probes, ut in eo, quod subjiciam ex libro vii. de Asino: 'Nec uspiam ruris reperitur ille: plane corpus ejus membratim laceratum, multisque dispersum locis conspicitur.' Verbum enim antiquum restituendum censeo, *membratim lancinatum*: quo de nos jam antea eginus. Etsi Planto quoque id verbi reddendum credamus Mercatore, pro *lacerari*: 'Perfidiam, injustitiam lenonum expromere. Lancinari valide suam rem, illius augerier.' *Stewech.*—5 Palat. Fux. Guelf. sec. et Edd. ante Beroald. prave, *ecce*. *Oud.*—6 Pal. *sumtu*. *Elmenh.* Ut sapius in illo codice. An rursus *s. pro scilicet*? *Oud.*—7 Edd. ante Colv. *ferme tert.* *Id.*—8

#### NOTÆ

§ *Non laciniatim*] In lacinias. Sunt autem laciniae apud Columellam particulæ dispersi ovium gregis. Sic enim ille, lib. vii. cap. 5. 'Cum dehinc grex ad locum fuerit perductus, in lacinias colonis distribuatur: nam particulatim facilius, quam universus

convalescit, sive quia ipsius morbi halitus minor est in exiguo numero, seu quia expeditius cura major adhibetur paucioribus.' Alias lacinia est pars extrema et fluxa vestis et pallii.

ad viam propellunt. Tunc ego non [164] inscius<sup>8</sup> prædicti periculi, quam pote,<sup>9</sup> turbæ medius, et inter conferta<sup>1</sup> iumenta latenter absconditus, clunibus meis ab<sup>2</sup> aggressionibus ferinis consulebam. Jamque me cursu celeri ceteros equos antecellentem mirabantur omnes. Sed illa pernicitas non erat alacritatis meæ,<sup>3</sup> sed formidinis indicium. Denique mecum ipse reputabam, Pegasus inclytum illum metu magis volaticum fuisse; ac per hoc merito pinnatum<sup>4</sup> proditum,<sup>5</sup> dum in altum et adusque cælum<sup>6</sup> subsilit<sup>7</sup> ac resultat: formidans<sup>8</sup> scilicet igniferæ morsum Chimæaræ. Nam<sup>9</sup> et illi pastores, qui nos agebant, in speciem prælii manus obarmaverant.<sup>1</sup> Hic lanceam, ille venabulum, alius gerebat spicula, fustem alius: sed et saxa, quæ salebrosa semita largiter subministrabat.<sup>2</sup> Erant qui sudes præacutas

*tem. Ego tum non ignarus discriminis supra memorati cavebam meo tergo ab impetu illarum belluarum, incedens, quantum poteram, in medio agminis, et delitescens inter iumenta stipata inter se: et jam cuncti admirabantur me superantem velocitate cursus reliquos equos. Verum illa velocitas non erat signum mei vigoris, sed mei timoris. Ego denuum cogitabam apud me celebrem illum Pegasus fuisse pernicio-rem ob timorem, proptereaque merito dictum fuisse altum, dum salit sursum, et resilit usque ad excelsum cælum: metuens nempe morsum Chimæræ vomentis ignem. Etenim illi pastores, qui ducebant nos, armaverant manus suas perinde ac si fuissent obituri certamen. Hic ferebat lanceam, ille venabulum, alius pila, alius baculum: quin etiam gestabant quoque lapides, quos aspera via suppeditabat ipsis*



Tunc ego metu. Fux. Tunc ego non inscius. Utrumque probum. Roaldus. Vulg. metu p. p. Colvius. Pal. t. e. n. sciens. Bert. et Flor. t. e. metu p. p. quantum poteram turbæ medius. Elmenh.—9 Quam potui. Ibidem vulg. quantum poteram. Colv.—1 Bertin. et Ful. conserta. Sic pag. seq. ‘Consertæ juventutis strepitu.’ Sciopp. in *Symb. et Susp.* l. iv. 8. Bertin. et Rom. *conserta*: male. Elmenh.—2 Præpositio ab abest a Ms. Colv. Flor. *aggressionibus*. Elmenh. Præpositio exulat etiam a Flor. item a Palat. Reg. Fux. Guelf. D’Orvill. Pitheano. Oud.—3 Ms. *alacritatis materia*. Colv. Sic et Coll. Voss. Sed Lipsius margini allevit: ‘Al. memoria.’ Oud.—4 *Pennatum*. Fux. *pinnatum*. Roald. Uti recte est in Mss. O. et Edd. usque ad Bas. quam orthographiam idcirco restitui. Vide ad l. iv. p. 86. ‘Qui pinnis volitans super æthera.’ Oud.—5 Guelf. sec. *prodictum*, Palat. *prædictum*, Fux. *perditum*. Id.—6 *Dum altum adusque cælum*. Vulg. *dum in altum, et adusque cæl.* Colvius. *Dum altum et adusque cælum s.* Sic Bertin. Sciopp. in *Symb. et Susp.* l. iv. 8. Flor. *dum in alt. et usque c.* Elmenh. Suspiciari libet, *d. in altum adusque c.* Brant.—7 Fux. *sussilit*. Roaldus. D’Orv. *subsiliit*. Oud.—8 *Scripta lectio, formidis.* Colv.—9 *Lego, Jam.* Id. Frustra. Per conjunctionem hanc ‘nam’ solet Auctor cum aliis, et præsertim Terentio ac Cicerone, transitum facere. Adi quæ notavi ad l. ii. p. 28. ‘Nam Milonis mensulam rogatus accubneram.’ Oud.—1 Ms. *obarmarunt*. Colvius. *Obarmaverunt* Guelf. sec. Abest in Ed. Bas. pr. quod perperam prætulit Steweck. ad l. x. p. 228. ‘In speciem’ et ‘faciem’ frequentissime apud Nostrum non secus ac reliquos. *Specem* Pith.



attollerent.<sup>3</sup> Plerique tamen ardentibus facibus proterrebant<sup>4</sup> feras. Nec quicquam præter unicum tubam deerat, quin acies esset præliaris. Sed nequicquam frustra<sup>5</sup> timorem illum satis inanem<sup>6</sup> perfuncti, longe pejores inhæsimus laqueos. Nam lupi, forsitan confertæ<sup>7</sup> juventutis strepitu, vel certe nimia luce flammaram deterriti, vel etiam aliorum grassantes,<sup>8</sup> nulli contra<sup>9</sup> nos aditum tulerunt; ac ne procul saltem ulli<sup>1</sup> comparuerant. Villæ vero, quam forte tunc<sup>2</sup> præteribamus, coloni, multitudinem nostram latrones rati, satis agentes<sup>3</sup> rerum suarum, eximieque tre-

*abunde. Quidam gestabant paxillos acuminatos, maxima pars tamen terrebant belluas lædis accensis; et nihil aliud nisi sola buccina deerat ad hoc, ut esset acies instructa ad certamen. Verum, cum frustra sustinuissemus illum metum admodum vanum, incidimus in angustius multo pejores. Nulli enim lupi venerunt adversus nos, forsitan quia exterriti erant strepitu densæ multitudinis juvenum, vel certe nimio fulgore ignium, aut etiam, quia ierant prædatum in aliam partem: et ne minus quidem ulli visi fuerant. At rustici villæ, juxta quam tunc forte transibamus, arbitrati nostrum agmen esse turbam latronum, consulentes fortunæ suis, et timentes*



*Oud.*—2 *Subministrat.* Vulg. *subministrabat.* Colvius. Flor. *subministrabat.* Elmenh. Exulat largiter a D'Orvill. qui præsens tempus cum Lips. Reg. Fux. Oxon. Par. Pal. Guelf. et Edd. Colv. Vulc. Wower. Pric. ostentat. Hic tamen imperfectum præfero; et sic Pith. Non hoc videtur prædicare Auctor de omni semita salebrosa, sed ea, per quam tunc ierat. *Oud.*—3 Ab 'attollo.' D'Orv. Pith. *attollerant.* Edd. Wower. Pric. *attolercnt.* Id.—4 Oxon. *proterebant.* Reg. Fux. Guelf. pr. D'Orv. *præterrebant.* Male. Vide ad l. III. p. 46. 'Fugare, atque proterere.' Pro *tubam* in D'Orvill. *tubem.* Id.—5 *Frustra*, glossema esse, et alienam hominis mgatoris vocis *nequicquam* interpretationem, quis omnium vel exigue harum literarum peritus non videt? *Brant.* Ego non video; uti nec Beroaldus ac Pricæus, quanquam non agnoscit Ms. Pithei. Amat enim Auctor duo adverbia synonyma sine copula conjungere. Illos viros consule, et me ad l. I. p. 13. 'Curiose sedulo. In Edd. pp. *nequisquam.* *Oud.*—6 Manu exaratus liber, *incivem.* Colvius. Ms. *incivem.* Nescio, si quid ad rem pertineat, quod infra legitur, 'Invicem certæ religionis mentita.' *Brant.*—7 *Consertæ.* Scribe ex Palat. *confertæ.* Wowerius. Flor. *certe confertæ.* Elmenh. Librarii lapsu sequentis versus vocem hic scribentis. Perperam autem in Fux. *confectæ.* In Reg. Guelf. pr. Edd. Colv. Vulc. Merc. est *consertæ.* Vide supra, 'inter conferta jumenta.' *Oud.*—8 Idem Ms. *crassantes.* Colv. Ut sæpe. *Id.*—9 In Fux. et Edd. ante Colvium extat *circa*; quod hic defendi potest. At Mss. ceteri et Edd. reliquæ dant *contra*, ut statim. Ac sæpissime apud Appuleium *contra* in *circa* est depravatam. Dein in iisdem Vett. excepta Junt. post. est *tutere.* Id.—1 Oxon. *illi*, Guelf. pr. *nulli.* Edd. Ber. Junt. pr. Ald. Col. *comparaverant*, scil. aditum. Sed frustra: immo male. *Id.*—2 *Tò tunc* delet Bert. Elmenh. Quas Pareanus præbet, perperam. In Palat. Fux. D'Orv. *tunc forte.* *Oud.*—3 Quidam, *satagentes.* 'Satis agere' apud Veteres, quod vulgo 'satagere,' Charisius lib. I. Cato: 'Jam nostri apud villam satis agebant.' Ulpianus l. x. de Condit. et Demonstr. 'Impleri solummodo conditionem voluerit, non satis egerit.' Colv. Consule J. F. Gronov. ad Plauti Bacchid. A.

pidi, canes rabidos<sup>4</sup> et immanes, et quibusvis lupis et ur-  
 sis sæviore, quos ad tutelæ præsidia curiose fuerant alum-  
 nati, jubilationibus<sup>5</sup> solitis<sup>h</sup> et cujuscemodi<sup>6</sup> vocibus no-  
 bis inhortantur. Qui, præter genuinam ferocitatem, tu-  
 multu suorum exasperati,<sup>7</sup> contra<sup>8</sup> nos ruunt: et undique  
 [165] laterum circumfusi passim insiliunt, ac sine ullo  
 dilectu<sup>9</sup> jumenta simul et homines lacerant: diuque gras-  
 sati,<sup>1</sup> plerosque prosternunt.<sup>2</sup> Cerneret, non tam hercules<sup>3</sup>  
 memorandum, quam miserandum etiam spectaculum,<sup>4</sup> ca-

*mirum in modum, concitant adversus nos clamoribus consuetis et vocibus omnimodis canes furiosos et prægrandes, crudelioresque quibuscumque lupis et ursis, quos studiose aluerant, ut præsto essent suæ defensionis. Qui quidem, præter naturalem suam feritatem irritati adhuc clamoribus suorum dominorum, accurrunt adversus nos, et undique dispositi circa nostra latera irruunt in nos ex omnibus partibus, et promiscue dilaniant jumenta et homines simul: et, cum diu sæviissent, dejiciunt quamplurimos. Videres spectaculum non tam memorabile profecto, quam misera-*

//////////

iv. S. 3. 23. 'Nunc agitas sat tute tuarum rerum.' *Oud.*—4 In Pal. Fux. Guelf. et D'Orv. *rapidos*. Perperam. L. ix. p. 177. 'Canem rabidam,' supra p. 163. Adi ad Lucan. l. vi. vs. 66. 'Rabidum nescit latrare Pelorum.' *Id.*—5 Alii, *acubationibus*. Elmenh. Idque N. Heinsius ad Ovidii l. iii. Metam. vs. 242. præfert: ac legitur in Paræano, et pro Varia Lect. in Florent. Sed ceteri Mss. et Edd. a me visi *jubilationibus* servant. Ut enim 'quiritare' de urbanorum clamore dicitur, sic 'jubilare' rusticorum est. Vide Beroaldum, Pricæum, et Barthium ad Calpurnii Ecl. i. vs. 29. 'Non montana sacros distinguunt juba cantus.' *Oud.*—6 Vulgo, *hujuscem*. Colv.—7 Flor. *exasperati*, male. Elmenh. Vide Comm. ad p. 171. 'Me ferocitate cernetis exasperatum.' Item l. ix. p. 202. 203. *Oud.*—8 Circa. Legerim, *contra n.* Itidem et pag. seq. 'Proteritis atque obruitis:' pro quo editi Codd. habent *perterritis*. Stew. Vide supra. *Oud.*—9 *Et sine u. delectu*. Manuscriptus liber, ac *sine*. Colv. Ac præferunt quoque bene D'Orvil. Pith. Fux. Guelf. pr. et Ed. Junt. post. necnon iidem Cod. cum Palat. Par. Guelf. sec. et Edd. Wower. Pric. *dilectu*; uti est et in Mss. optimis lib. de Phil. Mor. p. 624. Vide ad Cæs. l. vi. B. G. init. et Suetonium. *Oud.*—1 Idem, *denique crassati*. Colvius. Ms. *denique crassati*. Forte *dique grassati*, per tmesin, id est, digrassati. Plantus Truculentus: 'Nam absque foret te, sat sero in alto distraxissent, disque tulissent satellites tui me miserum fœde,' pro, distulissent, dissipassent. *Brant.* Lipsius marg. Ed. Colv. allevit, *disque g.* Sed ob unius librarii errorem nihil est innovandum. *Oud.*—2 Ed. Vulc. sec. *præsternunt*. Id.—3 Idem Ms. *mehercules*. Colvius. Reg. Fux. *tamen h.* sine *τῶ non*. Palat. *herc. n. tam*: al. *hercule*. Sed vide ad l. iii. p. 45. 'Non tam, hercules, truculentam acubationem, quam meam miseram conscientiam.' *Oud.*

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Jubilationibus solitis*] Alii legunt *sibilationibus*. Jubilationes et juba sunt inelamationes rusticorum. Festus: 'Jubilare, est rustica voce inclamare.' Varro, lib. v. de Lingua

Latina: 'Ut quiritare urbanorum, sic jubilar rusticorum.' Virgil. Eclog. 'Et tua mœrentes expectant juba tauri.'

nes copiosos ardentibus animis alios<sup>5</sup> fugientes arripere,<sup>6</sup> alios stantibus inhærere, quosdam jacentes insidere,<sup>7</sup> et per omnem nostrum com meatum<sup>8</sup> morsibus ambulare. Ecce tanto periculo malum majus insequitur. De summis enim<sup>9</sup> tectis ac<sup>1</sup> de proximo colle rusticani<sup>2</sup> illi saxa super nos raptim devolvunt;<sup>3</sup> ut discernere prorsus nequiremus, quam potissimum caveremus cladem,<sup>4</sup> cominus canum, an eminus lapidum. Quorum quidem unus caput mulieris,<sup>5</sup> quæ meum dorsum residebat,<sup>6</sup> repente percussit. Quo<sup>7</sup> dolore commota, statim fletu cum clamore<sup>8</sup>

*bile, magnum scilicet numerum canum, quorum alii magno furore arripiebant fugientes, alii applicabant se ad stantes, quidam insiliebant in prostratos, et percurrebant nostrum agmen mordendo. Hoc tantum discrimen excipitur repente majori malo. Illi enim rustici prope re dejiciunt super nos lapides ex calvine tectorum, atque ex colle vicino; adeo ut nullatenus possenus dijudicare ab utra strage nobis maxime consulere deberemus; an canum, qui irruebant in nos e proximo, an saxorum, quæ jaciebantur in nos e longinquo; quorum unum quidem subito ferit caput mulieris, quæ insidebat meo dorso. Cujus plagæ dolore percita, extollens repente*



—4 *Mis. spect. Vulg. mis. etiam spect. Colv. Lipsiano Cod. consentit Regius, Fux. Pith. et Palat. Edd. Wower. Vulc. Merc. Pric. Florid. ac favet citatus locus. Quia tamen reliqui, et Florent. cum Edd. prioribus agnoscent rō etiam, cum Elmenh. et Scriverio rursus admisi. Immo istud et in Lipsiano hinc videtur natum. Nam sic in Gnelf. sec. Oud.—5 Ms. et canes cop. ard. anim. et alios. Colvius. Manusc. copiosos, forte rabiosos. Sciopp. in Symb.—6 Arripere exulat a D'Orvill. Oud.—7 Inscindere. Conjectura nostra, inscendere; quod etiam Beroaldus in quibusdam Codicibus esse notat. Itaque sic rescripserim. 'Inscendere,' quod aliis 'ascendere,' centies in Plauto, totiensque in hoc Nostro. Colv. Inscendere. Flor. Rom. et Ven. inscendere. Elmenh.—8 Legerim comitatum. Sed et 'stipata com meatu' mox (modo p. 163.) dixit. Forte, ut com meatus illos significet, qui complures junctim iter faciunt: qua de voce vide, si videtur, quæ notabat Ph. Rubenius δ μακαρίτης lib. altero Elector. cap. 3. Brant. De comitatu navali ita passim. Vide Comm. ad Liv. l. xxii. 37. Suet. Tib. c. 38. Cl. 17. Ner. 20. Hirt. B. Afr. c. 20. sed et adi me ad Hirt. l. viii. B. G. c. 30. 'Com meatus interceperat.' Oud.—9 Palat. Gnelf. sec. eneu. Id.—1 D'Orv. et. Id.—2 Vitiose Edd. ante Beroald. rusticam. Id.—3 Aldus, superne r. d. Roald. Elmenh. Item Ed. Junt. pr. Volvunt in Regio, Fux. Oud.—4 Qua potiss. cav. clade. Vulgati codices, quam potiss. cav. cladem. Colvius.—5 Mulierem. Fux. caput mulieris, q. m. Roaldus. Caput mulieris. Iidem, mulierem. Colvius. Bert. et Rom. mulierem. Elmenhorstius. Mss. O. si Pitheæannum et Bertin. excipias, dant caput mulieris, ut bene Colvius et seqq. expresserunt. Fux. un. qui cap. m. Oud.—6 D'Orv. insidebat dorsum, frustra. Consule Pricæum, et nos ad l. iii. p. 44. 'Suggestum residentibus.' Fux. dors. meum. Id.—7 D'Orv. Quæ. Id.—8 D'Orv. Fux. tremore. Non male. Sæpe tamen 'flebilis clamor.'*

#### NOTE

<sup>1</sup> Quosdam juvences insid. [inscendere]      <sup>k</sup> Quæ meum dorsum residebat] Sic Alii inscendere, quod est, sciudere, lib. x. 'Consueta loca residentibus.' Ianiate.

sublato, maritum suum pastorem illum<sup>1</sup> suppetiatum ciet. At ille Deum fidem clamitans, et cruorem uxoris abstergens,<sup>2</sup> altius quiribat: <sup>1</sup> Quid <sup>2</sup> miseros homines, et laboriosos viatores, tam crudelibus animis invaditis, perteritis,<sup>3</sup> atque obruitis? Quas prædas munitis?<sup>4</sup> Quæ damna vindicatis? At<sup>5</sup> non speluncas ferarum, vel cautes incolitis barbarorum, ut humano<sup>6</sup> sanguine profuso gaudeatis. Vix hæc<sup>7</sup> dicta: et statim lapidum congestus cessavit imber, et infestorum canum revocata conquievit procella. Unus illinc denique de summo cupressus cacumine, At<sup>8</sup>

*clamorem et ejulatum, implorat opem pastoris, illius sui conjugis. Ille vero obtans fidem Deorum, et detergensanguinem suæ uxoris, clamabat altiori voce: Quare irrutis tam sævo impetu in nos miseros homines, et viatores ærurnos, et quare opprimitis nos? quænam furta timetis? Num intulimus vobis aliqua damna, quæ sic ulciscamini? At non habitatis in cavernis belluarum, neque in rupibus barbarorum, ut delectemini effundere humanum sanguinem. Vix ea dixerat, cum repente densa grando saxorum cessavit, et canes revocati represserunt sævum impetum. Postremo unus ex illu turba rusticorum hæc ait ex supremo fastigio cupressus: Nos vero non facimus*



Immo p. 167. 'De fletu ac voce ipsius.' *Id.*—9 Ms. *abigens*. Colvius. Manus. *abigens*. Sciopp. in *Symbola*. Pal. *abigens*. Elmenh.—1 Par. Guelf. pr. *curcibat*. D'Orv. Pith. *queribat*, de more. Vide ad l. v. p. 107. 'Hæc quiritans.' Fux. *quirit. alt.* Oud.—2 Oxon. Quot. Edd. ante Beroald. *Quod*. Tum Pal. Gneff. sec. *labores*. Ed. Ber. *laboriosa*, corruptissime. *Id.*—3 *Inv. ac perterritis*. Fux. *atque obterritis*; forte *obteritis*. Roaldus. *Inv. atque obteritis*. Vulg. *invaditis ac perteritis, atque obruitis?* ubi quidam *perterritis*. Unde legi aliquando *proterretis*, vel *perterretis*: quod supra alibi scripsi. *Colv.* Recetissime Manuscriptus: *invaditis, prosternitis, atque obteritis? quas prædas metuitis?* Qui putat, *prædas munire* ita dici, sicut Plauto, 'mœnia muniri,' ei fanum non est sinciput. *Sciopp. in Symb. Obteritis*. Bert. Ald. et Rom. *perterritis atque obruitis*. Elmenh.—4 Ms. *Quas pr. munitis*: minus recte. *Prædas munitis*, Plautina locutio. Sic Milite: 'Magnum illic honorem incipissis, magna munis mœnia.' *Colv.* Alii, *p. initis*: vel, *p. metuitis*. Elmenh. In manus. *metuitis*, minus recte, ut ait *Colv.* Rescribendum autumo *innubitis*, id est, *invaditis*. Lucilium lib. vi. apud Non. 'Suam enim invadere atque innubere censent.' Corrigo, *Sua mœnia invadere*. Brant.—5 D'Orv. *Ac. Pro incolitis* Oxon. a m. pr. *in collibus*. Oud.—6 Idem, *humo*. Colvius. Aldus, *h. s. perfuso*, male. Elmenh. Item Ed. Vic. et Junt. pr. quam Aldus ad literam secutus est. Oud.—7 D'Orv. *Vix hic*. *Id.*—8 Idem, *Ad. Colv.* Sic quoque Reg. Fux. Guelf. Pal. Oxon. D'Orv. Inc. et mox *cupidinem* Fux.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Pastorem illum*] Ducem fugitivi illius agminis, illum nempe equorum magistrum, de quo supra. defenditis, propulsatis. 'Præda' non rem modo prædatione raptam, sed et ipsam prædationem significat, ut

<sup>m</sup> *Quas prædas munitis*. [*metuitis?*] hic. Alii, *Quas prædas munitis*, quod esset,

nos, inquit, non vestrorum<sup>9</sup> spoliolorum cupidine latrocina-  
mur, sed hanc ipsam cladem<sup>n</sup> de vestris protelamus<sup>1</sup> ma-  
nibus. Jam denique pace tranquilla securi potestis incede-  
re. Sic ille. Sed nos plurifariam vulnerati reliquam  
viam capessimus, alius lapidis, alius morsus<sup>2</sup> vulnera refe-  
rentes; universi [166] tamen saucii. Aliquanto denique  
viæ permenso spatio, pervenimus ad nemus quoddam pro-  
ceris arboribus consitum, et patentibus viretis<sup>3</sup> amœnum.  
Ubi placuit illis ductoribus nostris<sup>4</sup> refectui paululum con-  
quiescere,<sup>5</sup> corporaque sua diverse<sup>6</sup> laniata sedulo recu-  
rare. Ergo passim prostrati solo, primum fatigatos<sup>7</sup> ani-  
mos recuperare, ac dehinc vulneribus medelas varias<sup>8</sup> ad-  
hibere festinant.<sup>9</sup> Hic cruorem præterfluentis aquæ rore  
dilutere;<sup>1</sup> ille spongiis madidatis<sup>2°</sup> tumores comprimere;

*hæc prælandi causa, et desiderio vestrorum spoliolorum, rerum propulsamus a nobis hanc ipsam stragem, quam metuebamus a vestris manibus. Postremo, potestis nunc abire tuti, et in pace quieti. Ille hæc dixit: nos vero ingredimur reliquum iter, læsi in variis partibus corporis, reportantes nobiscum alii plagas saxorum, alii morsionum, omnes tamen vulnerati. Aliquo demum spatio itineris decurso, devenimus ad quandam lucum complantatum altis arboribus, et grutum ob viridaria late aperta: in quo placuit illis nostris ductoribus tantisper quiescere sumendi cibi causa, et reficere quam optime possent corpora sua lacerata variis partibus. Jacentes igitur humi hinc inde, incipiunt primo resumere spiritus fessos, deinde vero properant applicare diversa remedia suis plagis. Hic abluebat sanguinem liquore aquæ prætertabentis; ille comprimebat tubera sua spongiis madefactis; alius colligabat tenuis*



*Oud.*—9 Ed. Vicent. prave nostrorum. Id.—1 Idem, procelamus. Infra lib. ix. ‘Mutuoque ut exitum commune protelarent, cohortati.’ Colv. D’Orv. protebamus. Adi Beroald. et Pric. *Oud.*—2 Ms. morsu. Id.—3 Rom. virectis. Elmenh. Item hic Pith. Ed. Vicent. ut passim. Sed adi me ad l. iv. p. 63. ‘Lætissima vireta.’ In Ed. Beroald. est parent. vir. Ms. Oxon. a m. p. pratentibus: unde conjici posset, pratensibus viretis. Ne tamen quid temere mutes. *Oud.*—4 D’Orv. placet d. meis illis. Adde Sciopp. notulam. Desunt hæc Pith. Cod. Id.—5 P. c. Fux. refectui p. c. Roaldus. Idem, refectui p. c. Colvius. Cod. Fulv. et Pal. auctior: refectui paululum conquiescere. Wowerius. Manusc. deduct. meis refectui paululum c. c. q. s. d. l. s. recreare. Sciopp. in Symbola. Nostris refectui. In altero Florentino est refectui. Vulgati non habent hanc vocem. Elmenh.—6 Edd. Junt. pr. Ald. male diversa. *Oud.*—7 Fux. fatigati. Id.—8 D’Orv. var. med. Id.—9 Verbum festinant hominibus ineptis reddamus. Stevech. Probe, ut apud Plantum Epidico, ‘Propera fugere hinc,’ et Casina, ‘Ut properarem arcessere.’ Sallustius Catilinario: ‘Abuti per turpitudinem properabant.’ Non igitur rō festinant ac ineptis hominibus additum videri debet. Colv.—1 Rom. delucere. Elmenh. Item

## NOTÆ

<sup>n</sup> Hanc ipsam cladem] Latrocinium.    <sup>o</sup> Spongiis madidatis] ‘Spongia,’ in-

alius fasciolis<sup>3</sup> hiantes vincire plagas. Ad istum modum saluti suæ quisque<sup>4</sup> consulebat. Interea quidam senex de summo colle prospectat,<sup>5</sup> quem circum capellæ pascentes opilionem<sup>6</sup> esse profecto<sup>7</sup> clamabant. Eum rogavit<sup>8</sup> unus e nostris, haberetne<sup>9</sup> veni lactem,<sup>1P</sup> vel adhuc liquidum, vel in caseum recentem incoactum?<sup>2</sup> At<sup>3</sup> ille diu capite

*vulnera aperta. Sic unusquisque providebat suæ salutis. Interim senex quidam (quem capra circa ipsum pascentes manifeste profecto indicabant esse pastorem) prospicit ex jugo collis. Unus ex nostris quasivit ubi ipso an haberet lac venale, sive liquidum, sive etiam coagulatum in caseum recentem? Sed ille, diu concutiens*

Guelf. sec. Ed. Vicent. At in Oxon. Guelf. pr. *præterfluenti a. r. deluere, perperam. Oud.*—2 Fux. *spongiis inacidatis*: quod perspicue verum esse, testis est locus, quem adducit Beroald. ex Plinio: ubi de spongia aceto immersa, quam ideo hic Noster *inacidatam* vocavit. Alioquin debuit potius *madidatis* dicere, quam *macidatis*, si de madentibus intelligebat. Roald. Rectius arbitrator *madidatis*. Arnobius lib. II. 'Proluvie linerent et madidarent se sua.' Claudianus de Rapru Proserp. lib. II. 'Ille novo madidantes nectare pennas Concutit.' Ambrosius de Fide Resurrect. 'Ut imperium sordibus immadidant caput.' Colv. Colvius legit *maditatis*. Sed vera est Ms. lectio, *macidatis*, hoc est, aceto tinctis. Sciopp. in *Symb. Maditatis*. Bert. Pal. et Roaldus *inacidatis*. Roman. et Aldus *macidatis*. Flor. *inacidatis*, quod Scioppius interpretatur, aceto tinctis. Elmenh. Par. *inacetatis*. Forte sic leg. Omnia minima maxima secum ferebant. Glossæ: 'Acetat, ὀξίτης.' Vel *inacidatis* cum Flor. Wass. Tria hæc margini quoque allevit Groslotius. *Oud.*—3 Ms. *fasciulis*. Colv. Sic et Guelf. pr. Inepte in Guelf. utroque, Beroald. Ed. *vincere*, et mox in Oxon. Guelf. pr. *salutis s. pro scilicet. Oud.*—4 Fux. *quibet*: al. *quisque*. Id.—5 Prave Palat. Pith. Fux. Guelf. sec. et Edd. ante Colvium *perspectat*. Vide ad lib. VII. p. 149. *Id.*—6 *Opiliones*. Fux. *opilionem*. Roald. Ut est in ceteris Mss. et Edd. ac debet. *Oud.*—7 Bert. *projecto*. Elmenh. An *perspicue? prolixè?* Wass.—8 D'Orv. *rogabat*. Pro eum unus in Guelf. pr. *cum unum. Oud.*—9 Idem (Lips.) *habebatne*. Colvius. Cum Guelf. sec. Vitiose in Edd. Wow. Pric. *haberentne. Oud.*—1 *Veni lacte*. Flor. *veni lac*. Elmenh. In Palat. et Zabar. teste Ferrario l. I. Elect. c. 15. est *venu*. Nec male. Vide supra 'refectu.' Sed tamen p. 169. 'Veni frustra subjiciemus.' L. IX. p. 183. 'Me voce præconis veni subjiciunt.' *Oud.*—*Lacte*. Fux. *lac*: sed utrumque antiquitus in usu. Roald.—2 Sic scriptus liber, et ita etiam alias suo tempore lectum fuisse ait Beroaldus. Vulgati *inchoatum*. Sed *incoactum*, id est, coactum: ut supra, 'incingere se gladio,' et alibi, 'incognoscere,' 'inconcupiscere,' pro, cingere, cognoscere, concupiscere; de quo pluribus infra ad lib. III. Floridor. *Colc.*—3 D'Orv. vitiose

## NOTE

quit Celsus, 'quocumque modo imposita est, dum madet, prodest.' Sciopp. legit *inacidatis*, quod exponit, aceto tinctis. Sed placet magis scripta lectio. Ad flumen enim sedebant, ubi aqua madefaciendis spongiis suppetebat, at non item acetum.

<sup>P</sup> *Lactem* [*lacte*] Veteres 'hoc lacte' dixerunt in recto casu, proindeque in quarto. Plant. Menæchmis, Act. V. Scen. 9. 'Neque aqua aquæ, neque lacte est lacti, crede mihi, Usquam similis,' &c.

quassanti, Vos autem, inquit, de cibo vel poculo, vel omnino ulla<sup>4</sup> refectione nunc<sup>5</sup> cogitatis? An<sup>6</sup> nulli scitis, quo loco consederitis?<sup>1</sup> Et cum dicto conductis<sup>7</sup> oviculis, conversus<sup>8</sup> longe recessit. Quæ vox ejus et fuga pastoribus nostris non mediocrem<sup>9</sup> pavorem incussit. Ac,<sup>1</sup> dum perterriti de loci qualitate sciscitari<sup>2</sup> gestiunt, nec est, qui doceat, senex alius, magnus ille quidem, gravatus annis, totus<sup>3</sup> in baculum pronus, et lassum<sup>4</sup> trahens vestigium, ubertim lacrymans, per viam proximat: visisque nobis, cum fletu maximo singulorum juvenum genua contingens,<sup>5</sup> sic adorat:<sup>6</sup> Per Fortunas vestrosque Genios,<sup>7</sup> sic ad meæ

*caput, ait: Vos vero nunc cogitatis de cibo, aut potu, aut de ulla prorsus recreatione? An ignoratis penitus in quem locum deveneritis? Et, hoc dicto, avertit se, et procul abscessit agens oves suas. Quæ verba et discessio ejus iniecerunt nostris pastoribus metum non parvum. Et, dum ipsi parentes cupiunt inquirere qualis esset ille locus, neque ullus est qui doceat; alius senex procerus quidem, confectus senio, totus incumbens scipioni, trahensque fessum gradum, accedit ad nos per iter, plorans abundanter: et, conspicatus nos,prehendit genua uniuscujusque ex illis juvenibus cum uberibus lacrymâs, et sic affatur eos: Oro vos per vestras Fortunas,*



Ac. Oud.—4 Fux. *ulli*. Id.—5 Ms. *non*. Colv. A D'Orvill. et Pith. abest τὸ *nunc*. Oud.—6 Lipsius margini allevit, *At*, deleta interrogationis nota, ex Plauto, ut videtur. Confer Pricæum; et nil invitis Mss. muta. *Consideratis* Guelf. pr. *Id.*—7 Sive, una coætis, et secum ductis. D'Orv. *conductis*. Ed. Vicent. *conductus*. Id.—8 *Conversus* exulat e D'Orvill. *Id.*—9 Flor. et fugam *p. n. et non med.* Elmenh. Male. Vox ejus nondum incussit fugam pastoribus, sed et vox et fuga ejus incussit iis pavorem. Desunt hæc omnia Pith. Cod. Oud.—1 Idem Ms. *At*. Colv.—2 Idem, *sciscitatu*. Bas. 1. *sciscitati*. Colv. Lego, *sciscitatu iri*. Ut passim apud Jurisc. in Pandectis Florentinis, 'defensu iri,' 'debitu iri,' 'redditu iri,' 'datu iri,' 'restitutu iri,' pro eo, quod in usu elegantium virorum est, defensum, debitum, redditum, datum, restitutum iri. Adi Ant. Augustin. lib. 11. Emendat. cap. 2. *Brant*. At quænam est hæc Latinitas, quæso, *sciscitatum iri gestiunt*? Verissime *sciscitari* est in ceteris Mss. et Edd. vel *sciscitati*, ut in Guelf. pr. *gestirent* in D'Orvill. Rectissime inde faceres *sciscitatum gestiunt ire*, ut 'ire visum,' et similia. Oud.—3 Bertin. Codex, et ex eo, ut puto, tacite Elm. edidit *totusque*, quem de more sequuntur Scriver. et Florid. contra reliquos Mss. et Edd. geniumque Appuleii. *Id.*—4 D'Orv. Fux. Guelf. pr. et Oxon. *lapsum*, ut peccatur crebro. Tum *lacrymas* Fux. *Id.*—5 Fux. *continua*. Id.—6 Vulgo, *adorabat*. Colv. *Adorabat* servant Fux. Pith. Guelf. pr. et D'Orv. ac, si in pluribus extaret, non mutassem, licet præcedat præsens 'proximat.' De qua temporum variatione passim est monitum. Omnes vero Edd. Colvium sunt secuti: nec male. Oud.—7 *Genies* Guelf. ambo. Oxon. *vestrasque genies*. D'Orv. *nostros-*

## NOTE

<sup>1</sup> Quo loco consederitis] Virgil. 'An nescis quorum consederis arvis?'  
Delph. et Var. Clus. Apul. 2 J.

senectutis spatia validi lætique veniatis, decepto<sup>8</sup> seni<sup>1</sup> subsistite, meumque parvulum ab Inferis ereptum canis meis reddite. Nepos namque meus, et itineris [167] hujus suavis comes, dum forte<sup>9</sup> passerem, incantantem sepiculæ,<sup>1</sup> consecratur arripere,<sup>2</sup> delapsus in proximam foveam, quæ fruticibus imis<sup>3</sup> suppatet, in extremo jam vitæ consistit periculo: quippe cum de fletu<sup>4</sup> ac voce ipsius, avum<sup>5</sup> sibi sæpicule clamitantis,<sup>6</sup> vivere illum<sup>7</sup> quidem sentiam, sed per corporis,<sup>8</sup> ut videtis, mei defectam valitudinem opitulari nequeam. At vobis, ætatis et roboris beneficio,

*et vestros Genios, sic perveniatis firmi atque hilares usque ad annos meæ senectæ, succurrite seni debili, et retrahite ex Averno meum parvulum, ac restituite cum meæ senectæ. Namque meus nepos et dulcis socius in hoc itinere, dum forte conatur capere passerem canentem in parva sepe, cecidit in scrobem proximam, quæ subijcet arbutis infimis, et jam positus est in ultimo discrimine vitæ: cum neque cognoscam ejuulatu et clamore ipsius, sæpius vocantis avum, cum adhuc vivere, sed non possim ei auxiliari propter infirmam valetudinem mei corporis, quemadmodum cernitis. Vobis vero facile est, propter juventutem et vigorem res-*



que g. Ineptissime. Inspice Pric. et Lips. ad Senec. Ep. XII. 'Jurat per Genium meum.' Id.—8 *Decrepito* Beroald. Rould. Beroaldus emendavit *decrepito*. At illa altera scripta lectio est, et olim excusa. Colv. *Decrepito*. Alii, *decepto*. Elmenhorstius. Beroald. *decrepito*. Non negabis verius esse *defecto*, ut inf. 'defectam valetudinem.' Lib. I. 'Defectum jam incerta verborum salebra balbutire.' Lib. IV. 'Et viæ spatio defectus.' Lib. VI. 'Defectum prorsus assiduis laboribus spes incitabat et votum;' et sæpe alibi. Apud Petronium quoque 'lucernæ humore defectæ.' Brant.—9 Ed. Junt. pr. Ald. *sorte*. Guelf. ambo a m. pr. *passarem*. Id.—1 *Spiculæ*. Fux. *sepiculæ* ὑποκοριστικῶς a 'sæpe;' et ita Ald. Rould. Ms. *passerem incantarem*. *Sepiculæ* rescripsi. Vulgatum passim *sæpicule*. Bas. I. *spiculæ*: unde etiam legēbam *spinulæ*. Sed *sepiculæ*, id est, parvæ sepi. Colv. Flor. unus, p. *caricantem*. Elmenhorstius. Manuscript. p. *incantarem*, fortassean *incantacem*. Brant.—2 Manuscriptus liber *abripere*. Colv. In Guelf. pr. *consecratur*, Oxon. *consecratus*. Pith. *consecratum*. Guelf. sec. *abripere*. Oud.—3 Idem, *unis*. Colvius. V. C. *fruticibus*. Sic semper in manus. reperitur. Brant.—4 Vitiose Edd. Wower. et Pric. *sic fl.* Oud.—5 *Auxilium*. Fux. *avum*, παθητικῶς. Rould. *Avum*. Vulgo, *auxilium*. Colvius. Rom. et Bert. *auxilium*. Quod placet. *Elmenh.*—6 Vetus liber, *clanitans*. Colv. Item D'Orvill. Fux. *Oud.*—7 Pith. *istum*. Id.—8 *Corpus* Guelf. sec. Oxon. c. *me defectum* v. Per i dant vocem *valitudinem* Mss. O. et Edd. præter novissimam Floridi. *Et roboris* desunt

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Decepto seni*] Non, deluso, aut falso, sed orbato. Ausonius: 'Torqueo deceptos ego vita cælibe canos.' Virgil. Æneid. IV. 'Postquam primus amor deceptam morte fefellit.' In quibusdam legitur *decrepito*, quod

ferri potest. Magis placet Brantii conjectura *defecto seni*. Mox enim: 'Sed per corporis, ut videtis, mei defectam valetudinem opitulari nequeam.'



facile est supplicari miserimo seni, puerumque illum novissimum<sup>9</sup> successionis meæ, atque unicam stirpem sospitem<sup>1</sup> mihi facere.<sup>2</sup> Sic deprecantis, suamque canitiem distrahentis,<sup>3</sup> totos quidem miseruit.<sup>4</sup> Sed unus, præ ceteris et animo fortior, et ætate juvenior,<sup>5</sup> et corpore validior, quique solus præter alios incolumis prælium<sup>6</sup> superius evaserat, exurgit alacer:<sup>7</sup> et, percontatus<sup>8</sup> quoniam loci puer ille decidisset,<sup>9</sup> monstrantem<sup>1</sup> digito non longe<sup>2</sup> frutices horridos senem illum impigre comitatur. Ac, dum, pabulo nostro<sup>3</sup> suaque cura reflecti, sarcinulis quis-

*trum, opem ferre seni infelicissimo, et mihi servare illum puerum, ultimum meum successorem, et unicam meam prolem. Omnes quidem miseriti sunt ipsius supplicantis, et rellementis suos canos. At unus animo audacior ceteris, et junior ætate, et robustior corpore, et qui unus ex omnibus excesserat illæsus ex pugna præcedenti, surgit promptus: et, sciscitatus in quem locum ille puer esset delapsus, comitatur alacriter senem illum, qui digito ostendebat non procul inde dumos horrentes spinis. Cumque nos nostro pabulo, illi vero sua cura refocillati, captis quisque suis sarcinis,*



Guelf. pr. *Id.*—9 *Fux. nobilissimum. Recte. Roald. Scribe: puerumque illum novissimum, successionis, &c. vel puerumque illum, novissimum success. &c. Colv. —1 Bert. sospitam. Elmenh. Item Fux. Oud.*—2 *D'Orv. facite. Id.*—3 *In eodem est detr. Id.*—4 *Omnes quidem miserentur. Fux. totos quidem miseruit. Roaldus. Totos quidem miseruit. Restituta hic nobis Apuleio genuina sua sibi locutio. Vulgatum ante, omnes quidem miserentur. Colvius. Bert. et Rom. omnes quidem miserentur. Elmenh. Lauguet omnino præ ceterorum Mss. lectione, quam primus Colvius bene invenit, totos q. miseruit. Passim 'toti' pro, omnibus, sunt Nostro. Vide Ind. Notarum. Oud.*—5 *In nonnullis, ut Fux. junior. Sed vide Serv. ad Æn. v. 409. Beroaldum, uti et Cort. ad Plinium l. iv. Epist. 8. 'Multo etiam juvenior.' Drak. ad Liv. l. v. c. 10. Id.*—6 *Ms. al. præliis. Colvius. Flor. quisque. Reg. Fux. et D'Orvill. quoque præliis: prave. Escasit Fux. Oud.*—7 *Vulgo, exurgit alte alacer. Colvius. Bert. et Rom. ex. alte al. Elmenh. Alte, quod nullus, præter Bertinum et Pith. agnoscit codex, jam bene ante Colvium excluserat Ed. Junt. post. Oud.*—8 *D'Orv. percunct. de more. Ed. Vicent. probante Pricæo, præcontatus. Adi ad l. i. p. 17. ubi in eadem Ed. præcontato pretio. Id.*—9 *Ibidem, cecidisset. Colvius. Bert. cecidisset. Elmenh. Lipsiano codici, ex quo primus Colv. edidit dec. cum antea edebatur cec. accedunt omnes nostri. Bene, nisi et hic velles recidisset, sensu simplicis cecidisset. Vide ad l. i. p. 8. Ego de hic præfero. Oud.*—1 *D'Orv. Palat. monstrante. Id.*—2 *Non longe desunt Ms. Palat. qui et male cum Guelf. sec. præbet pigre. Id.*—3 *Pab. vestro. In Parisiensi editum pab. nostro. Sed ea via non puto plagam illam satis curatam. Tentabimus, conjecturane possimus eruere quid convenientius. Loquitur asinus de toto latronum snorum globo, qui varia quoque in suo comitatu jumenta duxerunt. Hi paulo ante, a rusticis male accepti, ex prælio universi evaserant saucii, alius lapidis, alius morsus canum vulnera referentes. Quare emenso jam aliquanto viæ spatio, et pabula jumentis præstanda, et vulnera in itinere ab ipsismet obliganda erant: nude fit, ut scribere ausim, pabulo nos, nostrique sua cura reflecti. Et hoc jam me probasse tibi spero. Nescio an similiter etiam facturus sum, quod sequitur, duabus tantum*

que sumtis suis viam capessunt, clamore primum<sup>4</sup> nominatim cientes, illum juvenem frequenter<sup>5</sup> inclamant; mox, mora<sup>6</sup> diutina commoti, mittunt e suis arcessitorem<sup>7</sup> unum, qui requisitum comitem tempestivæ viæ commonefactum<sup>8</sup> reduceret. At<sup>9</sup> ille modicum commoratus<sup>1</sup> refert sese: buxanti<sup>2</sup> pallore trepidus, mira super conservo<sup>3</sup> suo renuntiat. Conspicatum se quippe, supinato illi, et jam ex maxima parte consumto,<sup>4</sup> immanem draconem mandentem insistere: nec ullum usquam miserrimum senem comparere illum.<sup>5</sup> Qua re cognita, et cum pastoris<sup>8</sup> sermone collata,

*resumeremus iter, primo vocant sapius suis clamoribus illum juvenem, appellantes eum nomine proprio: deinde, territi longiori retardatione ipsius, mittunt ad eum evocandum unum ex suis, qui investigaret illum socium, moneretque ipsum tempus esse proficiscendi, et reduceret eum secum. Ille vero revertitur post brevem moram: et trepidans ac pallidus instar buxi refert admiranda de suo conservo. Se nimirum vidisse enormem draconem illi prostrato, et jam comeso maxima sui parte, incumbentem, et depascentem eum; neque miserrimum illum senem apparere ullo in loco. Quo audito, et collato cum verbis upilionis, qui proculdu-*



lineis intercedentibus: mox, hora diutina commoti, mittunt e suis arcessitorem, scribo: mox mora. Stewechius. Bertin. p. modo. Elmenhorstius.—4 Ibidem, primo. Colv. Primum cum Lipsiano et Edd. Colvio posterioribus habent Florent. Oxon. Palat. In aliis, et Edd. prioribus primo. Sed D'Orv. dat clamore proprio nominatum. Forsan latet quid. Oud.—5 Ed. Scriv. Amstel. frequentes. Minus bene hic loci. Id.—6 Ibidem, hora. Colv. Vulgatum, quod erat ante Colvium, servantque Mss. D'Orv. Fux. Guelf. pr. Oxon. Par. cum aliis, explicari posset per tempus longum. At malni itidem sequi Mss. Flor. Pith. Palat. Guelf. sec. Bert. et Lips. mora præbentes, ut jam conjecerat Stewechius. Pro commoti placebat Groslotio commoniti. Oud.—7 Sic Venetus. Reliqui accersitorem. Colvius. Arcessit. Flor. Oxon. Par. D'Orv. cum Edd. recentioribus, ut debet. Ex suis D'Orv. Oud.—8 Guelf. pr. contusnefactum. Id.—9 D'Orv. rursus Ac, perperam. Id.—1 Pal. moratus. Elmenh. Item Oxon. Guelf. sec. et D'Orvill. Commoratum Pith. Oud.—2 Vulgati, buxantique. Colvius. Lipsiani codicis scripturam confirmant Flor. Oxon. Fux. Pith. Par. Pal. D'Orv. et Appuleii genus. Omnes Edd. ante Colvium inseruerunt que. Oud.—3 Pith. servo. Id.—4 Guelf. pr. consumtu, Oxon. consumta. Pal. Fux. madentem. Id.—5 Nec usquam mis. senem comp. illum. Fux. nec illum usquam. Roaldus. M. nec illum usq. m. s. comparere. B. nec usquam mis. senem comparere illum. Putean. Ullum non comparet quoque in Oxon. D'Orv. Edd. Juntinis et Aldi; nec sane vox est necessaria. Si illum cum Guelf. pr. reponas, in fine est omittendum, ut fit a Mang. codice. Immo vel sic ullum legens rō illum ejicias. In D'Orv. nec mis. sen. usquam. Pith. n. u. nusquam. Edd. Vic. Ber. comparare. Pith. compare. Oud.—

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Pastoris*] Senis illius de summo pellæ pascentes opilionem esse clama-  
colle prospectantis, quem circum ca- bant.

qui cum prorsus hunc illum, nec alium locorum inquilinum<sup>4</sup> præminabatur,<sup>6</sup> [168] pestilenti deserta regione, velociori se fuga proripiunt: nosque pellunt crebris tudentes fustibus. Celerrime denique<sup>7</sup> longo itinere confecto, pagum quendam accedimus: ibique totam perquiescimus<sup>8</sup> noctem. Inibi<sup>9</sup> cœptum facinus, oppido memorabile, narrare cupido.<sup>1</sup> Servus quidam, cui cunctam familiæ tutelam dominus permiserat suus, quique possessionem maximam illam,<sup>2</sup> in quam<sup>3</sup> deverteramus, villicabat,<sup>4</sup> habens ex eodem

*bio minis suis præmonebat eos de illo ipso incola ejus regionis, non de alio; aufugiunt quam celerrime, deserentes illa loca mortifera: et agunt nos, pulsantes ictibus baculorum sæpius repetitis. Peragrata demum velocissime longa via, venimus ad quendam vicum, ubi requiescimus per totam noctem. Animus mihi est referre scelus valde memorandum, quod illic audiui. Quidam servus, cui herus suus crediderat custodiam totius familiæ, quique erat villicus illius amplissimæ villæ, in quam nos*

\*\*\*\*\*

6 Præmittebatur. Fux. perminebatur. Aldus vero præminebatur. Amplius deliberandum. Roald. Qui eum, &c. præminabantur. Ms. quietum. Beroaldi editio præminabatur. Bas. 1. præmittebatur. Scriptus codex præminebantur. Certe exigit loci sententia reminiscerentur, vel aliud quid quod idem denotet. Colv. Palat. τὸ eum ignorat. Flor. eum habet, item coquorum male. Beroald. et Venet. præminabatur legunt. Lipsii liber præminabantur: unde Colvius reminiscerentur. Sed nec sic locus bene sanus. Elmenh. Qui, &c. præminabantur. Hæc in B. et M. absunt. Putean.—7 Edd. primæ et Ms. Oxon. jungunt, pellunt, &c. celerrime. Denique. Nec displicet, uti et visum fuit Pricæo. Immo et D'Orvill. Cod. licet habeat celerrimeque, præcedentibus annectit. In eodem tondentes. Oud.—8 Ms. quiescimus. Colv. Perquiescimus Pith. Id.—9 Mihi. Fux. Ubi: omnino vere. Roald. Ubi cæpte f. Beroaldus, Inibi compertum fac. Editiones veteres, Mihi ceptum fac. Colvius. Mihi compertum fac. Quid si legas, Ubi spectum facinus? 'Specere' seu 'spicere' nemini ignotum verbum, qui Criticos nostros vel a limine salutavit. Varro Indigitamentis: 'Nasturtium nonne vides ab eo dici, quod nasum torquat? Vestispicam, quod vestem spiciat?' Plautus: 'Nunc specimen specitur.' Eruenda vera lectio e doctissimi Langii libris, ejusdem Casina: 'Esurio, atque adeo haud sitio: quæ est, atque adeo hanc spicio. Simul atque hanc aspicio, statim edere gestio: quod obscœniore sensu dictum. Simile Menæchmis: 'Ut ego uxorem, mea voluptas, ubi te aspicio, odi male.' Colv. Ubi compertum facinus. Flor. Ald. et Rom. Mihi ceptum f. Beroald. Inibi c. f. Colvius, U. spectum f. Male. Elmenh. Edition. veteres Mihi ceptum fac. Forte intelligendum, ceptum, id est, perceptum, cognitum, intellectum, vel acceptum, ut 'accepto tali sermone,' paulo infra, et supra lib. 1. in princ. 'Quis ille, paucis accipe,' et 'Isto accepto.' Virgil. lib. 11. 'Accipe nunc Danavum insidias.' Brant.—1 Vulgo, cupio. Colvius. Flor. et Bert. cupio male. Elmenh.—2 Edd. Colvio

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Hunc, &c. locorum inquilinum] Dra- an lac haberet venale, respondit, conem illum. 'An nulli scitis quo loco consederi-

<sup>2</sup> Præminabatur] Cum rogantibus, tis?

famulatio<sup>5</sup> conservam conjugam,<sup>6</sup> liberæ<sup>7</sup> cujusdam extrariæque<sup>8</sup> mulieris flagrabat cupidine. Quo dolore pellicatus uxor ejus instincta,<sup>9</sup> cunctas mariti rationes, et quicquid horreo reconditum continebatur, admoto combussit<sup>1</sup> igne. Nec tali damno tori sui contumeliam vindicasse contenta, jam contra<sup>2</sup> sua sæviens viscera,<sup>w</sup> laqueum sibi necit, infantulumque, quem de eodem marito jam dudum

*repperamus, cum haberet uxorem conservam ex eodem servitio, ardebat amore cujusdam femine liberæ et extrariæ. Ob quem adulterinum amorem uxor ejus, stimulata zelotypia, suppositis flammis cremavit omnes tabulas rationum sui mariti, et omnia quæ condita asservabantur in apotheca. Neque contenta se ultam esse illa jactura injuriam sui thalami, jam armata in propria viscera, alligat sibi funiculum, et alligat eodem funiculo parvum infantem, quem pepererat jam pridem ex eodem viro;*

priores, *illam max.* A Palat. et Pith. τὸ *maximam* abest. *Oud.*—3 Flor. *in qua.* Elmenhorstius. Ms. Reg. item, et Fux. atque Edd. Ber. Bas. pr. Scriv. *in qua.* Frustra. Cic. lib. II. de Invent. c. 4. 'In eandem tabernam devertissent.' *Oud.*—4 Scribe, *vilicabat.* Ita fere Mss. Catonis, et Glossæ: 'Vilico: οἰκονομῶ.' Antiqui deponentialiter. At vide Plinium H. lib. XVIII. 6. 'Senatu illis vilicante.' Auson. 'Meis vilicatus prædiis.' *Wass.* Variant non modo libri, sed et lapides in hujus vocis orthographia. Vide ad Sueton. Claud. c. 38. *Oud.*—5 D'Orv. Guelf. ambo, *fumilitio.* Vide ad lib. II. p. 21. *Id.*—6 Ita Bertin. et Fulvianus: atque hic nunquam aliter. *Sciopp. in Synb. Manuscripti, conjugam.* Elmenh. *Conjugam* etiam in Oxon. Pith. Guelf. sec. Palat. et Edd. Vic. Ber. Col. Bas. ac Scriv. Adi Beroald. et Auct. Misc. Obs. Vol. II. p. 395. lib. VI. p. 112. 'Magni Jovis germana et conjuga.' Lib. IX. p. 186. 'Pistor deterrimam sortitus conjugam.' Vide Salm. ad Solin. p. 130. 'Animalia conjuga' Plin. lib. VIII. 23. *Oud.* Sc. aliter editum erat, *conjugem.*—7 Fux. *liberam.* *Oud.*—8 *Extrariæque.* Ibid. *extrariæque.* Colvius. Flor. *extrariæque.* Elmenh.—9 *Instructa.* *Instincta* Ald. Rould. *Instructa.* Sic Mss. et Bas. I. et in margine *instructa* vel *instructa.* Rejecit scriptam lectionem Beroaldus, et mavult *instructa.* Injuria. Vetus lectio et scripta etiam lib. IX. infra: 'Atque hac ipsa potissimum famosa castitate, et insignis totelæ nimietate instructus atque inflammatus.' Et post conjectura nostra: 'His instructa verbis mariti audacissima uxor.' Et libro de Philosophia: 'Cujus pulchritudinem rationabiles appetunt mentes, Natura duce instructæ ad ejus ardorem.' ubi vulgo *instructæ* vel *instinctæ.* Colvius. Aldus, *instincta.* Elmenh.—1 Bert. *comburit.* Id. Mox in D'Orvill. Guelf. pr. *vind. contum.* *Oud.*—2 Vulgo, *circa.* Colv. Excepta Ed. Junt. post. quæ

## NOTÆ

<sup>w</sup> *Jam contra sua sæviens viscera*] Filii passim dicuntur parentum viscera. Ovid. Metamorphos. lib. VI. de Tereo filii artus comedente. 'Inque suam sua viscera congerit alvum.' *Sæviens*] Ex zelotypia, quæ affectio impotentissima est in muliere. Se-

neca, in Hercule Furente: 'O quam cruentus fœminas stimulat dolor, Cum patuit una pellici et nuptæ domus! Seylla aut Charybdis Sicula contorquens freta Minus timenda est: nulla non melior fera.'

susceperat, eodem funiculo nectit: seque per præaltissimum puteum, appendicem parvulum trahens, præcipitat. Quam mortem dominus eorum ægerrime sustinens, arripit servulum,<sup>3</sup> qui causam tanti sceleris uxori suæ præstiterat,<sup>4</sup> nudum ac totum melle perlitum,<sup>5</sup> firmiter alligavit<sup>6</sup> arbori ficulneæ: cujus in ipso carioso stipite inhabitantium fornicarum nidificia burriebant,<sup>7</sup> et ultro citro<sup>8</sup> commebant multijuga<sup>9</sup> scaturigine.<sup>y</sup> Quæ simul<sup>1</sup> dulcem ac mel-

*et dat se præcipientem in puteum profundissimum, trahens secum puerum sibi appensum. Quam mortem cum herus eorum gravissime ferret, apprehendit servum, qui præbuerat suæ conjugi causam perpetrandi tam diri facinoris, et firmiter alligavit eum nudum, ac totum unctum melle, ad ficum arborem, in cujus caudice putrido nidi fornicarum inhabitantium ferebant, quæ huc illuc ibant et redibant procedentes ex multis locis. Quæ, ubi primum senserunt dulcem et mellitum odorem corporis*



recte cum Mss. expressit contra. Oud.—3 Oxon. a m. pr. *parvulum*. In Edd. ante Colvium expressum est *servulum ejus*. Sed contra Mss. O. et vulgares Grammaticorum canones, qui *suum* postulant. *Id.*—4 *Luxuriæ s. pr. Fux. uxori suæ*. Roaldus. *Uxoris*. Ibidem, *luxuriæ suæ*. Unde ante scripsi, *luxurie suæ*. Sed scripta lectio præferenda. *Colv.* Bert. *luxurie suæ*. Elmenh.—5 *Illitum*. Ibidem, *perlitum*. Colvius. *Perlutum*. Alii, *illitum*. Elmenh. Temere Colvius e Lipsiano Codice *il* pro *per* edidit, seqq. de more Vulc. Merc. Wow. Prie. In Fnx. *perlinitum*, in ceteris Mss. et Edd. bene *perlutum*, ut lib. III. init. ‘Crnore perlutum:’ immo ibid. p. 57. ‘Unguedine sese totam perlinit.’ Oud.—6 Bert. *perligavit*. Elmenh. Unde Scriverius haud male edidit *præligarit*: quod sequeretur, si *per* in pluribus esset Codd. *Colligavit* in Flor. Oud.—7 *Bulliebant* Ald. Roald. *Burriebant*. Sic scriptus liber, sic veteres Editiones omnes. Nescio, cur Beroaldus reposuerit *bulliebant*. Quod nequaquam æque exprimit susurrum illum undantium fornicarum. *Colv.* Hæc est vetus et sincera lectio Flor. et Rom. codicis, pro qua nobis licenter ingressi Beroaldus *bulliebant*. Vide Indicem. Elmenh.—8 *Ultrō citroque*. In Bertin. est, *ultro citro*. Recte sic lib. I. pag. 3. ‘Ultrō citro discurrens.’ Donatus in illud Eunuchi: ‘Ut mihi tua domus te præsentē absente pateat,’ sic scribit: ‘Proverbiale est, præsentē absente, ut sursum deorsum, ultro citro, et cetera hujusmodi, fanda infanda, justa injusta, digna indigna, velit nolit.’ Sic Horat. ‘Serius ocyus.’ *Sciopp. in Symb. et Susp.* lib. IV. Ep. 8. Bertin. *ul. citro commebat*. Elmenh. Copula etiam recte caret optimi Codd. Florent. Pith. Guelf. uterque, et Oxon. Vide ad lib. I. p. 4. Oud.—9 Manusc. *multivaga*. *Sciopp. in Symbola*. Elegantius in Fulv. *multivaga*. Woverius. Fulvius, *multivaga*. Elmenh.—1 D’Orvill. *semel*. Oud.

#### NOTE

\* *Burriebant*] Vocabulum (si sincera sit lectio) insolens, et nove fictum ad exprimendam trepidationem illam, et concursionem, quæ videtur in fornicarum nidificiis. Beroaldus scriptum vult *bulliebant*. In Ms. Oxon. Pricæus legi ait *aberrabant*: unde conjicit *oberrabant*: quod in *burrie-*

*bant* corruptum fuerit.

<sup>y</sup> *Multijuga scaturigine*] ‘Scaturiginem’ de formicis e terra erumpentibus dicit eadem metaphora, qua lib. VI. de iisdem dixit: ‘Ruunt aliæ, superque aliæ sepedum populorum undæ.’

litum corporis nidorem<sup>2</sup> persentiscunt; parvis<sup>3</sup> quidem, sed numerosis et continuis morsiunculis penitus inhærentes,<sup>4</sup> per longi temporis cruciatum<sup>5</sup> ita, carnibus atque ipsis visceribus adesis, homine consumto, membra nudarunt;<sup>6</sup> ut ossa tantum<sup>7</sup> viduata pulpis, nitore nimio<sup>8</sup> candentia, funestæ [169] cohærerent arbori. Hac quoque detestabili deserta mansione, paganos in summo luctu relinquentes, rursum pergimus: dieque tota<sup>9</sup> campestres emensi vias, civitatem quandam populosam et nobilem jam fessi pervenimus. Inibi<sup>1</sup> Larem sedesque perpetuas pastores illi<sup>2</sup> statuere decernunt, quod et longe quæsituris<sup>3</sup> firmæ late-

*servi illius, affixæ prorsus in ipsum morsibus exiguis quidem, sed plurimis, et assiduus, ita spoliaverunt ejus artus per tormentum diutini temporis, comesis carnibus, ipsisque visceribus, peresoque toto homine; ut tamen ossa adhærent adhuc infestæ arbori, nudata, et albicantia magno candore. Relicta quoque hac execranda habitatione, datus nos iterum via, relictis rusticis in maximo mœnore. Cunque toto die incessissemus per itinera plana, devenimus jam lassus in quandam urbem frequentem incolis, et inclutam. Illi pastores statuunt figere in ea domicilium suum, habitationemque sempiternam, quoniam ea urbs videbatur futura ipsis tutum latibulum*

\*\*\*\*\*

—2 Nitorem. Fux. *nidorem*, κνλσσων. Roald. *Nidorem*. Sic legendum ex Bertin. Sciopp. in *Symb. et Susp.* lib. iv. 8. Vulcanius, *nitorem*. Male. *Elmenh.* Per se patet, *nitorem*, quod est in Edd. Bas. Colv. Vulc. Merc. esse vitiosum; nec bene *udorem* corrigi Sopingius. *Nidorem* vere habent Mss. et Edd. ceteri. In Palat. est *dulce*. Guelf. sec. *present*. E Guelf. pr. nil notatum. *Oud.*—3 Bene D'Orvill. *parvulis* duplici deminutivo: ut passim in Nostro et optimis quibusque scriptoribus. *Sed* exulat a Palat. Oxon. et Guelf. utroque. Male Toll. *morsicunculis*. Plaut. Pseud. i. 1. 65. 'Molles morsiunculæ.' *Id.*—4 Quid si, *inarantes?* Brant. Perperam omnino et inepte. *Oud.*—5 Flor. *perlongi t. cruciatu*. *Elmenh.*—6 *Membra nudarunt*. Fux. *membris nud*. Roaldus. *Membranæ, abesis*. Colv. Quid si *umbesis?* sed *obesis* præoptare me fateor. Vide Agellium lib. xix. cap. 7. Brant. Bert. *adesione hominis*. *Elmenh.*—7 *Tamea*. *Tantum* Ald. Roald. Flor. *tantum*. Bene. *Elmenh.* *Tantum* verissime legas in Regio, item Fux. Pith. Guelf. D'Orv. Bert. Oxon. Editionibusque Basiliensibus prioribus, quod bene *Elmenh.* et Pricæus vindicarunt. Perpetua confusione in aliis exhibetur *tamen*. *Oud.*—8 Palat. *nit animo*, Fux. *nit. cand. nimio*. *Id.*—9 *Dieque toto*. Fux. *dieque totos*. Roald. *Eædem, denique totas*. Quod fortassis reponendum. Colv. *Dieque tota*. Colvius *denique toto* legit. Palat. *emersi v.* Male. *Elmenh.*—1 Editiones omnes, *Ibi*. Colv. *Ibi* habet Flor. *Elmenh.* Lipsiano Codici consentire scio Palat. Oxon. Bertin. D'Orv. Fux. Guelf. Reg. et forsitan alios. Vide supra. *Oud.*—2 Deest pronomen Edd. Juntinis, et Aldi. *Id.*—3 Alias mihi non displicent, *longæ quæsitiois*: ut et Plantum loqui memineram. At nunc nescio quomodo impensius placet, *longi quæsitus*. De alter-

#### NOTE

<sup>2</sup> *Ut ossa tantum* [*tamen*] Melius legitur firmat Pricæus duobus Mss. Codd. gas, *ut ossa tantum*, quam lectionem

bræ viderentur, et annonæ copiosæ beata crebritas<sup>4 a</sup> invitabat. Triduo denique jumentorum reffectis corporibus,<sup>5</sup> quo vendibiliores<sup>6 b</sup> videremur, ad mercatum producimur: magna<sup>7</sup> voce præcous, pretia<sup>8</sup> singulis nuntiantis, equi atque alii asini opulentis emtoribus præstinantur. At<sup>9</sup> me relictum solum ac subsicivum<sup>1</sup> cum fastidio plerique præteribant. Jamque tædio contrectationis<sup>2</sup> eorum, qui de dentibus meis<sup>3</sup> ætatem<sup>4 c</sup> computabant, manum cujusdam

*adversus eos, qui investigaturi essent ipsos, ex remota regione, et felix copia rei frumentariæ in ea abundantis alliciebat ipsos. Denique recreatis corporibus jumentorum per tres dies, ut videremur facilius vendendi, deducimur ad forum: et, præcone indicante pretium uniuscujusque vasto clamore, equi et asini reliqui emuntur a divitibus mercatoribus. Ego vero solus relictus ac residuus prætermittebar a plerisque cum contentu. Cumque jam me læderet contrectari ab illis, qui numerabant meos annos inspectione dentium, apprehendi dentibus manum putentem et sordidam*

//////////

utro tibi opinionem do. Memineris tantum, 'instructum,' 'cognitum,' alia similia Auctorem elocutum pro instructione. Quod vero superiori pagina scribo: *Hunc illum, nec alium eorum locorum inquinum præminabatur, præ illo vulgari, nec alium cæcorum locorum inquinum præmittebatur, arrisurum tibi confido, si narrationem asini totam perscrutaberis. Præminandi verhum supra quoque Appuleio me reddidisse, facile memineris. Stevech. Manusc. quæsitus. Sciopp. in Symb.—4 Celebritas. Repone ex eodem libro, crebritas. Wower. Manusc. crebritas. Sciopp. in Symb. Pal. tanta c. Elmenh.—5 Oxon. refectione corp. Fux. corp. ref. Oud.—6 Fux. vendichariores. Roaldus. Vendi cariores. Eadem, vendibiliores. Colvius. Vendi cariores. Ita plerique manu exarati libri. Scribo: quo veni cariores. Nonnullæ editiones, vendibiliores. Wowerius. Vendibiliores. Sic Flor. et Bert. Vulgo, q. vendi cariores. Schiekerad. q. venditiores: inepte. Elmenh. Forte venditiores a venditario, quo usus Plautus Stichus, Ac. 1. Sc. 3. vs. 103. 'Præterque linguam unam venditariam,' quæ vendere cupit. Super quo Plauti loco, cum forte inspicerem postea Commentarium Frederici Taubmanni, magnæ mihi voluptati fuit ejus indicio intelligere hanc ipsam lectionem multo placuisse ante M. Schiekeradio, in Epistola Critica ad Apuleium, itaque nos hic quidem congrere. Brunt.—7 Fux. magisque. Oud.—8 Oxon. Guelf. pr. pretio. Dein aliis Pith. Id.—9 Ac. Malim, At. Colv. Sic Oxon. et Bertin. ut jam ediderunt Elmenh. Scriv. ac Floridus. Abest me a D'Orvil. Ne Fux. Oud.—1 Subs. Ms. Al. sufficium. Colvius. Palat. subsicium. Bert. subsitium. Elmenh. Ex quo Sciopp. lib. iv. Susp. Ep. 8. fecit subsitium pro, ascitium. Sed quam conjecturam ipse videtur repudiasse. In Fux. solum sufficium, D'Orv. suffinum. Alii malunt subseeivum. Consule hic Beroaldum, et notata ad lib. 111. p. 48. 'Subsiciva sollicitudo relieta.' Oud.—2 Oxon. et Ed. Scriv. Amst. contractionis. Ferrem, si contractionis ibi legeretur; et sic in Guelf. pr. Id.—3 Nostris. Vulg. meis. Colvius. Flor. meis. Elmenh. De more Vulc. Mere. Wow. Pric. secuti sunt Colvium, ut in Pal. Guelf. sec. Sed meis in pleris-*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Beata creb. [celebritas] Celebritatem interpretor hic, frequentiam et copiam. Pricæus et Wower. habent

crebritas, quod in idem recidit.

<sup>b</sup> Vendibiliores] Sic Florent. Wow. veni cariores.

foetore sordentem, qui gingivas identidem meas<sup>5</sup> putidis<sup>6</sup> scalpebat digitis, mordicus arreptam, plenissime conterui.<sup>7</sup> Quæ res circumstantium<sup>8</sup> ab emtione mea, utpote ferocissimi,<sup>9</sup> deterruit animos. Tunc præco, diruptis<sup>1</sup> faucibus et rauca voce saucius, in meas fortunas ridiculos instruebat<sup>2</sup> jocos: Quem ad finem canterium istum venui<sup>3</sup> frustra subijciemus, et vetulum, extritis<sup>4</sup> unguulis debilem, et colore deformem, et in hebeti pigritia<sup>5</sup> ferocem, nec quicquam amplius quam ruderarium<sup>6</sup> cribrum?<sup>d</sup> Quare adeo vel donec-

*cujusdam, qui frequenter scabebat meas gingivas suis putribus digitis; et eam fere omnino comminui. Quod factum acertit animos astantium a me emendo, quippe qui essem nimis ferus. Tunc ille præco agre rupto gutture et rauca voce jactabat ridiculas cavillationes in meam sortem. Quousque, aiebat, exponemus incassum venditioni asinum hunc vilem, et veterem, infirmum detritis unguulis, et turpem colore, et ferocientem etiam in segnitie sua stupida, quique jam idoneus est solum faciendo cribro ruderario? Quapropter demus certe eum alicui, si quis tamen est, qui velit*

que, et Pith. Guelf. pr. Oxon. D'Orv. est Mss. et de suis solius dentibus, non aliorum jumentorum, loquitur. *Oud.*—4 Flor. Oxon. Fux. Pith. Guelf. sec. Coll. Voss. et Vett. usque ad Colvium, excepta Junt. post. dant *ætates*. Forte *ætate* s. i. e. *ætatem scilicet*: de quo supra. Vide Ind. Not. De re ipsa adi Kusterum ad Suid. V. Ἀβολήρωρ. Dein manus Guelf. pr. *Id.*—5 *Id. meas*. Hæc delet Florent. *Elmenh.*—6 *Putridis*. Vulgo, *putidis*. Colvius. *Putidis*. Vulgati, *putridis*. *Elmenh.*—7 *Plan. contrivi*. Fux. *plen. c.* Lipsius in Epist. olim emendabat *penissime*. Roaldus, *Panissime*. Ibidem *plenissime*. Jan nouimus. *Colv.* *Penissime cont.* Fl. 2. *plenissime congerui*, quod Glossa interlinearis interpretatur, strictim momordi. *Elmenh.*—8 Oxon. *circumstantium*. Non male, ut 'circumaspicio,' et alia. Vide ad lib. 11. p. 29. Ed. Pric. *Oud.*—9 Vitiose D'Orv. *ab eruptione n. n. ferocissimum*, Pith. *fortissime*. *Id.*—1 Palat. Guelf. sec. *dirutis*. Edd. ante Colv. *diruptis*. Vide lib. 1. p. 12. 'Funis dirumpitur.' *Id.*—2 *Constr.* Vulgati codices, *instr.*—8 Oxon. *Inhebeti*. Roaldus. *Inhebeti*. Ibidem, *inerti*. Supra notavi ad lib. vi. *Colv.* Flor. et Bert. *dolore deformem, et inerti p.* Bene. *Elmenh.* *Dolore def.* Brant.—6

## NOTE

<sup>c</sup> De dentibus meis *ætatem*, &c.] Plin. lib. xi. cap. 37. 'Ætas veterinorum dentibus indicatur. Equo sunt numero XL. Amittit tricesimo mense primores utrinque binos: sequenti anno totidem proximos, cum subeunt dicti columellares. Quinto anno incipiente binos amittit, qui sexto anno renascuntur. Septimo omnes habet et re-

natos, et immutabiles. Equo castrato prius, non decidunt dentes. Asinorum genus tricesimo mense similiter amittit, deinde senis mensibus,' &c.

<sup>d</sup> *Ruderarium cribrum*] Cujus corium tot ac tam latis foraminibus hiat, ut cribrum duntaxat ex eo fieri possit, illudque non frumentarium,



mus<sup>7</sup> eum cuiquam, si qui tamen fœnum suum perdere non gravatur. Ad istum modum præco ille cachinnos circumstantibus commovebat.<sup>8</sup> Sed illa fortuna mea sævissima,<sup>9</sup> quam per tot regiones jam fugiens effugere,<sup>1</sup> vel præcedentibus malis placare non potui, rursus in me cæcos [170] detorsit oculos:<sup>e</sup> et emtorem aptissimum duris meis casibus mire repertum<sup>2</sup> objecit.<sup>3</sup> Scitote qualem. Cinædum, et senem, calvum quidem, sed cincinnis<sup>4</sup> semicanis et pendulis capillatum: unum de triviali<sup>5</sup> popularium fœce, qui per plateas<sup>f</sup> et oppida cymbalis et crotalis<sup>6</sup> personantes, De-

*perdere suum fœnum. Sic ille præco excitabat risum circumstantibus. Verum illa crudelissima Fortuna mea, quam non potueram evitare, tametsi jam fugissem per tot loca, neque reddere mitiorem meis prioribus arumnis, deflexit iterum in me suos oculos cæcos, et obtulit emtorem miro casu inventum, maxime congruentem meis calamitatibus. Audite qualis erat. Cinædus vetulus; calvus quidem, sed comatus tantum aliquot dependentibus capillis crispis ex parte canescentibus: unus ex vilissimis illis hominibus, qui cogunt Deam Syriam mendicare, circumgestantes eam per vicos*



D'Orvill. *rudcar.* Adi Comm. *Oud.*—7 *Atque adeoque vel donemus, &c.* Quid si legas, *Atque adeo, inquit, vel d. e. cuiquam?* Stewechius. *Atque adeo.* Fux. *Quare adeoque.* Roaldus. *Quare vel donemus.* Vulg. *Atque adeoque vel donemus.* Colvius. Flor. *Atque ideo v. d. Bert.* *Atque adeo v. d. Elmenh.*—8 *Palat. circumst. each.* D'Orvill. *cachionis c. admittebat.* Fux. *ammovebat.* *Oud.*—9 *Sævissima, puto.* Brant. *Atque ita de more ediderunt Vule.* Ed. sec. *Elmenh. Scriv.* sed Msstis *invitis.* Adi ad lib. v. p. 91. 'Fortuna sævior.' A Pith. *abest mea.* *Oud.*—1 *Jam aufugiens eff.* Scripta lectio, *aufug. aufugere.* Impressa omnis, *fugiens effug.* Colvius. *Fugiens.* Alii, *aufugiens.* *Elmenh.*—2 *Ire rep.* Scribe meo periculo: *e re repertum:* deinde Parisiensi exemplari: *et pendulis capillatum.* Stewechius. *Mire rep.* Bas. I. *ire repertum.* Forte: *e re repertum, vel mi e re repertum.* Colvius. B. *inire repertum.* Colvius *hario-latur. Putcan.* Basiliensis lectio nihil est, nisi tyothesarum error. *Mire* est, admirabiliter, singulari modo, vel casu. Vide Pricæum. Lib. iv. p. 77. 'Mire canibus repugnantem.' Infra p. 173. 'Mire præsumptione munitus.' Vide et ad p. 159. 'Astu miro personata.' *Oud.*—3 Fux. *abjecit.* Id.—4 *Cinædum, et senem, calvum quidem, cincinnis, &c.* Vulgati, *cinædum, et senem cinædum, calvum quidem, sed cincinnis.* Id genus hominem notat Plautus Truculento: 'Mæchum malacum, cincinnatum, umbraticolam, tympanotribam, Amas? hominem non nanci.' Colv. Bert. et Flor. *senem cinædum, calvum quidem, sed cincinnis.* *Elmenh.*—5 Ms. *trivialium.* Colv. Item *Palat.* Mox per exulata Pith. *Oud.*—6 Flor. *crotulis.* *Elmenh.* Item *Pal.* Fux. *Guelf. sec.*

#### NOTÆ

sed ruderarium, quo rudus atque arena eribrentur. Ad hunc usum fabri nostri hodie vimineas crates sæpè quam cribra adhibent.

<sup>e</sup> *Cæcos detorsit oculos*] Quibus aut nihil videt, aut tam perverse videt,

ut bona malis, bonis mala decernat.

<sup>f</sup> *De triviali popularium fœce, qui per plateas, &c.*] Gallos intelligit, Dea Syria, sive Cybeles Sacerdotes, vilissima hominum mendicabula. *Μη-τραγύβραι* a Græcis dicuntur.

amque Syriam<sup>h</sup> circumferentes, mendicare compellunt.<sup>i</sup> Is, nimio præstinandi<sup>7</sup> studio, præconem rogat, cujatis essem. At ille Cappadocum<sup>8</sup> me,<sup>k</sup> et satis forticulum denuntiat. Rursum requirit annos ætatis meæ. Sed præco lascivians:<sup>9</sup> Mathematicus quidem,<sup>11</sup> qui stellas ejus dispo-

*et urbes, strepentes cymbalis et crotalis. Ille, mire cupiens me emere, quærit ex præcone ex qua regione essem. Ille vero dicit me esse ex Cappadocia, et satis validum. Rogat iterum quot annos natus essem. Verum præco cavillans respondet: Quidam*



et D'Orvill. Male, ut pejus *et crot.* desunt in Par. P. 179. 'Cum crotalis et cymbalis.' De *crotalis* vide Spanhem. ad Callim. p. 299. Pric. ad Apolog. p. 15. sed ubi Mss. Flor. et D'Orv. legi jubent *crocota*, cum Salmasio. *Oud.* —7 Idem, *præstanti*. Colvius. D'Orv. *meo.* *Oud.* —8 Vulg. *Cappadocium*. Vide quæ scripsi super hoc lib. iv. supra. Et *Cappadocum* accipio de equo, non de mancipio, ut Beroaldus. Nam Solinus Polyhist. cap. 47. Claud. lib. II. in Rufin. Servius III. Æneid. Jul. Capitolinus Gordianis nobilem Cappadociam generosis equis indicant. Porro hunc locum paulo aliter scribendum arbitratur doctissimus Lipsius: *Cappadocum me satn et forticulum denunt.* Colvius. Rom. *Cappadocium*. Pal. *fortiumculum*. Elmenh. —9 Scriptum exemplar, *lascivians*. Colv. —1 *Quidam*. Idem, *quidem*. Colvius. Flor. *quidem*. Male. *Elmenh.* Neque aliter in D'Orv. Oxon. Palat. Fax. Pith. Guelf. pr. et Edd. Vic. Juntinis, Aldi; et recte, ut contra Elmenhorstium censeo. Opponun-

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Et crotalis*] Ἀπὸ τοῦ κρότου, quod plausum et strepitum significat, κρόταλον, crepitaculum, de cujus formæ variæ sunt sententiæ. Vide Cæl. Rhodig. lib. x. cap. 44.

<sup>h</sup> *Deamque Syriam*] Unam eandemque fuisse Rheam, Cybelen, et Deam Syriam probat tum ritus Sacrorum idem, tum etiam quæ de Deæ Syriæ simulacro turritoque ejus capite Lucianus refert in De Dea Syria, quem vide. Libro tamen sequente Deam Syriam matris Deum sororem facit Noster. Sed vero similis est eandem esse quæ diversis locis sub diversis nominibus coleretur.

<sup>i</sup> *Mendicare compellunt*] Lucianus: καὶ τὴν Θεὸν ἐπαιτεῖν ἀναγκάζονται, ex quo hæc ad verbum desumpta sunt. Tertullianus, in Apologet. 'Circuit canponas mendicans religio.' Minutius, in Octavio: 'Mendicantes vicatim Deos ducunt.'

<sup>k</sup> *Cappadocum me*] Cappadocus etiam apud Martialem, lib. x. 'Nec de Cappadocis eques catastis.' Varro lib. II. de Re Rustica, ait, nobiles esse in Græcia asinos Arcadicos, in Italia Reatinos: asinorum vero Cappadociæ nulla præter ceteros fama. Equorum quidem ante alias altricem, et proventui equino accommodatissimam Cappadociam ait Solinus in Polyhistore, cap. 47. Sed præco jocans Cappadocem dixit, de eo loquens, ut de mancipio, non ut de asino. Mox enim: 'Quin emis bonum et frugi mancipium.' Porro inter mancipia celebrati fuere servi Cappadoces. Unde Persius, Sat. VI. 'Ne sit præstantior alter Cappadocas rigida pingues plausisse catasta.' Et Juvenalis, Sat. VII. 'Quanquam et Cappadoces faciunt, equitesque Bithyni Altera quos nudo traducit Gallia [Gallogræcia] talo.'

suit, quintum ei numeravit<sup>2</sup> annum: sed ipse scilicet melius istud de sua novit professione.<sup>3</sup> <sup>m</sup> Quanquam enim prudens crimen Corneliæ legis<sup>n</sup> incurram, si civem<sup>4</sup> Romanum<sup>o</sup> pro servo tibi vendidero; quin emis bonum et frugi mancipium,<sup>5</sup> quod te et foris et domi poterit juvare?<sup>6</sup> Sed exinde, odiosus emtor aliud de alio non desinit quærere: denique de mansuetudine etiam mea<sup>7</sup> percontatur anxie. At præco, Vervecem,<sup>8</sup> inquit, non asinum vides, ad usus omnes<sup>9</sup> quietum, non<sup>1</sup> mordacem, nec calcitronem<sup>2</sup>

*Genethliacus, qui composuit thema ejus nativitatis, dixit eum habere quinque annos. Sed ipse scilicet scit hoc melius ex tabulis suorum natalium. Quanvis enim sciens committam scelus adversus legem Corneliæ, si tibi vendam civem Romanum pro mancipio; eme tamen, meo periculo, servum bonum et frugi, qui poterit esse tibi utilis et foris et domi. Vervecem molestus ille emtor non cessat rogare aliud ex alio. Postremo inquit etiam sollicite, an essem mitis. Præco autem, Vides, inquit, non asinum, sed vervecem placidum ad qualibet munia, non petentem morsibus, neque*

tur quidem, et sed ipse scil. Aliud est lib. I. p. 28. 'Chaldæus quidam hospes.' Oud.—2 Bert. *ci nunciavit*. Sciopp. in Symb. et Susp. lib. IV. 8. Palat. Guelf. sec. *enumeravit*. Oud.—3 *De suis novit professionibus*. Ita Bertin. Sciopp. *ibid*. Bert. et Flor. *de suis n. professionibus*. Elmenh.—4 Ms. *sed civem*. Colv. Scriptum fuit *sei, iude set*. Braut.—5 Pith. *fruge ac m*. Oud.—6 Pal. *jurare*. Fux. *te juv*. Id.—7 Guelf. *pr. mea etiam*. Oxon. *de m. mea et perc*. Pal. *percunctatur*. Id.—8 Idem, *verbetem*. Al. *verbecem*. Colvius. Pal. Guelf. *pr. verbecem*, de more. Oud.—9 Vulgo, *usum omnem*. Elmenh. Pluralem recte reposuit Elmenh. cum Scriv. et Flor. ut habent Flor. Lips. Palat. D'Orv. Vide ad lib. II. p. 42. 'Gladium ad hos usus extuleram.' Oud.—1 D'Orvill. *ut non*. Id.—

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Mathematicus quidem*] Hæc omnia, et quæ sequuntur, per jocum, tanquam de homine dicuntur.

<sup>m</sup> *De sua novit professione*] Professione natali, id est, tabulis, quibus natum eum sibi professus est ejus pater apud acta. Vel etiam professione censuali, qua ipse censum, patrimonium, et ætatem suam apud Censores fuerat professus. Leg. VI. Cod. de Fide instrumentorum, et amissione eorum, &c. 'Statum tuum natali professione perdita mutilatum non esse certi juris est.' Ad quam legem vide Gothofredi Notas.

<sup>n</sup> *Corneliæ legis*] Meminerunt Jurisconsulti legum Corneliarum de Falsis, de Sicariis, et Veneficis, &c. quæ

omnes, a latore suo Cornelio Sylla, Corneliæ dictæ sunt. Sed legis Corneliæ pœnam in illum sancientis, qui liberum hominem pro servo vendiderit, nulla apud eos mentio. Est quidem Lex Fabia, de Plagiariis, de qua jam lib. VI. sed Cornelia nulla hujus argumenti: nisi dicamus respexisse Apuleium ad Legem Corneliæ de Falsis, quatenus agit de partu supposito. Extat hæc lib. IX. Cod. Tit. 22. cujus Tituli prima Lex hæc facit, quemadmodum et l. xxx. § 1. ff. ad Legem Corneliæ de Falsis.

<sup>o</sup> *Si civem Romanum*] Eodem joco quo supra: 'De sua novit professione.' Natalium enim professione probatur ingenuitas.

quidem; sed prorsus in asini corio modestum hominem habitare<sup>3</sup> credas. Quæ res cognitu non ardua.<sup>4</sup> Nam, si faciem tuam mediis ejus feminibus immiseris, facile periclitaberis,<sup>5</sup> quam grandem tibi demonstret patientiam. Sic præconem<sup>p</sup> tractabat dicacule.<sup>q</sup> Sed ille, cognito cavillatu, similis<sup>6</sup> indignanti, At<sup>7</sup> te, inquit, cadaver surdum et mutum, delirumque præconem, omnipotens et omniparens Dea Syria,<sup>8 r</sup> et sanctus Sabadius,<sup>9 s</sup> et Bellona,<sup>t</sup> et mater Idæa,<sup>u</sup>

*calcitrantem; sed talem plane, ut putes moderatum hominem latere sub pelle asinina. Quod non est difficile compertu: facile enim experieris, si interposueris cultum tuum inter medias cœvas ejus; quo facto, cernes quantam exhibebit tibi patientiam. Sic ille præco cavillabatur helluonem illum. At ipse, agnito joco, indignabundus ait: At Dea Syria omnipotens, et mater omnium rerum, Deusque Sabazius, et Bellona, et Magna mater Idæi montis, et Domina Venus cum suo Adonide te exoculent, cada-*

//////////

2 Fux. non calcitrosum. Utrumque dici potuit. Verum tamen hoc malo, quam illud ex lib. IV. de Ædil. ad. D. 'Unde quidam jumenta pavida et calcitrosa morbosus non esse annumeranda dixerunt.' Roald.—3 Potius in a. c. m. h. hab. Vulg. prorsus ut asini corio m. h. inhab. Colv.—4 Q. r. c. n. a. Ms. Quæ res est cognita. Colvius. Manusc. non tarda. Sciopp. in Symbola. Palat. Q. r. c. n. tarda. Elmenh. Cuncta hæc desunt Oxoniensi, Guelf. pr. Contra est inserunt Palat. Fux. D'Orv. Inc. Pro ardua in D'Orvill. etiam et Guelf. sec. exaratur tarda. Quod mihi quidem valde arridet: i. e. Cito sciri hæc res potest. Oud.—5 Faciem t. m. ej. feminibus, facile percontaberis. Ne ambige, quin Apuleianum sit: feminibus immiseris, facile perscrutaberis. Stewech. Fnx. emiseris. Sed lege immiseris. Tum Fux. f. periclitaberis: vides q. g. Recte, sed abundat τὸ vides, ut videtur. Roald. Feminibus immiseris, videns. Idem, vulg. percontaberis. Videns ex eodem libro scripto additum. Colv. Rom. et Pal. m. e. fcnoribus. Colv. m. e. faminis. τὸ videns recte delent Fl. Bert. et Venet. Elmenh. Manusc. feminis. Recte. Media feminis, τὰ μέσα: quanquam lib. x. 'Titione candenti inter media femina detruso.' Brant.—6 Pith. simul. Oud.—7 Scriptura vetus, Ad. Colv. Sic Pith. et Guelf. ambo. Tum surdeum Guelf. pr. Omnipatens Pith. Oud.—8 Eadem, Assyria. De hac abunde supra ad lib. VI. Colv. Vide ad Suet. Cæs. c. 22. Deas Syria Guelf. ambo, Dea Assyria D'Orv. a m. pr. Dea Asiria Fux. Oud.—9 Tentavi repo-

#### NOTE

<sup>p</sup> Lurconem] Nonius: 'Lurcones dicti sunt a lurcando. Lurcare est, cum aviditate cibum sumere. Pomponius, Syris: 'Lapatium nullum vescebatur, lardum lurcabat libens.' Lucil. Satir. lib. v. 'Vivite lurcones, comedones, vivite, ventres.'

<sup>q</sup> Tractabat dicacule] Apposite 'tractabat.' Sic Terent. Heautontim. Act. II. Scen. 3. 'Hæc arte tractabat virum.'

<sup>r</sup> Omniparens Dea Syria] Vel hinc patet Deam Syriam eandem esse quæ Cybele et Tellus, quam omniparentem dixerunt, quod omnia gignat producatque.

<sup>s</sup> Et sanctus Sab. [Sabacius] Seu potius Sabazius. Σαβάζιος, ut legitur apud Suidam, et alios, Bacchus est. Sic dictus ἀπὸ τοῦ σαβάζειν, quod est, bacchari. Quanquam non desunt qui ipsum Bacchi filium faciant. Quin

cum suo Adone<sup>1</sup> Venus domina, cæcum reddant: qui scur-  
rilibus [171] jam dudum contra me<sup>2</sup> velitaris jocis. An me  
putas,<sup>3</sup> inepte, jumento fero<sup>4</sup> posse Deam committere, ut  
turbatum<sup>5</sup> repente divinum dejiciat<sup>6</sup> simulacrum: ego-  
que<sup>7</sup> miser cogar crinibus solutis discurrere, et Deæ meæ<sup>8</sup>

*ver surdum ac mutum, præco insane, qui jam dudum jactas in me ridicula dicta.  
Credisme, o stulte, me posse imponere Deam asino feroci, qui commotus deturbet  
subito imaginem divinam, utque ego infelix cogar discurrere passis capillis, et*



nere: et Sancus Sabazius: nam quis Deus ille Sabadius, etiamnum incogni-  
tum. Sabazium Bacchum quidam interpretati a Sabasms, id est, tripudiis,  
et furiosis saltationibus, ejusmodi in sacris hujus Dei fiebant. Suidas auc-  
tor est, Σαβάξειν barbaris dictum Bacchum, qui σαβάβειν pronuntiabant pro  
εὐδάξειν. Alii Sabazium Bacchi filium faciunt, inter quos Harpocration. Re-  
peri de eodem Deo inscriptionem antiquam, quæ Romæ in ædibus Althero-  
rum: Q. NVMIVS ALEXANDER DONVM. DEDIT IOVI. SABAZO. Arnobius lib. iv.  
'Sacra et ritus initiationis, quibus Sabadiis nomen est:' probe emendavit  
ihidem amicus meus Theodorus Canterus, SABAZIUS. Quod ad Sancum Deum,  
alias dicti sumus. De Sabazio etiam consulendus Lilius Gyraldus libro  
octavo de Diis Gentium. *Stewech.* Scribe Sabazius ex Suida, quem hic laudat  
Beroaldus. *Sacra Sabazia* apud Arnobium lib. iv. *Colv.* Alii Sabazius. Har-  
pocrat. p. 115. Τὸν αὐτὸν εἶναι Σαβάξειον καὶ Διόνυσόν φασιν. Inde Sabi Bacchi.  
Eustathius in Dionysium de Situ Orbis 132. et nos ad Arnobium lib. v. (p.  
171.) *Elmenh.* *Colv.* Sabazius e Suida. Meminit et Cicero II. de Legibus.  
*Brant.*—1 *Cum suo Adone.* Ut præcedentia per copulam 'et' distinguuntur,  
sic etiam hic et præfigunt Ms. Pith. Edd. Junt. pr. Ald. Colin. quod etiam  
Toll. margini adjecit. *Adone Pith.* *Abdone Oxon.* Vide ad lib. II. p. 38. *Oud.*  
—2 *Contra me non est in Palat.* *Elmenh.* Hinc cum Scriverio aneis inclusit.  
Frustra. Alibi 'in' et 'adversus aliquem velitari.' In Apol. p. 402. Ed.  
Flor. 'Adversum te contumaciter calumniis velitari.' In Par. *velitans,*  
D'Orv. *velicaris.* *Oud.*—3 Oxon. *Anne p. Id.*—4 D'Orv. *Fesi.* *Id.*—5 Haud  
inepte Pricæus mallet, ut alibi, *disturbatum.* Certe elegantius huic participio  
præfigeretur τὸ *dis*, quam statim τῷ *solutis.* *Id.*—6 Bertin. *ejiciat.* *Elmenh.*  
—7 Fux. *ego qm.* *Oud.*—8 D'Orv. *me.* *Id.*—9 *Habu Guelf.* pr. *Id.*—1 Pal.

## NOTE

et Orpheus, in Hymno in Sabazium,  
dicit eum Saturni filium fuisse, ejus-  
que opera Bacchum, incensa Semele,  
Jovis femori fuisse insutum. Strabo  
lib. x. sacra ejus Magnæ Matris sa-  
cris similia fuisse ait, atque easdem  
acclamationes in iis adhiberi solitas.  
Καὶ ἐπιφθεγγόμενον εὐοῖ, σαβοῖ, ἦης,  
ἄττης, καὶ ἄττης ἦης, ταῦτα γὰρ ἐστὶ  
σαβάξια, καὶ μετρώα: Et clamantem  
evoë, saboë, hyes, attes, et attes  
hyes: eadem enim Sabazii et Magnæ  
Matris sacra sunt.

<sup>1</sup> *Bellona*] Cujus Sacra et Sacerdo-  
tes eodem fuisse, qui Matris Deo-  
rum, innuit Juvenalis Sat. VI. 'Bel-  
lonæ Matrisque Deum chorus intrat,  
et ingens Semivir,' &c. Itaque Bel-  
lona, et Mater Idæa, et Venns Do-  
mina, de qua mox, et Dea Syria cog-  
nata sunt Numina, vel potius varia  
unus ejusdemque Deæ nomina.

<sup>2</sup> *Mater Idæa*] Cybele. Ab Ida,  
monte Phrygiæ, in quo præcipue co-  
lebatur.

humi<sup>9</sup> jacenti aliquem medicum quærere? <sup>w</sup> Accepto tali sermone, cogitabam subito<sup>1</sup> velut lymphaticus exsilire; ut, me ferocitate cernens exasperatum,<sup>2</sup> emtionem<sup>3</sup> desineret. Sed prævenit cogitatum meum<sup>4</sup> emtor anxius, pretio depresso<sup>5</sup> statim: quod quidem<sup>6</sup> gaudens dominus, scilicet<sup>7</sup> tædio mei, facile suscepit, septemdecim denarium:<sup>8</sup> et illico me tunicla spartea<sup>9</sup> deligatum<sup>1</sup> tradidit Philebo. Hoc enim nomine censebatur jam meus dominus.<sup>2</sup> At ille susceptum<sup>3</sup> novicium famulum trahebat ad domum,

*quærere qui medeatur meæ Deæ strætæ humi? Ego, audita illa oratione, meditabar saltare repente tanquam furibundus; ut ipse, videns me exacerbatum feritate, desisteret ab emendo. Sed emtor ille mihi inhians antevertit meum consilium persoluto statim pretio septemdecim denariorum, quod dominus meus gaudens accepit libenter, nimirum fastidio mei: et e vestigio ligatum me funiculo junceo dat Philebo, namque hoc erat nomen mei novi domini. Ille vero accipiens me novum mancipium*



*subite.* Elmenhorstius. Cum Guelf. sec. Tum D'Orv. *resilire.* Oud.—2 Lip-sius, *ferocitate cernens, exasperatus.* Colv. Modius legit *exasperatus.* Elmenh. Sed recte Pricæus apposuit locum p. 164. 'Præter genuinam ferocitatem tumultu suorum exasperati canes.' Lib. iv. p. 65. 'Cum viderem canes in me exasperari, fugam desino.' Apol. p. 410. Ed. Flor. 'Pecudibus ad morsum exasperatis.' Oud.—3 Ms. *emtozem.* Colv.—4 Flor. *cogitatu meo.* Sed exemplum desidero, in quo 'prævenire' Dativo jungatur. Oud.—5 Guelf. pr. *depresso.* Id.—6 Pitl. *fidem.* Id.—7 *Scilicet* exulat a Bertino. Si Ed. Junt. pro sc. Id.—8 Den. idem Ms. Al. *denariorum.* Colv. In Reg. Fux. *denariorum,* sed male. Vide ad lib. vi. p. 124. 'Nummum.' Oud.—9 *Tumida spartea.* Divinus Scaliger diu est, cum emendavit divine, *tunicla spartea,* ad Festum V. 'Thomices.' Roald. *Tunicla.* Divinatio hæc divini viri Jos. Scaligeri ad illa Festi. 'Tomices Græco nomine appellantur cannabi impolito et sparto leviter tortæ restes, ex quibus funes fiunt.' Vulgo, *tumida spartea.* Unde ante conjeci, *tania spartea.* Sed jam nihil verius Scaligeri correctione visum, qui loco, quem dixi, videndus. Colv. *Tomica spartea.* Flor. 1. *stumida s.* Aldus, Fl. 2. et Pal. *tumida spartæ,* male. Vide Indicem. Elmenh.—1 Bertin. *diligatum.* Oud.—2 *Et illico, &c. dominus.* Cuncta hæc desunt Ms. Paræano et Guelf. pr. *Dominus meus* [exhibet] D'Orv. Id.—3 Malim, *susceptum me.* Id.

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Aliquem medicum quærere*] Qui ipsam erigat, aut fractam reparet.

<sup>x</sup> *Tunicla spartea*] Funiculo junceo. Spartum junci genus est restibus conficiendis, aliisque operibus per multis aptum. Hispanicum præstat ceteris apud Vitruv. 'Tunicla' porro pro, tunicula, seu thomicula, diminutivum est a thomice. Festus:

'Thomices Græco nomine appellantur cannabi impolito et sparto leniter tortæ restes, ex quibus funes fiunt. Pulvilli quoque quos in collo habent [jumenta scilicet], ne a restibus lædantur, thomices vocantur.' Posset etiam hic legi *tomica spartea.* Vitruv. lib. vii. cap. 3. 'Mataxæ et tomicæ ex sparto Hispanico.'

statimque illinc<sup>4</sup> de primo limine proclamat: Puellæ, servum vobis<sup>5</sup> pulchellum en ecce mercatus<sup>6</sup> perduxī. Sed illæ puellæ chorus erant cinædorum,<sup>7</sup> quæ statim exultantes in gaudium, fracta, rauca, et effœminata voce<sup>8</sup> clamores absonos<sup>9</sup> intollunt: ratæ<sup>1</sup> scilicet, vere quempiam hominem servulum ministerio suo paratum. Sed, postquam non cervam pro virgine,<sup>y</sup> sed asinum pro homine succidaneum<sup>2 z</sup> videre, narc detorta, magistrum suum varie cavillantur. Non enim servum, sed maritum<sup>a</sup> illum<sup>3</sup> scilicet sibi perduxisse. Et heus, aiunt,<sup>4</sup> cave ne solus exedas<sup>5</sup>

*ducebat in suas ædes, et statim exclamat exinde ab ipso ostio: Heus, puellæ, emi vobis bellum famulum, quem huc adduxi. Verum illæ puellæ nihil aliud erant quam turba cinædorum, qui repente gestientes latitia extollunt clamores incompositos voce infracta, rauca, et effœminata, credentes nempe revera esse aliquem hominem servum destinatum suo famulatu. Sed, ubi viderunt non cervam pro puella, sed asinum suppositum pro homine, torquentes nasum, lacessunt magistrum suum variis jocis.*

//////////

—4 Edd. ante Bas. sec. et Colvium *illic*. Male. Lib. v. p. 107. ‘Jam inde a foribus boans.’ In Oxon. Guelf. pr. *proclamabat*. Id.—5 Guelf. pr. *nobis*. Id.—6 *Mercato*. Fux. *mercatus*. Roaldus. *Mercatus*. Vulg. *mercato*. Colvius. Bert. et Flor. 2. *mercato*. Elmenhorstius. Al. *mercato*. Lego, *mercato*. Serenus Opusc. ‘Ad mercatum eo, villice; ecquid vis inde velii aut agi?’ apud Non. *Brant*.—7 Ms. *cinædarum*. Colvius. *I pulse* Pith. Pal. *corpus*. Tum Regius, Fux. *erant*. Optime, ut millies in vocibus collectivis. Vide Ind. Notarum. Lucian. Ἦσαν δὲ τὰ κοράσια ταῦτα, ἕχλος κιναιδῶν συνεργῶν τοῦ φιλήθου. *Cinædarum* quoque in Reg. Fux. *Oud*.—8 Idem, *fracta rauca et eff. v. Colvius*. Pal. *fractæ r.* Flor. *fractæ r.* Vide Indicem. *Elmenh*.—9 M. *cl. obscænos*. Pntean. Sed paulo post in eadem re ‘absonis ululatibus.’ Oxon. *assonos*. *Oud*.—1 Vulg. *rati*. Colv. Vide supra ad V. ‘*Mercatus*.’ *Scilicet* exulat ab Oxon. *Id*.—2 Palat. Guelf. sec. *succidaneum*, Guelf. pr. a m. pr. *succidaticum*. Ἀνάνδρον in Onomastico. Vide doct. P. Bondam V. L. p. 115. Paulo ante in D’Orv. *serram* pro *cerv*. *Id*.—3 *Illum* abest a Palat. Guelf. sec. *Istum* Pith. *Id*.—4 Oxon. et Par. *Et heus civiter aiunt*. An *civiliter*? i. e. Nobiscum age non, ut rex, sed communi dividendo formula. *Wass*. Sic ‘*civiliter*’ opponitur ‘*tyrannicæ impotentiae*’ lib. x. 214. Et passim aliis. Admodum mihi placet hæc conjectura. Verum in nullis aliis Mss. ea vox reperitur. Pro *heus* in Guelf. pr. *esus*. *Oud*.—5 Ms. *exedas*. Flagitium

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Non cervam pro virgine*] Ut in Græcorum sacrificio apud Anlidem, in quo Diana cervam pro Iphigenia supposuit.

<sup>z</sup> *Succidaneum*] Subditum. Succidaneæ hostiæ, quæ succedebant primis, et cædebantur, cum illis non fuerat litatum.

<sup>a</sup> *Sed maritum*] Obscœnæ rei significatio est. Tanquam Philebus Asinum redemerit, sicut uxor virum, a quo subagitaretur: erat enim cinædus pathiens. Lucianus: Τοῦτον οὐ δοῦλον, ἀλλὰ νυμφίον: Non hunc servum, sed sponsum ducis. *Beroald*.

tam bellum scilicet pullulum; <sup>b</sup> sed nobis quoque, tuis palumbulis, <sup>c</sup> nonnunquam impertias. <sup>6</sup> Hæc et hujusmodi <sup>7</sup> mutuo blatterantes, præsepio me proximo <sup>8</sup> deligant. Erat quidam <sup>9</sup> juvenis satis corpulentus, ceraula <sup>1</sup> <sup>d</sup> doctissimus, collatitia stipe <sup>e</sup> de mensa <sup>2</sup> paratus: <sup>f</sup> qui foris quidem cir-

\* \* \* \* \* *Clamitantes inter se hæc et similia, alligant me ad præsepe proximum. Erat quidam juvenis, corpore admodum vasto, peritissimus cornicen, quem pecunia sibi erogata emerant de lapide. Hic antecedebat eos, canens lituo*

//////////

illud verbi a Plauto petiit, Pseudolo: 'Jam admordere hunc mihi lubet. St. Jamne illum comesurus es?' Eodem involucro forte obscœnitas etiam tecta Milite: 'Dum talem facies, qualem adhuc assidue edis, Communicabo te semper mensa mea.' Torquent se viri docti loco illo Circulionis: 'Nimis formido ne exedat. PH. Odiosus es.' Ubi, intellectu hujus verbi non intelligendi, 'ne exedat' sic accipio, ac si diceret: Ne bene te lautum puerum exedat. Sed nemini de illo loco judicare est, nisi qui ea, quæ in eadem fabula præcesserunt, legerit. *Colc.*—6 Addere placet Pricæo *indidem*, ut alibi. In Oxon. *non cuiquam*. Edd. Junt. et Ald. *impartias*. Vide ad lib. i. p. 2. 'Impartire sermonem.' *Oud.*—7 D'Orv. *hujus*. Ed. Scriv. *hujuscemodi*, ut alibi. Vide ad lib. ii. p. 28. et sæpe. *Id.*—8 Recte in Fulv. Cod. *proximum*. Woverius. Ms. *proximo*. Sciopp. in *Symbola*. *Præsepi me proximo*. Vulgo, *p. m. proximum*. Elmenhorstius. *Proximo*, quod primus Woverius reposuit, confirmatur a Flor. Lips. Reg. Oxon. Guelf. Palat. D'Orv. Inc. Non vero *præsepi*, sed *præsepio* est in Mss. et Edd. O. *Dilig.* Palat. *Diligunt* Guelf. sec. *Oud.*—9 Ed. Vicent. *quidem*. *Id.*—1 Sic recte Flor. duo. In Palat. est *comula*, in vulgatis *choraula*; paulo post 'cornu canens' dicit. *Elmenh.*—2 Motos scio Parisienses sententia Beroaldi, ut conjunctim cuderent, *stipe demensa*, quasi depromta, prolata. Ceterum Beroaldum opinionem facile depositurum fuisse verosimile est, si quis ei hunc Apuleii locum ex prima Apologia opposuisset: ubi de M. Catone Consule in Hispaniam proficiscente, et tres solummodo servos educente, 'Quoniam ad villam,' ait, 'publicam venerat, parum visum, qui uteretur; jussisse duos pueros in foro de mensa emi;

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Ne solus exedas pullulum*] Sensus est: Nolito tu solus perfrui hoc asello, sed ejus concubitus nobiscum quoque partiaro communica, &c. Bellus præterea pullulus dicitur festivum elegansque delictum: et est nomen blandimenti: &c. Plantus in Casina: 'Meus pullus, meus passer, mea columba, mi lepus.' Antiqui pullum vocabant puerum ejus, a quo amabatur: unde Q. Fabius, quod ejus nates fulmine icta esset, pullus Jovis appellatus est. *Id.*

<sup>c</sup> *Palumbulis*] Translatio a pullis palumbium, quibus adhuc implu-

mibus cibum impertiri solet mater. *Id.*

<sup>d</sup> *Ceraula*] Polluci *κεραυλης*, cornicen. Noster, lib. i. Florid. 'Nihil æque se laborare, et animo angere et mente dicebat, quam quod monumentarii ceraulæ tibicines dicerentur.'

<sup>e</sup> *Collatitia stipe*] An quam Galli singuli ex suo peculio in commune contulerant? An vero quam contulerant ipsis populi? Hoc placet magis.

<sup>f</sup> *De mensa paratus*] An emtus apud mensularium? Hujusmodi enim tra-



cumgestantibus Deam cornu canens adambulabat,<sup>5</sup> [172] domi vero promiscuis<sup>3</sup> operis<sup>b</sup> partiarior agebat concubitus. Hic me, simul domi conspexit libenter,<sup>4</sup> appositis largiter cibariis gaudens alloquitur: Venisti tandem miserrimi laboris vicarius.<sup>5</sup> Sed diu vivas, et dominis placeas, et meis defectis jam lateribus consulas. Hæc<sup>6</sup> audiens, jam meas futuras novas cogitabam ærumnas. Die sequenti variis coloribus indusiati,<sup>7</sup> et deformiter quisque formati, faciem cœnoso figmento deliti,<sup>8</sup> et oculis obunctis graphice,<sup>i</sup> prodeunt; mitellis,<sup>k</sup> et crocotis,<sup>l</sup> et carbasinis,<sup>m</sup>

*corneo, dum circumferrent Deam foris. \* \* \* Statim atque ille vidit me domi, apponit mihi ultro cibos copiosos, et sic compellat me lætus: Tandem advenisti, qui expleres vicem meam in obeundo labore ærumnosissimo. At vivas longo tempore, et placeas nostris heris, et provideas meis viribus jam fractis. Dum audirem ista, jam recogitabam novas miserias, quas deinceps eram passurus. Postero die egrediuntur induti vestibus multorum colorum, et singuli reformati in turpes formas, facie oblita faco lutoso, et oculis pictis eleganter, amicti parvis mitris, et vestibus*

//////////

eos quinque in Hispaniam duxisse.' *Stewech.* Male connectit voces duas Beroaldus, *demensu.* Enim Apologia 1. 'Jussisse duos pueros in foro de mensa emi.' Modus hic loquendi inde manavit, quia Veteres sæpiuscule res suas argentariis vendendas dabant: ut patet ex Scævola nostro in lib. LXXXVIII. D. de Solution. et Liberat. *Colv.* Schickeradus recte observat, puerum de mensa dici, *παῖδα τραπεζοποιῶν*, id est, *τῆς πάσης περὶ τὰ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενον.* *Elmenh.* Malim *demensu*: nam homines non solent mensis argentariorum imponi. *Soping.*—3 Ms. *promiscui.* *Colvius.* Magis placet Pal. Cod. lectio *promiscuo.* Bert. *excubitus.* Flor. *concupinus.* *Elmenh.*—4 *Libenter* abest Bertin. *Oud.*—5 Guelf. pr. *vicarius.* Id.—6 Rursus Edd. Vett. usque ad Bas. sec. *Colviique, Hic.* Pro *futuras* in D'Orv. est *fortunas.* Id.—7 *Inclusiati.* Fux. *indusiati.* Roaldus. *Inclusiati*, quod nihili est, dant D'Orv. et Edd. Rom. Ber. et Bas. *Oud.*—8 *Facie cœnoso pigmento delita.* Vulgo, *faciem cœn. pigm. deliti.* Lucianus Saturnalibus: *Καὶ γυμνὸν ἄδειν, καὶ κροτεῖν ὑποτρέμοντα, ἐρίοτε δὲ καὶ ἐς ψυχρὸν ὕδωρ ἐπὶ κεφαλῆν ἄθελθαι, ἀσβόλω κεχρισμένον τὸ πρόσωπον.* *Colv. Fl. et Pal. faciem cœn. figmento delitam.* Bert.

#### NOTE

pezitis non pecuniam modo suam locandam, sed et res suas vendendas dabant. An qui ad mensam esset, τῆς πάσης περὶ τὰ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενος, ut interpretatur Schickeradus? An vero de lapide emtus, ut apud Ciceronem, Orat. in Pisonem: 'Duos de lapide emtos?' Certe πρᾶτῆρ λίθος, lapis, in quo venales prostabant, 'mensa' etiam dicebatur.

<sup>5</sup> *Cornu canens adambulabat*] Ovid. de Ponto: 'Ante Deum matrem cornu tibicen aduoco Cum canit, exiguæ quis stipis æra neget?'

<sup>b</sup> *Promiscuis operis, &c.*] Sicut in cultura fundi plures operæ parantur, ita hic subactor cinædorum operas Venereas dispertiebat. *Beroald.*

<sup>i</sup> *Oculis obunctis graphice*] *Palpebris pictis.* 'Graphice,' γραφικῶς, accurate, et ad unguem. 'Graphiciens

et bombycinis injecti.<sup>9</sup> Quidam tunicas albas,<sup>1</sup> in modum lanciolarum<sup>n</sup> quoquo versum<sup>2</sup> fluente purpura, depictas<sup>3</sup> cingulo subligati, pedes luteis induti calceis, Deamque serico contectam amiculo, mihi gerendam imponunt: brachiisque suis humero<sup>4</sup> tenus renudatis<sup>5</sup> attollentes immanes gladios ac secures, evantes<sup>6o</sup> exsiliunt, incitante<sup>7</sup> tibiæ cantu lymphaticum tripudium. Nec paucis pererratis<sup>8</sup> casulis, ad quandam villam possessoris beati<sup>9p</sup> perveniunt,

*croceis, et lineis, et sericis. Quidam, habentes tunicas candidas, pictas purpura procurrente in omnes partes instar parvarum lancearum, substrictis zona, et pedes indutos calceis crocei coloris, et imponunt mihi Deam ferendam operam velamine serico, et despoliatas brachiis suis usque ad humerum, extollentesque cultros permagnos, et bipennes, saltant quasi bacchantes, cantu tibiæ excitante vesanum choream. Et, cum jam circumivissent multa tuguria, accedunt ad villam opulenti domini, et*



*f. cænoso pigmento delito. Elmenh.—9 Bomb. linteis. Fux. b. injecti. Roaldus. Bomb. linteis injecti. Dele illud linteis, quod nescio unde huc irrepsit. Non enim vel in Ms. vel ullo vulgatorum est. Ceterum nunc primum emendavimus injecti pro injectis. Vide et infra lib. ix. ‘Nonnulli exiguo tegili tantummodo pubem injecti.’ Lib. xi. ‘Et antistites sacrorum, qui candido linteamine cinctum pectoralem adusque vestigia strictum injecti.’ Item ibidem emendatum nobis: ‘Nam proxima nocte vidi quemdam de sacratis, linteis injectum.’ Colv. Bert. injectis. Elmenh.—1 Albas deest Fux. Oud.—2 Fux. quoquo sursum. Emendo igitur: q. sane versum. Roald. Potius inde fieri posset scilicet, ut monitum sæpius. Vide Ind. Notarum. In Fux. est quoquo versu. Oud.—3 Pal. purpuras depictas. Elmenh. Depicta Ed. Bas. pr. Oud.—4 Guelf. pr. humeros. Id.—5 Oxon. Pith. denudatis, male. Id.—6 Fux. levantes, sed frustra. Roald. Ms. secures levantes. Colvius. Flor. ovantes. Al. levantes. Elmenh.—7 Incitantes. Fux. incitante. Roaldus. Incitante. Vulgo, incitantes tib. cantu. Plutarchus: Δειδὼν γὰρ, εἰ Κλεομένης κάθηται μητραγύρτου βασιλέως σχολὴν ἀναμένων, ὅταν πρῶτον ἀπόθηται τὸ τῦμπανον, καὶ καταπαύσῃ τὴν θίασον. Colv. Incitante. Sic recte Colv. cum alias esset incitantes. Juvat Juvénal. Sat. vi. ‘Nota Bonæ secreta Deæ, cum tibia lumbos Incitat.’ Et Persius: ‘Cum carmina lumbum intrant.’ Brant.—8 Percursatis. Ibidem, pererratis. Colvius. Percerratis. Vulgo, percursatis. Elmenh.—9 Britini. Fux. beati: fortean vere. Roald. Non displicet scripta lectio, beati. Colvius.*

#### NOTÆ

homo’ in jocularibus.

<sup>k</sup> *Mitellis*] Servius ad Æneid. iv. ‘Quibus effæminatio crimini dabatur, etiam mitra iis ascribatur.’

<sup>l</sup> *Et crocotis*] Crocotæ sunt tunicæ infectæ croceo colore. Crocotarii apud Plautum, Anularia, infectores, qui vestes tingunt colore croceo.

<sup>m</sup> *Carbasinis*] Carbasus genus est lini præcipuæ tenuitatis.

<sup>n</sup> *In modum lanciolarum*] ‘Ραβδωτοὺς χιτῶνας intelligit. Vestes erant albæ quidem, sed distinctæ purpura in modum lancearum aut virgarum ducta, unde virgatæ vestes dictæ sunt. Virgil. ‘Virgatis lucent sagulis.’

<sup>o</sup> *Evantes*] Servius ad Æneid. lib. vi. ‘Evantes; Bacchantes, a Libero, qui Evan dicitur.’

<sup>p</sup> *Possessoris beati*] Sic Beroald. et

et ab<sup>1</sup> ingressu primo, statim absonis ululatus constrepentes, fanatice<sup>2</sup> pervolant,<sup>2</sup> diuque<sup>3</sup> capite demisso, cervices lubricis intorquentes motibus, crinesque pendulos in circulum<sup>4</sup> rotantes,<sup>5</sup> et nonnunquam morsibus suos incurstantes<sup>5</sup> musculos, ad postremum ancipiti ferro, quod gere-

*vociferantes clamoribus incompositis, statim a primo limine, irrumpunt furenter, inclinatoque diu capite, inflectentes collum motibus lascivis, et agitantés in gyrum copillos pendentes, et aliquando morsibus petentes suos lucertos, denique singuli di-*



Flor. et Col. *beati*. Bert. *possessorio B.* Elmenh.—1 *Ab* deest Ms. Pith. *Oud.*—2 Ms. Pith. et Edd. Scriv. *provolant*. Id.—3 *Denique*. Fux. *diuque*. Roaldus. *Diuque*. Vulgati, *denique*. Ms. *dimisso*. Colvius. Manusc. *dimisso*; forte *dique capite misso*: ut supra ‘*dique grassati*’ per figuram tmesim, cujus alia exempla apud Apuleium occurrunt. Et insigne unum in mentem venit, quod apud Ulpianum Jurisconsultum legitur l. XII. § Si mulier D. de jure dot. ‘Si quidem circum in hoc venta,’ pro, in hoc circumventa. Arnob. lib. VII. advers. Gen. ‘Verum bellicas res amat, interque esse desiderat pugnis.’ Brant. Ineptissime archaizat suo more Brantius. *Diuque c. dem.* verissime habent Mss. et Ed. Junt. post. cum Colvio et seqq. Ex primi typographi errore natum *denique*. *Oud.*—4 *In circulum*. Ms. *in arculum*. Lucanus lib. I. ‘Crinemque rotantes,’ &c. *Colv.* Non de nihilo fortassis hic est vetus lectio *in arculum*. Nam Festus: ‘Arculum appellabant circulum, quem capiti imponebant, ad sustinenda commodius vasa, quæ ad sacra publica capite portabantur.’ Ad horum hominum comarum jactationem notandus adhuc locus insignis L. Flori ex lib. III. ubi de bello servili: ‘Syrus quidam, nomine Eunus, (magnitudo cladium facit, ut meminimus,) fanatico furore simulato, dum Syriæ Deæ comas jactat, ad libertatem et arma servos, quasi Numinum imperio, concitavit.’ Sic, ad Deum Matrem opinor, quæ eadem cum Syria Dea, Varro Enmenidibus: ‘Nunc semiviri teretem comam volentem jactant tibi Galli:’ (p. 105. Ed. Dordr.) Addatur et locus Antipatri: ‘Ἐκ ποτὲ τις φρικτοῦτο Θεῆς σεοσβημένος ὀστραφ, Ῥομβητοὺς δονέων λυσσομανεῖς πλοκάμους. Qui etiam de Cybele sacerdote loquitur. *Idem in Add. Flor. 2. et Pal. in arculum.* Male. Ulpianus l. I. Digest. de Ædilit. edicto: ‘Si servus inter fanaticos non semper caput jactarit.’ Quint. lib. II. ‘Caput jactare et comas rotare fanaticum est.’ Elmenh.—5 Guelf. pr. *incursant*. *Oud.*—6 *Dissecat*. Fux. *dissi-*

#### NOTÆ

Pricæus ex Mss. Fux. et Oxon. Vulgo legitur *possessoris Britini*, nullo sensu.

<sup>1</sup> *Fanaticæ*] A ‘fano’ ‘fanatici,’ qui circa fana, hoc est, templa, furentes et bacchantes vaticinabantur. Ἐνθεοὶ Græcis, et Cybele ipsa a Catullo ‘entheata Domina’ appellatur, quod Sacerdotes suos ἐνθουσιασμῷ afflet.

<sup>2</sup> *Fanaticæ pervolant*] Ne petita quidem domini venia, quæ hujusmodi hominum fuit impudentia vanæ reli-

gionis metu nixa. Ovid. lib. I. de Ponto: ‘Ecquis ita est audax, ut limine cogat abire Jactantem Pharia tinnula sistra manu?’

<sup>3</sup> *Crinesque pendulos rotantes*] Lucan. lib. I. ‘Crinemque rotantes Sanguinei populis cecinerunt tristia Galli.’ Servius, ad lib. X. Æneid. ‘Mater Deum dicta Cybele ἀπὸ τοῦ κυβιστῶν τὴν κεφαλὴν, quod semper Galli, motu capitis per furorem comas rotantes, ululatu futura pronuntiabant.’

bant, sua quisque brachia dissecant.<sup>6</sup> Inter hæc unus ex illis bacchatur<sup>7</sup> effusius, ac de imis præcordiis anhelitus crebros referens, velut nimium<sup>8</sup> divino spiritu repletus, simulabat sauciam vecordiam; prorsus quasi Deum<sup>9</sup> præsentia<sup>u</sup> soleant homines non sui fieri meliores,<sup>w</sup> sed debiles effici,<sup>1</sup> vel ægroti. Specta denique quale,<sup>2</sup> cœlestis<sup>3</sup> providentia, [173] meritum<sup>x</sup> reportaverit. Infit vaticinatione clamosa conficto<sup>4</sup> mendacio, semetipsum incessere<sup>5</sup> atque

*scindunt sua brachia gladio utrimque acuto, quem gestabant. Interea unus ex illis furit vehementius, trahensque frequentia suspiria ex intimo pectore, quasi fuisset plenus divino afflatu Deæ, fingebat se correptum insania: plane quasi homines non soleant effici meliores seipsis præsentia Deorum, sed fieri infirmi, aut ægri. Considera demum qualem mercedem acceperit providentia Deorum. Incipit mendacio ficto culpam et accusare seipsum strepero vaticinio, quasi commisisset*



*cant: et Ald. Roald. Dissicant. Sic probe Ms. Vulgo, dissecat. Posset etiam legi dissiciunt. 'Dissicare' vel 'dissicere,' quod plerumque 'dissecare' dici vides, semper antiqui dixerunt. Exempla innumera extant apud Ald. Manutium in Orthographia, quæ et ipse et nos accepta ferre debemus doctissimo clarissimoque viro Cl. Puteano, Christianissimi regis consiliario dignissimo. Martiano Capella lib. 11. 'Aurora primo convenustans halitu Surgens fenestras dissicaret lumine.' Restituerim etiam in Silio lib. XIV. (15) 'Impactum pelagus laceratæ viscere terræ Dissicit:' ubi editum *Disjicit*: ut etiam apud Sidonium Panegyri. Majoriani: 'Partemque cerebri Hic galeæ cum parte rapit, fortique lacerto Dissicit ancipiti miserabile sinciput ense.' Sic correximus infra lib. IX. 'Canes pastoricos, villaticos, feros, atque immanes, assuetos abjecta per agros exsiccare cadavera: 'ut apud Plantum Rudente recte Turneb. 'Quin tu in paludem is, exsiccasque arundines?' Resicare, prosicare, in Varrone, Plauto, aliis. *Colv. Lege: b. dissecant. Lampridius in Commodio pag. 72. 'Bellonæ servientes,' &c. [Vid. inf.] Elmenh. 7 D'Orvill. bacchatus, haud male. Oud.—8 Numinis. Flor. numini. Male. Elmenh. —9 Domini. Lego, Deum, pari errore, quo infra, et ita est in lib. Ald. Roald. —1 Citra ullam necessitatem J. Bourdelot. delet verbum *effici* ad Heliodor. I. III. in f. *κατόχους μισοῦμενος*. Dein *quali cœlestis* in Cod. Oxon. Oud.—2 Pith. *qualem*. Id.—3 Guelf. pr. *cœlestis*. Id.—4 *Conficto* Fux. *conficto* Guelf. ambo. Id.—5 Ms. *incensere*. Colv. Libri membranacei, *incensere*. Idque ger-**

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Sua quisque brachia dissecant*] Prudentius, in Romani Passione: 'Cultrum in lacertis exerit fanaticus, Sectisque Matrem brachiis placat Deum.' Sed hoc fecte magis, et cute tantum tenus faciebant, ut innunt hæc Lampridii in Commodio: 'Bellonæ servientes vere exsecare brachium præcepit studio crudelitatis; alias ergo fecte exsecabant.

<sup>u</sup> *Quasi Deum præsentia*] Ex alia

lectione *domini præsentia*. Reponebat Pricæus *divini præsentia*, hoc est, præsentia τοῦ Θείου, Numinis.

<sup>w</sup> *Non sui fieri meliores*] Commodior sensus elici nequit, quam si 'sui' pro seipsis positum dicatur. Græcissat Apuleius. 'Sui meliores,' *ἐαυτῶν κρείττορες*.

<sup>x</sup> *Meritum*] Passive intellige, pro eo quod quis meritus est: id est, pro mercede, ut interpretatus sum.

criminari, quasi<sup>6</sup> contra fas sanctæ religionis designasset<sup>y</sup> aliquid: et insuper justas pœnas noxii facinoris ipse de se suis manibus exposcere. Arrepto<sup>7</sup> denique flagro, quod semiviris illis proprium gestamen est, contortis tæniis<sup>8</sup> lanosi velleris prolixè fimbriatum, et multijugis talis ovium tessellatum,<sup>9</sup> z indidem sese multinodis<sup>1</sup> commulcat ictibus:<sup>a</sup> mira contra plagarum dolores præsumptione munitus. Cernerer,<sup>2</sup> prosectu gladiatorum ictuque flagrorum, solum spurcitie sanguinis effœminati madescere. Quæ res incutiebat<sup>3</sup> mihi non parvam<sup>4</sup> sollicitudinem, videnti tot vulneribus largiter<sup>5</sup> profusum cruorem: ne quo casu Deæ peregrinæ<sup>b</sup>

*aliquid adversus leges sanctæ religionis: et præterea cœpit postulare a suis manibus supplicium debitum suo sceleri. Postremo sumto flagello, quod est peculiare gestamen ejusmodi effœminatorum hominum, quodque constat ex vittis laneis contortis, pendentibus in longas fimbrias, estque distinctum plurimis astragalis ovillis, ipso incutit sibi plagas asperas ob multos nodos, quibus flagellum erat distinctum, præmunitus mira constantia adversus dolorem ictuum. Videres humum tingi cruore sordido atque effœminato fluente ex incisuris gladiatorum et plagis flagellorum. Quod injiciebat mihi anxietatem non mediocrem, cum cernerem sanguinem copiose*



manum pro, censere, notare quasi censoria nota. *Brant.*—6 Abest a Palat. et Guelf. sec. τὸ quasi. In Oxon. Guelf. pr. corrupte *contra fâscen*. Oud.—7 Fux. *Arrecto*. Id.—8 Flor. 2. *tenis*. Bert. c. *centenis lînis v*. Inepte. *Elmenh.*—9 Fux. *obvina tesseratam*. Corrupte nimis. *Roald*. Idem Ms. *tulî oia tesseratam*. Al. *talis obvina tesseratam*. Colvins. Flor. Pal. et Rom. *tesseratam*. *Elmenh.* Dubius sententiæ sum, sitne legendum *ovinis*, ut infra ‘*pecuinis*.’ *Manusc.* huc ducit, in quo legitur: *tuli omnia tesseratam*. Al. *talis obvina tesseratam*. *Brant.*—1 Ms. *multimodis*. *Sciopp.* in *Symb.*—2 Guelf. pr. *Cernentes*, sec. *Cernens*, Oxon. *Cernentes proscriptu g*. Oud.—3 Bertin. *excuit*. Id.—4 Pith. *modicam*. Id.—5 *Largiter* deest Palatino. Id.—6 *Manusc. lacte*. *Sciopp.*

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Designasset*] Perpetrasset. *Terent.* *Adelphis*: ‘Quæ antehac facta sunt omitto: modo quid designavit?’

<sup>z</sup> *Multijugis talis ovium tessellatum*] *Ἀστραγαλωτῆ μάστιγι* dicitur *Plutarcho* flagellum illud talis ovium veluti tessellis distinctum. Sic *Plutarch.* adversus *Colotem*: *Καὶ οὐδὲ μάστιγος ἐλευθέρας δεόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀστραγαλωτῆς ἐκείνης, ἣ τοὺς Γάλλους πλημμυλοῦντας ἐν τοῖς μητρώοις κολλάζουσιν*: Et opus habens flagro, non illo quidem

quo ingenui castigari solent, sed illo talis tessellato, quo peccantes in Cybeles sacris Gallos puniunt.

<sup>a</sup> *Multinodis commulcat ictibus*] *Glossæ veteres Pricæo* laudatæ: ‘*Commulcat, collidit, conculcat.*’ *Ictibus multinodis*, inflictis nempe flagro ovium talis multis nodoso. Est qui legitur *multinodis*, quod ferri etiam potest.

<sup>b</sup> *Deæ peregrinæ*] *Syriæ*, quæ in *Græcia*, ubi hæc gesta narrantur, peregrina erat.

stomachus, ut quorundam hominum lactem,<sup>6 c</sup> sic illa sanguinem concupisceret<sup>7</sup> asininum.<sup>d</sup> Sed, ubi tandem fatigati, vel certe suo laniatu<sup>8</sup> satiati,<sup>9</sup> pausam carnificinæ<sup>1</sup> dedere, stipes æreas, immo vero<sup>2</sup> et argenteas, multis certatim offerentibus, sinu recepere patulo: nec non et vini cadum, et lactem,<sup>3</sup> et caseos, et farris et siliginis<sup>4</sup> aliquid, et nonnullis hordeum Deæ gerulo donantibus, avidis animis<sup>5</sup> corradentes omnia, et sacculos<sup>6</sup> huic quæstui de industria præparatos farcientes, dorso meo congerunt; ut duplici scilicet sarcinæ<sup>7</sup> pondere gravatus et horreum simul et templum<sup>e</sup> incederem.<sup>8</sup> Ad istum modum palantes,<sup>9</sup> omnem illam

*effusum ex tot plagis, ne scilicet stomachus Deæ extraneæ forte appeteret asininum sanguinem, sicut stomachus quorundam hominum appetit lac asininum. At, postquam fessi tandem, aut saltem satiati sua laceratione, finem fecerunt suæ laniatæ, acceperunt expanso sinu nummos æreos, atque etiam argenteos, quos multi offerebant ipsis certatim: quin etiam et cadum vini, et lac, et caseos, et aliquid farinæ hordeaceæ, et triticeæ, cum aliqui etiam darent hordeum pro vectore Deæ, colligunt omnia cupidissime, et, condentes in saccos dedita opera destinatos ejusmodi mendicationi, imponunt ea meo dorso, adeo ut ego ambularem horrei simul et fanæ vicem gerens, cum nempe essem onustus onere duarum sarcinarum. Sic errantes*

//////////

in Symb.—7 *Conspiceret*. Emendationem Beroaldi secuntæ pleræque editiones, *concupisceret*. Paulo ante in quibusdam est, *boum lactem*. Colvius. *Concupisceret*. Sic Bert. Aldus et Beroaldus. Alii, *conspiceret asininum*, male. *Elmenh. Conspiceret*. Beroaldus, *concupisceret*. Avet animus legere, *consitiret*. Brant.—8 Guelf. pr. *laniatum*. Oud.—9 Ms. *sauciati*. Colvius. Et Guelf. pr. *Oud.*—1 *Pulsam carnificinam*. Fux. *pausam carnificinæ*: quod est etiam in lib. Ald. et vidit Beroaldus. *Roald.* Ineptissimam istam primarum Editionum lectionem bene e Mss. consentientibus emendavit Beroaldus, quem vide eum Priæo; nec dein conspicitur, nisi in Edd. Colin. et Bas. pr. licet in Pith. quoque sit *pausam carnificinam*. Oud.—2 *Vero* abest a Fux. *Id.*—3 Bertin. et *lactes*. Sciopp. in Symb. et Susp. l. iv. 8. Bert. *lactes*, recte. *Elmenh.*—4 Edd. Junt. pr. Ald. *saliginis*. Oud.—5 *Palat. animis avidis*. Deest *avidis* in Fux. *Id.*—6 *In sacc.* Præpositionem *in* ignorat Ms. *Colv.*—7 *Tò sarcinæ* delet *Palat. Elmenh.* Pro *ut* in Coll. Voss. *nam*. Ab Oxon. et Guelf. utroque abest etiam *tò sarcinæ*, et uncinulis includere *Elmenh.* ac *Scriv.* At temere. Vide Priæum. *Pond. sarc.* Fux. *Oud.*—8 Guelf. pr. *incederem*. *Id.*—9 Guelf. pr.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Lactem*] Ex Veterum declinatione, apud quos 'hic lactis' et 'hoc lacte' in recto casu dicebatur. Sunt porro quibus lac asininum valde conducit, et ex Medicorum præscripto datur. Nihil ad rem faciunt quæ hic de lacte humano et bubulo Beroaldus, qui certe locum hunc parum intellexit.

<sup>d</sup> *Sanguinem concupisceret asininum*] Expressa hæc e Luciano: 'Ἐγὼ δὲ ταῦτα ὀρῶν τὰ πρῶτα ἔτρεμον ἔστῶς, μήποτε χρεία τῷ Θεῷ καὶ ὄνελου αἵματος γένοιτο.

<sup>e</sup> *Horreum simul et templum*] 'Horreum' quidem, quia gerebat siliginem et hordeum: 'templum' vero, quia Deæ simulacrum portabat.

deprædabantur<sup>1</sup> regionem. Sed in quodam castello, copia lætati<sup>2</sup> largioris quæsticuli,<sup>3</sup> gaudiales instruunt dapes. A quodam colono, fictæ vaticinationis mendacio, pinguissimum deposcunt arietem,<sup>f</sup> qui Deam Syriam esurientem<sup>4</sup> suo [174] satiaret sacrificio: probeque disposita<sup>5</sup> cœnula,<sup>6</sup> balneas obeunt: ac dehinc lautī, quendam fortissimum<sup>7</sup> rusticanum, industria laterum atque imis<sup>8</sup> ventris bene præparatum,<sup>g</sup> comitem cœnæ secum adducunt: paucisque admodum prægustatis olusculis,<sup>9</sup> ante ipsam mensam<sup>h</sup> spurcissima<sup>i</sup> illa propudia<sup>i</sup> ad illicitæ libidinis<sup>2 k</sup> extrema

*grassabantur per totam illam regionem. Sed, exhilarati abundantia lucelli uberioris, apparant epulas geniales in quodam castello. Conficto falso oraculo petunt a quodam villico arietem pinguissimum, ad saturandam ejus immolatione Deam Syriam esurientem, et, cœna recte præparata, eunt ad balneum.* \* \* \* \*

*paleares. Id.—1 Flor. deprecabantur. Elmenh. Cum Pith. Perperam. Exulat reg. a Fux. Oud.—2 Edd. Vic. Junt. pr. latanti. Pith. largiores. Id.—3 D'Orv. quæstiuncli. Sed vulgatum apud Cicer. Gloss. et infra l. xi. p. 261. 'Quæsticulo forensi nutrito.' Id.—4 Idem, exur. Colv.—5 Fux. dispositam. Id.—6 D'Orv. cœnacula. Id.—7 Flor. formosissimum. Elmenh. Hinc ingeniose formavit N. Heinsius torosissimum ad Ovid. l. xv. Met. vs. 230. 'Solidorum more tororum:' ubi vide. Pers. Sat. III. 86. 'Multumque torosa juvenus.' Oud.—8 Flor. unus, imi. Elmenh.—9 Guelf. sec. oliasculis, Palat. olasculis, D'Orv. lalusculis. Vide, num inde confici possit apte, lautitiis. L. v. p. 93. 'Lavacroque et mensæ lautitiis eas refecit.' Oud.—1 D'Orv. specissima. Id.—2 Ms. libitudinis. Sciopp. in Symbola. Flor. illicita. Elmenh. Item Pal. Li-*

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Fictæ vaticinationis mendacio, pinguissimum deposcunt arietem]* Vaticinatione, qua vel bonum eventum pollicebantur, vel malum comminabantur. Sic ille semivir *μυτραγύρτης* apud Juvenalem, Satir. vi. 'Grande sonat, metuique jubet Septembris et Austri Adventum, nisi se centum lustraverit ovis, Et Xerampelinas veteres donaverit ipsi: Ut, quicquid subiti et magni discriminis instat, In tunicas eat, et totum semel expicit annum.'

<sup>g</sup> *Industrialaterum atqueimis [imi] ventris bene præparatum]* Pulchre pensilibus peculiatum. Lampridius in Helio-gabalo 'bene vasatum' dixit. Petronius: 'Habebat inguinum pondus

tam grande, ut ipsum hominem laciniam fascini crederes. O juvenem laboriosum!' i. e. (ut hoc loco) lateribus industrinum. 'Industria' autem perbelle. Juvenal. 'Si pascitur inguine venter:' ubi vetus Scholiastes: 'Usque adeo infelix, ut vix industria inguinum ad victum sufficiat.' *Priæus.*

<sup>h</sup> *Ante ipsam mensam]* Rem sacram habitam Veteribus; eoque detestabilior fœditas. *Id.*

<sup>i</sup> *Spurcissima illa propudia]* Syriaci illi Sacerdotes, a quibus pudor et pudicitia procul erant. *Beroald.*

<sup>k</sup> *Illicitæ libidinis]* Posticæ, præposteræ, infandæ, qua vir virum inicit. *Beroald.*

flagitia infandis uriginibus<sup>3</sup> efferrantur, passimque circumfusi nudatum supinatumque juvenem execrandis oribus<sup>1</sup> flagitabant.<sup>4</sup> Nec diu<sup>5</sup> tale facinus mei soculis tolerantibus, PORRO<sup>6</sup> QUIRITES<sup>m</sup> proclamare gestivi. Sed viduatum ceteris syllabis ac literis processit O tantum, sane clarum ac<sup>7</sup> validum, et asino proprium, sed inopportuno<sup>8</sup> plane tempore. Namque de pago proximo complures juvenes, abactum sibi noctu perquirentes asellum, nimioque studio cuncta deversoria<sup>9</sup> scrutantes, intus ædium<sup>n</sup> audito ruditu<sup>r</sup>

*Cumque mei oculi non possent diutius ferre tantum flagitium, conatus sum exclamare! O Cives! Verum pronuntiavi tantum O destitutum reliquis syllabis ac literis, sonorum profecto, et forte, et congruum asino, sed tempore omnino incommodo. Multi enim juvenes ex proximo pago, qui investigabant asinum sibi furto abductum nocte, et rimabantur stabula omnia miro desiderio recuperandi ipsum,*

//////////

*citæ* in D'Orv. Oud.—3 *Virginibus. Inguibus* Ald. Beroaldus vero legerat vel *uredinibus* vel *inguibus*. Ego vero mallem *ignibus*. Nam *urcinibus* legere, hoc esset bis κατὰ τοῦ αὐτοῦ dicere (id enim repetitum est) *inguibus*. Sed parum ad rem. Roald. *Inguibus*. Veteres editi, *virginibus*. Olim, ut nos, emendavit Beroald. Forte etiam legatur, *uriginibus*: et non male. Colvius. Flor. et Rom. *virginibus* et *viriginibus*. Elmenhorstius.—4 *Uredinibus fl.* Sic Cato: 'Intercutibus stupris flagitati.' Colvius. Ms. *uriginibus*. Sciopp. in Symbola. Flor. unus, *oribus*. Bertin. *uriginibus*. Elmenhorstius.—5 Pricæus conjecit, *denique*, ad lib. 1. p. 5. 'Nec denique perpeussus ego,' &c. ubi vide. Oud.—6 Magna hic hallucinatio Beroaldi, cum reponit, *Proh Quirites* vel *Oo Quirites*. Q. Septimius Tertullianus adversus Valentinianos: 'Ut etiam inclamaverit in eum ἰου ἰου, quasi porro Quirites aut fidem Cæsaris.' Sed hoc jam tritum satis. Non facile fortassis quis suspicetur ad eum modum scribendum Plauti Amphitryone: 'Porro fidi Thebani cives. me. Etiam clamat carnifex:' idque e scripto codice. Ut frustra sit ibi Palmerius, qui nescio quid aliud supponendum arbitratus. Vulgo est, *pro fidi Thebani cives*. Colvius. *Porro Q. proclamare*. Sic legendum cum Bertin. Sciopp. in Symb. τὸ porro male omisit Aldus. Alii, *perclamare g.* Lucianus p. 251. Ἀναβοῆσαι, Ὡ Ζεῦ σχέτλιε, ἠθέλησα, &c. Elmenh. Insulse Philippus, *Proh! Quirites*. Vide Indicem. *Idem in Add.*—7 Fux. et. Oud.—8 Ms. *si importuno*. Colvius. Ms. *si importuno*. Error idem, qui supra, *set*, inde pro *sei* acceptum, et hinc *si*. Brant. In Palat. etiam et Guelf. sec. si. Oxon. *inopportuno*. Pith. Edd. ante Bas. sec. *importuno*. Lib. 11. p. 30. 'Serie inopportunarum fabularum:' ubi vide. Oud.—9 *Diversoria*. Guelf. pr. *devers.* Edd. Ber. Bas. *divorsoria*. Optime in Guelf. sec. Ed. Vicent. *devorsoria*. Adi ad lib. 1. p. 11. 'Cum quo sero devorteras.' Palat. et D'Orv. *scrupantes*. Id.—1 D'Orv. *adito r. Pal. aud. rudito*. Vide supra p. 171. 'mercatur' *Id.*

#### NOTE

<sup>1</sup> *Execrandis or.* [*uredinibus*] Ardo-ribus. Florent. unus, teste Elmenhorstio, habet *execrandis oribus*, quo aliquid adhuc turpius et fœdus designatur.

<sup>m</sup> *Porro Quirites*] Solennis exclamationis formula. Tertullian. adversus Valentinianos: 'Ut etiam inclamaverit in eum ἰου, ἰου, quasi, Porro Quirites, aut Fidem Cæsaris.'



meo, prædam absconditam latibulis ædium rati,<sup>2</sup> coram rem invasuri suam, improvisi conferto gradu se penetrant: palamque illos,<sup>3</sup> execrandas fœditates obeuntes, deprehendunt; jam jamque vicinos undique percientes,<sup>4</sup> turpissimam scenam patefaciunt: insuper ridicule sacerdotum purissimam laudantes<sup>5</sup> castimoniam. Hac infamia<sup>6</sup> consternati, quæ, per ora populi facile dilapsa, merito invisos ac detestabiles eos cunctis<sup>7</sup> effecerat,<sup>8</sup> noctem<sup>9</sup> ferme circa mediam, collectis omnibus, furtim castello facessunt, bonaque itineris parte ante jubaris exortum transacta, jam die claro<sup>1</sup> solitudines avias nacti, multa secum prius<sup>2</sup> collocuti, accingunt se meo funeri:<sup>3</sup> Deaque vehiculo meo sublata, et humi reposita, cunctis stramentis<sup>4</sup> me renudatum, ac de

*cum audivissent me rudentem in illa domo, arbitrati esse asinum sibi surreptum, qui occultaretur latebris domus, irrumpunt de improviseo festinanti gressu, occupaturi palam rem suam: et opprimunt eos manifesto perpetrantes spurcitiis abominandas. Statimque convocantes undique vicinos, revelant illud spectaculum fœdissimum: laudantes præterea joculariter sanctissimam castitatem Sacerdotum. Illi afflicti hac sinistra fama, quæ facile diffusa per ora plebis jure reddiderat eos odiosos utque execrabiles omnibus, colligunt omnia sua, et clanculum exeunt e castello circiter mediam noctem. Confectuque via satis longa ante exortum Solis, luce jam clara devenerunt in deserta inaccessa; multisque inter se disputatis, præparant se ad meum necem: Deaque deposita ex meo dorso, quo vehebatur, et posita humi, spoliant*

//////////

2 Rati exulat a Palat. Id.—3 Lips. Oxon. *illas*. Dein *obsecrantes* Guelf. sec. Id.—4 *Partientes*. Column antiquitatis Lipsius antiquitus scribendum censet: *arcientes*. Vulgatæ lectioni tamen respondet Lucianus: Καὶ ἄλλη τῆ κώμη τῶ λόγῳ διέδωκαν. Ms. *parcientes*. Colv. Repone ex antiquis exemplaribus, *percientes*. Wower. Malim cum Ms. *percientes*, id est, commoventes, instigantes. Stewechins, *arcientes*, id est, advocantes, arcessentes. *Sciopp. in Symb. et Susp.* iv. 8. *Percientes*. Ita lege cum Pal. In aliis est *partientes*: unde Lipsius fecit *arcientes*. Elmenhorstius. Lipsius in Epistolicis Quæst. eleganter *arcientes*. Ms. *parcientes*: unde conjectabam *percientes*: quod et Scioppius e Manusc. laudat. *Brant.*—5 Idem, *laudates*. Jam sapius observatum. Colv. *Castimonia* Fux. *Oud.*—6 Idem, *nfamia*. Colv. *Ac infumiam* Pith. *Ac* Guelf. sec. *Oud.*—7 Guelf. pr. *cunctos*. Id.—8 Palat. Pith. *effecerant*. Id.—9 Pith. Fux. *nocte*. Id.—1 Edd. Junt. pr. Ald. *de cl.* In D'Orv. Fux. Oxon. *d. clara*, ut lib. ix. p. 178. 'Jamque clara die.' In Oxon. *naptim* pro *nacti*, Guelf. pr. *nactim*. Id.—2 *Prius secum*. Sic Mss. plurimi, et Edd. ante Colv. non sec. pr. Id.—3 Palat. Guelf. sec. *m. funebri*. Pith. hic et mox *modo*. Id.—4 *Stramentis*. Vulgo item, *stram*. Scriptam lectionem expressimus, rati *stramentis* positum pro instrumentis, ut apud Tertullianum ad Uxorem lib. i. 'Nobis continentia ad strumentum æternitatis demonstrata est a domino salutis Deo.' Sed jam *stramentis* retinuerim, acceperimque pro

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Inlus ædium*] Archaismus, pro, intra ædes.

[175] quadam<sup>5</sup> quercu destinatum, flagro illo pecuinis<sup>6</sup> ossibus catenato verberantes, pæne ad extremam confecerant mortem.<sup>7</sup> Fuit unus, qui poplites meos enervare securi sæva<sup>8</sup> comminaretur, quod de pudore illo, candido<sup>9</sup> scilicet, suo tam deformiter<sup>1</sup> triumphassem.<sup>0</sup> Sed ceteri,<sup>2</sup> non meæ salutis,<sup>3</sup> sed simulacri jacentis<sup>4</sup> contemplatione, in vita me retinendum censuere. Rursum itaque me refertum sarcinis, planis<sup>5p</sup> gladiis minantes, perveniunt<sup>6</sup> ad quandam

*me ephippiis omnibus, et alligant ad quandam quercum, ferientesque illo flagello armato ossibus ovillis in cutenâ modum, redegerunt me fere ad ultimam necem. Fuit unus, qui minaretur se abscissurum nervos meorum poplitum dira bipenni, quia nimirum tam turpiter triumphaveram de pura illa pudicitia ejus. Verum reliqui senserunt conservandam mihi esse vitam, non intuitu quidem meæ incolumitatis, sed imaginis, quæ jacebat humi. Agentes igitur me iterum oneratum sarcinis, feriendo planis ensibus, deveniunt in quandam celebrem urbem. In ea quidam vir*

//////////

iis, quæ insternebantur. *Colv. Stramentis. Alii, strumentis, male. Elmenh. Vulgo stramentis; quam lectionem cum Colvio retinendam potius, quam temere rejiciendam existimo. Στρώματα Græce. Brant. Merum est librariorum Lips. vitium strum. Strata seu στρώματα intelligit, ut bene capiunt Interpretes. Vide ad lib. vii. p. 147. 'Ipsis stramentis abjectis.' Guelf. pr. a m. pr. denudatum. Nil notatum e Guelf. sec. Oud.—5 Palat. de quodum q. Desunt autem cum seq. destinatum in Oxon. Id.—6 In Palat. pecuinis, Guelf. sec. pecurinis. Id.—7 Ante ubique, ad extremas conf. mortes. Colv.—8 Ms. enumerare secure seva. Vulg. enerv. sec. sua. Id. Bert. securi sua comminaret. Elmenh. Bert. securi sua. Putean.—9 De pudore cand. Fux. de pudore illo cand. Roald. P. illo c. Tò illo non fuit in editis libris. Colv. Contra Mss. O. et Appuleii genium, contra quem etiam male absunt ab Edd. Wower. et Pricæi τὰ cand. scilicet. Sed illo bene inseruerunt omnes post Colv. ac male Merillus judicabat, vocem scilicet arguere, hæc e glossa in textum irrepsisse. Oud.—1 Tam def. Hæ voces exulant quoque negligenter ab Ed. Floridi. Id.—2 Sed et cet. Vulg. Sed cet. Colv. M. B. Sed ceteri. Putean. Istud et, quod plane sensum hic turbat, perperam addiderunt, Colvio nimis facile obsecuti, reliqui Editores. Carent ea copula itidem Flor. Reg. Fnx. Pith. Guelf. D'Orv. Pal. Oxon. Quare denno ejeci. Oud.—3 D'Orv. me saluti. Id.—4 Jacentis. Jacentis Beroald. quod verum est. Roald. Jacentis. Vulg. tacentis. Lucianus: 'Ἄλλ' ὥστε με μὴ ἀποκτεῖναι δεινῶς αὐτοῦς ἢ Θεὸς ἐδυσώπησε χαμαὶ καθήμενῃ, καὶ οὐκ ἔχουσα, ὅπως ὀδεύει. Postea comperi Beroaldo eandem etiam de hoc loco esse sententiam. Colv. B. M. tacentis, uti Colvius notat ex vulgatis. Putean.—5 Fux. planis. Roaldus. Plenis. Vulgo, planis glad. Neutrum satis placet, nisi legas: sarcinis plenis, gladiis m. ꝑc. Colvius. Ms. planis gladiis minantes. Latet quippiam. Sciopp. in Symb. M. sarcinis planisque. Puteanus. Plenis gl. Vulgo, planis gl. Forte id intelligendum est, ut nos dicimus, metten platten slaen. Brant.—6 Bert. proveniunt, male. Elmenh.—7 Ubi. Fux. Inibi.*

#### NOTÆ

<sup>0</sup> Triumphassem] Revelando nimium execrandas ejus libidines meo neque mucrone punctim, ne eum occiderent, sed planis gladiis feriditum. entes.

<sup>p</sup> Planis gladiis] Non acie cæsim,

nobilem civitatem. Inibi <sup>7</sup> vir principalis, et alias religio-  
sus, et eximie Deum <sup>8</sup> reverens, tinnitu cymbalorum, et  
sonu <sup>9</sup> tympanorum, cantusque Phrygii <sup>9</sup> mulcentibus mo-  
dulis excitus, <sup>1</sup> procurrit obvium; <sup>2</sup> Deamque votivo susci-  
piens <sup>3</sup> hospitio, nos <sup>4</sup> omnes intra conseptum <sup>5</sup> domus am-  
plissimæ constituit: numenque summa veneratione atque  
hostiis opimis <sup>6</sup> placare contendit. Hic ego me potissimum  
capitis periclitatum memini. Nam quidam colonus, partem  
venationis, <sup>7</sup> immanis cervi <sup>8</sup> pinguisimum femus, <sup>9</sup> domino  
illi suo <sup>1</sup> muneri miserat: quod, incuriose pone culinæ fores

*primarius, religiosus etiam, et mire timens Deos occurrit obviam nobis, excitatus strepitu cymbalorum, et sono tympanorum, ac suaribus modulationibus musica Phrygiæ; excipiensque Deam devoto hospitio, collocat nos omnes intra septum latissimarum ædium: et enititur propitiari ejus numen maxima reverentia, et pinguis victimis. Recordor me illic præsertim subiisse discrimen vitæ. Quidam enim rusticus miserat muneri suo illi domino pinguisimum coxam cervi prægrandis, partem venationis suæ; quam, negligenter suspensam non admodum alte post*

//////////

Roald. Scriptum exemplar habebat, *Inibi adveni, ubi vir.* Vulgati solummodo, *Ubi vir.* Colvius. *Ibi Ed. Junt. post.* Sed *inibi* Mss. O. præter Pith. ut bene rursus edidit Colv. et seqq. Vide ad p. 168. *Oud.*—8 *Eximie dominæ.* Fux. *eximie Deum:* recte: quod etiam notavit Interpres. Roald. *Deum.* Quidam, *domini:* unde Beroaldus fecit *dominæ.* Scripta lectio optima. Non semel τὸ *domini* τοῦ *Deum* locum in hoc Scriptore invasit. Colv.—9 *Sonitu.* Fux. *sono.* Roaldus. *Sonu.* Ita est in quibusdam libris. *Sciopp. in Symb. et Susp. iv. 8.* Bert. *sono.* Aldus et Schiekeradus, *sonu.* Elmenh.—1 *Exercitus.* Scribendum *excitus.* Declaravi in Commentariis meis ad S. Julii Frontini Stratemata (lib. iii. c. 14. § 1.) *Stewech.* Fux. *exitus.* Emenda *excitus*, quomodo infra. Animadvertit etiam Beroald. *Roald. Excitus.* Sic Ms. liber. Vulgo, *exercitus.* Lib. x. infra: (p. 228.) ‘Tunc acerbæ mortis exciti nuntii frater et maritus.’ Colv. *Exitus.* Rom. et Aldus: *exercitus.* Elmenh.—2 Flor. *obviam*, male. Elmenh. In Oxon. Guelf. pr. *procuravit.* Ond.—3 Ms. *suspiciens.* Colv. In D’Orv. *hospitium.* Oud.—4 D’Orv. *nosque*, haud male. *Id.*—5 *Idem, conspectum.* Colv. Etiam Oxon. et Guelf. pr. In Par. et Guelf. pr. c. d. *altissimæ et amplissimæ*, e var. lect. *Oud.*—6 *Idem, optimis.* Colv. Aldus, *optimis.* Elmenh. Desideratur adjectivum in Pal. *Optimis* in Pith. et Edd. quoque Juntinis, prave, de more. Vide ad lib. ii. p. 27. ‘Poreum opimum.’ *Oud.*—7 *Idem, venerationis.* Colv.—8 Palat. *ridicule, corvi.* Oud.—9 *Femur.* Palat. Guelf. sec. *fenus*, Flor. dno, Guelf. pr. et Oxon. *femus*, ut mox, ubi videbimus. Nam veram hæc Appuleii manum opinor. *Id.*—1 Oxon. *ille s.* Guelf.

#### NOTE

<sup>9</sup> *Cantusque Phrygii*] Qui religiosus erat. Noster, in Floridis: ‘Seu tu velles Æolinum simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.’ Ubi vide Notas nostras.

Videtur in sacris Magnæ Matris primum adhibitus. Ea enim ex Phrygia in alias regiones delata sunt per Gallos sacerdotes ejus, Phrygas et ipsos.

non altiuscule<sup>2</sup> suspensum, canis adæque<sup>3</sup> venaticus latenter invaserat, lætusque præda, propere custodientes oculos evaserat. Quo damno cognito, suaque reprehensa<sup>4</sup> negligentia, coquus diu lamentatus lacrymis inefficacibus, jam jamque domino cœnam flagitante<sup>5</sup> mœrens, et utcumque<sup>6</sup> metuens altius, filio suo parvulo consalutato,<sup>7</sup> r arreptoque funiculo, mortem sibi nexu laquei comparabat.<sup>5</sup> Nec tamen latuit fidam<sup>8</sup> uxorem ejus casus extremus mariti, sed funestum nodum violenter invadens manibus ambabus, Adeone, inquit, præsentī<sup>9</sup> malo perterritus, mente excidisti [176] tua? nec fortuitum istud remedium,<sup>1</sup> quod Deum providentia subministrat, intueris? Nam, si quid in ultimo fortunæ turbine respicis,<sup>2</sup> expergite mihi ausculta: et advenam istum asinum remoto quodam loco<sup>3</sup> deductum<sup>4</sup>

*januam culinæ, canis etiam ipse venaticus clam arripuerat, et celeriter effugerat conspectum observantium, gaudens sua rapina. Quam jacturam cum coquus animadvertisset, damnassetque suam incuriam, et diu conquestus esset vano fletu, ac doleret, sibi que tineret, eo quod herus brevi petiturus esset cœnam, filio suo parvulo salutato arctiori complexu, restim sumens, meditabatur se extinguere obstrictis faucibus laqueo. Sed fidelis ejus uxor non ignoravit ultimum infortunium sui mariti; at violenter irruens utraque manu in nexum feralem, Tantumne, ait, exterritus es malo præsentī, ut mentem amiseris, neque consideres hoc fortuitum remedium, quod providentia Deum tibi suppeditat? Si enim rationem habes adhuc alicujus rei in hac extrema procella fortunæ, audi me attente: duc asinum illum peregrinum in*

//////////

pr. illo. Id.—2 Palat. *altius sculæ*. Elmenhorstius. Oxon. Guelf. pr. *altiuscule*, Guelf. sec. *altiusculæ*. Oud.—3 Oxon. *atque*, Guelf. pr. *adeoque*. Id.—4 Bert. *deprehensa*. Elmenh. Male. Vide Pric. *Abest coquus* a Fux. Oud.—5 D'Orv. *flagitantes*. Id.—6 Idem, *utraque*. Colv. *Legerim ultra quam*. Brant. *Perverso judicio et contra Appuleii genium*. Alibi: 'Pavens et utcumque metuens.' Vide ad lib. iv. p. 68. 'Utrumque nimia virtus.' Oud.—7 *Altius filio consalutato*. Potius legendum: *artius fil. s. p. c.* Colvius. Ingeniose rescriperis: *artius filio s. p. consalutato*. Wowerius. Wower. *artius f. s. Bene*. Elmenh.—8 D'Orv. *fidem*. Oud.—9 Pith. *præsente*. Id.—1 *Ist. rem*. Ms. *id tenere*. Colv.—2 *Respicis*. Fux. *receptis*. Roaldus. *Respicis*. Sic idem liber. Al. *respicis*. Vulg. *resipiscis*. Colvius. *Resipiscis*. Ita Bert. Ald. et Venet. Alii, *respicis*. Elmenh.—3 Pith. *modo*. Oud.—4 Pal. *ductum*.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Altius*, [*Aretius*] *filio suo parvulo consalutato*] Mos est perituris aut peregre proficiscentibus complecti et osculari suos.

<sup>s</sup> *Mortem sibi nexu laquei compara-*

*bat*] Ut vel sic domini sævitiam evitaret. Seneca: 'Iracundus dominius quosdam ad fugam coëgit, quosdam ad mortem.'

jugula, femusque<sup>5</sup> ejus ad similitudinem perditum detractum, et accuratius<sup>6</sup> in protrimentis<sup>7</sup> t<sup>†</sup> sapidissime percoctum,<sup>8</sup> appone domino, cervini vicem.<sup>9</sup> Nequissimo verberoni sua placuit salus de mea morte; et, multum conservæ<sup>u</sup> sagacitate laudata,<sup>†</sup> destinatae jam lanienae<sup>2</sup> cultros acuebat.

*aliquem locum dissitum, atque eum jugula ibi, et amputa ipsi coxam ad formam illius, quam perdidisti, et loco cervinae appone eam hero studiosius coctam, et conditam in minutalibus. Placuit pessimo illi mastigiae quærevit vitam sibi mea nece; et valde laudato ingenio suæ conjugis acuebat quoque cultros ad me interficiendum, ut decreverat.*



Id.—5 *Femurque*. Flor. duo, *ferus*, Pal. *fænus*, male. *Elmenh.*—6 Ed. Bas. pr. *accurius*. Oud.—7 Ms. *prostrim*. Dico de hoc ad librum x. infra. *Colv.* Palat. et *Guelf.* sec. item *prostrim*. inepte. *Salmas.* *intrimento sapidissimo*. Oud.—8 *Decoctum*. Flor. *percoctum*. *Elmenh.* Accedunt *Reg.* *Fux.* *Oxon.* *D'Orv.* *Palat.* et *Ed. Junt.* post. Quare id cum *Salm.* *Elmenh.* *Scriv.* ac *Florido* recepi. Sic l. iv. p. 68. 'Sapore percocta pulmenta.' Oud.—9 *C. vice.* *Cervi* Ald. Sed leg. *cervinae*. Intellige carnis. Ita enim absolute dixerunt et 'bubulinam,' 'agninam.' Apud *Plautum* 'vervecinam,' et alia, quomodo *Græci* τὸ λαφείον. *Roald.* Bert. *cervi in vicem.* *Elmenhorstius.* L. *cervinae*, ut 'ovilla,' 'suilla.' Vide ad *Petron.* *Burm.*—1 *Sag. laud.* Inverso ordine hæ voces exaratae sunt in *Reg.* *Fux.* *Pal.* *D'Orv.* *Guelf.* sec. *Oud.*—2 *Idem, destinata et laniena.* Emendat *Lipsius*: *destinatae jam lanienae.* *Colv.* Melius in *Fulv.* *destinatae jam lanienae.* *Wower.* Recte Ms. *destinatae etiam lanienae.* *Sciopp.* in *Symbola.* *Destinatae lanienae.* Vulgo, *destinata laniena.* *Elmenh.*

#### NOTE

<sup>†</sup> *In protrimentis*] *Edulia* sunt minutim trita et concisa.      bens ex eodem famulatio conservam conjugem.'

<sup>u</sup> *Conservæ*] *Uxoris.* *Supra*: 'Ha-

APULEII MADAURENSIS  
METAMORPHOSEON

LIBER IX.

---

Sic ille nequissimus carnifex contra me manus impias obarmabat.<sup>1</sup> At ego, præcipitante consilium<sup>2</sup> periculi tanti præsentia, nec expectata diutina cogitatione, lanienam<sup>3</sup> imminentem fuga vitare statui; protinusque vinculo, quo fueram deligatus, abrupto,<sup>4</sup> cursu me proripio totis pedibus, ad tutelam salubrem<sup>5</sup> crebris calcibus velitatus: illi-coque me, raptim transcursa proxima<sup>6</sup> porticu, triclinio, in quo dominus ædium<sup>7</sup> sacrificales epulas cum sacerdotibus Deæ cœnitabat, incunctanter<sup>8</sup> immitto. Nec pauca

*Sic ille scelestissimus tortor instruebat nefarias manus adversus me. Verum ego decrevi absque mora longæ deliberationis declinare fugiendo carnificinam mihi impendentem, quia instantia tanti discriminis cogebat me e vestigio sumere consilium. Et rupto statim loro, quo alligatus fueram, aufugio toto pedum conatu, calces frequenter jactans ad defensionem meæ salutis: decursaque celerrime proxima porticu, statim irrumpo absque cunctatione in cœnaculum, in quo dominus domus cum Dea sacerdotibus epulabatur carnibus victimarum, quas immolaverat; et irruendo frango*

~~~~~

1 D'Orv. *obarmat.* Oud.—2 Lib. Vet. *consilio.* Colv. Item Oxon. et Guelf. ambo, *consilio.* D'Orv. *tanti per.* Oud.—3 Pith. *lanienem.* Id.—4 Nihil ambigo, quin in Ms. fuerit *arupto.* Ibidem illi scribebant *afuisse:* quod membranei codices passim retinent: etsi frequenter ea interpolent librarii, et pro iis nobis supponant *abrupto, abfuisse:* qua de re nos alias. *Stewech.* Ful. *obrupto,* ut apud Horat. in antiquis libb. 'Obrumpens caro vincula Pirithoo.' *Wower.* *Arrupto.* Ms. *obrupto.* Quod probat Fulvius, et testatur apud Horatium similiter legi in Ms. 'Obrumpens caro vincula Pirithoo.' *Sciopp. in Symb.* *Abrupto.* Fulvii liber, *obrupto.* Vulgo, *arrupto.* Elmenh.—5 Fux. *t. salutis.* Roaldus. B. M. *ad t. salutis.* Puteanus. *Salutis.* Vulgo, *salubrem.* Elmenh.—6 Ita Mss. et Edd. constanter; nisi quod Floridus vulgaverit *prima:* quod unde hanserit nescio. Oud.—7 Pith. *æditum,* Guelf. pr. *ædius,* Guelf. sec. *ædius sacrificales.* Id.—8 *Incontanter.* Pal. D'Orv. Guelf. *incun-*

rerum apparatus [177] cibarii, mensas etiam, e tid genus, impetu<sup>9</sup> meo collido atque disturbo. Qua rerum deformi strage paterfamilias commotus, ut importunum atque lascivum,<sup>1</sup> me cuidam famulo curiose traditum, certo aliquo loco<sup>2</sup> clausum jussit cohiberi: ne rursus convivium placidum<sup>3</sup> simili petulantia<sup>4</sup> dissiparem. Hoc astutulo<sup>5</sup> commento scitule munitus, et mediis lanii<sup>6</sup> manibus ereptus, custodela salutaris<sup>7</sup> mihi gaudebam carceris. Sed nimirum nihil fortuna renuente licet homini<sup>8</sup> nato<sup>a</sup> dexterum<sup>9</sup> provenire: nec consilio prudenti, vel remedio sagaci,<sup>1</sup> divinæ Providentiæ fatalis dispositio subverti vel reformari potest. Mihi denique id ipsum<sup>2</sup> commentum, quod momen-

*atque subverto nulla ex fereulis, ipsasque adeo mensas et alia hujusmodi. Qua facta rerum subversione percitus paterfamilias tradidit me servo cuidam, et præcepit, ut me diligenter incladeret in certo quodam loco, veluti molestum et petulantem, atque ibi me coëreeret, ne iterum disturbarem tranquillam epulas tali proacacitate. Ibi, callide defensum meo solerti consilio, et extractum ex mediis manibus carnificis, letabam quod custodirer illo salutari carcere. Verum, certe nihil fausti mortalibus potest contingere contra Fortunæ voluntatem: neque ordo immutabilis Providentiæ Divinæ potest mutari aut inflecti consilio solerti, vel medela callida. Denique illud*



*tanter. Id.—9 Mensas etiam impetu. Vulgo, mensas et id genus, &c. Colvius. Bert. Flor. et Rom. m. e. et id genus. Elmenh.—1 Pith. lascivium. Oud.—2 Pith. Edd. ante Colvium, loco c. aliquo. A Regio, Fux. abest τὸ loco, a Florent. et Pith. τὸ jussit. Id.—3 Lips. Oxon. Palat. Guelf. sec. c. placitum, frequentissima variatione. Id.—4 D'Orv. petulentia. Id.—5 Hic astuto. Fux. Hoc astutulo. Ald. vero astulo, ex quo ego facio astutulo, quomodo infra p. 757. Roald. Hic astulo. Ms. Hoc astulo. Legam, Hoc astutulo commento, vel astuto. Colvius. Hoc astulo c. Flor. et Bert. Hoc astulo c. Colvius, Hoc astutulo c. Elmenh. Corrigebam, Hoc catulo. 'Cata dicta' acuta dicta apud Varron. vi. de Ling. Lat. Sed placet Colvii conjectura. Mox hoc lib. 'Mulier callida et ad hujusmodi flagitia perastutula.' Brant.—6 Scriptus, lanii manibus. Colv. Abest et a Fux. et Ed. Bas. Oud.—7 Aldus, salutari. Elmenh. Item Junt. pr. et Colin. Oud.—8 Prave D'Orvill. hominum. Ad i. d. l. p. 11. 'Resistere vir natus mulieri non poteris.' Id.—9 D'Orv. dextrum. Id.—1 Cons. prudentis, vel rem. sagacis. Vulg. consilio prudenti vel rem. sagaci. Colvius. C. prudenti v. r. sagaci. Sic Mss. omnes. Vulgo, c. prudentis v. r. sagacis. Utraque lectio tolerari potest. Vide me ad Minutium fol. 19. Elmenh. Multo elegantius est prudenti et sagaci; quod male immutavit Colvius, invitis etiam Mss. meis, Pith. Guelf. pr. D'Orv. Oxon. Par. sequentibus tamen eum Vulc. Merc. Wow. et Pricæo. Oud.—2 Edd.*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Homini nato*] Sic in Apologia mam suam? Eodem sensu Catullus Noster: 'An tu ignoras nihil esse dixit: 'Unicuique dedit vitium natura aspectabilius homini nato, quam for- ra creato.'

tariam<sup>3</sup> salutem reperisse videbatur, periculum grande, immo exitium præsens<sup>4</sup> conflavit aliud. Nam quidam subito puer, mobili<sup>5</sup> ac trepida facie, percitus, ut<sup>6</sup> familiares inter<sup>7</sup> se susurrabant, irrumpit<sup>8</sup> triclinium, suoque annuntiat domino, de proximo angiportu canem rabidam<sup>9</sup> paulo ante per posticam<sup>1</sup> impetu<sup>2</sup> miro sese direxisse: ardenti-que prorsus furore venaticos canes invasisse, ac dehinc proximum petisse<sup>3</sup> stabulum, atque ibi pleraque jumenta incurrisse pari sævitia; nec postremum saltem ipsis<sup>4</sup> hominibus pepercisse. Nam Myrtilum<sup>5</sup> mulionem,<sup>b</sup> et Hephæstionem coquum,<sup>c</sup> et Hypatavium<sup>6d</sup> cubicularium, et

*ipsum consilium, quo videbar incolumitatem invenisse repentinum, creavit mihi aliud ingens periculum, vel potius mortem ipsam. Quidam enim servulus (ut postea audivi domesticos inter se demissa voce narrantes) immittit se in cœnaculum, perturbatus, vultu instabili ac trepidanti, refertque suo hero canem furiosam ex proximo vico paulo ante accurrisse mira celeritate per posteriorem januam, atque irruisse in canes venaticos ferrida prorsus rabie: deinde vero ivisse in proximum stabulum, ibique invasisse maximam jumentorum partem simili furore; nec denique abstinuisse saltem ab ipsis hominibus. Myrtilum enim mulionem, et Hephæstionem coquum,*

//////////

ante Beroald. *ad i.* In Palat. Guelf. sec. haud invenias τὸ *id.* Idem.—3 Mss. *momentaneam.* Colvius. Bert. *momentaneam.* Elmenh. Adde D'Orvill. et Inc. Sed alterum amat Auctor. Vide l. II. p. 40. v. p. 96. x. p. 229. Sic supra *extrarius* abiit in *extraneus* l. VIII. p. 168. Dein *peperisse* malebat vir doctus. *Oud.*—4 Edd. ante Colv. *præs. exit.* cum Pith. Fux. Guelf. pr. *Id.*—5 Idem, *nobili.* Colvius. Ms. *nobili.* Forte *nubila.* Brant.—6 Ms. Incert. *ubi.* *Oud.*—7 Reg. Flor. D'Orv. *intra.* Pith. *susurrabant.* *Id.*—8 Oxon. Guelf. pr. D'Orv. Edd. Vic. Juntinæ, Ald. *irrupit;* nec male, licet sequatur præsens. De quo alibi sæpius. *Id.*—9 Fux. *can. rabidum.* Sed vide quæ scripsi infra. *Roald.* In Reg. et Oxon. est *rabidum.* Vide ad l. VIII. p. 154. 164. *Oud.*—1 Oxon. Fux. Guelf. pr. *posticum.* *Id.*—2 Bert. *impetuoso miro,* mire. *Elmenh.* Immo in Bert. est *impetu suo m.* D'Orv. *sese imp. miro.* *Oud.*—3 *Petiisse.* D'Orv. Fux. Guelf. pr. Edd. Vic. Ber. Juntinæ, Aldi *petisse.* Bene. *Id.*—4 Abest τὸ *ipsis* a Palat. *Id.*—5 *Mitillum.* Hæc scriptura in membranis; cusa ubique, *Myrtilium.* Quid si *Myrtilum?* Notum de Myrtilo, Cœnomai auriga. Etiam hoc nomine scriptor vetus apud Arnob. lib. III. *Col. Myccilum.* Aldus *Mitylium.* Rom. *Mytilum.* Palat. *Myrtillum.* Colvius et Flor. *Myrtilum.* Bene. Vide Lactantium ad Statii Thebaid. p. 130. 134. 209. *Elmenh.* B. M. *Mirtellum.* Sic pro *Hypatavum* B. M. *Hispasium.* Vide Colvium, cujus conjectura confirmatur utroque textu manuscripti. *Putean.*—6 Ms. *Hypasium.* Colvius. *Hypatium.* Flor. *Hypatarium.* Alii,

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Myrtilum mulionem*] Myrtilus nomen est aurigæ Cœnomai; cujus fraude Cœnomaus, dissoluto curru, excussus in curuli certamine, cervicem sibi fregit, fuitque a Pelope victus:

qui mercedis loco perfidum Myrtilum in mare projecit, Myrtoium postea dictum, ab illius nomine. Huic cognominem facit mulionem hunc Apuleius.



Apollonium medicum, immo vero et plures alios ex<sup>7</sup> familia, abigere tentantes, variis morsibus quemque lacerasse: certe venenatis morsibus contacta<sup>8</sup> nonnulla jumenta efferrari jam simili rabie.<sup>9</sup> Quæ res omnium statim percussit<sup>1</sup> animos: ratique, me etiam<sup>2</sup> eadem peste infectum<sup>3</sup> ferocire, arreptis cujuscemodi<sup>4</sup> telis, mutuoque ut exitium [178] commune protelarent<sup>5</sup> cohortati, ipsi potius eodem vesaniæ<sup>6</sup> morbo laborantes, persequuntur. Nec dubio me lanceis illis vel<sup>7</sup> venabulis, immo vero et bipennibus, quæ

*et Hypatium cubicularium, et Apollonium medicum, atque etiam plures alios familiares, dum conantur eam fugare, fuisse demorsos ab ipso singulos variis morsibus: aliqua sane jumenta, que lacerata fuerant morsibus virosis, jam corripi simili furore. Quæ res percudit cunctorum mentes, et ipsi, putantes me correptum eodem morbo, suntis armis omnis generis insequuntur me, hortantes se invicem ad propulsandum communem pestem; at ipsi, potius quam ego, correpti erant eodem morbo furoris. Atque haud dubie me discerpissent in frusta illis hastis et spiculis, atque etiam securibus, quæ arma servi*

*Hypatium.* Colvii liber, *Hispasium.* Elmenh.—7 Oxon. Guelf. pr. de. Vide ad l. viii. p. 152. *Oud.*—8 Idem, *contractata.* Colvius. Pal. et Flor. *contractu n. j. effera simile rubie.* Colvii liber, *contractata n. j. e.* Bert. *contacta n. j. efferrata simili r.* Elmenh.—9 Vulgo est, *efferrata sim. r.* Colvius. *Efferrari jam,* ut bene rescripsit cum seqq. Colvius, habent quoque Flor. Fax. et D'Orvill. et alii; unde per contractionem vulgaris ante lectio *efferrata* fuit nata. *Oud.*—1 Cod. Inc. *percudit.* Id.—2 *Etiam.* Pith. in. Id.—3 Par. Guelf. pr. *infectum.* Oxon. inf. *ferociter.* Id.—4 *Hujuscemodi.* Fux. bene, *cujusquemodi.* Nam nulla antea telorum mentio fit. Sic pag. 214. 'Omnes nefarium execrati suntis cujusquemodi telis.' Eo modo bis peccatum infra, p. 879. in illis verbis 'Ut pecna hujusmodi:' et pag. 1081. 'Partim figuris hujuscemodi animalium.' Legendum enim ex fide Mss. *cujusquemodi.* Roaldus. *Cujuscemodi.* Idem, *hujuscemodi.* Sic supra l. ii. 'Raptim cujusquemodi telis insequuntur:' et lib. viii. etiam repositum nobis: 'Et cujusquemodi vocibus inhortantur.' Bis item infra lib. xi. ubi vulgo passim *hujusmodi.* Lucret. lib. iii. 'Et cujusquemodi formarum veterere in ora.' Cujuscemodi, sen cujusquemodi, id est, cujuscunq. generis, modi, qualiacunq. *Colv.*—5 Mss. *ptelarent.* Colv.—6 *Potius res.* Fux. p. *eodem r.* Roaldus. *P. eodem res.* Pronomen *eodem* nusquam vulgo. In scripto libro etiam *beraniæ* pro *vesaniæ.* Colv.—7 *Et.* Malim cum Pricæo et Appuleiano more *vel,* auctoritate Mss. Pal. Oxon. Fax. Pith. Par. D'Orvill. *Venaculis* in Ed. Vi-

## NOTE

<sup>c</sup> *Hephæstionem coquum*] Nomen quo accommodatum. Ἡφαίστος enim Græcis Vulcanus est, ignis, fabrorum, et culinæ Dens.

<sup>d</sup> *Hyp.* [*Hypatium*] Sic Pricæus habet, et Elmenhorstius. Alii *Hypata-*

*rium.* Ms. Oxon. et Colvius *Hypasium.*

<sup>e</sup> *Exitium commune protelarent*] Nempè occidendo me, a quo timebant ne morderentur, similique corriperentur rabie.

facile famuli subministrabant,<sup>8</sup> membratim compilassent; ni, respecto subiti periculi turbine,<sup>9</sup> cubiculum in quo mei domini devertebant protinus irrupissem. Tunc clausis obseratisque super me<sup>1</sup> foribus obsidebant locum; quoad, sine ullo concessionis<sup>2 f</sup> suæ periculo, pestilentiae letalis pervicaci rabie<sup>3</sup> possessus ac peresus, absumerer.<sup>4</sup> Quo facto, tandem libertatem nactus, solitariae fortunæ munus amplexus, super constratum<sup>5</sup> lectum abjectus, post multum equidem<sup>6</sup> temporis somnum humanum quievi. Jamque clara die, mollitie cubiculi refota<sup>7</sup> lassitudine, vegetus exsurgo: atque illos, qui meae tutelae pervigiles excubias agitaverant,<sup>8</sup> ausculto de meis sic altercare<sup>9</sup> fortunis: Ad-

*facile suppeditabant; nisi ego, considerans repentini discriminis procellam, statim irruissem in cubiculum, in quod mei domini se recipiebant. Tunc, janua super me clausa atque obserata, cingebant cubiculum; donec ego consumerer, occupatus atque corrosus contumaci furore illius mortiferae pestis, sine ullo congressus sui periculo. Quo facto, reperta tandem libertate, utens beneficio solitudinis, quod mihi sors offerebat, meque reclinans in torum, qui ibi stratus erat, dormivi humano somno, quod quidem jamdudum mihi non exueverat. Discussaque fatigatione molli lecto, surgo alacris die jam proecto: et audio eos, qui invigilaverant tota nocte meae custodiae, sic inter se disputantes de mea sorte: Sed putamusne hunc miserum asinum*

\*\*\*\*\*

cent. et Ms. Pith. Oud.—8 Fux. *subministraverant*. Roald. In eodem *subministraverant*. Colvius. Flor. *subministraverant*. Elmenh. Adde D'Orvill. atque ita expressit Scriverius. Pal. et Oxon. *subministraverunt*. Dele *rd* re. Oud.—9 Vitiose Ed. Ber. *turbidine*. Id.—1 *Super me*. I. e. post me. Desunt Ms. D'Orv. Sed consule Pricæum, et Boxhorn. ad Suet. Aug. c. 43. 'Super se subsellio secundo collocavit.' *Foribus super me* Fux. Id.—2 Lipsius malit, *congressionis*. Colv. Elmenh. An *contagionis? correptionis?* Wass.—3 Rom. *rabia*. Elmenh.—4 Codex vet. *assumerer*. Colv. Sic Fux. et Guelf. *Adsum* Pith. sed D'Orvill. *obsumerer*. Oud.—5 *Constratum*. Idem, *constructum*. Colv. Ut semper hæc variant. Vide ad Sueton. Ner. c. 48. 'Super lectum pallio strato instructum.' Oudendorp.—6 Bert. *eodem*. Elmenhorstius. Citra necessitatem Pricæus ad Apol. p. 160. invitis omnibus Mstis, legit, *post aliquam multum eq. t.* licet sæpius ita loquatur Auctor, ut vidimus quoque lib. 1. p. 17. 'Post aliquam multum temporis.' Oud.—7 Guelf. sec. *referota*. Id.—8 Guelf. ambo, *agitaverunt*. Id.—9 *Altercari*. Fux. *altricare*. Roaldus. *Altercare*. Vnig. *altercari*. Colvius. Rom. et Bert. *altercari*. Elmenh. *Altercari* Edd. O. habent ante Colvium, excepta Junt. post. Mstis consentiente. Adi ad lib. 11. p. 21. et lib. VI. p. 126.

#### NOTE

<sup>f</sup> *Concessionis*] Beroaldus exponit, ingressionis et introitus. Lipsius, congressionis, quod magis placet; ut enim 'incedere pedibus' et 'ingre-

di pedibus' unum idemque significant, quidni etiam 'concedere' aliquando idem sonet ac, congrredi?

huccine<sup>1</sup> miserum istum asinum jugi furore jactari credimus? immo vero jam virus, increscente<sup>2</sup> sævitia, prorsus extinctum. Sic opinionis variæ terminum<sup>3</sup> ad explorationem conferunt:<sup>4</sup> ac de rima quadam<sup>5</sup> prospiciunt, sanum me atque sobrium otiose consistere. Jamque ultro<sup>6</sup> foribus patefactis, plenius, an sim jam mansuetus,<sup>7</sup> periclitantur. Sed unus ex his, de cœlo scilicet missus<sup>8</sup> mihi sospitator, argumentum explorandæ sanitatis meæ tale<sup>9</sup> commonstrat<sup>1</sup> ceteris: ut aquæ recentis completam pelvem<sup>2</sup> offerrent

*agitari perpetua rabie? Immo sane venenum penitus extinctum est furore requiescente. Sic sententiarum diversitas eo conspiravit, ut dicerent faciendum esse periculum: et aspicientes per fissuram quandam vident me tranquille stare sanum atque sobrium. Jamque aperta ultro janua explorant amplius utrum jam essem mitigatus. At unus inter illos, missus nempe de cœlo, qui me servaret, indicat reliquis hujusmodi rationem observandi an sanus essem: ut nimirum offerrent mihi ad bibendum eas*

‘Altercant de mea nece.’ In Pith. *altercarentur*. Oud.—1 *At huccine*. Fux. *Adhuccine*. Roaldus. Ms. *Adhuncine*. Forte *Adhuccine*. *Adhuccine*, id est, *Adhucne*? ut, *Siccine*? *Colv.* Mss. omnes, *Adhuccine*. Elmenhorstius. Ms. *Adhuncine*: unde Colvius *Adhuccine*, bene. *Brant.*—2 *Inquiescente*. Contra vulgarij, *increscente*, præter Auctoris mentem. *Colv.* *Increscente*. Expressi Mss. lectionem. Alii *inquiescente* habent. Ambros. Serm. xxvii. ‘Increscente morbo non medicus, sed prævaricator in culpa est.’ *Elmenh.*—3 *Guelf.* sec. Pal. *terim*. Oud.—4 *Palat.* a m. pr. *conferte*, a m. sec. *confert*: uti in *Guelf.* sec. *Id.*—5 *Quidam*. Fux. *quadam*. Roaldus. Plerique, *quadam*. Colvius. *Quadam*. Vulgo, *quidam*. Elmenh. *Istud quidam* male irrepserat primum in Ed. Bas. sec. et hinc porro. Sed recte Wower. *Prie.* et *Flor.* *quadam* edidere. Oud.—6 *Par. intro*, *Guelf.* pr. *in ultro*, et pro *jamque* in Ms. *Lips. atque*. *Id.*—7 *Plenius an jam mansuetus*. Forte melius sit scribi *planius*: quod per rimas primum conspicati, id postea aperta janua de plano cognoscunt. *Stewech.* Ald. *mansuetus*. Fux. *percunctantur*. Quemadmodum et infra ἀπὸ τοῦ *percunctaberis* habuit Ms. *periclitaberis*. Eadem pervicacia dicam, an pertinacia mutatum supra pag. 41. ‘Quibus aliud periclitantium,’ præfert Ms. *Q. a. percunctantium*. Roaldus. Scriptus, *percentantur*. Quod si verum, retinendum etiam supra lib. viii. ‘Facile percentaberis, videns quam grandem tibi demonstreret patientiam:’ ubi tamen ex eodem libro emendavimus, *Facile periclitaberis*. Colvius. Mss. *mansuetus*. Elmenh.—8 *De c. m.* Fux. *de c. sc. m.* Roaldus. Ms. *de c. scilicet m.* Sciopp. in *Symbola. De c. scilicet m.* A vulgatis abest τὸ *scilicet*. Vide Notas ad Minut. fol. 36. *Elmenh.* Nempe τὸ *scilicet* vel s. ut passim in Mss. et Edd. Vett. apud Nostrum est, addunt quoque Florent. Reg. D’Orv. Pith. *Guelf.* uterque, Oxon. Ed. Junt. post. ac recte Scriverius Floridusque secuti sunt Elmenhorstium, qui male id deleri volebat. Lib. iii. p. 61. ‘Pessima scilicet sorte:’ ubi vide. Oud.—9 *Pith. talem*. *Id.*—1 *Pal. Guelf. sec. Codd. monstrat*. *Id.*—2 *Oxon. pelvim*. Edd.

## NOTE

§ *Incresc.* [*inquiescente*] Pro, quiescere, piscere,’ et talia apud hunc scriptente, ut ‘incognoscere,’ ‘inconcu- torem.

potui meo. Ac, si intrepidus, et more solito sumens, aquis allubescerem,<sup>3</sup> sanum me, atque omni morbo<sup>4</sup> scirent expeditum: contra vero, si visum contactumque<sup>5</sup> laticis vitam<sup>h</sup> ac<sup>6</sup> perhorrescerem, pro comperto noxiam rabiem pertinaciter durare. [179] Hoc<sup>7</sup> enim, libris etiam pristinis<sup>8</sup> proditum, observari solere. Isto placito, vas immane confestim aquæ pellucidæ de proximo petitæ fonte,<sup>9</sup> contentantes<sup>1</sup> adhuc, offerunt mihi. At ego sine ulla mora progressus, etiam obvio gradu satis sitienter, pronus, et totum caput invergens,<sup>2</sup> salutare vere equidem illas aquas<sup>3</sup> hauriebam. Jamque et plausus manuum,<sup>4</sup> et aurium flexus, et ductum capistri, et quidvis aliud periclitantium,<sup>5</sup> placide

*plenum aquæ recenter haustæ: et, si libens accederem ad aquas absque timore, biberemque secundum meam consuetudinem, agnoscerent me esse sanum, atque liberatum ab omni ægritudine. Contra vero, si fugerem, ac reformidarem aspectum, et tactum liquoris illius, manifestum esse nocuum furorem adhuc constanter durare. Id quippe scriptum esse in antiquis libris, et experientia comprobari. Probato hoc consilio, obijciunt mihi statim, adhuc dubitantes, vas ingens plenum aqua limpidiſsima hausta ex proximo fonte. Ego vero, cum protinus processissem ipsis obviam cum sat magna siti, bibeſam illas aquas, mihi quidem revera salutare, inclinans me, et intingens totum caput, Jamque tranquille ferebam et palpari me eorum manibus, et renulceri mihi aures, et me duci capistro, et quicquid aliud faciebant experiendi gratia; donec*

\*\*\*\*\*

Juntinæ, Ald. offerret. In Pith. non est meo. Id.—3 Membranæ, allibescerem. Colvius. Alii, allibescerem. Flor. allibascerem. Elmenh. Adlibescerem vel allib. est in Mss. perlicis et Edd. Vett. allitescerem Oxon. allabescere Pal. Guelf. sec. Oud.—4 Fux. ab omni m. Id.—5 Oxon. Fux. Guelf. pr. contractum, D'Orv. c. eticis. Id.—6 Oxon. Guelf. pr. atque. Id.—7 Passim, Hæc. Colv. Contra Mss. O. in Edd. Colvio prioribus est Hæc. Oud.—8 In Edd. iisdem, prist. etiam, D'Orvill. Guelf. pr. prestinis. Gulielmus maluit priscis. Oxon. Guelf. pr. observare. Id.—9 D'Orv. Pith. Guelf. sec. petito. Par. Guelf. pr. fontis. Id.—1 Pal. D'Orv. Guelf. pr. Oxon. Par. Inc. ut passim, contentantes. D'Orv. Edd. Ber. adhæc, Pith. adhoc, Ed. Vic. adhaec. D'Orv. conferunt, et sienter Ed. Vic. Id.—2 Fux. caput vergens. Forte immergens. Roaldus. Ms. vergens. Malim mergens. Ber. immergens. Colv. Ms. caput vergens. Fulvius conjicit legendum, totus in caput vergens, id est, cernuus. Sciopp. in Symbola. Caput vergens. Ita Mss. omnes. Vulgo, t. c. mergens. Fulvius, totus in c. vergens. Elmenh.—3 Idem liber τδ aquas non habet. Colv. Neque Ed. Merceri. Illam Pith. Oud.—4 Alii, manus. Elmenhorstius. Manuum cum Edd. Junt. post. Elmenh. Scriv. Flor. recepi fide Codd. Florent. Inc. D'Orvill. ac Fux. In ceteris manus. Oud.—5 Iterum hic scriptum, percontantium. Colvius. Oxon. Guelf. pr. quidquidvis. In D'Orv. et Fux. percunctantium. Vide supra. Aliud

#### NOTÆ

<sup>h</sup> Si visum contactumque laticis vitam, &c.] 'In morsis,' inquit Plinius, hic morbus Græcis ἰδροφοβία dicitur.  
<sup>1</sup> letalis aquæ metus est.' Unde etiam

patiebar; quoad, contra vesanam<sup>6</sup> eorum præsumtionem, modestiam meam liquido cunctis approbarem. Ad istum modum vitato duplici periculo,<sup>1</sup> die sequenti rursus divinis exuviis<sup>7</sup> onustus cum crotalis et cymbalis circumforaneum mendicabulum producor<sup>8</sup> ad viam. Nec<sup>9</sup> paucis casulis atque castellis oberratis, devertimus<sup>1</sup> ad quempiam pagum urbis opulentæ<sup>2</sup> quondam, ut memorabant incolæ, inter semiruta<sup>3</sup> vestigia conditum: et, hospitio proximi stabuli recepti,<sup>4</sup> cognoscimus lepidam de adulterio cujusdam pauperis<sup>k</sup> fabulam: quam vos etiam cognoscatis volo. Hic<sup>5</sup> gracili pauperie laborans, fabriles operas præbendo,<sup>6</sup> parvis illis mercedibus vitam tenebat. Erat ei<sup>7</sup> tamen uxorcula, etiam satis quidem tenuis et ipsa, verumtamen<sup>8</sup> postrema<sup>9</sup> lascivia famigerabilis. Sed die quadam, dum ma-

*manifeste probarem omnibus meam mansuetudinem, contra insanam opinionem, quam de me præconceperant. Sic clapsus e gemino discrimine, postero die iterum educor ad iter, oneratus spoliis Deæ, cum crotalis et cymbalis mendicaturus per rivos. Multisque pererratis domunculis rusticorum et castellis, reuimus in vicium quandam exstructum inter ruinas urbis, que dives olim fuerat, ut incolæ referebant. Cunque nos recepissemus in proximum diversorium, audivimus facetam narrationem de adulterio cujusdam pauperis: quam volo vos etiam scire. Ille angusta admodum egestate pressus, locando operas suas ad fabricandum, sustentabat vitam suam mercedulis, quas inde percipiebat. Habebat tamen ille uxorem, et ipsam quidem etiam pauperculam, sed tamen famosam ob summam impudicitiam. At, quodam die, dum ille ibat mane*

non visitur in Fux. Oud.—6 Oxon. vexanum. Id.—7 D'Orv. excubiis, Guelf. pr. exubiis. Id.—8 Vetus, ducor; id est, conducor. Colv. In Coll. Voss. est conducor. Sed pessime. Oud.—9 Oxon. Guelf. pr. Nam. Guelf. sec. causulis. Id.—1 Sic rursus Flor. Pith. Lips. D'Orv. Oxon. non dir. ut in Edd. vulgo. Id.—2 Bert. opulentum. Elmenh. Item Pith. Memorabatur Fux. Oud.—3 Idem, semirupta. Colv.—4 Oxon. receptu. Oud.—5 Ubique ante, Is. Colvius. Flor. Is. Elmenh. Præter illum et Pith. Mss. reliqui habent Hic, Colviumque secuti sunt Vule. Merc. Wow. Pric. Gratia Guelf. pr. Oud.—6 Ms. phedens. Elmenhorstius. Præhendens Ms. Lego præhibens. Plant. Mercat. in fine: 'Si quis prohibuerit, plus perdet clam, quam si præhibuerit palam.' Brant.—7 Ei. Fux. etiam. Oud.—8 Etiam s. q. t. et ipsa, v. Hæc omnia absunt a libro scripto. Colv.—9 Extrema. Sic Bert. quomodo infra hoc lib. pag. 157. 'Nefarium et extremum facinus.' Sed nihil interest, extrema, an postrema legas.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Duplici periculo*] Illo namque, quod a coquo ipsi impenderat, secandæ coxæ; et hoc, quod propter vesanam opinionem furoris subiverat.

<sup>k</sup> *De adulterio cujusdam pauperis*] Observa hic 'adulterium' pro contumelia illata viro per uxoris adulterium.

tutino ille ad opus susceptum<sup>1</sup> proficiscitur, statim latenter irrepit ejus hospitium temerarius adulter. Ac, dum Veneris colluctationibus securius operantur, maritus ignarus rerum, ac nihil etiam tunc<sup>2</sup> tale suspicans, improvisus hospitium repetit. Jamque clausis et obseratis<sup>3</sup> foribus, uxoris laudata continentia, januam pulsatur, sibilo etiam præsentiam suam denuntiante.<sup>4</sup> Tunc mulier [180] callida, et ad hujusmodi flagitia perastutula, tenacissimis amplexibus expeditum hominem, dolio, quod erat in angulo semiobrutum,<sup>1</sup> sed alias vacuum, dissimulanter abscondit: et, patefactis ædibus, adhuc<sup>5</sup> introeuntem maritum aspero<sup>6</sup> ser-

*ad opus, quod susceperat, adulter valde audax protinus se penetrat clanculum in ejus domum. Dumque Veneri dant operam absque metu, maritus de improvviso revertitur domum, nesciens quid gereretur, nihilque suspicans simile. Laudansque continentiam suæ uxoris, eo quod videret fores jam clausas atque obseratas, pulsatur ostium, sibilo etiam significans se adesse. Tunc mulier astuta, et solertissima ad talia crimina, explicat hominem ex suis arctissimis complexibus, et eum clam occultat sub dolio, quod erat media sui parte defossam in angulo, sed tamen inane: et, aperta domo, objurgat etiam intrantem virum verbis gravioribus. Itane, inquit, incedes mihi*



Cic. in Pison. 'Nihil est isto posterius, nihil æquius.' Et pro Sex. Rosc. 'Ut postremi homines alienis pecuniis locupletarentur.' Pacatus Panegyri. 'Omnium scelorum, postremorumque vitiorum.' Ex quo intelligas, falli eos, qui mutare volunt hæc lib. III. pag. 43. 'Tunc, ultima, non cessas?' ut legatur scilicet, *Tunc, mitrina*. Nam est pag. 153. 'Ultima pistoris illa uxor.' Sciopp. in *Symb. Postrema*. Bert. et Aldus, *extrema*, quod perinde est, ut alii jam observarunt. *Elmenh.* Non Aldi Ed. sed Ms. Palat. habet *extrema*, quod nempe olim magis placuerat Scioppio Susp. lib. v. 23. Sed bene mutavit sententiam. Vide *Elmenh. Indicem*. Infra p. 201. 'Magnas et postremas domino clades annuntians.' *Oud.*—1 *Ad opus susc.* Sive, quod in se receperat, eo conductus. Nec contra Mss. participium hinc eliminandum est, cum *Pricæo*. *Id.*—2 *Etiam nunc*. Vulg. *etiam tum*. Colv. Colvium secuti sunt Wower. et Pric. Nec male, si Mss. addiderent. Vide ad Suetonium Oth. c. 9. et alibi. P. 184. 'Securus etiam nunc.' Sed Mss. et Edd. Vulc. &c. dant *etiam tunc*. In Pith. *ctiam cum*. In Fux. et Edd. Vett. est *etiam tum*. Guelmius pro *tale* volebat *malè* e Terentio. *Oud.*—3 Ed. Ber. male *obseratis*. *Id.*—4 Guelph. pr. *denuntiando*, Ald. *denuntiant*, Junt. post. *denuntiat*, quod et vir doctus (Toll.) margini allevit. Sed vide ad lib. VIII. p. 180. Ed. Pric. *Id.*—5 D'Orvill. *ad hoc*. *Id.*—6 Bert. *asserto*: non bene. *Elmenh.* Edd. Vicent.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *In angulo semiobrutum*] Plin. lib. XIV. cap. 21. 'Mitiores plagæ doliis conduit [vinum] infodiuntque terræ tota, aut ad portionem situs.' Et paulo infra: 'Imbecilla vina demissis in terram doliis servanda, valida

expositis.' Paulus Lege LXXVI. ff. de contrahenda emtione et venditione: 'Dolia in horreis defossa, si non sunt nominatim in venditione excepta, horreorum venditioni cessisse videri.'

mone accipit: Siccine, vacuus et otiosus, insinuatibus manibus ambulabis mihi, nec, obito consueto labore, vitæ nostræ prospicies,<sup>7</sup> et aliquid<sup>8</sup> cibatus parabis? At ego misera et pernox et perdia<sup>9</sup> lanificio nervos<sup>1</sup> meos contorqueo, ut<sup>2</sup> intra cellulam<sup>n</sup> nostram saltem<sup>3</sup> lucerna<sup>4</sup> luceat. Quanto me felicior Daphne<sup>5</sup> vicina, quæ mero et prandio matutino saucia<sup>6</sup> cum suis adulteris volutatur!<sup>7</sup> Sic confu-

*inanis, et otiosus, manibus in sinum conditis, neque incumbes solito operi, ut providens nostro victui, et aliquid nobis emas quod edamus? At ego infelix digitos meos nocte dieque exerceo nendæ lanæ, ut saltem lampas luceat in nostra domuncula. Quanto fortunatior me est Daphne nostra vicina, quæ a primo mane ingurgitata vino atque cibus se pervolvitur cum suis mæchis! Maritus sic objurgatus, Quidnam tibi*



Junt. pr. Ald. *aspera*, et D'Orv. Ms. *servitione*. Forsan latet quid. Mox accepit Oxon. Pricæus e conjectura præfert *excipit*. Verum æque bonum est *accipere*, et a Cicerone sæpius hoc sensu usurpatum. Vide Nizolium in *Thes. Oud.*—7 Coll. Voss. Fux. Gnelf. sec. Palat. *prospiciens*. Id.—8 *Et al.* Fux. *ad al.* Id.—9 *Et per diem*. Vulgatum ubique, *per noctem*. Colvius. Palat. Cod. *et per noctem et per diem*. Hand male alii, *et pernox et perdia*. Wower. *Pernox et perdia* Rom. et Aldus, *per noctem et diem*, male. Vide Indicem. *Elmenh.* Male Woverius, *per noctem et diem*. Idem in *Add.*—1 *Nervulos* pro *nervulos* est in Fux. *Oud.*—2 Ms. *et*. Colv. *Nostram* abest Oxon. *Oud.*—3 Ed. Beroald. *salutem*. Id.—4 Pith. *lanterna*. Id.—5 Coll. Voss. *daschene*, Palat. Gnelf. sec. *dashene*, Oxon. Par. *dasyrie*, Gnelf. pr. *dasrie*, D'Orv. *clasne*. Forsan nomen nondum erutum delitescere scribit Pricæus. Sed *Daphne* satis conveniens videtur. *Vic. mea* in Palat. Gnelf. sec. *Id.*—6 Mutarunt in Paris. exemplari hand dubio ex sententia Beroaldi in *satia*; tamen etsi reclamant hæc ipsius Apuleii ex libro septimo: 'Et instantia validiore vinum immixtum, sed jam modico tepefactum vapore, sauciis illis et erapula violentiæque madidis ipse abstemius non cessat impingere.' Itidem alterum testimonium Ennii *Alcestide*: 'Hæc annus admodum frigit, nimirum se sauciavit flore Liberi.' Qui versus apud Fulgent. in 'frigit' ubi scripserim, *rore Liberi*. Pari phrasi efferebat Apul. libro superiore: 'Cruorem præterfluentis aquæ rore diluere.' Apuleius lib. II. 'Mihi vero fatigationis hesternæ nunc saucio.' *Stewech.* Aldina editio, *satia*. Emenda ex lib. Ful. *satiata*. Wower. Si ita in Manuscripto reperit Colvius, equidem probo lectionem. Nam ita et Ennius: 'Flore se sauciavit Liberi.' Sed tamen Aldi editio habet *salia*, Fulvii liber *satiata*. Sciopp. in *Symbola*. Flor. unus, *satia*, Fulv. *satiata*. *Elmenh.*—7 *Volutatur*. Ita rectius in scripto nostro aliisque

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Et pernox et perdia*] Sic lib. v. 'Et perdia, et pernox, nec inter amplexus conjugales desinis cruciatus.' Ad quem locum vide quæ notavimus.

<sup>n</sup> *Ut intra cellulam, &c.*] Id est: Ut habeamus unde emamus oleum alendæ lucernæ.

<sup>o</sup> *Daphne*] Nomen proprium vicinæ. Δάφνη Græcis laurus est, sed nihil ad mores hujus mulieris hoc etymon. Oxon. Ms. habet *Dasyrie*: sub quo (inquit Pricæus) fortasse nomen nondum erutum delitescit.

<sup>p</sup> *Mero et prandio saucia*] Vera est hæc lectio. Neque reponas *satiata*

tatus maritus,<sup>1</sup> Ecquid istuc<sup>8</sup> est? ait. Nam, licet forensi negotio officinator<sup>9</sup> noster attentus ferias nobis fecerit, tamen hodiernæ cœnulæ nostræ prospexi.<sup>1</sup> Vides istud<sup>2</sup> dolium, quod, semper vacuum,<sup>3</sup> frustra locum detinet tantum, et revera præter<sup>4</sup> impedimentum conversationis nostræ nihil præstat amplius? istud ego quinque denariis cuidam<sup>5</sup> venditavi: et adest, ut, dato pretio,<sup>6</sup> secum rem suam ferat. Quin itaque præcingeris,<sup>7</sup> mihi que manum tantisper

*vis? inquit. Quamvis enim magister nostræ officinæ, occupatus negotio forensi, cœgerit nos otuari, nihilominus providi nostræ cœnulæ hodiernæ. Videsne dolium hoc, quod, perpetuo inane, frustra occupat tantum loci? nihilque certe amplius præbet, nisi impedimentum nostræ habitationis? Vendidi illud quinque denariis cuidam: atque hic mecum venit, ut persoluto pretio auferat secum rem suam. Præpara ergo*



editionibus veteribus. Reperi idem hoc *volutandi* verbum apud Quintilianum Declamat. III. cui index 'Miles Marianus.' Ubi sic ex fide scripti Codicis Clarissimi Lipsii legendum est: 'Cum alii excubent armati, alii claustra portarum tueantur, alii vallum fossasque scutis innixi cingant, cibum ipsum stantes capiant, tribunus inter scorta voluptabitur?' Nam pariter etiam passim hic male vulgatum est, *inter sc. voluptabitur*. Colv. Sic Rom. Codex Flor. *Volutatur, κολύθεται*. Tertull. 'Una orant, una voluntantur.' *Elmenh.*—8 *Et quid istuc*. Flor. *Ecquid istic est*. Id.—9 Glossæ Veteres: 'Officinatores, ἐργαστηριάρχαι.' Colv. Guelf. pr. *efficiator*, Coll. Voss. *offinator*, D'Orv. *offiriator*, Fux. *officinator*. Oud.—1 *Prospexit*. Vulg. *prospexi*. Colvius. Flor. *prospexi*. *Elmenh.*—2 Flor. *Videsis ut*. Idem. Item Bertin. *Vide scis ut d. Pith. Vides illud d.* D'Orv. Edidit Scriverius, *Videsis d. Vulcan*. Ed. sec. *Vide ist. d.* Conjecit Pricæus, *Videsne, i. d.* ut aliquoties in Nostro. Latet certe aliud quid. An *Videsis id dolium?* Oud.—3 Corrigere ex Palat. *quod supervacuum*. Wowerius. Pal. *supervacuum*. Probe. *Elmenh.* Sequentes quoque Editores Scriv. Pric. Florid. ex unico illo Cod. reposuere *supervacuum*. Dubito an vere. Quia enim semper erat *vacuum*, ideo frustra detinebat *locum*, pro quo inepte in Edd. Junt. pr. Ald. *lacum*. Oud.—4 *Pro præter* in Palat. est male *propter*. Id.—5 Ms. *credo*. Colv. Tò *cuidam* delet Palatinus. *Elmenh.* Non inepte ex *credo* fingere posses *cerdo*, ut se ipse laudet et uxori jactet, quam studiosus sit lucri. Vide ad lib. II. p. 28. 'Negotiator quidam Cerdo nomine.' Ne tamen deleas τὸ *cuidam* cave. Oud.—6 Vitiose in D'Orvill. *adcm. ut d. prono*. Id.—7 *Precingeris*. Fux. *præcing.* Roald. Lege, *præcing.* Wowerius. *Præcing.* Bert. *procing.* Aldus, *percing.* *Elmenh.* Ante Wowerium et scqq. sic jam bene ediderant Junt. Ed. post.

#### NOTÆ

pro *saucia*. Ennius in Alcestide laudatus a Fulgentio in verbo 'Friguttit: 'Hæc anns admodum friguttit, nimirum se sauciavit flore Liberi.' Et Noster, lib. VII. 'saucium vinolentia' dixit, pro, ebrium. Prandium matutinum videtur esse, quod infra, hoc lib. 'jentaculum' vocat.

<sup>1</sup> *Volutatur*] Hæc lectio est Florent. Cod. quam Pricæus pluribus tuetur.

<sup>1</sup> *Confutatus maritus*] Simili sensu Terent. Phorm. Act. III. Scen. I. 'Confutavit verbis admodum iratum senem:' id est, convicit, exagitavit, objurgavit.



accommodas, ut exobrutum protinus tradatur emtori. E re nata fallacia, mulier<sup>5</sup> temerarium tollens cachinnum, Magnum, inquit, istum<sup>8</sup> virum ac strenuum negotiatorem nacta sum, qui rem, quam ego mulier, et intra hospitium contenta,<sup>9</sup> jamdudum septem denariis vendidi, minoris distraxit. Additamento pretii<sup>1</sup> lætus maritus, Et quis est ille, ait,<sup>2</sup> qui tanto<sup>3</sup> præstinavit? At illa, Olim, inepte,<sup>4</sup> inquit, descendit in dolium, sedulo soliditatem ejus probaturus. Nec ille sermoni mulieris defuit: <sup>5</sup> sed [181] exurgens alacriter, Vis, inquit, verum scire, materfamilias? hoc tibi dolium nimis vetustum est, et multifariam rimis<sup>6</sup> hiantibus

*te, et me tantillum adjuva, ut eruamus ipsum, et demus emtori. Dolosa mulier erumpens illico in audacem risum, Hic certe maritus, inquit, cui nupsi, præclarus vir est, et solers mercator, qui, quam ego rem jam pridem vendidi septem denariis, tametsi sim tantum mulier, et conclusa intra domum, eam vendidit viliori pretio. Maritus hilaris propter auctarium pretii, Quisnam ille est, inquit, qui tanti emit? Illa autem, Jamdudum, ait, o stulte, descendit in dolium, ut diligenter exploraret ejus soliditatem. Nec ille male respondit verbis mulieris, sed surgens inde promte, Vin' tibi verum dicam, ait, o materfamilias? tuum hoc dolium est nimis vetustum, et fractum*

et Vulcan. Ed. sec. ut exhibent etiam Florent. Gueif. uterque, Oxon. D'Orv. Inc. et Lips. pro quo frequentius accingeris dicitur. Ita in Pith. Oud.—8 *Istud* Pith. Perperam Ed. Floridi caret *rois istum virum*. In Edd. etiam aliquot prave at. Oxon. *nata*. Id.—9 *Contenta*. Fnx. *contenta*. Roaldus. *Contenta*. Vulgo, *connecta*. Sic supra lib. iv. 'Parva, sed satis munita domuncula contentus.' Hoc ipso libro infra etiam restitui: 'Intra terminos pistrini contentus.' Item, 'Sed frondoso casulae contentus umbraculo degeret.' Arnob. lib. i. 'Qua universi tegimur et continemur inclusi.' Colv. Pal. Bert. et Rom. Cod. *connecta*. Hand æque bene. Libro iv. 'Parva domuncula contentus.' et hic mox post: 'Intra terminos pistrini contentus.' *Elmenh.* Male *rd* et exulat ab D'Orv. Pal. Oxon. Gueif. et Edd. Wower. ac Pric. Et rursus valet, et quidem, ut sapius. Vide Ind. Notarum. Mox *connecta* est in Exe. meis Pal. Cod. *contenta* in Gueif. sec. *connecta* in Pith. et Edd. ante Colv. obvio errore. Oud.—1 *M. distraxit*. A. p. Ibidem, *m. distraxit* *ad ditamento p.* Ms. m. d. *aditam p.* unde locum recte nobis correctum putamus. Colv.—2 *Ait* abest ab Ed. Bas. pr. Oud.—3 *Tanto pretio*. *Pretio* non erat in vulgatis. Colv.—4 Male Edd. pleræque jungunt *Olim inepte*: cum sit constructio: *Olim descendit*. Hoc enim adverbium omne genus temporis designat apud Comicos aliosque. Oud.—5 Fnx. s. m. *contentus d.* sed superesse videtur. Roald.—6 *Rim*. Ms. Al. *nimis*. Colvius. Pal. *nimiis*

## NOTÆ

<sup>5</sup> *E re nata fall.* [*fallaciosa*] *mulier*, &c.] Sic legit Pricæus, quanquam alii habeant, *E re natu fallacia*, &c. Commodus ex utraque lectione sensus potest elici: sed commodior tamen ex illa priore, quam servavi. E

*re nata* sonat hic, subito. Donatus ad Adelph. Actu v. Scen. 3. 'Natum de rebus repentinis dicimus: ut supra: 'E re nata melius fieri hand potuit, quam factum est, hera.'

quassum. Ad maritumque ejus dissimulanter<sup>7</sup> conversus, Quin tu, quicumque es, homuncio, lucernam, ait, actutum mihi expedis?<sup>8</sup> ut, erasis diligenter sordibus intrinsecus, aptum usui possim dinoscere. Nisi nos putas<sup>9</sup> æs de malo habere.<sup>1</sup> Nec quicumquam moratus ac suspicatus acer et egregius ille maritus, accensa lucerna, Discede, inquit, frater,<sup>u</sup> et otiosus assiste, donec probe procuratum istud tibi repræsentem. Et cum dicto nudatus ipse,<sup>t</sup> delato lumine, scabiam<sup>2</sup> vetustam cariosæ testæ<sup>w 3</sup> occipit exscalpere.<sup>4</sup> At vero adulter, bellissimus<sup>5</sup> ille pusio, inclinatum

*fissuris patentibus multis in locis. Convertensque se ficto vultu ad maritum ejus, Quin tu, inquit, o homuncio, quisquis es, protinus mihi offers lampadem, ut interius abradam facies, et possim sedulo explorare an queat esse utile? Nisi forte credis nos habere pecuniam malis artibus partam. Atque sagax ille et præclarus vir nullatenus cunctatus, neque quicumquam suspicans, accensa lampade, Abi istinc, inquit, o frater, et asta otiosus, quousque exhibeam tibi hoc dolium bene purgatum. Cumque hoc dixisset, exiit se, et, delata secum lampade, cepit deradere antiquam faciem*



*hiatibus.* Wower. Ista potius est conjectura Wowerii, exsculpta e vitiosa Palat. Cod. scriptura, *nimis hiatibus.* Guelf. sec. *vinis.* Oxon. Guelf. pr. *quassatum est.* Oizel. citat *cassum* ad Gellii lib. xv. c. 16. 'Quercum riinis hiantem.' Sed vulgata recte se habent. Vide Pric. *Oud.*—7 Guelf. pr. *dissimulatione.* Id.—8 *Vulgarii, expeditas.* Colv. Immo sic in solis est Edd. Basil. prave. Vide ad lib. viii. p. 155. 'Quin equos inscendimus,' &c. D'Orv. Guelf. pr. *expedit.* Tu abest a Fux. In Oxon. ad *tutum.* *Oud.*—9 *Putetis.* Fux. *putas,* et Ald. *Roaldus.*—1 Palat. *esse,* D'Orv. Fux. *ipso.* *Oud.*—2 Rom. *scabiam.* Elmenhorstius.—3 *Legendum, cariosa testa.* Idem.—4 *Exsculp.* Vulg. *exscalp.* Colvius. *Exscalp.* Ita Pal. et Ald. Vulgo, *exsculp.* Elmenh.—5 *Membran. vilissimus.* Num *vinnulissimus?* Plautus: 'Oratione vinnula, venustula:' de quo cum cura elegantissimus Dousa noster Explanat. Plautin. lib. i. Colv. Flor. *vilissimus i. p. male.* Elmenh. Vulgata recta est. Plautus ead. fab. (Mercat.) 'Illam esse amicam tuam viri bellissimi.' Brant.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Nisi nos putas æs de malo habere*] Ideoque illud prodige effusuros, et emturos dolium fissum et nullius pretii. 'De malo habere,' pro, habere ex illicito lucro, Græcum est, ἐκ κακοῦ πορρίζειν. Sapiens. cap. 15. vs. 12. Ἐξ ἀδικίας κερδαίνειν. Isocrates ad Dæmonicum.

<sup>u</sup> *Frater*] Ignoti hominis compellatio.

<sup>w</sup> *Scabiam vetustam cariosæ testæ*]

Fæcem induratum, quæ doliis adhærescit, quemadmodum scabies cuti. Dolia porro antiquitus erant plerumque fictilia, ideoque dicit 'testæ.' 'Cariosam' vero dixit testam, improprie. Nam caries est ligni et ossium putredo, quæ testæ non convenit. Cum ergo 'cariosam' legis, intellige, fæcibus induratis asperam, et scabram; quæ scabrities ligni cariem non male refert.

dolio pronam<sup>6</sup> uxorem fabri superincurvatus secure dedolabat.<sup>7</sup>\* At illa,<sup>8</sup> capite in dolium demisso, maritum suum astu<sup>9</sup> meretricio tractabat ludicre. Hoc, et illud,<sup>1</sup> et aliud, et rursus aliud purgandum<sup>2</sup> digito demonstrat<sup>3</sup> suo: donec utroque opere perfecto,<sup>y</sup> acceptis septem denariis, calamitosus faber,<sup>4</sup> collo suo gerens dolium, coactus est ad hospitium adulteri perferre.<sup>5</sup> Pauculis ibi diebus<sup>6</sup> commorati, et<sup>7</sup> munificentia publica saginati, vaticinationisque crebris mercedibus suffarcinati<sup>8</sup> z purissimi<sup>9</sup> illi sacerdotes novum quæstus genus sibi comminiscuntur.<sup>1</sup> Sorte unica casibus pluribus enotata,<sup>2</sup> a consulentes de rebus variis plurimos

*putrescentis dolii. \* \* \* Illa vero demittens caput in dolium deludebat maritum suum calliditate meretricia. Ostendit digito suo hoc, et illud, et aliud, atque iterum aliud defæcandum, quousque, absoluto \* \* \* opere, miser ille faber coactus est, acceptis septem denariis, gestare dolium collo suo ad ædes mæchi. Cum devoti illi Sacerdotes ibi mansissent per aliquot dies, pinguefactique essent largitionibus populi, et onusti plurimis præmiis suorum divinationum, excoGITANT novum genus lacri. Commentum unum oraculum permultis casibus conveniens,*

//////////

—6 D'Orv. pronem. Oud.—7 D'Orv. Pith. dedolebat, Oxon. pr. Guelf. dedolabat. Sed vide Beroald. *Id.*—8 Palat. Pith. Guelf. ambo, Ast illa. Ultima vox non est in D'Orvill. Dein dimisso Fux. *Id.*—9 Pal. astui. *Id.*—1 Oxon. Guelf. pr. *Hi et id*, Pal. *Hoc et istud*. *Id.*—2 Ms. ad purg. Colv.—3 *Dig. dem.* Palat. D'Orv. Pith. Fux. Guelf. et Edd. ante Colv. *dem. digito*. Oud.—4 Oxon. *frater*. *Id.*—5 Sic malui, quam *proferre*. Colvius. Ms. *deferre*. Sciopp. in Symb. Sic et Pith. Sed *perferre* bene exhibent Mss. ceteri et Edd. Junt. post. ac Colvio posteriores. *Proferre*, quod in reliquis Vett. vulgatur, vix Latinum est. Oud.—6 *P. ibi d.* Ab his verbis in Ms. incipit liber Octavus. Roald. Fuxensi consentit Regius, et Incertus. Oud.—7 *Et deest* Fux. *Id.*—8 Palat. *suffarcti*. Male. Vide Beroald. *Infra* p. 197. 'Fœminam multis suffarcinat muneribus.' L. x. p. 222. 'Bellule suffarcinatus.' *Id.*—9 *Piissimi*. Vulgo, *purissimi*. Colv.—1 *Q. g. commin.* Coll. Voss. *quæstum s. c.* Oxon. Guelf. pr. *q. g. cibi reminisc.* Pith. etiam *cibi*. Deest vox in Fux. Oud.—2 *S. u. pro casulis pl. evocata*. In veteri editione Italica expressum vidi: *S. u. de*

#### NOTÆ

\* *Dedolabat*] Donatus ad Eunuch. III. 3. 'Dolare lignum est, ascia cædere.' Ut faber lignum dedolabat, i. e. polibat, ita ille uxorem fabri, materiam multo molliorem, complauabat. *Pric.*

y *Utroque opere perfecto*] Perfecit opus suum maritus, cum dolii sordes erasit: et item adulter, dum inclinatam fabri uxorem dedolavit. *Beroald.* Disertam nequitiam! Bene,

et 'perfecto.' Hesychius in Περύνα: Περύναον τὸ αἰδοῖον ἀφ' οὗ καὶ τὸ Περύναεσθαι. *Martialis*: 'Sine effectu prurit uterque labor.' *Pric.*

z *Suffarcinati*] Pleni, repleti, instructi. *Terent.* in *Andria*: 'Verm vidi Cantharam suffarcinatam.' Et *Plaut.* *Cureul.*: 'Qui incedunt suffarcinati cum libris, cum sportulis.'

a *Sorte unica* [*pro*] *casibus pluribus enotata*] Huic lectioni, omissis aliis,

ad<sup>3</sup> hunc modum cavillantur. Sors hæc erat :<sup>4</sup>

Ideo conjuncti<sup>5</sup> terram proscindunt boves,  
Ut in futurum læta<sup>6</sup> germinent sata.

Tum<sup>7</sup> si qui, matrimonium sorte captantes,<sup>8</sup> interrogarent,

*sic deludunt plurimos, qui consulebant eos de variis negotiis. Oraculum autem erat ejusmodi :*

*Idcirco bores juncti sulcant humum,  
Ut postea copiosæ segetes pullulent.*

*Tum, si aliqui, volentes matrimonium ex sortium monitu inire, eos consulerent, dice-*

~~~~~

*casulis.* Nescio an voluerint *de capsulis.* Stewechius. Fux. *enotata.* Quod quadrare ait Beroaldus. *Roald. S. u. pro casulis pl. enotata.* Hæc scripti codicis nostri scriptura, quam etiam in quibusdam e suis esse notat Beroaldus; item aliam, *Sorte un. pro capsulis plur. evocata,* et aliam, *pro casibus pluribus evocata:* et quosdam pro *evocata* scribere *enotata* etiam testatur. Omnium optimam puto lectionem, *Sorte unica pro casibus pluribus enotata.* Mens hæc: Casus plures et rerum eventus varios una sorte notatos fuisse. *Colv. S. u. casulis p. enotata.* Miror equidem neminem monnisse, legendum, *casibus.* Wowerius. *Casibus enotata.* A Scaligero et Colvio hæc lectio est. Alii, *casulis,* male. *Flor. u. per casulis,* male. *Bert. annotata.* Alii, *prænotata.* Aldus, *evocata.* Elmenhorstius. Colvius, *S. u. pro casibus pluribus enotata.* Notat tamen Beroaldus in quibusdam esse *capsulis,* quod fortasse nec contemnendum. Cicero II. de Divinat. 'In eo loco, ubi nunc Fortunæ sita est ædes, mel ex olea fluxisse dicunt, aruspicesque dixisse, summa nobilitate illas sortes futuras, eorumque jussu ex illa olea arcam esse factam, eaque conditas sortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur.' *Brant. Flor. casulis.* Glossæ, *καλύβιον.* Quo sensu Noster passim, qui diminutiva amat. *Wass.—3 Fux. in. Oud.—4 Vulg. sic erat. Colv. In plerisque erat hic.* Sed Mss. et Ed. Junt. post. cum Colv. et seqq. hæc. *Oud.—5 Ideo conjuncti.* Versus hi sunt, nec videbantur. Nos eos suis pedibus meare jussimus. *Colv. Ms. conjunctim.* Sciopp. in Symb. Bene Colvio obsecuti sunt reliqui Editores. Versus duos senarios esse, quis videt; quales sen iambicos plures apud Nostrum occurrere vidimus ad l. III. p. 40. licet hic illic a librariis, ut prosa, sint continnati. *Oud.—6 Lata exulat ab Oxon. In Merc. Ed. male fata.* Hic autem typhotetarum culpa Ed. Beroaldi 1501. deficit usque ad *manipulos,* et aversa pagina, quæ bis repetitur, incipit a 'cariosa vulnerum putredine.' *Id.—7 Reg. Fux. Tamen. Edd. ante Colv. Tunc. Id.—8 Vulgatum passim,*


#### NOTÆ

inhæreo. Hic locus patefacit artes ejusmodi vaticinatorum, quas perstringit Quintilianus, Declamatione IV. his verbis: 'Tota in eo fallendi ratio est, non dare consulentibus, quod deposcunt, sed caligine magna-que promissorum varietate suspensos sic dimittere, ut, quicquid casus attulerit, putent prædictum esse.' Tale est oraculum, quod refert Cicero, lib. II. de Divinatione ab Apolline editum Cræso, Lydorum Regi: 'Cræ-

sus Halym penetrans magnam pervertet opum vim.' 'Hostium vim,' inquit Cicero, 'sese perversurum putavit; pervertit autem suam. Utrum igitur horum accidisset, verum oraculum fuisset.' Sors, quæ hic ab Apuleio refertur, non ad utrumlibet quidem eventum facta est, ut oraculum Cræsi, sed ad bonum exitum promittendum quibuslibet, de quacunque re interrogantibus.

rem ipsam<sup>9</sup> responderi aiebant: [182] jungendos connubio, et satis<sup>b</sup> liberum procreandis. Si<sup>1</sup> possessiones præstina-  
 turus quæreret, merito boves, ut et<sup>2</sup> jugum et arva sementis  
 florentia, pronuntiari.<sup>3</sup> Si quis de profectione<sup>4</sup> sollicitus  
 divinum caperet<sup>5</sup> auspiciam, junctos jam<sup>6</sup> paratosque  
 quadrupedum cunctorum mansuetissimos: et lucrum pro-  
 mitti de glebæ germine.<sup>c</sup> Si prælium capessiturus,<sup>7</sup> vel  
 latronum factionem persecuturus, utiles necne processus  
 sciscitaretur, addictam victoriam forti<sup>8</sup> præsigio<sup>d</sup> conten-

*bant idipsum responderi, quod quærebatur: copulandos esse matrimonio, ut produ-  
 cerent segetes liberorum. Si aliquis emturus agros eos interrogaret, dicebant jure sor-  
 tem loqui de bobus, sicut et de jugo, et de arvis segete virentibus. Si aliquis,  
 anxius de itinere suscipiendo, consuleret divinam sortem, dicebant quadrupedum  
 omnium mitissimos jam esse conjunctos, et paratos ad proficiscendum, et per germen  
 terræ promitti quæstum. Si aliquis commissurus pugnam, aut inscuturus prædo-  
 num turmam, interrogaret an esset habiturus felicem eventum, vel non, affirmabant,*



*cooptantes. Colvins. Manusc. coaptantes. Sciopp. in Symbola. Bert. et Rom.  
 coaptantes, Aldus, cooperantes. Elmenh.—9 Rem. ip. Ms. neque ip. Colvius.  
 Terent. And. 1. 2. 3. 'Ita aperte ipsam rem modo loentus, nihil circuitione  
 usus es.' Oud.—1 Bert. Scilicet. Elmenh. In eodem, possessionem. Oud.—2  
 Edd. Juntinæ et Ald. carent τῶ ct. Rectius abesset tunc ut. Id.—3 Per-  
 nuntiari Ald. Rould. In Edd. Vicent. Junt. pr. Ald. est prænunt. Sed male.  
 Vide ad l. iv. p. 82. 'Eventus pronuntiari.' Oud.—4 Oxon. Si quidem prof.  
 Lege, Si qui de pr. ut sexcentis 'si qui' cum sing. numero. Id.—5 Forte  
 melius in Palat. cuperet: deinde divinationis ejus: dele τὸ ejus auctoritate  
 libri. Wower. Pal. cuperet ausp. Elmenh. Item Guelf. sec. Perperam. Pro-  
 prium esse quis nescit auspiciam cupere? Oud.—6 A D'Orvill. exulat τὸ jam.  
 In Palat. Guelf. sec. paratolque. Guelf. ambo, quadrup. vel quadrupedum. Oxon.  
 cunctarum. Id.—7 Oxon. Guelf. pr. capessurus. Id.—8 Vulgares quidam, forti.  
 Verius puto, sortis. Colvius. Bertin. addictam. Addicendi verbum vulga-  
 tum in hac re. Wower. Recte Bert. addictam. Est enim hoc angurale ve-  
 bum. Liv. lib. 1. 'Hoc neque mutari, neque novum institui, nisi aves addix-  
 issent, posse,' id est, permisissent, sive, ut ibidem Livius loquitur, admis-  
 sent. Sciopp. in Symb. et Susp. v. 23. Scribe ex Bertino, addictam. Colvius,  
 sortis. Elmenh. Addictam sortis præsigio recte emendabat Stewechius,*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Et satis]* Non est hic adverbium  
 'satis,' sed dativus pluralis a recto  
 plurali 'sata.' Congruunt porro hæc  
 cum iis, quæ habet Artemidorus de  
 Somniis, lib. 1. cap. 53. Ἐρουρα οὐδὲν  
 ἔλλο ἐστὶν ἢ γυνή, σπέρματα δὲ καὶ  
 φυτόι οἱ παῖδες: Arvum nihil aliud est,  
 quam nxor; semina vero et plantæ  
 sunt liberi.

<sup>c</sup> *Et lucrum promitti de glebæ ger-*

*mine]* Id est, per germen glebæ, de  
 quo oraculum loquitur, promitti lu-  
 crum ex itinere, quod suscipietur.  
 Nec puto, quicquid dicat Pricæus,  
 hæc verba suo loco movenda esse, at  
 referenda ad emtionem possessionum,  
 de qua præcessit sermo.

<sup>d</sup> *Addictam victoriam forti [sortis]  
 præsigio]* Habebant pleræque Editi-  
 ones additam forti præsigio. Recte

debant: quippe cervices hostium jugo subacturi,<sup>e</sup> et prædam de rapinis uberrimam fructuosamque capturi. Ad istum modum, divinationis ejus astu captioso contraxerant<sup>9</sup> non parvas pecunias. Sed assiduis interrogationibus, argumenti satietate jam defecti,<sup>f</sup> rursum ad viam prodeunt, viam, tota quam nocte confeceramus longe pejorem. Quidni?<sup>2</sup> lacunosus incilibus<sup>3</sup> voraginosam,<sup>5</sup> partim stag-

*promissam esse victoriam prædictione sortis, colla nempe hostium missum iri sub jugum, et optinam prædam reportatum iri ex lutorociniis prædonum devictorum. Hoc modo corraserant pecuniæ non parum dolosa astutia illius vaticinationis. Sed exhausti perpetuis quæstionibus, et eodem semper responso dando, sese iterum committunt viæ multo deteriori tota illa via, quam emensi fueramus nocte. Erat enim fossis profundis et voruginibus interrupta, partim repleta aquis stagnantibus, et*

//////////

ut et paulo post pro noxios religionis antistites legit idem, *innoxios*. Brantius. *Additam fortis pr.* Par. *additam*. An *fortis* cum Ms. pro *sortis*? Wass. —9 *Vulgati, corraserant*. Colvius. Rom. Ald. et Bert. *corraserant*, Elmenh. —1 *Argenti s. jam def.* Fnx. *argumenti satietate*: Quæ lectio nimium quantum arripet. Argumentum erat sors illa toties vexata. Ideo satietate et fastidio vilis. 'Satiæ' autem pro, satietas, antiquitus obtinuit. *Roald. Argumenti satietate*. Sic noster vet. Ante editi, *argenti satietate*. Retulerim ad varia rerum argumenta, de quibus divinabant impurissimi illi sacerdotes. *Colv.* *Argumenti s. j. defecti*. Ita reposuit Colvius, cum ante legeretur *argenti*. *Defecti, ἀπειρηκότες*. Petronius, 'Lucerna humore defecta.' Quamvis alii libri habeant *refecti*. Ego suspicor legendum: *Sed assid. int. argenti etiam satietate defessi*. Cicero: 'Defatigatus auditor similitudinis satietate.' Idem (II. ad F. 3.): 'Nemo est, quin satietate jam defessus sit.' Monui jam in Phædrum, itemque libello de Arte Critica, *defectus* sæpe scriptum fuisse, pro *defessus*, et contra. Iis, quibus hoc nomine reprehendere nie visum est, erit cum respondebo. *Sciopp. in Symb.* Bert. *argenti*. Elmenh.—2 Scipio

#### NOTÆ

a Stewechio et Colvio emendatum est, ut excudi curavimus. *Addico* est, attribuo.

<sup>e</sup> Quippe cervices hostium jugo subacturi, &c.] Ad quid referri possint hæc verba *subacturi et capturi*? Puto non esse sinceram lectionem, sed primo scriptum esse *subactū iri, et captū iri*, titulis supra u loco literæ m positus, ut sæpe fit compendii causa. Postea ignari exscriptores omissis titulis scripserunt *subactui* et *captui*, quæ verba sciolii aliqui emendare cupientes, utpote non Latina, sublato i, resposuerunt *subacturi et capturi*. Hæc mea conjectura est, quam in inter-

pretatione secutus sum, nec dubitavi inserere textui, quod sensum planissimum efficiat.

<sup>f</sup> *Argumenti satietate jam defecti*] Sensum hujus lectionis expressi in interpretatione. At in Bertin. Codice et vetere Vicentina editione legitur *argenti satietate*, non *argumenti*; quam lectionem si sequi velimus, pro *defecti* legendum *defessi*, ut sensus sit, eos argenti tantum corrasisse suis vaticinationibus, ut jam illud fastidirent. Sic lib. III. de latronibus dixit: 'Opulentia nimia nimio ad extremas metas redacti.'

<sup>5</sup> *Lacunosus incilibus voraginosam*]

nanti palude fluidam, et alibi subluvie cœnosa<sup>4</sup> lubricam. Crebris denique offensaculis<sup>5</sup> et assiduis lapsibus<sup>6</sup> jam contusis curibus meis, vix tandem ad campestras semitas fessus evadere potui. Et ecce, nobis repente de tergo manipulus armati supercurrunt<sup>7</sup> equites: ægreque<sup>8</sup> cohibita<sup>9</sup> equorum curruli rabie, Philebum ceterosque comites ejus<sup>1</sup> involant avidi: colloque constricto, et sacrilegos impurosque compellantes, interdum pugnis obverberant: nec non manicis etiam cunctos<sup>2</sup> coarctant: et<sup>3</sup> identidem urgenti<sup>4</sup> sermone comprimunt, promerent ocyus<sup>5</sup> aureum

*aliis in locis lubrica luti illuvie. Denique, ægre tandem potui pervenire ad planos calles fatigatus, tibiis meis attritis crebro impingendo ad salebrosa viæ, et assidue cadendo: cum subito turba equitum armatorum incolat in nos a tergo; et, difficulter represso impetu currentium equorum, irruunt avide in Philebum reliquosque ejus socios; constringentesque ipsis collum, et appellantes eos sacrilegos atque impudicos, identidem percutiunt pugnis; et constringunt ligatos vinculis; et urgent eos verbis*



Gentilis mavult, Quippeni, Orig. Lib. Sing. p. 401. Nil muto. V. D. ad oram Ed. Colv. *Oud.*—3 Idem, *jacilibus*. Vide Beroaldum. Colv. *Laciniosis* D'Orvill. et volebat Sopingius. Sed vide ad l. i. p. 6. 'Lacunosa convalli.' Par. l. in *cubilibus* ridiente. Adi et Græv. ad Cic. l. VIII. ad Fam. Ep. 5. 'Tanquam in q. incili adhæserunt.' *Oud.*—4 Bert. et Flor. *stagnati paludem f. e. a. s. cœnosam*. Elmenhorstius. *Stagnati et cœnosam* quoque Pith. *Oud.*—5 D'Orv. *offensatalis*. Id.—6 Oxon. Gueff. pr. *lassibus*. Id.—7 *Supercurrunt*. Idem liber vetus, *supercurrunt*. Colvius. Flor. et Pal. *manipuli a. supercurrunt*. Elmenh.—8 Gueff. sec. *e gregeque*. *Oud.*—9 *Cohibentes*. Fux. *cohibita*. Roaldus. *Cohibita equorum*. Vulg. *cohibentes equum*. Pro *curruli* etiam in Ms. *curriculi*. Colvius. Rom. et Bert. *cohibentes*. Elmenh.—1 *Ejus* haud agnoscit Ms. D'Orv. satis languidam, nec necessariam. Dein *sacrilegos* in Oxon. *Oud.*—2 *Vinctos*. Rom. et Flor. *cunctos*. Elmenh. *Cuneos* Pith. *cuncta* Fux. Alioquin *cunctos* est in Mss. et Edd. O. ante sec. Vulcanii, qui e conjectura *vinctos* reposuit, sequentibus Elmenh. Seriverio, Florido. *Vinctos* fuisse satis docent verba 'Collo constricto, manicis etiam coarctant. Rectius p. seq. 'Vinctos in T. compingunt.' *Oud.*—3 Sic recte cum Mss. Ed. Junt. post. Colv. &c. edidit. In Pith. *ad*, in reliquis Edd. erat *ac*, quod ante vocalem vitiosum est: ut sæpe monitum. *Id.*—4 *Urgenti* exulat a Palat. *Urgenti* Mss. et Edd. præter Elmenh. ac Scriv. sed minus orthographice. *Id.*—5 P.

#### NOTÆ

Incilia fossæ dicuntur, quæ fiunt ad aquam ex agris in vias deducendam. Cato, de Re Rustica, cap. 55. 'Incilia aperire, aquam deducere in vias, et segetem curare oportet, uti fluat.' Incillas habet Festus. 'Incillæ,' inquit, 'fossæ sunt, quæ in viis fiunt ad deducendam aquam, sive derivationes de rivo communi factæ.' Apud

eundem: 'Illices canales, in quos aqua confluit in viis lapide stratis, ab illiciendo dicti.' Et: 'Elices, sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris.' Horum meminit Columella, lib. II. cap. 8. Est etiam adjectivum nomen 'incilis.' Cato, loco supra laudato: 'In monte fossas inciles plures habere oportet.'

cantharum, promerent auctoramentum illud<sup>b</sup> sui sceleris : quod, simulatione<sup>6</sup> solennium, quæ in operto<sup>7</sup> factitaverant,<sup>i</sup> ab ipsis pulvinaribus matris Deum<sup>8</sup> [183] clanculo furati,<sup>9</sup> prorsus quasi possent tanti facinoris evadere supplicium, tacita<sup>1</sup> profectioe adhuc luce dubia pomœrium pervaserint. Nec defuit, qui manu super dorsum meum injecta,<sup>2</sup> in ipso Deæ, quam gerebam, gremio scrutatus, reperiret,<sup>3</sup> atque incoram omnium<sup>4</sup> aureum depromeret cantharum. Nec isto saltem tam nefario scelere impuratissima illa ca-

*instantibus, ut quamprimum proferrent cantharum aureum, depromerent illud pignus sui criminis, quod furtim surripuerant ex lectis ipsis Matris Deorum, sub ostentu sacrorum, quæ secreto celebraverant, et clam proficiscentes egressi erant urbis finibus primo diluculo, perinde sane ac si possent effugere pœnam tanti sceleris. Fuit etiam aliquis ex illis, qui manum mittens super dorsum meum, et quærens in sinu ipso Deæ, quam portabam, invenit cantharum aureum, et protulit in conspectum omnium. Neque impurissimi illi homines potuerunt frangi aut terrefieri hoc saltem tam*



*o. a. c. Fux. potius. Roaldus. Ms. Potius aureum canth. promerunt. Colvius. Flor. et Rom. potius. Elmenh. Cum Lipsiano facit Fuxensis, ac potius obsidet Mss. O. et Edd. primas, pro quo optime jam vidit Beroaldus ocysus esse legendum; quæ vox ita sapiens apud Nostrum est corrupta. Vide ad l. vi. p. 119. Cum Lipsiano consentit D'Orv. et in corruptione et in ordine. In Palatino non comparet adverbium. Quid si repetivit Auctor, promerent, promerent ocysus? Ab Oxon. Par. et Guelf. utroque hæc cuncta exulant. Oud.—6 Oxon. de sim. probabiliter, ut bene censet Pricæus. Modo in pluribus esset Msstis. Vide ad l. iv. p. 67. 'De tam sera refectione solatium tribues.' Id.—7 Jam magis placet, in aperto. Palam enim solennia hic celebrata. Colv.—8 Domini. Deum Beroald. recte. Roald. In marg. Bas. pr. Deorum. Inepte rursus Mss. aliquot et Edd. pp. Junt. pr. Ald. Bas. istud Domini, et paulo post p. 183. Domini pro Deum mater inclearunt. Vide ad l. viii. p. 172. Nec convenit huc dominæ, quod putabat Gangræus ad Juv. S. vi. 530. De eo titulo vide ad l. xi. p. 254. Oud.—9 Palat. Guelf. sec. furari. Id.—1 Ms. tâta. Colvius. Palat. professione. Oud.—2 Oxon. Fux. Guelf. pr. manum s. d. m. injectum. Abest meum ab D'Orv. Id.—3 Scr. rep. Palat. scriptatus, sine verbo. Id.—4 Idem Ms. omnibus. Colv. Immo in Coll. Voss. ibi coram omnibus. Etiam coram Guelf. pr. In ab Oxon. abest, a Palat. omnium. Sed vide ad l. vii. p. 147. 'Ibidem incoram omnium.' Mox*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Auctoramentum illud*] Pignus, ac vinculum, quod illos furti alligabat. Vide quæ diximus lib. ii. ad vocem 'Auctoratus.' Posset tamen etiam hic 'auctoramentum' intelligi, invitamentum sceleris.

<sup>i</sup> *Quæ in operto factitaverant*] Ejus-

modi sacra 'opertanea' appellabantur, fiebantque secreto, et nemine, præter sacrificantes, presente, ne profanorum oculis polluerentur, ut aiebant illi; revera ne execrandæ eorum abominationes oculis paterent, et omnium excitarent indignationem.



pita confutari terrerive potuere; sed mendoso<sup>5</sup> risu<sup>k</sup> cavilantes, Eu,<sup>6</sup> iniquunt, indignæ rei scævitatē!<sup>7</sup> quam plerique<sup>8</sup> insontes periclitantur homines! Propter unicum caliculum,<sup>9</sup> quem<sup>1</sup> Deum mater sorori suæ Deæ Syriæ<sup>2</sup> hospitale munus obtulit, noxios religionis antistites ad discrimen vocari capitis.<sup>3</sup> His et aliis similibus affaniis frustra obblateratis,<sup>1</sup> eos<sup>4</sup> retrorsum abducunt<sup>5</sup> pagani, statim-

*nefando crimine patcfacto; sed ficto risu jocantes, Ecce, ainut, infelicitatem et indignitatem magnam! Quam multi homines innocentes in discrimen vocantur! Sacerdotes insontes adduci in periculum capitis, ob unicum vas, quod Mater Deorum dedit germanæ suæ, Deæ Syriæ, æniorum nomine. His atque aliis ejusmodi nugis incassum decantatis, rustici eos abducunt retro, protinusque eos vincunt, et conj-*



aurum pro aureum in Oxon. Guelf. pr. Oud.—5 Idem, *m̄*dosō. Num *invidioso*? Certe aliud quid reponendum videtur. Colv. Ful. *mendaci*. Alii, *mendico*. Wower.—6 Pith. *Eu* pro *Heu*. Oud.—7 *Sæv.* Fux. *sæv.* Vide quæ scripsi ad p. 252. *Roald.* *Scæv.* Hic etiam vulgo erat *sæv.* Colv. Vide ad l. III. p. 52. *Sævitatē* cum prioribus Edd. retinent D'Orv. et Bert. *securitatem* Palat. et Oxon. *scuritatem* Guelf. pr. Oud.—8 *Manu exaratum, plerumque*. Colvius. Bert. *plerumque*. Elmenh. In Regio, Fux. D'Orv. Oxon. Pal. Inc. est *qua pl.* De usu sexti casus cum verbo 'periclitari' vide ad Suet. Tiber. c. 21. Tum *plerumque* habent Fux. Reg. Pith. Guelf. D'Orv. Oxon. et Ed. Junt. post. unde suspicor sic etiam exarari in Florentinis. Sed parum refert. *Insontes* exulat a Palat. Oud.—9 Fux. *cantharum*. Roaldus. *Cantharum*. *Malim vulgatum, caliculum*. Colvius. Flor. Ald. Rom. et Bert. *caliculum*. Elmenh.—1 D'Orv. *quæ*. Oud.—2 *Sor. s. Syr.* Fux. *Deæ Syriæ*. Flor. Roaldus. *S. s. Deæ Syr.* Elmenh. Ante Elmenhorstium et seqq. Wowerius jam tacite inseruerat τῷ *Deæ*, e Palat. scilicet. Adduntque insuper Coll. Voss. D'Orv. Guelf. Oxon. Inc. Par. et Beroald. in Notis. De *Dea Syria* vide Salm. ad Solim. p. 405. et alibi. Oud.—3 In exempl. Italico et Parisiensi, *vocaritis capitis*. Quid si scripserimus: *innoxios, religionis antistites, ad discrimen vocari capitis*? Nihil enim minus quam sotes videri illi sacerdotes volebant. *Stewech. Vocaritis. Vocaritis* Ald. Roald. *Vocari*. Male impressi, *vocaritis*. Colvius. Bert. et Rom. *vocaritis*. Elmenh.—4 *Hæc et alias similes affaniis frustra ablatrantis eos*. Non vereor, quin, quibus iudicium inest, pro genuino Apuleii existimaturi sint, *frustra abblaterantes*. Quid enim sacrifiendi illi de matre Deum, de manusculo sorori misso effinxerint, notum ex ipso Scriptore. His alia insuper nugamenta astruere conati, quo capitis discrimen a se defenderent, atque innoxios se probarent. 'Blaterare' stulte loqui est. Nam Græci βλάκας stultos appellabant, ut docet Festus. *Stewech. Alias affaniis ablatrantis*. Fux. *aliis affaniis (ἀφάνιας Græce) ablatrantis*. Ald. vero, *ablatrantis*. Roaldus. *His et aliis similibus affaniis frustra blateratis*. Ita hunc

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Mend.* [*mendaci*] *risu*] Editiones omnes habent *mendoso*. Sed legendum esse *mendaci* quis non videt? Accedit præterea auctoritas Codicis Fulvii a Pricæo laudati.

<sup>1</sup> *Affaniis frustra obblateratis*] 'Af-

faniæ' nugæ sunt, futilia verba, ac mera mendacia. Vox est a verbo 'fari' inclinata. 'Blaterare,' inquit Festus, est 'stulte et perenpide loqui,' quod a Græco βλάξ originem ducit.

que victos <sup>6</sup> in Tullianum <sup>m</sup> compingunt: <sup>7</sup> cantharoque, et ipso simulacro, quod gerebam, apud fani donarium <sup>8</sup> <sup>n</sup> reditis ac consecratis, altera <sup>9</sup> die productum me, rursum voce præconis vœnui subjiunt,<sup>1</sup> septemque nummis carius,<sup>2</sup> quam prius me <sup>3</sup> comparaverat Philebus,<sup>4</sup> quidam pistor <sup>5</sup> de proximo castello præstinavit. Protinusque fru-

ciunt in carcerem; cantharoque et ipsa imagine Deæ, quam portabam, depositis, ac consecratis in donario templi, die sequenti producant me, atque iterum voce præconis venalem pronuntiant. Et quidam pistor ex proximo castello me emit septem nummis carius, quam Philebus antea me emerat. Statimque me probe oneratum frumento,



locum emendandum putavimus, prisca scripturæ ductum secuti, quæ erat: *His et aliis similibus affaniis frustra ablateratis*. Al. *ablateratis*. Vulgo, *Hæc et alias similes affanias frustra ablaterantes*. 'Blaterandi' verbum frequens in hoc Nostro. Non bene aliter legit apud Varronem doctissimus Turnebus: 'Quid est? quid blateras? quid dabo? quid vis tibi?' Festus: 'Blaterare, est stulte et percupide loqui: quod a Græco βλαξ originem ducit.' Vide Nonium Marcell. et Fulgentium Placiadem. *Colv. His et alias similes affanias frustra altercantes*. Ita Bertin. Arnob. lib. v. 'Denm cum homunculo altercabilem conseruisse sermonem.' *Sciopp. in Symb. et Susp.* l. iv. 23. *Has et alias similes affanias f. ablaterantes*. Sic rescripsi ex Flor. in quo erat, *Has et similes affanias f. ablaterantis*. In Bert. est, *H. et a. s. afaneas f. altercantes*. In vulgatis, *His et aliis similibus affaniis f. blateratis*. Elmenhorstius. Al. *ablateratis*; unde conjectem legendum: *His et aliis similibus affaniis fr. ablateratis*. Aurel. Prudentius *περὶ Στεφάνων*: 'Cum verbis carens Nil in Deorum oblacteraret dedecus:' c litteram adhibens, vel quia sic legi quidam volunt, vel fortasse metri causa. *Brant.*—5 *Abest eos a Palat. Retrorsus D'Orvill. Fux. adducunt Guelf. pr. Oud.*—6 *Guelf. pr. Ed. Vulc. pr. victus. Id.—7 Impingunt Palat. Id.*—8 *Ms. denarium. Colv. Sic Pith. et D'Orv. a quo prave exulant τὰ gerebam apud. Fux. et. D'Orvill. Guelf. sec. constratis. Id.*—9 *Flor. alta Palat. producant. Elmenh. Sæpius hæc accidit variatio. Vide ad l. iii. p. 56. Ne igitur hic mutes. Τῆ ὑστεραία ait Lucianus. Oud.*—1 *Pal. sociunt. Id.*—2 *Carius abest D'Orvill. Id.*—3 *Non habet τὸ me D'Orv. Id.*—4 *Pal. fibabus. Id.*—5 *Ms. idem, pas-*

#### NOTE


<sup>m</sup> *In Tullianum*] In carcere Romano pars subterranea dicta fuit Tullianum a Servio Tullio Rege, a quo ædificatum fuisse traditur. Sallustius, in Catilin. Tullianum sic describit: 'Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur, ubi paulum ascenderis ad lævam, circiter quindecim pedes humi depressus. Eum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus juncta, sed inculta tenebris, odore fœda, atque terribilis ejus facies est.' Hu-

jus carceris Romani nomine quemlibet alium carcerem vocat hic Apuleius. Fuit præterea in Romano carcere alia pars 'Robur' dicta, unde præcipitabatur maleficorum genus, quod ante arcis robusteis includebatur. Strangulatio fiebat in Tulliano, præcipitatio de Robore; fiebat quoque e rupe Tarpeia, hoc est, e Capitolio.

<sup>n</sup> *Donarium*] Hic non donum significat, sed locum in quo dona reponerantur.

mento<sup>6</sup> etiam coëmto<sup>7</sup> affatim onustum, per iter<sup>8</sup> arduum scrupis, et hujusmodi stirpibus<sup>9</sup> infestum, ad pistrinum, quod exercebat, perducit. Ibi complurium<sup>1</sup> jumentorum multivii<sup>2</sup> circuitus intorquebant molas ambage varia. Nec die tantum, verum perpeti<sup>3</sup> etiam nocte, prorsus instabili machinarum vertigine lucubrabant pervigilem<sup>4</sup> farinam.<sup>o</sup> Sed mihi, ne rudimentum<sup>5</sup> servitii perhorrescerem scilicet, novus dominus<sup>6</sup> loca, lautia<sup>p7</sup> prolixè præbuit. Nam et

*quod etiam comparaverat, deducit per viam salebrosam, et scabram omnis generis radicibus, ad molendinum, cui operam dabat. Illic plurima jumenta per multos gyros incedendo circumagebant molas diversis circuitibus. Neque solum de die, sed per totam etiam noctem vigilantes conficiebant farinam ad lucernam perpetua rotatione molarum. Sed novus ille dominus me lautissime exceperit, ne reformidarem*



tor. Colvius. Et Pith. *Oud.*—6 Ms. *stramento*. Sciopp. in *Symbola*. *Etiam frum.* Edd. ante Colv. A Pith. τὸ etiam, a Palat. abest *frumento*. Tum *onus-tam* Oxon. *Oud.*—7 Pith. *concepto*. Id.—8 Idem, *pariter*. Colv. Item Guelf. ambo, Oxon. a m. pr. et Ed. Rom. Correxit jam Beroald. cum Ed. Vicent. *Oud.*—9 Aliud est ‘stirps,’ aliud ‘scrupus.’ Legendum opinor *cujusquemodi*. L. II. (p. 38.) ‘Raptis cujusquemodi telis insequuntur.’ *Wass.* Ob eandem causam jam olim sic coniecit Piccartus Peric. Crit. c. 13. Immo tacite *cujusquemodi* edidit Floridus. Mss. tamen nihil variant, nisi quod in Oxon. sit *hujusmodi*. Adi ad p. 177. *Scrupis* Guelf. pr. *Oud.*—1 Idem, *complurinum*. Colvius. Et Guelf. sec. *Oud.*—2 Palat. Guelf. sec. et D’Orvill. *multum*. Pal. *intorquebat*. Guelf. pr. Oxon. a m. pr. *etiam torq. moles*. In Pith. quoque *moles*. Id.—3 Al. *perpetim e. n. V. D.* ad marg. Ed. Vic. Et sic est in Fux. *Perp. in nocte* Pith. qui caret τῶ *prorsus*. Id.—4 *Pervigilam*. Ita Bertin. Vulgo, *pervigilem*. Plautus etiam ‘Venerem noctu vigilam’ dixit, Curcul. *Sciopp. in Symb. et Susp.* L. v. 23. Bert. *pervigitam*. Elmenh. Citant etiam ex Seneca Ep. LXXXIII. ‘Brevissimo somno utor, et quasi intervigilo.’ Sed, præterquam quod ibi potius sit verbi prima persona, quam adjectivum, Lipsius e Mss. legit *interjungo*. Noster de Mundo p. 739. ‘Tutela pervigili.’ Guelf. pr. *far. perv.* *Oud.*—5 Idem, *S. dum erudimentum*. Colv. Sic etiam Reg. Fux. Inc. D’Orv. Guelf. ambo, et Palat. *S. dum erud.* Oxon. a m. pr. *S. dum rud.* An fuit *Sed tum?* eo sc. die. Nam *die sequenti* matutinis molæ astitutus est. Lucianus καὶ τότε μέν. Vel, *Sed mi, ne r. pro mihi*. Vide ad l. II. p. 24. *Oud.*—6 *N. scilicet d.* Flor. et Bert. *Elmenh.* Immo in illis Mss. item Pitheæano, vox *scilicet* illico subjungitur verbo ‘perhorrescerem,’ ut edidi cum Scriverio, astipulantibus Edd. Vicent. *sed*, et Junt. post. in qua *s. id est, scilicet*: ut vidimus sæpissime, et frequens esse additamentum Appuleio. Respice ad l. III. p. 61. *Oud.*—7 *Loca lautia*. Vulg. *loca lautitia*. Notatum hoc supra. *Colv. Loca ac lautia*. Flor. *loca lautia*. Elmenh.

## NOTÆ

<sup>o</sup> *Pervigilem farinam*] Metonymice dictum ‘lucubrabant pervigilem farinam,’ pro, pervigiles lucubrabant farinam. Est autem ‘lucubrare’ ad lucernam aliquid facere.

<sup>p</sup> *Loca, lautia* [l. ac l.] Sic legendum est, non *loca lautia*. Vide quæ diximus ad eadem verba, in Notis lib. III.

diem illum primum<sup>8</sup> feriatum dedit,<sup>9</sup> et cibariis abundanter [184] instruxit<sup>1</sup> præsepium. Nec tamen illa<sup>2</sup> otii saginæque beatitudo<sup>3</sup> duravit ulterius. Sed die sequenti, molæ, quæ maxima videbatur, matutinus astituor: et illico velata facie,<sup>4</sup> propellor ad incurva<sup>4</sup> spatia flexuosi canalis;<sup>5</sup> ut in orbe termini circumfluentis<sup>5</sup> reciproco gressu, mea<sup>5</sup> recalcanz vestigia, vagarer<sup>6</sup> errore certo.<sup>4</sup> Nec tamen sagacitatis ac<sup>7</sup> prudentiæ meæ prorsus oblitus, facilem me tirocinio disciplinæ præbui. Sed, quanquam frequenter, cum inter homines agerem, machinas similes<sup>8</sup> circumrotari vidissem; tamen, ut expers et ignarus operis, stu-

*tirocinium servitii illius. Permisit enim mihi vacare ab opere per primum illum diem, et implevit meum præsepe largo cibo. Verum illa felicitas otii et cibi largioris non duravit diutius. Sed postero mane alligor ad eam molam, quæ videbatur maxima omnium: et protinus velatis oculis impellor in spatium curvum orbitæ rotundæ, ut vagarer errore certo in gyro termini ambientis, relegens meos gressus. Ego tamen, astutiæ ac solertiæ meæ memor, non me exhibui facilem rudimento illius disciplinæ: sed, quamvis sæpe vidissem versari ejusmodi molas, dum viverem inter homines, nihilominus hærebam immotus, simulans me stupere, tanquam ignarus essem, et*

*L. lauticia* habent Fux. D'Orv. et Edd. Colvio priores, excepta Junt. post. in qua *loca lauta*: quod fictum ex reliquorum Codd. scriptura *loca lautia*. Vulcan. Ed. sec. Elm. et Flor. inseruerunt ac, Wower. et Pric. et. Malim sine copula, *loca, lautia prol.* Vide ad l. III. p. 60. 'Hospitium ac loca, lautia.' Oud.—8 D'Orv. Fux. Guelf. pr. Edd. Vett. d. *prim. ill. Id.*—9 D'Orv. *dedit. Id.*—1 Bert. *præastruxit*: male. Elmenh. Item Pith. Oud.—2 Guelf. pr. Oxon. a m. pr. *illo. Id.*—3 Pith. *habitudo. Id.*—4 In Palat. Guelf. sec. *incuria. Id.*—5 Fux. *mei. Id.*—6 Oxon. a m. pr. *vacaret, Guelf. pr. vacaret. Id.*—7 Oxon. *ant.* Ab Ed. Bas. pr. exulat *pro prorsus. Dein oblivius Guelf. pr. pro obliviosus.* Passive 'oblivia verba' de obsoletis usurpavit Varro. *Id.*—8 *Similiter.* Vulgo, *similes.* Elmenh. *Similes* editur a Juntis, Aldo, Colineo, Colv. Vulc. et Merc. A ceteris, ut habent O. Mss. *similiter*, pro quo alibi dixit, simile, ut latus vidimus ad l. v. p. 101. 'Simile mærendo.' Atque ita Mss. Davis. et 2. Voss. vetustissimi in Cicrone l. II. Academ. c. 5. 'Simile vos cum perturbare philosophiam velitis:' ubi alii *Similiter*, alii *Si-*

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Velata facie*] Ne scilicet ex gyrationibus illis in vertiginem incidere.

<sup>2</sup> *Flexuosi canalis*] Semitæ circularis in modum canalis excavatæ, quotius et cum minore aberrandi periculo jumenta illa velatis oculis in orbem incederent.

<sup>3</sup> *Termini circumfluentis*] Per terminum circumfluentem intelligit exte-

rius latus illius semitæ cavæ, quod altius assurgens cohibebat jumentorum pedes, ne extra ipsam vagarentur.

<sup>4</sup> *Errore certo*] Acute dictum. Erabant enim jumenta illa, quia jugiter incedebant in orbem: error vero ille certus erat, quia in eodem semper orbe fiebat.

pore mentito<sup>9 u</sup> defixus hærebam. Quod enim rebar, ut minus aptum, et hujusmodi<sup>1</sup> ministerio satis inutilem, me ad quempiam alium<sup>2</sup> utique leviozem laborem legatum iri, vel otiosum certe cibatum iri.<sup>3</sup> Sed frustra solertiam damnosam<sup>w</sup> exercui. Complures enim protinus baculis armati me circumsteterunt: atque, ut eram luminibus obiectis securus etiam nunc,<sup>4</sup> repente signo dato, et clamore conferto,<sup>5</sup> plagas ingerentes acervatim,<sup>6</sup> adeo me strepitu turbulentant; ut<sup>7</sup> cunctis consiliis abjectis,<sup>8</sup> illico scitissime<sup>9</sup> tæniæ sparteæ<sup>1 x</sup> totus innixus, discursus alacres obirem. Hac subita sectæ<sup>2</sup> commutatione<sup>y</sup> risum toto cœtui com-

*prorsus rudis ejusmodi laboris: quia nimirum putabam me, quasi parum idoneum, ac minus utilem tali labori, applicatum iri ad aliquod aliud opus facilius, aut saltem fore ut alerem in otio. Verum, nequicquam usus sum astutia pernicioso. Multi enim me illico circumsteterunt instructi fustibus: cumque nihil hactenus timerem, quippe qui habebam oculos velatos, signo subito dato, densisque clamoribus sublatis, incutientes creberrimos ictus, ita me perturbant suo strepitu, ut depositis omnibus meis fraudibus continuo alacriter discurrerem, incumbens totus fasciæ junceæ magna solertia. Risum excitaveram in toto cœtu hac repentina mutatione consilii. Jam-*

~~~~~

miles. Oud.—9 Fux. Guelf. pr. Oxon. a m. pr. male *mentitus*. Tum Guelf. sec. *defixit*. Id.—1 Sic Mss. et Edd. O. præter Elmenh. Scriv. et Florid. quæ *hujusmodi* exhibent. Utrumque passim in Nostro occurrit. Vide et p. 179. Id.—2 *Et alium quempiam*. D'Orv. In Palatino quoque et Fux. item Guelf. utroque, invertuntur hæ voces. Id.—3 Guelf. sec. *cibaturum*. Oxon. *obtectus*. Ceterum junxi cum Florido *securis* [*securus*?] *etiam nunc*. In plerisque editionibus male distinguebatur, *securus, etiam nunc rep.* &c. Id.—4 Fux. *et nunc*. Id.—5 *Mss.* D'Orv. Palat. *conferto*. Quod præfero, sive mixto et inter se confuso junctimque prolato. Vide ad l. i. p. 1. l. v. p. 90. et l. viii. p. 163. Id.—6 Oxon. Guelf. pr. *acervati*. Id.—7 Guelf. pr. *et*. Id.—8 *Cons. abj.* desunt Ed. Junt. pr. *obtectis* Pith. Id.—9 D'Orv. *citissime*, Palat. Guelf. sec. *scitissime*, Guelf. pr. Oxon. a m. pr. *sceptissime*. Id.—1 Ms. *cenia sparteæ*. Sic et infra p. 183. pro *tæniæ* in libro Lipsii *cenia* scriptum fuisse testatur Colvius. *Sciopp. in Symb.* Palat. Guelf. sec. *spartem*. Oud.—2 Ful. Cod. *facti*. Wower. Perperam et frigide. *Scepte* a m. pr. Oxon. in quo et Guelf.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Stupore mentito*] Observa 'mentito' in passiva significatione, quod sæpius apud hunc Auctorem reperias: infra, hoc libro, 'Mentita sacrilega præsumptione,' &c. 'Stuporis' vocabulum proprie lic, et omnino Latine positum est. In Fragmentis veterum Poëtarum: 'Quid tenerum currere cogis equum, Dum stupet ac novus est?'


<sup>w</sup> *Solertiam damnosam*] Quippe quæ fustium ictus ipsi accersivit.

<sup>x</sup> *Tæniæ sparteæ*] Vinculo, quod ipse pectore trudens molam discurrendo circumagebat. Hoc vinculum planum fuisse patet ex eo, quod ipsum vocet 'tæniam.' 'Spartum,' ut jam dictum lib. viii. junci genus est.

<sup>y</sup> *Hac subita sectæ commutatione*]

moveram. Jamque<sup>3</sup> maxima diei parte transacta, defectum alioquin me, helcio<sup>4</sup> sparteo<sup>5</sup> <sup>z</sup> dimoto, nexu machinæ liberatum applicant præsepio. At ego, quanquam eximie fatigatus, et refectione virium vehementer indignus,<sup>6</sup> et prorsus<sup>7</sup> fame perditus, tamen familiari curiositate attonitus, et satis anxius, postposito<sup>8</sup> cibo, qui copiosus aderat, inoptabilis officinæ<sup>9</sup> disciplinam cum delectatione<sup>1</sup> quadam arbitrabar.<sup>a</sup> Dii boni! Quales illic<sup>2</sup> homunculi vibicibus livedinis<sup>3</sup> <sup>b</sup> totam cutem depicti,<sup>c</sup> dorsumque plagosum scissili centunculo<sup>d</sup> magis inumbrati quam obtecti;

*que elapsa maxima parte diei, me ceteroqui valde fatigatum solvunt a machina, sublata tania juncea, qui eram attingatus, et adducunt ad præsepe. Ego vero, quamvis defessus essem, et vulde egerem recreatione virium, ac penitus fame perirem; tamen solita mea curiositate suspensus, et valde sollicitus observabam cum quadam voluptate disciplinam officinæ illius inumbrabilis, neglecto cibo, qui mihi fuerat exhibitus magna copiâ. Proh Superi! quales ibi erant homunciones, signati totam cutem notis livedis, et habentes tergum suum cicatricosum obumbratum potius, quam*



sec. At, D'Orv. Ac, Pith. Ad. Ond.—3 Pal. Guelf. sec. *Ipsaque*. Id.—4 Scribe et distingue: *transacta, defessum alioquin me, helcio*. Wowerius male immutat in *defessum*. Vide Indicem. *Elmenh.* Idem contra Wower. monnit N. Heinsius ad Ovid. l. III. Fast. 674. 'Quod sibi defectis illa tulisset opem.' Alde me ad l. VI. p. 110. 'Defectum laboribus:' supra p. 182. et sæpissime. *Oud.*—5 Ms. *sparteæ*. Colv. Item Oxon. D'Orv. Fux. Guelf. sec. e superiore loco repetitum prave. *Heltio* Palat. *Oud.*—6 *Refectione indignus*. Ms. cum aliquot vulgatis, *indignus*. Colv. Reformo leviter *indignus*. Brant. *Indignus*. Venet. et Rom. *indignus*, Aldus, *indignus*, male. *Elmenh.*—7 Fux. Guelf. ambo, *prorsum*. *Oud.*—8 D'Orv. et *postp.* Id.—9 Guelf. pr. *effic.* Guelf. sec. *discipl. offic.* Id.—1 Ald. *delectatione*, perperam. *Roald.*—2 Bert. *illic*. Flor. et Pal. *Quale illic h. u. libidinis*. *Elmenh.* In Pal. est *Quales*, ut in ceteris; *illic* Mss. et Edd. O. præter Fux. Edd. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. Deest in D'Orv. *Oud.*—3 Idem, *libidinis*. Colv.—4 Guelf. sec. *tantunnio*.

#### NOTÆ

Sententiæ. Translatio a Philosophis.

<sup>z</sup> *Helcio sparteo*] Helcium vinculum est tractorium, quod supra appellavit taniam sparteam. Formata vox est a verbo Græco ἔλκειν, quod est, trahere. Inde helciarum dicti, qui funibus navigia trahunt adverso ane.

<sup>a</sup> *Arbitrabar*] 'Arbitrari' non tantum significat, existimare, et æstimare, sed etiam oculis contemplari, ut hoc loco, et auribus auscultare, ut

apud Plantum et Terentium multis in locis.

<sup>b</sup> *Vibicibus livedinis, &c.*] Hypalage, pro livedine vibicium.

<sup>c</sup> *Depicti*] Vennste. Sic apud Plautum: 'Meum futuram corium pulchrum prædicas, Quem Apelles atque Zenxis duo pingent pigmentis ulmeis.'

<sup>d</sup> *Scissili centunculo*] Lib. I. 'scissili palliastro,' et 'sutili centunculo,' dixit.

nonnulli exiguo tegili<sup>e</sup> tantummodo<sup>4</sup> pubem injecti;<sup>5</sup> cuncti tamen sic tunicati,<sup>6</sup> ut essent per pannulos manifesti.<sup>f</sup> Frontem literati,<sup>7g</sup> et capillum semirasi,<sup>8</sup> et pedes annulati;<sup>h</sup> cum lurore deformes;<sup>9</sup> et fumosis<sup>i</sup> tenebris vaporosæ caliginis<sup>j</sup> palpebras adesi,<sup>2</sup> atque adeo<sup>3</sup> male lumi-

*contectum centone lacero; aliqui velati tantum pudenda parvo tegmine, omnes tamen sic vestiti, ut essent conspicui per centonum foramina; habebant frontes caracteribus exaratas, et crines ex parte rufos, et compedes in pedibus; erant præterea deformes ob pallorem, et habebant palpebras corrosas nigro fumo ac vapore furni, ideo*



Ondendorp.—5 *Intecti*. Fux. *injecti*, ut p. 177. ‘Beneficiis injecti?’ et p. 253. ‘Raptim tunica intectus’ p. 775. 21. Roald. *Injecti* Vulgo, *intecti*. Colvius. Gulielm. Verisim. lib. II. cap. 5. ‘Exiguo tegillo.’ Elmenh. Gloss. *Tegitacula*, φορμίδιον. Tegillum, καλυμμάτριον. Noster graphice homunculos illos suos, ut de Pallio Tertullianus, quasi tegendo nudavit. Wass. *Tegi* in D’Orvill. *Tegillum* est in Plauto et Varr. nec displicet, si Mss. addicerent. Recte vero Colvius post Ed. Junt. post. rescripsit *injecti*, cum Lips. l. x. Elect. 13. confirmantibus Mss. omnibus. Denotat habitum incuriosum et incontinentum. Vide ad l. II. p. 33. ‘Vestibus intecti.’ Oud.—6 D’Orv. *truncati*. Id.—7 Ms. *laturati*. Quod non improbat Lipsius. Sidonius Apollin. lib. IX. Epistolar. ‘Tunc enim certius te probasse reliqua gaudebo, si liturasse aliqua cognovero.’ Nihil ego mutavi tamen. Colv. D’Orv. *fronte*. Lego, *frontem*. Cuique enim una tantum frons. Confer ad l. II. p. 46. ‘Columbarum colli flosculos.’ De literatis adi Beroald. et Pric. item notata ad l. VI. p. 112. *Laminas* vel ‘lacinias auro literatas,’ sive aureis literis notatas.’ Oud.—8 Ed. Vicent. *semirasci*. Id.—9 Ipsa sermonis ἀκολουθία postulat, ut legatur: *cutim lurore def. Fnl. Cod. tum lur. def. Wower*. Recte Manusc. *tum lurore def. Sciopp.* in Symb. *Lucore* Flor. male. Wowerius, *cutim lur. d. Elmenh.* Jam præcessit ‘*cutim depicti*.’ Flor. tamen, Pith. et D’Orv. cum aliis habent *cum*. Sed bene *tum* edidit Wow. cum seqq. idque confirmant Palat. Guelph. et Oxon. in quibus *tñ.* ac Pith. *lucore*. De *lurore* vide ad lib. VIII. p. 169. ‘Colore deformem.’ Oud.—1 D’Orv. *fumosis*, Pith. *fumosi*. Id.—2 Bert. *obesi*. Elmenh. Vide ad

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Tegili*] Vox ab Apuleio nove ficta, pro tegmine, id est, subligaculo.

<sup>f</sup> *Ut essent per pannulos manifesti*] Id est, ut videretur eorum cutis per foramina centonis laceri, et interval-la pannorum.

<sup>g</sup> *Frontem literati*] Malis ac sceleratis servis literæ ab heris, immo et aliquando plura verba, fronti ac vultui innri solebant, quæ crimen continerent, causamque notæ; puta, ‘Cave a fure,’ aut, ‘a fugitivo.’ Sæpe etiam plurimum versuum fuit illa inscriptio. Ratio autem inscribendi ita habuit, ut primum literæ inurerentur can-

denti ferro; deinde atramentum in-funderetur, quo apparerent magis literæ, et præberent se lectui. Macro-b. Saturnal. 1. ‘Servus compeditus, inscripta fronte.’ Ejusmodi literæ innstæ stigmata dicta sunt, et servi, quibus erant innstæ, stigmatiæ, et stigmatici.

<sup>h</sup> *Pedes annulati*] Annulis ferreis, hoc est, compedibus revincti. Martialis: ‘Has cum gemina compede dedicat catenas, Saturne, tibi Zoilus, annulos priores.’

<sup>i</sup> *Fumosis tenebris vaporosæ caliginis,* &c.] Pistorum non tantum molebant

nati; et<sup>4</sup> in modum pugilum, qui pulvisculo perspersi dimincant, farinulenta<sup>5</sup> cinere sordide candidati.<sup>k</sup> Jam de meo jumentario<sup>6</sup> contubernio quid, vel ad quem modum memorem?<sup>7</sup> Quales illi muli senes, vel cantherii<sup>8</sup> debiles? Circa præsepium capita demersi,<sup>1</sup> contruncabant moles pallearum: cervice cariosa<sup>9</sup> vulnerum putredine, follicantes<sup>m</sup> nares<sup>1</sup> languidas assiduo pulsu tussedinis<sup>n</sup> hiulci,<sup>2</sup> pectora<sup>3</sup>

*que minus valebant oculis: erant quoque toti albi immundo farinæ polline, instar athletarum, qui pugnant conspersi minuto pulvere. Quid autem et quomodo jam referam de jumentis, meis contubernalibus? quales erant illi veteres muli et infirmi equi? demissis capitibus circa præsepe uide comminuebant acervos pallearum: colulum habebant putridum pligis, nares anhelantes et languidas patentes continuo*

lib. VIII. p. 168. 'Visceribus adesis.' Pith. *palpebris adhesi*. Oud.—3 Quam prave Pricæus existimet, fortasse melius reponi *ideo*, discas ex notatis ad lib. VIII. p. 169. 'Atque adeo vel donemus eum.' *Id.*—4 *Ut. Lego: et. Sciopp. in Symb. Et est in Mss. et Edd. O. præter Colv. Vulc. Merc. Elmenh. ex typhotetarum errore. Voces qui pulvisculo perspersi dimincant, quasi glossani, uncinulis inclusit Scriverius. Oud.*—5 *Farinulento. Ms. farinulenta. Colvius. Flor. farinulenta. Bert. f. cruore, male. Elmenh. Farinulenta cum Flor. Catull. Carm. 98. 'Virtutum omnium acerba cinis.' Carm. VI. 66. 'Et mutam nequicquam alloquerer cinerem.' Lucret. IV. 924. 'Cinere ut multa later obrutus ignis.' Sic et Cod. Bodl. et Serenus Sammonicus, Plinius, Valerianus, Scribon. Largus, 230. At Virgilius et Statius semper masculine. Wass.*—6 Vulgo, *jumentorio. Jumentum, jumentarius: Momentum, momentarius: Argentum, argentarius. Colv. Ed. Junt. post. cum Mss. O. jumentario jam dederat, ut debet. Vide ad Sueton. Claud. c. 2. et Gloss. Oud.*—7 *D'Orv. memorie. Id.*—8 *Oxon. a m. pr. cantari, Guelf. cantheri. Id.*—9 *Guelf. sec. curiosa. Id.*—1 *Ms. nates. Tertullianus lib. de Pallio, loquens de chamæleonte: 'Oscitans vescitur, follicans ruminat.' Colv. Vide Salm. ibi p. 151. In Palat. follicantes. Pith. nare. Oud.*—2 *Flor. a. p. t. inulci. Tales 'tussiacos' vocat Firmicus. Elmenh.*—3 *Oxon. a m. pr. pectore. Oud.*

## NOTÆ

frumentum, sed panem etiam coquebant. Et Apuleius hic de fumo ac vapore, qui ex furno exit, dum lignis injectis calefit, loqui videtur; qui fumus valde nocet oculis, ciliaque nonnunquam adurit, si præsertim ad præfurnium propius et incautus quis accedat. Nam, si de caligine illa eum loqui velis, quæ fiebat in pistri- no ex fumo et fulgine lucernarum, ad quas farinam lucubrabant, non videtur verisimile palpebras caligine ejusmodi adedi potuisse.

<sup>k</sup> *Sordide candidati*] Sic lib. VIII.

'deformiter formati.' Est figura Rhetoribus Oxymoron dicta. Alludit autem hic joculariter ad morem Veterum, qui toga candida induti magistratus petebant.

<sup>1</sup> *Capita demersi*] Hac voce 'demersi' summa ingluvies denotatur. In veteri Epigrammate: 'Cerne ut demerso torridus ore bibat.'

<sup>m</sup> *Follicantes*] Crebris anhelitibus auras accipientes reddentesque instar follium.

<sup>n</sup> *Tussedinis*] Vocabulum ab Apuleio fictum, pro, tussi.



copulæ spartæ<sup>o</sup> tritura<sup>4</sup> continua exulcerati, costas perpetua castigatione ossium tenuis<sup>5</sup> renudati, ungulas multiviam circumcursione<sup>6</sup> p in enorme vestigium porrecti, totumque corium veterno<sup>7</sup> atque scabiosa macie exasperati.<sup>8</sup> Talis familiæ funestum mihi etiam metuens exemplum, veterisque<sup>9</sup> Lucii fortunam recordatus, et ad ultimam salutis metam detrusus,<sup>1</sup> q summisso capite mœrebam. Nec

*tussis impetu, pectora exulcerata assiduo frictu vinculi juncei, costas nudatas usque ad ossa continuis verberibus, ungulas extensas in vestigia pragrandia ex multiplici circumcursatione, cutemque omnem scabram macrorre et scabie inveterata. Ego eandem miseriam mihi timens, qua videbam illum familiam affectam, memorque meæ pristinae fortunæ dum eram Lucius, vidensque me redactum ad extremum terminum meæ vitæ, lugebam demisso capite: neque ullum prorsus habebam solamen*



—4 Idem, *teclura*. Colv. Unde forte *tertura*, ut ‘termentum,’ apud Plant. Bacchid. pro eo, quod nunc dicitur ‘detrimentum,’ teste Festo. *Brant*. Male. Vide Pricæum et me ad lib. vii. p. 144. ‘Conterebam ungulas.’ In Florent. *sparta*. Oud.—5 Idem, *ossium tenuis*. Colvius. Cum Guelf. utroque Ed. Ald. *ossum*. Oud.—6 De asinis dicta, qui multiplici circuitu molas intorquebant, ut solent, in pistrino. Quare scribebam, *circumitione*. Stewechius. Idem, in *ultima*. Pro *circumcissione* malim *circumcursione*, si quid mutandum, id quod quidam putant. Sic ‘multivii circuitus,’ supra hoc ipso libro. *Colc*. Lege *circumitione*, vel *circumitione*. Si enim circumcissæ unguulæ, non porrecti nulli in enorme vestigium, sed in exile, imminutæ utique unguulæ. Quare, cum in enorme vestigium porrectos scribat, vera erit lectio *multiviam circumcursione*. Intelligit unguulas crebro et frequenti circuitu dilatatas. Supra hoc libro: (p. 183. Ed. Pric.) ‘multivios circuitus’ dixerat. *Wower*. *Circumcursione*. Ita lego cum Flor. In vulgatis est, *circumcissione*; in aliis, *circumitione*. Elmenhorstius. Palat. quoque in *ultima*, iisdem scilicet literarum ductibus. Oud.—7 *Veterna*. Vulgo, *reterno*. *Veterno*, id est, veternoza, eleganter. *Colc*. *Veterno*. Pal. *veterrima*. Colvius, *veterna*. Elmenh.—8 Fux. *exasperatum*. Id.—9 Abest copula a D’Orv. Oud.—1 *Ad ultimam salutis me tandem trusum*. Id a Parisien. et ipso adeo vigilantissimo interprete ita relictum merito mireris. Vide num recte emaculatum: *et ad ultimam salutis metam detrusus*. Alibi certe hic auctor periphrasi usurpabat ‘ultimam divi metam,’ lib. videlicet decimo extremo. Itidem ‘vitæ metas’ dixit, lib. iv. *Stewech*. Fux. *et ad ultimam s. meæ trusum summisso c. m.* Forte, *et ad ultimum s. meæ trusum summisso capite m.* Alias pro *trusum summisso* legebatur *transsummisso*.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Copulæ spartæ*] Supra, helcium et tæniam sparteam dixit, quam nunc copulam.

<sup>p</sup> *Circumcursione*] Sic emendo cum Pricæo, et Colvio. Pleræque edd. habent *circumcissione*. Stewechius reponit *circumitione*, quod congruit etiam. Vult autem hic unguulas jumentorum illorum multiviis circumcursi-

onibus humum pulsando exporrectas fuisse, et dilatatas, neque enim ferreis soleis in pistrino munitæ erant.

<sup>q</sup> *Ad ultimam salutis metam detrusus*] Sic lego, Stewechii emendationem secutus. In Beroaldi Editione, *ad ultima salutis me tandem trusum*. Lipsius, Cælius Rhodiginus, et alii malunt pro *detrusus*, *detrux*, absque

ullum<sup>2</sup> uspiam cruciabilis vitæ solatium aderat, nisi quod<sup>3</sup> ingenita mihi curiositate recreabar, dum præsentiam meam parvi facientes, libere quæ volunt, omnes et agunt et loquuntur.<sup>4</sup> Nec immerito priscae poëticæ<sup>5</sup> divinus auctor<sup>r</sup> apud Graios,<sup>6</sup> summæ prudentiæ virum monstrare cupiens, multarum civitatum obitu et variorum populorum cognitu, summas adeptum<sup>7</sup> virtutes cecinit. Nam et ipse gratas gratias<sup>8</sup> [186] asino meo memini, quod me suo celatum<sup>9</sup> teg-

*vita illius ærumnosæ, nisi quod exhilarabar curiositate mihi innata, cum scilicet omnes facerent, et dicerent libere coram me quicquid volebant, contenta mea præsentia. Et jure quidem meritoque divinus auctor antiquæ poëseos inter Græcos, volens ostendere hominum prudentissimum, dixit eum acquisivisse maximas virtutes circuitatione multarum urbium, et cognitione diversarum nationum. Fateor enim me multum debere meæ formæ asininæ, quia velans me suo tegumento, exercensque*



Roaldus. *Ad ultima salutis jam detrux.* Novam dictionem e scripto, hoc loco reponere visum, *detrux.* Sed totum in eo ita perscriptum: *ad ultima salutis meæ jam detrux.* Vulg. *ad ultima salutis me tandem trusum.* Notemus igitur, et exemplum quæramus aliud. *Colv.* *Ad ultima salutis jam detrux, summ. c. m.* Acumen aliorum hanc lectionem peperit: quam tamen cur recipiam non video. Cod. Palat. *salutis tandem trussumisso.* Facile apparet Apuleium scripsisse: *jam detrusus, summisso c. m.* Wowerius. *Ad ultima salutis jam detrusus.* Flor. et Bert. *ad ultimum s. trusum tandem submisso capite m.* Colvius, Lipsius Elect. 2. c. 21. et Cœlius Rhodig. *ad ultima s. meæ jam detrux.* Elmenhorstius. *Detrux.* Hanc dictionem Colvius putat novam esse et hic reponendam. Ego autem scio manu scriptum ejus loco *s.* habere frequenter *x.* ut supra, 'laxivientes,' et lib. 1. pro 'esurientem mei,' *exurientem me.* Iterum lib. viii. pro 'esurientem,' *exurientem,* et lib. x. pro 'esurienter,' *exurienter.* Hoc et hic accidisse puto, ut *detruxus* scriptum fuerit. *Brant.*—2 Pith. *illum.* Oud.—3 Ed. Bas. pr. *nisi quid.* Id.—4 D'Orv. *quod v.* Oxon. addit esse. Ed. Vic. et ag. loquuntur. Id.—5 Guelf. pr. *poët. priscae.* Palat. Guelf. sec. actor. Id.—6 D'Orv. e glossa, *Græcos Graios.* Vide ad lib. 1. p. 2. *Id.*—7 In vetustis *aptum* a verbo 'apiscor:' quod in lib. 1. ff. de Acquir. Possessionib. Sic in marg. Vir Doct. f. Toll. ut Terent. Heaut. v. 3. 15. 'Deorum vitam apti sumus:' et aliis. At ego in nullo Cod. vidi. Et noster 'aptus' passim usurpat passive pro vincito et colligato. *Id.*—8 Plant. Pæn. 1. 1. 6. 'Quibus pro bene factis fateor debere tibi et libertatem et multas gratas gratias.' Sic fere Mss. et Edd. Vett. Vulgo, ut hic, *gratas:* utroque loco forte *grates* leg. Congeminare solet *ισοδυναμούντα,* ut Trinum. iv. 1. 2. 'Grates gratiasque.' *Wass.* Sed vide ad l. 1. p. 15. 'Hinc et credo hercules, et gratas gratias memini.' Oud.—9 Pal. *celatu.* Id.—1 In re simili solent

#### NOTÆ

nullo tamen exemplo hujus vocabuli.

<sup>r</sup> *Priscae poëticæ divinus auctor, &c.]* Homerum intelligit, qui Ulysses prudentissimum ostendere cupiens, Odysseam sic auspicatur: Ἄνδρα μοι

ἔννεπε μύσα πολύτροπον, &c. Horatius vertit in Arte Poëtica: 'Dic mihi, Musa, virum, captæ post tempora Trojæ, Qui mores hominum multorum vidit et urbes.'

mine, variisque fortunis exercitatum,<sup>1</sup> etsi minus prudentem, multiscium reddidit.<sup>2</sup> Fabulam denique bonam, præ ceteris suave comtam,<sup>3</sup> ad aures vestras afferre<sup>4</sup> decrevi. Et en, occipio. Pistor ille,<sup>5</sup> qui me pretio suum fecerat, bonus alioquin<sup>6</sup> vir et apprime modestus, pessimam et ante cunctas mulieres longe deterrimam sortitus conjugam,<sup>7</sup> pœnas extremas tori Larisque sustinebat:<sup>8</sup> ut, hercules ejus vicem ego quoque tacitus frequenter ingemiscerem.<sup>8</sup> Nec enim

*variis casibus, effecit, ut si non adeo saperem, essem tamen peritus multarum rerum. Denique, statui vobis narrare optimam historiam, quæ mihi visa est in primis jucunda: atque ecce, incipio. Ille pistor, qui me emerat, vir alioquin bonus, et valde moderatus, patiebatur summum supplicium thalami jugalis et familiaris, quippe qui nactus erat uxorem nequissimam, et multo scelestissimam omnium feminarum: adeo ut certe ego etiam saepe dolerem apud me ejus sortem. Nam ne ullum quidem*

//////////

fere antiqui efferre, variisque fortunis exercitum: quomodo idem hic lib. x. 'Ne ille vir, alioquin exercitus, tam multiforme facinus execrata veneficæ dilatione languida passus marcessere.' Virgil. III. Æneid. 'Nate, Iliacis exercite fatis.' Itidem apud Plantum obvia hæc, 'Habere aliquem exercitum, familiam habere exercitam.' Simili phrasi apud Lucretium est libro II. 'Consiliis et dissidiis exereita crebris.' Sallust. Catil. 'Magis ambitio, quam avaritia animos hominum exercebat.' *Stewech.*—2 *Multiscium certe reddidit.* Tò certe abest a Mss. *Elmenh.* Abest scilicet a Florent. Lips. Pal. Bert. Pith. Guelf. utroque, Oxon. Reg. Fux. D'Orvill. Quare *eis κόρακας* ablegavi vocem certe, licet per se non malam. Passim Apuleius cum aliis post 'etsi' 'quanquam,' 'quamvis,' 'licet,' 'licet,' eleganter omittit 'tamen,' vel simile; ut pluribus docui ad lib. III. p. 60. 'Ego quanquam perfectus asinus, sensum retinebam humanum:' e quibus simul patebit, male hic a Pricæo *etsi* mutari in *si.* Pith. *multiscium.* Oud.—3 Repone ex codice scripto Beroaldi, *suave compertam.* Sed num potius, *suavem compert.* vel, *suave conditam?* M. Cicero Bruto: 'Nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditor:' et alibi: 'Orationem lepore et festivitate conditam.' *Colv.* In quibusdam lib. *suave compertam.* Fortasse, *gnave compertam.* Wowerius. Bert. *suavem compertam.* *Elmenhorstius.*—4 Guelf. pr. *off.* Oud.—5 Deest pronomen in Palat. *Pretio me* Fux. *Id.*—6 Edd. Beroald. Bas. pr. *et alioq.* Exulat τὸ *alioquin* a Bert. In Edd. Bas. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. contra Mss. plerosque, *alioqui.* *Id.*—7 *Sortitus conjugem.* Ms. *conjugam.* Ita corrigere. Supra lib. VI. ad Junonem: 'Magni Jovis germana et conjuga.' *Colv.* *Conjugam.* Alii, *conjugem.* *Elmenhorstius.* *Conjugam* præbent Flor. Pith. Urs. Guelf. bini, Bert. Pal. Reg. Fux. Oxon. D'Orv. et Edd. Vulc. sec. Elm. ac Scriv. quod secutus sum. Ad i ad I. VIII. p. 168. 'Conservam conjugam.' In Oxon. *sortitus est conj.* *Ucin toris* Guelf. sec. Oud.—8 Inverso ordine in Pa-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Suave comtam* [*Suavem compertam*] Sic emendat Pricæus ex *suave comtam.* Sic lib. I. 'Me vera comperta memorare.' Astiplatur Codex Ms. a Beroaldo laudatus.

<sup>2</sup> *Pœnas extremas tori, Larisque sustinebat* Tori, quia conjugem habebat adulteram: *Laris*, quia ipsa eum oderat, adeoque domi omnia obnixæ faciebat, ut ipsi adversaretur.

vel unum<sup>9</sup> vitium nequissimæ illi fœminæ deerat, sed omnia prorsus, ut<sup>1</sup> in quandam cœnosam latrinam, in ejus animum<sup>2</sup> flagitia confluerant: scæva,<sup>v</sup> sæva,<sup>3</sup> virosa, ebriosa,<sup>4</sup> pervicax, pertinax:<sup>5</sup> in rapinis<sup>6</sup> turpibus avara, in sumptibus fœdis profusa: inimica fidei, hostis pudicitiae. Tunc spretis<sup>7</sup> atque calcatis divinis numinibus,<sup>8</sup> in vicem certæ religionis, mentita sacrilega præsumptione Dei, quem prædicaret unicum,<sup>w</sup> confictis observationibus vacuis,<sup>9</sup> fal-

*vitium deerat illi pessimæ mulieri; sed omnia omnino scelera concurrerant in ejus mentem, veluti in aliquam cloacam lutosam. Erat ominosa, crudelis, virorum et vini appetens, obstinata, contumax, avara in facta rapacitate, prodiga in turpibus impensis, aduersaria fidelitatis, inimica castitatis. Tum contentis, atque subterhabitis Diis immortalibus, loco veræ religionis, confingens nefariam opinionem de Deo, quem dicebat unicum esse, mentitu inanes cærimonias, et decipiens omnes ho-*



lat. Guelf. sec. *Id.*—9 Negligenter contra Mss. et Edd. O. edi curavit Floridus, *ullum*, sine τῶ *vel. Id.*—1 Oxon. a m. pr. *et. Id.*—2 D'Orv. *animam*, Edd. Junt. Ald. *animæ. Id.*—3 Pith. Edd. ante Colv. *confl. flagitia*, præterquam Junt. post. in qua *scæva flagitia confl. sæva. In D'Orv. et Oxon. Pith. Fax. sæva, scæva. Pal. Guelf. sec. scæva scena. Guelf. pr. sæva scena. Id.*—4 *Viriosa, ebriosa. Fax. viriosa, vinosa, p. p.* Quod probò: nam putandum τὸ *ebriosa* glossam esse verbi *vinosa*; cum profecto amet Lucius noster vocum similitudinibus et paribus exitibus ludere; ut, quemadmodum *sæva scæva, pervicax pertinax*, dixerat, sic etiam *viriosa, vinosa. Roaldus. Idem liber, injuriosa. Scribo, virosa. Afranius divortio: 'Vigilans, ac solers, sicca, sana, sobria: Virosa non sum: et si sim, non desunt mihi, Qui ultro dent: ætas integra est, formæ satis.'* Colv. Ms. *jurgiosa. Scioppins in Symbola. Alii virosa et jurgiosa. Elmenhorstius. Forte, invirosa. Brantius. Viriosa agnoscunt Glossæ. Tertullian. viriosior. Novatian. p. 21. viritior. Wass.*—5 *Pervicax, pertinax. Perperam ultima vox exulat ab Edd. Wowerii et Pricæi. Oudendorp.*—6 *In rapinis. Præpositio deest Ed. Bas. pr. Idem.*—7 Guelf. sec. *sumptis. Idem.*—8 Malim, ut est in Bertin. *mentibus. Scioppins in Symbola et Susp. lib. v. 23. Ehenhorstius. Perperam. Oudendorp.*—9 *Conjunctis observationibus vacuis. Fax. confictis obs. Recte. In Aldi libro*

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Scæva*] Ominosa, sinistra, sinisteritatis plena. Plin. in Epist. 'Plerique dum verentur, ne gratiæ potentium impartiri videantur, sinisteritatis, atque etiam malignitatis famam consequuntur.' Observa paronomasiam in vocibus 'scæva, sæva, viriosa, ebriosa, pervicax, pertinax.'

<sup>w</sup> *Mentita sacrilega præsumptione Dei, quem prædicaret unicum, &c.*] His verbis indicat mulierem illam Christia-

nam fuisse, idque præsertim apparet ex hac voce, 'præsumptione,' ita enim sanam ac veram Christianorum fidem Pagani illudentes appellabant. Tertull. in Apologetico: 'hæc sunt, quæ in nobis solis præsumptiones vocantur.' Idem in Montani et sociorum passione: 'Condiscipuli ejus suadebant, ut, præsumptione deposita, sacrificaret.'

lens omnes homines, et miserum <sup>1</sup> maritum decipiens, matutino mero et continuo stupro corpus manciparat.<sup>2</sup> <sup>x</sup> Talis illa mulier miro me persequebatur odio. Nam et antelucio <sup>3</sup>recubans adhuc,<sup>4</sup> subjungi machinæ novitium clamabat asinum:<sup>5</sup> et statim ut cubiculo primum processerat, insistens<sup>6</sup> incoram sui<sup>7</sup> plagas mihi quamplurimas irrogari:<sup>8</sup> et cum tempestivo prandio laxarentur jumenta cetera, longe tardius me applicari præsepio jubebat.<sup>1</sup> Quæ <sup>2</sup>sævitia multo mihi magis genuinam curiositatem<sup>3</sup> in suos

*mines, atque infelicem suum virum, devoverat suum corpus ebrietati, ab ipso mane incipienti, et assiduo adulterio. Illa mulier sic morata oderat me mirum in modum: nam ante lucem adhuc in lecto jacens, magno clamore præcipiebat, ut asinus recens emtus molæ alligaretur: et cum primum egressa erat ex cubiculo, statim imperabat, ut quamplurima verbera mihi coram se congererentur, ipsu instans cædentibus. Cumque reliqua jumenta solvebantur tempore prandii, jubebat me multo tardius duci ad præsepe. Qua crudelitate multo magis auferat ingenitum mihi*

\*\*\*\*\*

apparet vestigiū hujus lectionis. Habet enim *convictis*. Roaldus. Malim, *observat, vanis*. Colvius. *Vanis*. Aldus et Flor. o. *vacuis*. Elmenhorstius.—1 Fux. *miserrimum*; ut p. 241. 'In exilium miserrimi mariti.' Roald.—2 Ms. *proh corpus n.* Sciopp. in *Symbola*. Palat. *mancipabat*. Oxon. Guelf. pr. *mancipavit*. Oud.—3 Pith. *ante lucem*. Id.—4 Ms. *recubans et adhuc*. Colv. Sic quoque Guelf. sec. Mihi probatur *exadhuc*. Brant. Inepte. Oud.—5 Fux. *subjugi m. n. ductabat a.* quod non est usque quaque aspernandum. Roald. M. *dictabat*. B. *subjugum machinæ novitium ductabat asinum*. Putean.—6 *Insistens jubebat*. B. *institores jubebat*. Idem.—7 Guelf. a m. rec. *in memoriam s.* Inepte. Oud.—8 Pith. *inurgeri*. Id.—9 Idem, *lassarentur*. Colv. Cum Guelf. sec. Oud.—1 Fux. *præsepio me jubebat*. Roaldus. *Jubebar*. Idem vetus cum vulgatis aliquot, *jubebat*. Colvius. Bert. et Palat. a. *me p. jubebat*. Beve. Elmenhorstius. B. M. *me jubebat*. Puteanus. *Jubebar*, ut edidit Colv. cum Vulc. Mere. Wow. Elm. Pric. Flor. videtur esse in Flor. Priores cum aliis Mss. *jubebat*. Quando deerat *me*, exaratum etiam in D'Orv. Guelferb. utroque, Oxon. Inc. uti exhibuit Scriverius. Et malim, ejecto *ptiore*, *jubebat*. Oud.—2 Dicendum fuerat 'illius.' Non enim 'mores sævitix,' sed 'mulieris' intelligendi. Quare, si vel unus Cod. addiceret, malim *qua*, ut sub 'ampliaverat' intelligatur nominativus personæ ipsius mulieris. Et sic video, editum esse a Florido. Id.—3 Idem scriptus, *geminam curios*. Colvius.

#### NOTE

<sup>x</sup> *Convictis observationibus vacuis*, &c. *matutino mero, et continuo stupro corpus manciparat*] *Vacuis*, pro *vanis*, Græcum est. *Κενόν* enim et *μάταιον* sæpe sunt synonyma. Videtur autem per 'vanas observationes' hic intelligere Hymnos, preces, et pia convivia seu *ἀγάπας*, quas matutinis horis celebrabant veteres Christiani,

quæ convivia diffamabant Idololatræ illi, dicebantque, non tam religiosos ritus esse, quam crapula, libidinisque auctoramenta. Tertull. ad uxorem: 'Quis conjugem suam ad convivium Dominicum illud, quod infamant, sine scæva suspitione dimittet?'

mores ampliaverat. Nam et assiduo plane commeantem in ejus cubiculum quendam sentiebam juvenem, cujus [187] et faciem videre cupiebam ex summo studio; si tamen velamentum capitis libertatem tribuisset meis alioquin luminibus.<sup>4</sup> Nec enim mihi solertia defuisset ad detegenda<sup>5</sup> quoquo modo pessimæ fœminæ flagitia. Sed anus<sup>6</sup> quædam, stupri sequestra,<sup>7</sup> et ad ulteriorum internuntia,<sup>8</sup> de die quotidie inseparabilis<sup>9</sup> aderat. Cum qua protinus jentaculo,<sup>1</sup> ac dehinc<sup>2</sup> vino mero mutuis vicibus velitata, scenas fraudulentas<sup>3</sup> in exitium miserrimi mariti

*curiositatem ad ipsius mores observandos. Sentiebam enim quendam juvenem quotidie prorsus transeuntem in ejus cubiculum, cujus etiam vultum cupidissime optabam inspicere; si tamen fascia, qua velatum erat meum caput, præbuisset aliqui meis oculis libertatem ipsius videndi. Nam satis habuissem sagacitatis ad crimina nequissimæ mulieris quomodocumque detegenda. At vetula quædam conciliatrix adulterii, et internuntia mæchorum, singulis diebus ipsi astabat comes individua per diem: cum qua primum jentans, ac deinde alternis vicibus vinum merum certatim potans, fraudulentis ambagibus concinnabat dolosos apparatus in perniciem in-*

Ut supra sæpius. *Grumnan* D'Orv. *Oud.*—4 Vulgo, aliquando. Colvius. Rom. *m. aliquando.* Elmenh. Non solum Ed. Rom. sed omnes ante Colvium habent aliquando cum Mss. Oxon. Fux. Pith. Guelf. pr. Verum in ceteris Mss. est *alioquin*. Quod tamen mihi hic suspectum est; vel certe adjectivum quoddam, ut *curiosus*, vel simile deest. Sic enim solet alibi. Vide ad l. i. p. 20. et sexcenties. *Oud.*—5 Vet. in *digerenda*. Colvius. D'Orv. *s. d. detegendo*, Fux. Guelf. ambo, Oxon. a m. pr. Palat. *s. d. in detegenda*. Nec male. Usum enim et finem hæc præpositio millies significat. Quod passim viri docti et Lexica docent. *Oud.*—6 *Anus* deest Pith. *Id.*—7 Fux. *conscia*. Sed a glossa est. *Roald. Fulv. stupri conscia*. Sciopp. in *Symbola*. *Conscia* legas etiam in Reg. Oxon. Par. Pal. D'Orv. Inc. Guelf. utroque, Coll. Voss. sive Lips. sine dubio e glossa. Vide ad l. vi. p. 130. 'Virginalis fugæ sequestro ministroque' et ad Frontin. l. i. 4. 14. 'Naves pacis sequestræ.' *Oud.*—8 *Adulteriorum internuntia*. Malim, *adulteriorum*. Sciopp. in *Symbola*. Forte, *adulteriorum*. Brant. Bene, si modo addicerent Mssti. Immo sic in Cod. Inc. *Oud.*—9 D'Orv. *insuperabilis*. *Id.*—1 *Jant.* Pith. *Id.*—2 Palat. caret copula. *Id.*—3 *Vino mero m. v. velitus cænas fraud, &c. construebat*. Fux. *velitatus*, et Ald. recte. *Roald. Velitatus cænas*. Legendum videtur Beroaldo, *velitata scenas fraud.* Emendem ego, *delicatas cænas fraudulenta in exitium miserrimi mariti, &c.* Colvius. *Velitatus scenas fraudulentas*. Ita plerique libri. Non male emendabis: *mutuis vicibus velitatus cænas, fraudulenta in exitium*. Sed præferenda Bert. Cod. scriptura, *velitata, scenas fraudulentus in exitium m. m. s. ambagibus construebat*. Wowerius. Dixi in *Suspectis* (l. v. Ep. 23.) legen-

## NOTÆ

<sup>4</sup> *Stupri sequestra*] Intermedia. Sic supra, lib. vi. 'de Asino virginalis fugæ sequestro:' ubi vide Not.

<sup>2</sup> *Scenas fraudulentus*] Apparatus

dolosos, insidiosasque machinationes. Ita prorsus legendum est, posthabitis quæ hic habet Colvius.

subdolis ambagibus<sup>4</sup> construebat. At ego<sup>5</sup> quanquam graviter succensens<sup>6</sup> errori Fotidis, quæ me, dum avem fabricat,<sup>a</sup> perficit<sup>7</sup> asinum, isto tamen vel unico solatio ærumnabilis deformitatis meæ recreabar,<sup>8</sup> quod auribus grandissimis præditus, cuncta longule etiam dissita<sup>9</sup> facillime sentiebam. Denique die quadam tinnulæ illius aniculæ sermo talis<sup>1</sup> meas affertur aures:<sup>2</sup> De isto quidem,

*infortunatissimi mariti. At ego, quamvis valde iratus essem adversus Fotidem, quod errore suo me fecisset asinum, dum vellet in avem mutare; percipiebam tamen vel hoc unum solamen meæ cruciabilis deformitatis, quod facillime audiebam omnia etiam longiuscule remota, utpote instructus longissimis auribus. Denique, quadam die ejusmodi oratio meticulousæ illius anus pervenit ad meas aures:*

dum: *velitata scenas.* Sic enim est in Bert. *Scenas* Apuleius non semel pro fraudibus et technis ponit, ut lib. VIII. pag. 130. 'Placuit Thrasylo scena feralium nuptiarum.' Et pag. 142. 'Turpissimam scenam patefaciunt.' Et pag. 159. 'scenam propudiosæ mulieris patefecit.' Placidus in Glossis: 'Scena vocatur compositio alienjus criminis, quæ digna sunt gagunteatro exelamationibus tragicis.' *Lego agi in theatro.* Quintil. lib. VI. cap. 1. 'Discutiendæ tamen oratione hujusmodi scenæ.' Loquitur de technis et artificio oratorum lacrymis iudices moventium. *Sciopp. in Symb. Velitata scenas.* Sic ex Msstis hic locus interpungendus. Vulgo, *velitatas cenas.* Elmenh.—4 *D'Orv. subdoli amb.* Oud.—5 Bertin. *Ut ego.* Id.—6 *Graviter succensens.* Prima vox abest D'Orv. Fux. *succensens* in eodem Palat. ac Guelf. sec. *suscensens* Oxon. quod Glossarum auctoritate rectius putat Pricæus: Nonnulli scilicet scripserunt *suscensere* pro *succensere*, ut 'succipere' et 'succipere.' Vide ad Liv. l. xxv. c. 6. sed 'succedere,' 'succurrere,' 'succollare.' Mox *fabricat avem* Fux. Id.—7 Palat. D'Orv. Fux. *perfecit.* Id.—8 Guelf. pr. *recreabat.* Id.—9 Reg. Fux. *et dissita.* Id.—1 *Timidæ illius aniculæ sermo talis.* Nullibi apparet timor aniculæ: quare scribendum arbitror, *temulentæ illius anic.* Woverius. Ms. *talis quidem n.* Forte, *quidam.* Porro vox *timidæ*, timeo, menda ut careat. Neque enim sequens aniculæ sermo quicquam habet timori affine. Et quid si legendum, *uvidæ*, id est, ebriosæ, sicut Horatius voce ista utitur? *Sciopp. in Symb.* Woverius, *temulentæ*: Scioppius, *uvidæ.* Elmenhorstius.—2 Ms. *defert aures.* Forte, *ferit aures.* Colvius. In Cod. Pal. non *affertur*, sed *defertur.* Wover. Qui sic cum Elm. Scriv. Pric. Flor. edidit. Consentiant etiam Bert. Guelf. ambo, et Oxon. male insuper dans, *defertur ad aures.* Ego tamen nollem ceterarum Codd. et Edd. lectionem *affertur* ita temere mutatam. Nam et l. v. p. 90. habuimus, 'multitudinis conserta vox aures ejus affertur:' ubi male in quibusdam *auribus.* Omnia fere verba, quæ motum ad locum significant, Apuleius construere solet cum quarto casu, subintellecta præpositione. L. I. p. 4. 'pervenire civitatem.' L. VI. p. 130. 'perv. loriam domus.' Alibi 'advenire,' 'devenire,' 'revenire civitatem.' Vide ad l. VII. p. 141. Infra p. 207. 'venire viam.' p. 205. 'remare castra.' L. VII. init. 'redire hortum.' L. IX. p. 199. 'pervolare scopulum.' L. V. p. 99. 'contendere cubiculum.' L. II. p. 30. 'accurrere me.' L. III. p. 56. 'epulas.' L. IV. p. 73. Sic et alibi 'delabi Oceanum,' 'deduxere civitatem,' 'incidere aliquem.' Mox 'adsidere

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Fabricat*] Id est, fabricare vult, molitur.

mi herilis,<sup>3b</sup> tecum ipsa videris, quæ sine meo consilio<sup>4</sup> pigrum et formidolosum familiare istum sortita es: qui insuavis et odiosi mariti tui caperatum<sup>5</sup> supercilium<sup>c</sup> ignaviter perhorrescit; ac per hoc<sup>6</sup> amoris languidi desidia tuos volentis amplexus<sup>7</sup> discruciat. Quanto melior Philesietærus,<sup>8</sup> adolescens et formosus et liberalis et strenuus, et contra maritorum<sup>9</sup> inefficaces diligentias constantissimus! dignus hercules solus<sup>1</sup> omnium matronarum perfrui deliciis;<sup>2</sup> dignus solus coronam auream capite gestare,<sup>3</sup>

*Hera mea, delibera quidem apud te quid statuas de illo pigro amico, quem tibi cepisti me inconsulta, qui trepide reformidat severum supercilium tui injucundi atque invidi conjugis, ideoque excruciat te segnitie sui languentis amoris, cum avidissime cupis eum amplecti. Quantum ipsi præstat Philesietærus juvenis et pulcher, et liberalis, et fortis, et summæ audaciæ adversus inutilem vigilantiam maritorum! Certe solus meretur potiri amplexibus omnium matrumfamilias: solus meretur*



districtam' p. 188. ubi plura. In Pith. est *afferret*, Guelf. *defert*. Oud.—3 *Lego, me herilis*, ut infra p. 1009. *Roaldt.* Male. Vide ad l. iv. p. 82. 'Bono animo es, mi herilis.' Guelf. pr. *mi hercules*. Oud.—4 *Quem sine meo consilio.* Lege ex Ful. *quæ sine m.* Wowerius. Recte Ms. *quæ sine meo cons.* Sciopp. in Symbola. Ms. Lips. *qm.* Sed Ms. D'Orv. Fux. *quæ*; ut bene Wower. Elmenh. et seqq. edidere. Dein Ill. N. Heinsius ad Ovid. l. 1. Am. 13. 42. 'Num me nupsisti conciliante seni?' hic etiam malebat *concilio* pro conciliatione, de quo vocis sensu ad Salmas. ad Tertull. Pall. p. m. 41. 238. et Confut. Cercoët. p. 24. Sed, ut opinor, argute magis, quam vere. Quod intrudere conatus est alibi quoque, ut Velleio l. 11. c. 76. 'consilii suis illectum.' Fux. *istum fum.* Oud.—5 Oxon. *capreutum*. Id.—6 Guelf. pr. Oxon. *per hæc*. Id.—7 *Tuos volentes amplexus.* Volentis lib. Beroaldi. Brant. Merito eam lectionem probarunt Pricæus, et Heinsius ad Ovidium Ep. v. 45. Nec dubitavi illam recipere. Sueton. Vesp. c. 5. 'Ipsos accumbentis pedes.' Vide etiam ad l. v. inf. 'Meo violentiam perpetraturæ pectori.' Tum 'amplexus discruciat' Heraldus explicat ad Arnob. l. 111. p. 130. 'Aditum prius cruciant.' Oud.—8 Flor. *Philesithærus*. Elmenh. Immo in Flor. *Philesitærus* cum Edd. Colv. Vulc. Merc. præter quas Mss. plerique et Edd. Vett. usque ad Vulc. sec. *Philesiterus* dant. Oxon. qui alibi etiam *Philese.* vel *Philiset.* habet, hic præbet eum Guelf. pr. *Philositarus*, melius, iudice Pricæo. Malim *Philohætarus* vel *Philoseterus*, i. e. amans meretricis, *ἑταίρης φίλος*, ut 'Philostorgus, φιλόστοργος,' &c. Oud.—9 Coll. Voss. *meritorum*. Id.—1 *Tò solus* delet Bertinus. Elmenh. Uncinulis inclusit Scriverius, male, ut patet e seqq. 'Omnium,' &c. *solus* exulant a Guelf. pr. *Id.*—2 *Palat. Reg. Fux. Guelf.*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Mi herilis*] Vide Not. °, pag. 300. supra.

<sup>c</sup> *Caperatum supercilium*] Festus: 'Caperatum, rugosum, a cornium caprinorum similitudine dicitur.' Varro de Lingua Latina lib. vi. non a capra-

rum cornibus deducit, sed ab earum fronte rugosa: 'Caperata fronte a capræ fronte.' Et Nonius, cap. 1. 'Caperare est rugis frontem contrahere, et asperare: tractum a caprorum frontibus crispis.'



vel ob unicum<sup>4</sup> istud, quod nunc nuper<sup>5</sup> in quendam zelotypum maritum eximio studio commentus est. Audi denique, et amatorum<sup>d</sup> diversum ingenium<sup>6</sup> compara. Nosti quendam Barbarum, nostræ civitatis decurionem,<sup>e</sup> quem Scorpionem,<sup>f</sup> præ morum [188] acritudine,<sup>7</sup> vulgus appellat.<sup>8</sup> Hic uxorem generosam, et eximia formositate<sup>9</sup> præditam, mira custodela munitam, domi<sup>1</sup> suæ quam cautissime cohibebat. Ad hæc, ultima<sup>2</sup> pistoris illa uxor, subjiçiens, Quidni?<sup>3</sup> inquit, novi diligenter. Areten<sup>4</sup> meam condiscipulam<sup>5</sup> memoras.<sup>6</sup> Ergo, inquit anus, nosti totam

*ferre in capite coronam auream, vel propter hoc unum, quod nuperrime excogitavit mira calliditate contra quendam maritum zelotypum. Ausculta demum, et confer inter se diversam indolem horum amborum amatorum. Nosti quendam nomine Barbarum, Senatorem nostræ urbis, quem populus vocat scorpionem, propter asperitatem morum. Hic vigilantissime coërcebat domi uxorem nobilem, et præstanti pulchritudine dotatam, munitens eam egregia custodia. Ad ea respondens illa deterrima conjux pistoris: Cur non? ait, apprimè novi. Nempe Areten meam condiscipulam dicis. Scis ergo (inquit vetula) totam historiam Philesietæri? Nequa-*

sec. Pith. *delic. perfr.* Id.—3 Par. Guelf. pr. *portare.* Fux. *gest. cap.* Id.—4 Oxon. *unicam.* Id.—5 D'Orv. *nunc quidem.* Id.—6 Bert. *diversorum ing.* Elmenh. *Quod arripuit Scriverius.* Oud.—7 *Primorum rude Bertin.* Sciopp. in *Symb.* Male. *Elmenh.* D'Orv. Pal. Oxon. Fux. Guelf. *pro morum a.* Quod Pricæus præfert. Non ego. *Præ* est propter, ob. Sæpe cum altero confusa. Vide ad l. v. p. 90. In D'Orv. *aptitudine.* Oud.—8 Ed. Ber. *appellas.* Id.—9 *Formositate.* Ita correxit vere Beroaldus. Edd. primæ *famositate.* Dein Fux. *prædita.* Id.—1 Idem, *munita domui.* Num, *munita domu?* Colvins. *Munita domu sua* conjecit etiam Pricæus: et *domu* in Ablat. dixit Plant. Mil. Act. II. Sc. 1. Immo *domui* dant etiam Reg. Fux. Pith. Oxon. D'Orv. et rectius *domus* dicitur *munita*, quam *mulier*, quæ custoditur *invita.* Vide ad Phædr. l. II. f. 6. 'Contra potentes nemo est munitus satis.' Est itidem *munita* in Guelf. pr. Oud.—2 *Tò ultima* delet Bert. *hand bene.* Elmenh.—3 Guelf. pr. *quivm.* Oud.—4 *Aretem.* Vet. editiones, *Artem.* Ms. *arçeri.* Colvins. *Artem* est in solis Edd. Ber. et Bas. sed Edd. pp. *alixque* recte præbent *Areten*, cum Guelf. utroque, nisi malis Latina terminatione, *Aretam*, quod extat in D'Orv. ut 'Circa,' et similia, de quibus vide ad l. II. p. 23. 'Pamphilæ.' Oud.—5 Ms. *condisciplinam.* Colv. Sic et Fux. *cum discipula* Pith. Oud.—6 *Quam memoras.* Fux. c. *memoras* *ἀνευ τοῦ quam.* Roald. Ut debet.

## NOTE

<sup>d</sup> *Amatorum*] Tui nimiram illius segnis ac meticulosi, et hujus strenui et constantissimi Philesietæri.

<sup>e</sup> *Decurionem*] In municipiis et coloniis Decuriones dicuntur, qui Romæ Senatores. Decreta Decurionum sæpe citantur a scriptoribus. In re autem militari 'Decuriones,' inquit Festus,

'appellantur, qui præsent denis equitibus.' Erant terni in singulis turmis, quæ duobus et triginta hominibus constabant auctore Vegetio.

<sup>f</sup> *Quem Scorpionem, &c.*] D. Hieronymus in Apocalypsin: 'scorpiones vocantur, qui sunt corde indomabili.'

Philesietari etiam ipsius<sup>7</sup> fabulam? Minime gentium,<sup>8</sup> inquit: sed nosse valde cupio,<sup>9</sup> et oro, mater, ordine<sup>1</sup> mihi singula retexe. Nec commorata illa sermocinatrix immodica, sic anus incipit:<sup>2</sup> Barbarus iste,<sup>3</sup> cum necessariam perfectionem pararet,<sup>4</sup> pudicitiamque<sup>5</sup> caræ conjugis<sup>6</sup> conservare summa diligentia cuperet; servulum<sup>7</sup> suum Myrmecem,<sup>8</sup> fidelitate præcipua cognitum, secretum<sup>9</sup> commonet, suæque dominæ custodelam<sup>1</sup> omnem permittit: carcerem et perpetua vincula, mortem denique violentam de

quam, ait: sed vehementer opto scire, et precor te, o parens, ut mihi omnia narres ordine. Et absque mora illa vetula loquacissima narratrix sic exorditur. Barbarus ille, cum jamjam suscepturus esset iter necessaria de causa, et vellet diligentissime conservare castitatem suæ dilectæ uxoris; commonefacit secreto servulum suum Myrmecem, quem noverat sibi esse in primis fidelem, creditque ejus fidei totam custodiam heræ ipsius, interminatus ei carcerem, atque æternus compedes, deni-

//////////

Estque istud quam in solis Edd. Basil. Oud.—7 Reg. Fux. Pith. Guelf. D'Orv. Palat. Coll. Voss. et ipsius. Guelf. ambo, *Philetari*. Id.—8 Idem, *minime sentio*. Colv. D'Orv. *minimeque gent*. Ond.—9 Ed. Beroald. *cupido*, scil. est mihi. Eadem varietas l. VIII. p. 168. 'Narrare cupio.' Id.—1 Tò ordine non comparet in Bert. *Elmenh.* Male l. VIII. p. 162. 'Enarratis ordine singulis:' ac sæpius. *Sing. mihi Fux. Oud.—2 Nec, &c. incipit.* Desunt Pith. Id.—3 D'Orv. *B. ille*. Id.—4 D'Orv. *innecessarium*. Edd. Ber. Bas. *parat*. Id.—5 Abest copula a Pith. Id.—6 *Caro conjugio*. Vulgo, *caro conjugis*. Ut ex scripti libri auctoritate correctum est, sic Propertius, 'Et totum fœmina conjugium.' *Colv. Caro conjugis*. Vulgo, *caro conjugio*. Elmenhorstius. Nempe *caro conjugio* cum Colvio receperant Vulc. Merc. Wower. Pric. nec ulla varietas ad Ed. Vulc. notata mihi est e Florentinis, ac 'conjugium,' ut 'matrimonium,' dici posse pro 'conjuge,' certum est. Quia tamen in Mss. ceteris et Edd. est *caro conjugis*, id retinui. *Conjugi* vel *conjugæ* potius videtur verior lectio, ut supra. Oud.—7 Fux. *servum*. Id.—8 Flor. *Myrmicem*. Elmenh. Item D'Orv. Fax. Guelf. *Myrmitem* Oxon. a pr. m. Oud.—9 Ms. *secreto*. Sciopp. in Symbola. *Secreto c.* Vulgo, *secretum*. Elmenhorstius. B. M. *secreto comm.* Puteanus. Mirum est, unde vulgares editores illud *secretum* hauserint: cum Mss. quod sciam, omnes bene habeant *secreto*: nisi quod in Oxon. et Guelf. pr. sit *secrete*. Sed et *secreto* jam est in Ed. Junt. post. ut rescripsere Elm. Scriv. et Flor. ac passim cum aliis utitur Apuleius. Vide Indicem. Frustra Lud. D'Orleans ad Taciti lib. II. Ann. conjecit *secretorum*, ut cum *fidelitate* jungatur. Oud.—1 *Dominæ custodiam*. Vulgo, *custodelam*. Colvius. Palat. *custodelam*, Apuleiano more. Wowerius. *Custodelam*. Vulgo, *custodiam*. Elmenhorstius. B. M. *custodelam*. Puteanus. E Lipsiano Cod. Colvius cum Vulc. et Merc. malo judicio *custodiam* reposuit contra Apuleii genium, et reliquos Mss. editosque. Vide Indicem. Paulo ante 'mira custodela.' Guelf. pr.

#### NOTÆ

\* *Myrmecem*] Μύρμηξ formica Græcis est: hinc apposite Myrmecis nomen laborioso, fideli, et frangi servo inditum.

fame<sup>2 h</sup> comminatus, si quispiam hominum,<sup>3</sup> vel in transitu, digito tenus<sup>4</sup> eam contigisset.<sup>5</sup> Idque dejerans<sup>6</sup> etiam confirmat per omnia divina numina.<sup>7</sup> Ergo igitur<sup>8</sup> summo pavore percussum<sup>9</sup> Myrmecem<sup>t</sup> acerrimum relinquens

*que necem crudelem, et esuritionem, si ullus vir eam tetigisset vel extremo digito, etiam transeundo: utque hoc affirmat jurans per omnes Deos. Relinquens igitur vigilantissimum comitem suæ conjugii Myrmecem percussum maximo terrore, iter*

suamque. Oud.—2 *Et famem.* Scriptum, *de famem.* Colvins. Malim, *infamem*, et furcam intelligo, sive cruce[m]. Lactant. lib. iv. cap. 26. ‘cur potissimum cruce? cur infami genere supplicii?’ Incertus auctor in Catalect. Virgil. ‘Noxius infami districtus stipite membra.’ Sciopp. in *Symb. et Susp.* lib. v. 23. *M. viol. et defamem.* Sic Flor. Vulgati, *m. v. et famem i. male.* Loquitur enim de supplicio crucis. Colvius hunc locum non intellexit. *Elmenh.* Ms. *de famem.* Forte *defamem*, id est, *infamem*, aut verius, *de fame*, mortem omnium miserissimam. Brant.—3 *Quisquam hominum.* Malim, *quisquam omnium.* Sic apud Sallust. in V. C. ‘Amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium satis fuit.’ Cicero sæpe utitur. Et Apul. de Deo Socrat. ‘necesse quicquam omnium quod habeat et laudem diligentia[m] et gratiam celeritatis.’ Sciopp. *ibid.* At vide tu Pricæum. Malim vero cum Cod. D’Orvill. Fux. et Inc. *quispiam hominum.* Oud.—4 *Gnelf. ambo, digno tenus.*—5 Oxon. *cognorisset*, Par. *cognoviscit.*—6 Oxon. *Gnelf. pr. ideoque.* Pal. *Guelf. uterque, dejeratis.* Id.—7 *Tò divina recte Aldus induxit. Elmenh.* Postrema vox mihi quidem purum putum glossema. Brant. ‘Errant uterque; licet *divina* absit etiam ab Ed. Junt. pr. Adi rursus Pricæum, et quæ notavi ad p. 186. ‘calcatis divinis numinibus.’ Oud.—8 *Ergo igitur.* Abest ultima vox a Fux. *Id.*—9 *Pavore percussum.* Ms. *percussum.* Forte, *percussum.* Colvins. Corrigo, *perfusum*, ut lib. i. ‘Inspirato gaudio perfusus;’ et, ‘non sanguine, sed lotio perfusus;’ et lib. ii. ‘rubore suffusus,’ ut Petron. ‘perfusus rubore.’ Brant. *Perfusi* vox hinc aliena est. *Percussum* dat D’Orvill. ut solent hæ voces variari semper, ita ut sæpe nescias, quid præferas. Malo tamen hic *percussum.* Adi ad Lucan. lib. i. 486. ‘vulgus inani Percussum terrore pavet;’ et Heins. ad Virg. *Æn.* i. 511. ‘Percussus Acliates Lætitiæque metuque.’ Sueton. Tib. C. 11. ‘Percussus igitur inopinata re.’ Infra, recte; ‘tanto calore, tantaque rabie percussus;’ et lib. x. ‘filiorum morte percussus.’ Oud.—1 Flor. D’Orv. Fux. *Myrmicem* vel *Mirmicem* rursus, ut et dein Guelf. et Oxon. in quo hic

## NOTE

<sup>h</sup> *M. denique v. de fame* [*M. v. et famem*] Elmenhorstius tuetur scriptam in Mss. quibusdam lectionem *mortem violentam et defamem*, frustra. Nihil hic sollicitandum. Notum est herilis in servos sævitia[m] fuisse, eos maccare fame. In Epistola Divi Antonini Pii ad Ælium Marcianum Proconsulem Bœtica[m] relata leg. 2. ff. ‘De his, qui sui vel alieni juris sunt. Sed dominorum interest,’ inquit Imperator,

‘ne auxilium contra sævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur his, qui juste deprecantur,’ &c. Apud Plautum, in Menæchmis Act. v. Scen. 6. Messenio servus. ‘Verbera, compedes, molæ, magna Lassitudo, fames, frigus durum, Hæc pretia sunt ignavia[m]. Id ego malum metuo,’ &c. Si quid ergo mutandum hic esset, legerem: *mortem lentam de fame*, id est, fame accersitam.

uxori secutorem,<sup>1</sup> securam dirigit profectionem.<sup>2</sup> Tunc obstinato animo vehementer anxius Myrmex,<sup>3</sup> nec usquam dominam suam progredi sinebat, et lanificio domestico districtam inseperabilis assistebat,<sup>4</sup> ac tantum necessario vespertini lavacri<sup>k</sup> progressu,<sup>5</sup> affixus<sup>6</sup> atque conglutinator, extremas manu<sup>7</sup> prehensens<sup>8</sup> lacinias, mira sagacitate commissæ provinciæ fidem tuebatur.<sup>9</sup> Sed ardentem Philesietæri vigilantiam<sup>1</sup> matronæ nobilis pulchritudo latere non<sup>2</sup> potuit. Atque<sup>3</sup> hac ipsa potissimum famosa castitate et insignis tutelæ nimietate instinctus<sup>4</sup> atque inflammatus, [189] quidvis facere, quidvis pati paratus, ad expugnandam tenacem domus disciplinam totis accingitur viribus. Certusque fragilitatis humanæ fidei, et quod pe-

*ingreditur deposita sollicitudine. Tunc Myrmex obfirmata mente valde sollicitus, nusquam permittebat ire suam heram, et detinens eam domi occupatam lanæ nendæ, assidebat ipsi comes individuus: et dum necesse erat eam exire, quod vespere tantum contingebat balnei petendi causa, adhærens ipsi, et agglutinator tenensque manu oram vestis ejus, officio sibi injuncto fungebatur egregia solertia ac fidelitate. Sed forma nobilis illius matronæ non potuit occultari ardenti vigilantia Philesietæri. Et irretitus atque accensus hac ipsa præsertim pudicitia tam celebri, et nimia vigilantia eximia illius custodiæ, comparat se toto nisu ad corrumpendam severam disciplinam illius domus, certus omnia et exequi et tolerare. Et cum*

//////////

*Myrmethem. Id.—2 Idem addidit, securam miles dirigit. Colvius. Hinc ejus cod. possessor, Lipsius non male conjiciebat, s. ille dirigit. Nequaquam tamen opus est. Oud.—3 Fux. D'Orv. Myrmes, et infra. Id.—4 Destrictam inseperabilis assidebat. Fux. destr. inseparabilis. Et Ald. recte. Roald. Idem, districtam. Repone. Colv. Manuscr. adsistebat. Sciopp. in Symbola.—5 Oxon. progresso. Non capio Pricænum, quando ait, fortasse tam necess. intelligenda. Apuleii sensus flagitat solummodo. In Fux. tamen. Oud.—6 Fux. affixus. Id.—7 Oxon. a m. pr. manū. Id.—8 Flor. prendens. Elmenh. Sic et Pith. ac Fux. Oud.—9 In D'Orv. providentiæ f. tenebat. In Oxon. etiam providentiæ. Palat. punice fide. Id.—1 Bert. ardentis Ph. vigilantiam. Elmenh. Sed vide ad p. 182. 'curruli equorum rabie.' Oud.—2 Palat. Guelf. Oxon. a m. pr. carent τῶ non. Id.—3 Bertin. At. Id.—4 Instrictus. Vulgo, instinctus. Dixi ad lib. VIII. supra. Colv. Sine dubio legendum, instinctus. Sciopp. in Symbola. Instinctus. Alii, instrictus. Elmenhorstius. E Pricæo, Reg. Fux. D'Orv. Oxon. a m. pr. instrictus cum Colvio et seqq. Edd. Sed bene, quod antiquam lectionem instaurandam esse alii monuerint. Vide Meursium Exerc.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Scutorem*] Comitem individuam. De scutoribus in re gladiatoria dixi lib. IV.

<sup>k</sup> *Vespertini lavacri*] Quod mulieri prohiberi inhumanum fuisset, ex moribus præsertim illorum temporum,

quibus non erant lintea in usu familiarum.

<sup>1</sup> *Instinctus* [*Instrictus*] Melius ex Vicentina editione et Ms. Oxon. reponas *instinctus*.

cuniæ cunctæ<sup>5</sup> sint difficultates perviæ, auroque soleant<sup>6</sup> adamantinæ etiam perfringi fores; opportune nactus Myrmecis solitatem,<sup>7</sup> ei amorem suum aperit:<sup>8</sup> et supplex eum<sup>9</sup> medelam cruciatui deprecatur. Nam sibi statutam decretamque mortem proximare, ni maturius cupito potiatur.<sup>1</sup> Nec eum tamen quicquam in re facili formidare debere. Quippe cum vespera solus,<sup>2</sup> fide tenebrarum contextus<sup>3</sup> atque absconditus, introreperere, et intra momentum temporis<sup>4</sup> remeare posset. His et hujusmodi suadelis<sup>5</sup> validum addens cuneum,<sup>m</sup> qui rigentem prorsus servi tenacitatem violenter diffinderet.<sup>6</sup> Porrecta<sup>7</sup> enim manu sua, de-

*certo sciret humanam fidem esse fragilem, et omnes difficultates planas esse pecuniæ, januasque etiam durissimas solere diffringi auro; invento opportune Myrmecis solitario, declarat ei suum amorem, et petit ab eo suppliciter remedium suo angori se enim statuisse, et decrevisse brevi mori, nisi quamprimum fieret voti sui compos. Ei tamen nihil in re facili esse timendum, cum nempe posset ipse respere penetrare intra ades solus, velatus atque occultatus beneficio obscuritatis, et momento post exire. Adjungens his et similibus persuasionibus validum cuneum, qui violenter diffinderet obstinationem plane rigidum servi. Aperta enim sua manu, ostendit ei*

//////////

Crit. p. 226. et notas ad p. 168. 'dolore pellicatus instincta.' *Oud.*—5 *Pec. cauta* Guelf. pr. *Id.*—6 *Ms. solchant.* Colvins. Oxon. a m. pr. *aureeque*, et in Pal. etiam *adam.* Guelf. pr. *aureque solearum.* *Oud.*—7 *Bert. solitudinem*, male. Vide Indicem. *Elmenh.* In Apol. p. 440. Ed. Flor. 'Servis a sese remotis solitatem delegit.' Et ita alii. *Solitudinem* tamen etiam dat Pith. *Oud.*—8 *D'Orv. aperuit.* *Id.*—9 Flor. s. ei. *Elmenhorstius.* Ut passim Plauto, Terentio, Ciceroni, &c. 'supplex alicui esse' dicitur. Sed præcessit *ei*; dubiumque foret, an *ei* Myrmecis, an *ei* 'cruciatui' jungenda. Quare malo Accusativum *eum* retinere. *Medela* Guelf. pr. in quo et *deprec. cruc.* *Oud.*—1 *Abest ni* ab Oxon. a m. pr. *nisi* Coli. Voss. *D'Orv. Pal. Guelf. nullus* Fux. *Pricæo* autem e conjectura placebat *cupita*, ut alibi. *Eum* vide. Substantive enim adhibet Auctor, in plurali dixit *cupita*, ut lib. v. 'Cupitis annuat.' et 'Cum te scilicet amator aliquis, ut diutius cupitis etiam nocte potiretur.' ex quo loco et hic *cupitis* posset refingi. Quare nihil moveo. *Id.*—2 *Solus.* Ab Oxon. exulat. *Id.*—3 Guelf. pr. *contentus.* *Id.*—4 *D'Orvill. in mom. t.* *Id.*—5 *Bertin. aculeis.* Sciopp. in Symb. *Elmenh. Pal. hic.* Oxon. *hujusmodi.* *Oud.*—6 *Suadelis validum addens aculeum, q. r. p. s. t. v. diffunderet.* Dnum verborum 'diffundo' et 'diffindo' alterum in alterius locum non raro immigrasse, alibi monui. Nescio an et hoc loco Apuleius ipse scripserit, *validum addens cuneum*, ac mox *diffinderet.* Stabant, spero, a me, quicumque energiam vocis *violenter* expendent. Iterum Apuleius in eadem voce corruptus, quarto de asino, 'perfracta, diffissaque crate costarum rivos sanguinis

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Validum addens cuneum*] Legebat Beroaldus *aculeum.* Sed optime Stewechlius *cuneum* reposuit. Metaphorice scilicet indicat Apuleius, quem-

admodum adacto ferreo cuneo diffiduntur ligna, sic oblata pecunia diffissam fuisse fidem ac tenacitatem Myrmecis.

monstrat ei<sup>8</sup> novitate nimia candentes solidos aureos: quorum viginti quidem<sup>9</sup> puellæ destinasset, ipsi vero decem libenter offerret. Exhorruit Myrmex inauditum facinus, et oclusis auribus effugit protinus.<sup>1</sup> Nec auri tamen splendor flammeus oculos<sup>2</sup> ipsius exire potuit. Sed quamquam<sup>3</sup> procul semotus, et domum celeri gradu pervectus,<sup>4</sup> videbat tamen decora illa monetæ<sup>5</sup> lumina, et opulentam prædam jam tenebat animo:<sup>6</sup> miroque mentis salo<sup>o</sup> et cogitationum<sup>7</sup> dissensione, misellus in diversas sententias

*solidos aureos splendentes (quod ipsi valde novum visu erat); ex quibus aiebat se destituisse viginti quidem mulierum, decem vero ei libenter offerre. Myrmex audit cum horrore seclis sibi antea inauditum, et obturatis auribus confestim aufugit. Neque tamen igneus fulgor auri potuit excedere ex ejus oculis, sed quamvis procul recessisset, et citato gressu domum pervenisset sibi tamen videbatur intueri pulchros illos pecuniæ fulgores, et jam mente possidebat opulentum lucrum, atque infelix scindebatur, et divellebatur in studia contraria mirabili animi astu, ac discordia*



vomens.<sup>7</sup> Scribendum, *diffisaeque*. Stewechius. *Cuneum, &c. diffinderet*. Vulgo ante ubique, *val. add. aculeum, qui rig. serv. t. v. diffunderet*. Scriptus, *val. addens aduncum*. Tò ad bis repetitum fuerat ex illo *addens*: itaque inducendum censui, et locum hunc scribendum, quemadmodum jam cusus est. Sed et ea quæ sequuntur melius cohæsurâ putô, si legamus; *his et hujusmodi suadelis val. add. cun. qui rig. pr. ser. ten. viol. diffinderet, porrecta jam manu sna, &c. Colvius. Rom. et Ald. aculeum. Pal. et Flor. diffunderet. Elmenh.—7 Fux. porrecta. Oud.—8 Ei non est in Bertino. Elmenh.—9 Fux. viginti quinque, fortasse rectum. Roudt. B. XXV. M. viginti quinque. Puteanus. In Coll. item Voss. Oxon. Guelf. sec. est viginti quinque, in D'Orv. Guelf. pr. XXV. Immo in Palat. *viginti quinque quidem*: unde apparet, alterum e varia lectione natum. Ego quidem retineo. Oud.—1 Ed. Scriv. *aufugit*. Quod et mallem, si per Mss. liceret. Vide ad lib. viii. Nisi ad præcedens 'facinus' velis referre. Sic 'effugere fortunam,' ibidem, et 'oculos' sæpe Nostro. *Id.—2 Oxon. oculis, male. Vide ad lib. iii. 'Exibis asinum.'* *Id.—3 Pith. Fux. Guelf. Coll. Voss. Oxon. a m. pr. quam . . . Id.—4 Domum provectus. Palat. D'Orv. Guelf. ambo, Oxon. pervectus, verissime. Adi ad lib. i. 'me usque ad portam pervecto.'* *Id.—5 Oxon. Guelf. pr. illa decoram. In D'Orv. non est decora. Idem habet nitente pro moneta. Pith. monere. Id.—6 Et op. pr. j. ten. animo. Copula exulât ab Ed. Bas. pr. animo a Mss. Fux. D'Orv. perperam. Vide Comm. ad Sil. vii. 586. Cort. ad Cic. iii. ad Fam. ii. me ad Lucan. l. viii. vs. 161. Val. Flacc. i. 272. v. 611. Xenoph. p. 159.  $\xi\chi\epsilon\upsilon \epsilon\nu \psi\upsilon\chi\alpha\iota\varsigma \nu\lambda\epsilon\upsilon\upsilon$ . *Id.—7 Cogitationis. Ms. cogitationum. Colvius. Pluralem habent etiam Palat. Fux. Guelf. D'Orv. Par. Bert. et Edd. Junt. post. Wower. et seqq. Quare id retinui, ut l. xi. 'Apud cogitationes meas revolvebam.' de***

#### NOTE

<sup>8</sup> *Candentes solidos aureos*] 'Candentes' hic ne intelligas albicantes, sed fulgentes, et quasi ignitos. Sic paulo infra: 'nec auri tamen splendor flammeus oculos ipsius exire po-

tuit.'  
<sup>o</sup> *Mentis salo*] Fluctuatione animi, qui instar sali, id est, maris agitabatur et fluctuabat.

carpebatur, ac distrahebatur. Illic fides, hic lucrum; illic cruciatus,<sup>p</sup> hic<sup>s</sup> voluptas.<sup>q</sup> Ad postremum tamen, formidinem mortis vicit<sup>9</sup> aurum. Nec saltem spatio<sup>r</sup> cupido<sup>2</sup> formosæ pecuniæ leniebatur, sed nocturnas etiam curas<sup>3</sup> invaserat pestilens avaritia; ut, quamvis herilis eum<sup>4</sup> comminatio domi cohiberet, aurum [190] tamen foras evocaret.<sup>5</sup> Tunc devorato pudore, et dimota cunctatione,<sup>6</sup> sic ad aures dominæ mandatum<sup>r</sup> perfert.<sup>7</sup> Nec a genuina levitate descivit<sup>8</sup> mulier, sed execrando metallo pudicitiam suam protinus auctorata est.<sup>s</sup> Ita gaudio perfusus,<sup>9</sup> ad suæ fi-

*cogitationum. Illinc fidelitas urget, hinc instat quæstus; illinc tormenta impendent, hinc affulget gaudium. Novissime tamen aurum superavit necis metum. Neque aviditas pulchræ monetæ tempore saltem mitigabatur; sed pestilens avaritia noctu quoque ejus animum sollicitudinibus agitabat; ita ut, quamvis minæ heri retinerent eum domi, aurum tamen evocaret foras. Tunc omni prorsus reverentia calcata, et sublata mora, illico narrat suæ heræ quod sibi erat præceptum. Ipsa vero non degeneravit ab innata sibi levitate, sed confestim mancipavit suam pudicitiam execrabili metallo. Sic Myrmex lætitiâ delibutus in naufragio suæ fidelitatis,*



Phil. Mor. 'Cogitationum ratione hæc consideret:' et passim. Vide Indicem. In Flor. tamen et Pith. videtur esse *cogitationis*, ut l. iv. 'Cogitationis salo fluctuaret.' In Oxon. *cogitatione dissentione*. Pith. *cogit. discursione*. Oud.—8 Mallet Pricæus *illinc, hinc*. Nullam video necessitatem. Quare Mss. sequor. In Pith. *hoc*. Id.—9 Reg. *vincit*. Id.—1 *Diei spatio conjicit Pricæus*. At vide p. 194. 'Quoad spatio fervens mariti sedaretur animus.' *Wass.* Vide ad l. vi. p. 111. *Oud.*—2 Oxon. a m. pr. *cupito*. Id.—3 D'Orv. *auras*. Id.—4 *Eum* abest a Pal. *Id.*—5 *Fux. eructaret*. Roaldus. In Bert. *auri*. Pal. *evocare*, D'Orv. *enarraret*, Reg. etiam *eructaret*. Latet forsitan aliud verbum. *Oud.*—6 *Dev. pudore et d. cunctatione*. Ed. Junt. post. *timore*. Lib. II. etiam 'devorare pudorem' dixit. *Cunctatione* D'Orv. *cunt*. Pal. *Guelf. sec. Id.*—7 *Sic ad a. d. inauditum perfert*. Forte reponendum, *hic ad aures dominæ mandatum perfert*, ut mandatum intelligamus ipsius Philesictari amatoris adulteri, quocum hic servus de pudicitia heræ transigit, tentata nihilominus et explorata prius dominæ voluntate. *Stewechius*. *Fux. mandatum*. Verissimè. *Roald. Mandatum p. Colvins*. Rom. *in auditum p.* Bertin. *m. præfert*, male. Vide Indicem. *Elmenh.* *Sic* non mutandum videtur, sed potius quædam excidisse post *perfert*. Nisi ocium malis. Tum Mss. O. habent *mandatum*, quod tamen ante Colvium sola dedit Ed. Junt. post. *Proferet* Bertin. *præfert* *Fux.* et *Guelf. pr. a m. pr.* Sed minus bene. *Oud.*—8 Ed. Colv. *discivit*. Id.—9 Pal. *Guelf. sec. a gaudio perf.* Id.—1 *Ad suæ fidei*

## NOTE

<sup>p</sup> *Illic eruciatus*] Si herus rescisceret sibi non servatam fidem.

<sup>q</sup> *Hic voluptas*] Si oblati aureis frui posset.

<sup>r</sup> *Mandatum*] Philesictari.

<sup>s</sup> *Auctorata est*] Vide lib. II. Not. p. 161. ad vocem 'auctoratus.' Observe tamen illic passive sumi, hic active.

dei præcipitum,<sup>1</sup> Myrmex non modo<sup>2</sup> capere; verum saltem contingere,<sup>3</sup> quam<sup>4</sup> exitio suo viderat, pecuniam cupiens, et magnis<sup>5</sup> suis laboribus perfectum desiderium Philesictæro, lætitia percitus,<sup>6</sup> nuntiat: statimque destinatum pretium reposit: <sup>7</sup> et tenet nummos aureos manus Myrmecis, quæ nec æreos norat.<sup>8</sup> Jamque nocte promotam solum perducit ad domum, probeque capite contactum,<sup>t</sup> amatorem<sup>9</sup> strenuum infert adusque dominæ cubiculum. Commodum<sup>t</sup> novis amplexibus Amori<sup>2</sup> rudi litabant,<sup>3</sup><sup>u</sup>

*optansque non capere solum, sed vel manibus tractare aurum, quod in suam perniciem aspexerat, gaudio gestiens refert Philesictæra, se tandem magnis laboribus effecisse quod cupiebat: continuoque petit mercedem sibi promissam: et manus Myrmecis jam tenet nummos aureos, quæ antea ne æreos quidem unquam contigerat. Jamque nocte prorectu deducit ad domum fortem illum amatorem solum, et introducit eum capite probe velato usque ad thalammum suæ heræ.* \* \* \*

//////////

*pretium.* Fnx. ad suæ fidei præcipitum. Elegans, Jupiter, lectio. Fides Myrmecis antea male ambulaverat, ut ait Arbiter, nunc vero sui omnino impos, præcipiti ruina collabitur. Roald. *Præcipitum.* Iidem, *pretium.* Ad suæ fidei præcipitum, ut fidem suam præcipitaret, pessumdaret, falleret. Colv. Egregie Roald. et Colvius cum ceteris restituerunt *præcipitum*, quod præter Mstos. servavit etiam Ed. Junt. post. In reliquis Edd. et Cod. Pith. inepte *pretium.* Vide ad l. viii. p. 154. 'In profundam ruinam cupidinis se præcipitavit.' Oud.—2 Membranæ, nec modo. Colv. Item Palat. Dein verum etiam s. Guelf. sec. a m. pr. Oud.—3 Edd. ante Colv. cont. sult. Id.—4 Coll. Voss. quod. Id.—5 Lego, ex magnis. Brant. Non displicet hæc Brant. conjectura. Nam abundat copula, ac nulla huic polysyndeto inest elegantia. 'Ex laboribus' dictum, ut 'ex studio,' 'viribus.' Adi ad l. vii. In Pithæano est *magnus*: unde conjecit vir doctus *imaginans.* Male et haud Latine. Oud.—6 Eadem, *lætitiâ paratus.* Al. *paracitus.* Colvius. Legebam, *lætitiâ mancipatus.* Sed amplius deliberandum censeo. Brant. Abest *lætitiâ* a Palat. Guelf. sec. *lætitiâ* Bertin. An *lætitiâ animi*, vel *l. nimia*? Vide ad l. v. et l. x. 'personata nimia temeritate.' et passim. Nequaquam vero tentandum est *percitus.* Eo participio in quavis vehementi animi affectione utitur anctor. Consule Indicem. Oud.—7 Cusum ubique, *præmium.* Nec minus bene. Colv. *Præmium deposcit.* Bert. *Elmenh.*—8 Ms. *aureos.* Colv. Item D'Orv. Fnx. in quo etiam *qui.* Oud.—9 Guelf. pr. *amatorium.* Pro *dominæ* sec. *domini.* Id.—1 Abest *commodum* a Palat. Id.—2 *Amoris* Guelf. pr. Id.—3 *Litabat* Pith. Id.—4 Edd. Junt. pr. Ald. *comm. primum prima*

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Probeque capite contactum*] Juvenal. Satyra viii. 'Nocturnus adulter Tempora Santonico velans adoperta cucullo.' Apud Horatium, Satyr. 7. lib. ii. Serm. Davus ad herum: 'Tu cum projectis insignibus, annulo equestri, Romanoque habitu prodis

ex iudice Dama Turpis; odoratum caput obscurante lacerna, Non est quod simulas?'

<sup>u</sup> *Amori rudi litabant*] Litare Amori nihil aliud est quam concubitu et lecti palæstra Cupidinem propitiare. *Bcroald.*



commodam prima stipendia<sup>4</sup> Veneri militabant<sup>w</sup> nudi<sup>5</sup> milites: et contra omnium opinionem,<sup>6</sup> captata noctis oportunitate, improvisus maritus assistit. Suae domus januam jam pulsat, jam clamat,<sup>7</sup> jam saxo<sup>8</sup> fores verberat: et ipsa tarditate magis magisque suspectus,<sup>x</sup> dira<sup>9</sup> comminatur<sup>1</sup> Myrmeci supplicia. At ille, repentino malo perturbatus,<sup>2</sup> et misera trepidatione ad inopiam consilii deductus, quod solum<sup>3</sup> poterat, nocturnas tenebras causabatur<sup>4</sup> sibi obsistere, quin clavem curiose absconditam reperiret. Interdum Philesietærus, cognito strepitu, raptim tunicas injectus,<sup>5</sup> sed plane præ trepidatione<sup>6</sup> pedibus in-tectis, procurrit cubiculo. Tunc Myrmex, tandem clave

\* \* *Maritus, aucupatus commodum tempus noctis, de improvise adest præter omnium expectationem: jam percussit ostium suorum aditu, jam clamat, jam tundit fores lapide: et, ipsa mora magis magisque urgente ejus suspicionem, crudeles pœnas minatur Myrmeci. Ille vero attonitus subito malo, et præ metu nesciens quid sibi esset agendum, quod poterat unum, dicebat obscuritatem noctis impedire quominus inveniret clavem, quam sedulo occultaverat. Interim Philesietærus, audito clamore, induta celeriter veste, sed certe pedibus nudis præ trepidatione, erumpit ex cubiculo. Tunc Myrmex, clave tandem subdita pessulis, aperit januam: et*



*stip. Id.—5 Novi et nudi milites. Desunt novi et ab eodem libro. Colv. Novi et. Flor. hæc delet. Elmenh. Absunt etiam a Regio, Fux, Pith. Guelf. ambobus, Oxon. Par. D'Orv. et Edd. Junt. post. ac Floridi. Quare et ego exulare jussi. Hic adulteri cum Arete concubitus quidem erant novi amplexus et prima Veneris stipendia. Sed ipsi non erant novi Veneris milites. Illa dudum uxor, et ille notus adulter, licet adhuc adolescens. Oud.—6 In Palat. est oppositionem. Id.—7 Vulgo, clamitat. Colvius. Bert. clamitat. Elmenh. Non damnassem clamitat, quod habet etiam Pithæanus, et est indignantis præ mora; nisi in Flor. Guelf. Reg. Pal. Oxon. D'Orv. Lips. et Ed. Junt. post. reperissem clamit, ut Colv. Vulc. Merc. Wow. et Pric. ediderunt. Oud.—8 Oxon. faxo. Id.—9 Guelf. pr. dura. Id.—1 Ibidem, minatur. Colvius. Alii, minatur. Elmenh. Bene comminatur reposuit Colv. et seqq. consensu Mstorum, excepto Pith. et Ed. Junt. post. Myrmeci rursus in D'Orv. Fux. aliisque. Oud.—2 Fux. Edd. Ber. Bas. perturbatur. Dein et exulat a Palat. Guelf. sec. Id.—3 Fux. solus. Id.—4 Scriptus codex, clausabatur. Colvius. D'Orv. Fux. Coll. Voss. sibi caus. Oud.—5 Tunicam injectus. Flor. tunicas injectas. Elmenh.—6 Præ turbatione. Bert. et Aldus, perturbatione, male. Elmenh. Item Edd. Junt. Per turbationem Guelf. sec. Præ*

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Prima stipendia Veneri militabant]* Translatio a castris ad rem Veneriam. Notum illud: 'Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido.' *Idem.*

<sup>x</sup> *Suspectus]* Suspiciens, suspiciosus, activa significatione. Sic Ammianus Marcellinus, lib. xvi. 'Suspectior de obscuris, nec referre gradum, nec ulterius ire tentavit.'

pessulis subjecta,<sup>7</sup> repandit fores : et recipit tunc etiam<sup>8</sup> fidem Deum<sup>9</sup> boantem dominum. Eoque prope<sup>1</sup> cubiculum petente, clandestino transcurso dimittit Philesietærum. Quo jam pro limine<sup>2</sup> liberato, [191] securus sui, clausa domo, rursus se reddidit quieti. Sed, dum prima luce Barbarus procedit cubiculo, videt sub lectulo<sup>3</sup> soleas incognitas, quibus inductus<sup>4</sup> Philesietærus irrepserat : suspectisque<sup>5</sup> e re nata, quæ gesta sunt : non uxori, non<sup>6</sup> ulli familiarium cordolio<sup>7</sup> patefacto, sublatis his, et in sinum furtim absconditis,<sup>7</sup> jusso tantum<sup>8</sup> Myrmece per conservos vincto forum versus detrahi,<sup>9</sup> tacitos secum mugitus ite-

*excipit herum, adhuc clamore testantem Deos: dumque is festinanter it in cubiculum, ille emittit Philesietærum occulta fuga se proripientem. Quem cum jam emisisset extra fores, deposita formidine, domum claudit, seque iterum componit ad somnum. At Barbarus, e thalamo exiens diluculo, animadvertit sub lecto soleas sibi incognitas, quibus calcatus erat Philesietærus, cum introverat: suspicatusque ex ipsa re quod contigerat, neque conjugi suæ neque ulli ex domesticis declarato animi sui dolore, tollit eas, atque clam occultat in sinu, imperansque duntaxat Myrmece vinctum trahi per alios servos forum versus, citato gradu illuc tendit*



*trepidatione* Cod. Inc. Optime: sive nimia festinatione. Oud.—7 Guelf. ambo, *subtecta*. Id.—8 Fux. et Guelf. et Edd. quædam, *etiam tunc*. Id.—9 Domini. Fux. Deum, bene. Attamen Beroaldus mavult vulgatam lectionem, quam recte ipse viderit, mihi certe nunquam probabitur. Roald. Deum. Impressum ante, *domini*. Colv. Præterquam in Ed. Junt. post. quæ cum Mss. O. etiam Beroaldi expressit Deum. Vide ad l. VIII. p. 165. Domini in Guelf. sec. Oud.—1 Guelf. sec. prope. Id.—2 Ms. Qui jam pro lumine. Colv.—3 Palat. Fux. lecto. Oud.—4 Indutus. Oxon. inductus, vere. Ad ad l. II. p. 39. Phil. ind. Fux. Id.—5 Suspectusque. Non spernendum, quod in quodam est impresso, *suspectisque*. Colvius. Rom. Flor. Pal. et Bert. *suspectisque*. Elmenh. Sic etiam Reg. Inc. Guelf. sec. et Ed. Junt. post. *Susceptisque* Oxon. Guelf. pr. Quare etiam Pricæns cum Elmenh. et Scriv. *suspectisque* recte probavit. Supra *suspectus* Active tolerari potuit, hic non, ob seqq. 'quæ gesta sunt.' Ed. Vicent. *suspectuque*. Oud.—6 Nec ulli. Fux. non ulli, ut Ald. Geminatioibus his sæpe utitur Lucius. Roald. Pricæns quoque ait id melius esse. Sicut etiam scribitur in D'Orv. Pith. Pal. Bert. aliisque, omnibusque Edd. ante Basil. sec. ac tacite revocarunt Elm. Scriv. Floridus. Nec igitur non est, nisi in Edd. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. et forsam Mss. Flor. Reg. Oxon. Guelferb. Oud.—7 His et in sinum furtim absconditis. Ignorat hæc omnia scriptus liber. Colv. B. M. sublatis eis. Putean. Eis etiam D'Orv. Fux. Oud. Ms. furtim. Placet. Sciopp. in Symb. Furtim. Flor. furtim. Elmenh.—8 Bert. jusso tamen. Idem. B. jussit Myrmece per conservos vinctum. Puteanus. D'Orv. j. t. Myrmece p. c. vinctum. Oud.—9 Scriptura

#### NOTÆ

<sup>y</sup> Cordolio] A dolore et corde Cordolium factum. Plant. Pænnulo: 'Sed, quam ornatam melius forte conspexeris.' aliarnum, ibi tibi Erit cordolium; si

rans,<sup>1</sup> rapidum dirigit gressum, certus solearum indicio vestigium adulteri posse se<sup>2</sup> perfacile indipisci. Sed ecce, per plateam dum Barbarus vultu turgidus,<sup>3</sup> subductisque superciliis incedit iratus;<sup>4</sup> ac pone eum Myrmex vinculis obrutus,<sup>5</sup> non quidem coram<sup>6</sup> noxæ deprehensus,<sup>7</sup> conscientia tamen pessima permixtus<sup>2,8</sup> lacrymis uberibus, ac<sup>9</sup> postremis lamentationibus, inefficacem commovet miserationem: opportunè Philesietærus occurrens, quanquam di-

*ingeminans apud se tacitos gemitus, sperans se certo comperturum indicio solearum quis esset mæchus. Sed, dum Barbarus progreditur per viam iratus lumentis facie, contractis superciliis, et post ipsum Myrmex gravis catenis, non quidem oppressus in manifesto crimine, sed tamen convictus sua mala conscientia, abundantibus lacrymis et miserimis lamentis excitat misericordiam sibi inutilem: Philesietærus*



vetus, uso. Colvius. Manuscriptus, *attrahi*. Sciopp. in Symbola. Bert. *at-trahi*. Elmenh. Scriptura vetus *uso*. Tentabam, *forinsecus*: ut infra, 'forinsecus abjicit.' Brant.—1 *Iterans*. Fux. *iterans*. Sed est error operarum. Roald.—2 Guelf. sec. p. *per se*. Tum *indipisci* Guelf. pr. Oud.—3 Ex eodem Palat. *vultu turgido*. Wower. Malim cum Bertino, *vultu turbido*, id est, pleno terroris et perturbationis, ait Servius in XII. Æneid. Sciopp. in *Symb. et Susp.* l. II. 14. Elmenhorstius.—4 Abest τὸ *iratus* ab Edd. Juntinis, Aldique, de industria, ut opinor; nec male; quod e glossa natam vocem putarint. Oud.—5 Suspiciatur N. Heinsius ad Ovid. l. II. Fast. 578. 'Obsutum mænæ torret in igne caput:' legendum *obsutus*. At mihi nequaquam persuadet. Quacumque re quis gravissime premitur, læditurque, ea *obru*i dicitur. *Id.*—6 Legendum monui, *incoram*, de quo supra p. 350. Stewech. Quod arripnit Scriverius, et alibi occurrit. Sed non minus sæpe, *coram* adverbialiter sumit Auctor. Adi ad l. III. p. 56. Nihil ergo contra Mstos innovandum. Palat. Guelf. sec. *coram quidem*. Oud.—7 Ante vulgo, *prehensus*. Colv. Utrumque bene dixeris. Ac *prehensus* servant Mss. Fux. Pal. Oxon. D'Orv. Guelf. cum Edd. Vett. et *prehensum* Pith. ut Plautus et Gellius locuti, 'prehensus mendacii,' 'furti.' Adi Voss. de Constr. c. 26. 'In noxa comprehendendi' Cæs. l. VI. B. G. c. 15. *Novæ* Edd. Juntinæ, Aldi.—8 Non minus commode pro sententia Auctoris, distinxis, reposueris c. t. p. *pervictus*, l. u. Stewech. *Permixtus lacrymis* est μὴθὲς δακρύοις. Phrasis hæc Pindaro tritissima. *Soping*. Optime etiam Mss. constantem lectionem vindicavit similibus nostri locis Pricæus. Immo l. XI. p. 243. 'Pavore et gaudio ac dein sudore nimio permixtus.' Male vero etiam in Pric. Ed. post *permixtus* distinctio ponitur. Lacrymabat præ stimulo conscientiae. F. *permixtis*: Burm. Oud.—9 *Ac*. Ibidem vulgo, *jam*. Colv. In Edd. constanter erat *jam*. Quando mallet, *lachrymis ub. jam, postremo lament*. Sed Mss. Flor. Reg. Pal. D'Orv. Guelf. Oxon. &c. habent *ac*, et Pricæus malebat *commovens*. Quod non opus, si *jam*

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Permixtus* [*Pervictus*] Editiones omnes habebant *permixtus*. Emendavit Stewechius *pervictus*, bene, mea sententia, reclamet licet Pricæus. Potest quidem sensus elici non

absurdus ex priori lectione, sed longe planior ex hac elicietur, si modo virgulam, quæ in vulgatis editionibus vocem *permixtus* præcedit, hic post *pervictus* reponas.

verso quodam negotio destinatus, repentina tamen facie permotus, non enim <sup>1</sup> deterritus, <sup>2</sup> recolens festinationis suæ delictum, ut cetera <sup>3</sup> consequenter suspicatus, <sup>4</sup> sagaciter extemplo <sup>5</sup> sumta familiari constantia, dimotis <sup>6</sup> servulis, <sup>a</sup> invadit cum summo clamore Myrmecem, <sup>7</sup> pugnisque malas ejus clementer <sup>8</sup> <sup>b</sup> obtundens, At <sup>9</sup> te, inquit, nequissimum et periturum caput, dominus iste tuus, et cuncta cœli numina, quæ dejerando temere devotasti, <sup>1</sup> <sup>c</sup> pessimum pessime perduint: <sup>2</sup> qui de balneis soleas hesternæ die <sup>3</sup> mihi <sup>4</sup> furatus es: dignus, hercules dignus, qui et ista vincula conteras, <sup>5</sup> et insuper etiam carceris tenebras perferas. <sup>6</sup> Hac opportuna fallacia <sup>7</sup> vigorati juvenis inductus, immo vero subla-

*commode occurrens, quamvis districtus esset alio quodam negotio, tamen commotus subito spectaculo, sed non perturbatus, recogitans quid peccaverat sua properatione, ubi ex consequenti reliqua conjecit, captu protinus astute sua solita audacia, dispulsis hinc inde servulis, irruit in Myrmecem cum maxima exclamatione, feriensque leniter ejus genas pugnis, At hic tuus herus, inquit, atque omnes Dii, quos temere jurando invocasti, te nequissimum perdant, ut meritum es, scelestissime ac perjure vir! qui mihi surripuisti heri soleas ex thermis. Mereris profecto, mereris usu conterece istas compedes, et præterea sustinere etiam obscuritatem carceris. Barbarus deceptus, vel potius ludificatus hoc tempestivo dolo confidentis juvenis, et*



revocemus. *Commonet* in Ed. Beroaldi. *Oud.*—1 *Burm. f. non etiam. Id.*—2 *Guelf. pr. detintus. Id.*—3 *Malim cum Salm. et vel ac c. D'Orv. obsequenter. Id.*—4 *Guelf. sec. suspiratus. Id.*—5 *D'Orvill. extemplo, Palat. Guelf. sec. exemplo. Id.*—6 *D'Orvill. demotis. Id.*—7 *D'Orv. Myrmicem. Id.*—8 *Malus ei clementer obtundens. Ms. inclementer. Colv. Istud inclementer omnino probat Pricæus; sed meo quidem judicio, male. Melius enim iste servus de ipso meruerat. Simulanter ei colaphos infringit, cum magno quidem clamore et conviciis, non vero serio, nec vi, ut bene ceperunt Beroaldus et Floridus. In Pal. Guelf. sec. et Ed. Vulc. sec. molas. Oud.*—9 *Oxon. D'Orv. Pith. Fux. Guelf. ad te inq. Pith. perjurium. Id.*—1 *Idem, devorasti. Colv.*—2 *P. perdant. Ed. Junt. post. perduint. Bene, ut apud comicos, ἀρχαϊκῶς. Vide ad l. VIII. p. 170. 'Dii te cæcum reddunt.'*—3 *In Guelf. pr. solas externa d.*—4 *Tò mihi non est in Bertino. Ebnenh. Uncis male inclusum. Oud.*—5 *Ms. conferas. Colv. Sicut Plautus 'compedium tritorem' dicit: Ms. tamen habet conferas. Forte, circumferas. Sciopp. in Symb.*—6 *Et insuper e. carc. ten. perferas. Hæc non sunt in eodem Manuscripto. Colv. Neque in Palat. Guelf. sec. aut D'Orv. Carc. etiam Fux. Oud.*—7 *Oxon. Guelf. pr. opportunitate. In ultimo etiam fallacium. id.*—8 *Im. subl. Idem vet. Immo vero. Pro crude-*

#### NOTE

<sup>a</sup> *Dimotis servulis]* Qui Myrmecem vinctum trahebant.

<sup>b</sup> *Clementer]* Neque enim serio, sed simulanter ei erat iratus.

<sup>c</sup> *Devotasti]* Votis vocasti. Repo-

nit Pricæus ex Lipsii Ms. et Oxon. *devorasti*, ut idem sit *numina devorare* quod, *numina spernere*, et *calcere*. Sic paulo supra: '*Tunc devorato pudore,*' &c.

tus<sup>8</sup> et ad credulitatem<sup>d</sup> delapsus Barbarus, [192] postliminio domum regressus,<sup>9</sup> vocato Myrmece,<sup>1</sup> soleas illas offerens, et ignovit ex animo,<sup>2</sup> et uti domino redderet, cui subriperat, suasit. Hactenus adhuc anicula garriente, suscipit mulier: Beatam illam, quæ tam constantis sodalis libertate<sup>3</sup> fruitur! At ego misella, molæ etiam sonum, et ecce, illius<sup>4</sup> scabiosi asini faciem timentem<sup>5</sup> familiarem incidi. Ad hæc anus: Jam ego tibi<sup>6</sup> probe suasum et confirmatum animi<sup>e</sup> amatorem illum<sup>7</sup> alacrem,<sup>8</sup> vadimonio sistam.<sup>f</sup> Et insuper conducta<sup>9</sup> vespertina regressione, cubi-

*fidem credule ejus verbis habens, domum rursum rediit, vocatoque Myrmece, et exhibitis soleis, ultro ei pepercit, et hortatus est, ut redderet domino, cui furatus erat. Vix ea narraverat illa anus, cum mulier orationem resumit hoc modo: O quam felix est illa, quæ fruitur libera consuetudine amici tam fortis! Ego vero infelix nacta sum amatorem, qui reformidat etiam strepitum molæ, et velatum caput illius scabiosi asini. Vetula ad ea respondet: Janjam faxo ut ille promptus amator tibi adsit ad conductum tempus, bene persuasus, et obfirmatus animo. Pollicitaque*



litem potest ferri scripta lectio credulitatem. Colv. Crudelitatem mendose. Recte vero idem ille Cod. Palat. credulitatem. Wower. Puto non minus veram, quam ingeniosam esse Steweehii conjecturam: immo os subtilis. Sciopp. in Symbola. Stewech. i. os subtilis, bene. Elmenh.—9 Vet. reversus. Colv.—1 D'Orv. et alii rursus Myrmece. Oud.—2 Modius unica voce legit exanimo, id est, qui metu fuerat exanimatus. Sciopp. in Symb. Modius, i. exanimo, male. Elmenh. Vide etiam Pricæum. Oud.—3 Fux. libertatem. Promiscue usi veteres. Roald. Libertatem. Ita Aldus. Alii, libertate. Elmenh. Accusativum expresserunt quoque Ed. utraque Junta. Vide ad l. viii. p. 161. 'Nuptias non frueris.' Oud.—4 Et cæcæ illius. Idem, ecce. Num eccæ? Colvius. Bert. et Flor. et ecce i. Elmenh. In Pith. est egt i. scabiosa as facie. Oud.—5 Alii, tumentem. Elmenhorstius. Pal. Oxon. tun. In Par. incido, Guelf. pr. incidit. Tunc ad hoc Pith. Oud.—6 Abest ego a Palat. Jam tibi ego D'Orv. Fux. Id.—7 Oxon. pr. c. cum. In Edd. Junt. Ald. am. alium. Id.—8 Guelf. pr. altiore. Id.—9 Idem Ms. jam dicta. Colvius. Par. Guelf. pr. condita.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Immo, &c. [Immo os subtilis, et ad credulitatem, &c.] Sic optime Steweehii. Prius legebatur: immo subtilis, et ad crudelitatem, &c. Quid sit os subtilis, et Sublinere os, audi Nonnum docentem, cap. 1. 'Sublevit, significat, illusit, et pro ridiculo habuit. Tractum a genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur. Plautus Aulularia: 'Fidei censebam maximam multo fidem esse; ea sublevit os mihi pænissime.' Loco autem

crudelitatem reponendum omnino esse credulitatem patet.

<sup>e</sup> Confirmatum animi] Pro, animo. Archaismus est. Sic 'pendens animi,' 'animi dubius,' et sexcenta ejusmodi.

<sup>f</sup> Vadimonio sistam] Consimili metaphorâ Plautus: 'Ubi tu es, qui me convadatu's Veneriis vadimoniis? Ubi tu es, qui me libello Venerio eitasti? Ecce me sisto,' &c. Vide lib. iv. Not. pag. 281.

culo facessit. At<sup>1</sup> pudica uxor statim cœnas Saliarēs<sup>g</sup> comparat. Vina pretiosa defæcat,<sup>2h</sup> pulmenta recentia tucetis<sup>i</sup> temperat, mensa largiter instructa. Denique, ut Dei cujusdam adventus, sic expectatur<sup>3</sup> adulteri. Nam et opportune<sup>4</sup> maritus foris apud Naccam<sup>5</sup> proximum cœnitabat. Ergo igitur meridie propinquante, helcio tandem absolutus,<sup>6</sup> refectuique secure redditus, non tam hercules laboris libertate<sup>7</sup> gratulabar, quam quod revelatis luminibus, libere jam,<sup>8</sup> cunctas facinorosæ mulieris artes pro-

*præterea se redituram vespere, abit ex cubiculo. Uxor vero illa casta continuo apparat epulas lautissimas, purgat facibus generosa vina, intermiscet pulmenta recentia tucetis, mensam copiosissimis cibis onerans. Uno verbo, expectatur accessus mæchi, tanquam alicujus Dei. Commode enim maritus foris cœnabat apud vicinum fullonem. Appetente ergo jam meridie, ego tandem solutus vinculo tractorio, et tranquille adnotus cibo, certe non tam gaudebam, quod essem solutus ab opere, quam quod oculis discoopertis possem jam libere aspicere omnes dolos scelestæ mu-*

\*\*\*\*\*

Oud.—1 Fux. Ac. Id.—2 D'Orv. vitiose deferat, Par. Guelf. pr. desecat. Mox Mss. multi *tucetis*: ac largitur Guelf. pr. Id.—3 *Ut Dei cujusdam, sic adventus exp.* Rescripsi cum Edd. Elmenh. et Scriv. *Dei cuj. adventus, sic exp.* auctoribus Mss. Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. utroque, Palat. Sed abest sic a D'Orvill. et rectius, ut opinor. Id.—4 Non comparet τδ et in D'Orvill. Vulcanius allevit margini *peropportune*. Id.—5 *Apud nactam.* Fux. a. *vaccam.* Ald. vero, *Naccam.* Roaldus. *Naccam.* Plerique e vulgatis, *Nacam*, tamquam nomen proprium. Venet. *nactam.* Ms. *vaccam.* Bas. 1. *nomina.* Festus: 'Naccæ appellantur vulgo fullones, ut ait Curiatius: quod nauci non sint, id est, nullius pretii.' Persius: 'Non pudet ad morem discincti vivere naccæ.' Sed eadem fere hic Beroaldus. Tum scriptum exemplar, *proximus.* Colvius. Bert. Venet. et Rom. *nactam p.* Aldus, *nacam p.* Sed nihil mutandum. Vide Indicem. Elmenh. B. *apud vicinum proximum cœnitabat.* Recte tamen Colvius *naccam* retinet; et explicat ex Festo, fullonem. Sic paulo post lego, *contubernalis mei fullonis uxor.* Putcan.—6 Oxon. Guelf. sec. *obsoletus.* Oud.—7 *Vulg. libertatem.* Colv. Sive gaudebam præ libertate. Vide Pric. ad l. III. p. 49. 'Gaudii nimietate gratulari.' Et Mss. O. habent *Ablativum*, excepto Pithæano. Sed Editi ante Colvium expresserunt *Accusativum*, qui si in manu exaratis superesset, non spernerem. Potuit enim casus variare Auctor. Nam et cum Genitivo construxit l. VII. p. 150. 'Seræ vindictæ gratulabar.' Oud.—8 *Liber etiam.* Valde probo Fulvii conjecturam; *libere jam cunctas*, &c. Sciopp. in Symb. Fulvius; *libere jam c.* Elmenh. Ante

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Cœnas Saliarēs*] Vide Not. lib. IV. pag. 289.

<sup>h</sup> *Vina pretiosa defæcat*] Defæcabantur vina per saccum transmittendo. Unde 'saccare' pro, percolare, et defæcare. Martial. 'Cæcuba saccetur, quæque annus coxit Opi-

mi.' Saccus ille in turbinis modum acuminatus erat. Colum. 'Saccus inversæ metæ similis, qualis est, quo vinum liquatur.'

<sup>i</sup> *Tucetis*] Tuceta hic videntur accipi pro condimentis. Vide lib. II. Not. pag. 125.

spectare poteram. Sol ipsum quidem<sup>9</sup> delapsus Oceanum subterrenas<sup>1</sup> orbis plagas illuminabat: et ecce, nequissimæ anus adhærens lateri temerarius adulter adventat: puer admodum, et adhuc<sup>2</sup> lubrico genarum splendore conspicuus, adhuc<sup>3</sup> adulteros<sup>k</sup> ipse delectans. Hunc, multis<sup>4</sup> admodum saviis exceptum, mulier cœnam jubet paratam<sup>5</sup> accumbere. Sed, ut primum occursoriam<sup>6</sup> potionem<sup>l</sup> et

*licris. Jam Sol quidem depressus infra mare illustrabat inferiores terræ partes, cum audax ille machus advenit affixus lateri vetulæ pessimæ, ipse valde juvenis, et adhuc spectabilis lævi nitore genarum \* \* \*. Mulier excipit eum plurimis basiis, et jubet accumbere epulis instructis. At, cum juvenis inci-*

//////////

Fulvium libere jam optime extat in Ed. Junt. post. quomodo ediderunt quoque Wower. Pric. Flor. In ceteris et Mss. *liber etiam*. Mox *cuncta* Pith. *Oud.*—9 Edd. ante Colv. *quidem ipsum*. Id.—1 Guelf. pr. *superterrenas*, D'Orv. *subterraneas*: et statim *illuminat* cum Fux. in quo *orbis partes vel plagas*. Id.—2 Forte, ut supra, *exadhuc*. Brant. Quo nihil ineptius. Eleganter in Epigr. *ἔτι χρυσάνθος ἰούλου, Δευόμενος*. De quo adi J. P. D'Orvillium meum ad Charit. l. 1. c. 2. *Oud.*—3 *Adhuc*. Ms. et *adhuc*. Colv. Et hic ita forte bene. *Brant*. Pal. quoque et Guelf. sec. et *adhuc*, D'Orv. *adhec*. Reg. Fux. *delectat*. *Oud.*—4 Idem, *multum*. Colv. Item Fux. Guelf. sec. Pal. in quo et *sabii*. In Edd. ante Bas. sec. *admodum m.* D'Orv. *sabiis*. Edd. Colv. *Scriv. suaviis*. Alibi dixi de hisce. *Exceptis* Pith. *Oud.*—5 *Cœna parata*. Fux. *cœnam paratam*, et Ald. *Roald*. Necnon Mss. O. et Edd. præter Beroald. et Bas. nisi quod in Guelf. pr. sit *cœna*. Ablativus est contra genium Auctoris. Adi ad l. v. p. 91. 'Lectum accubans.'—6 *Accursoriam*. Fux. *occursoriam*. Aldus vero, *antecursoriam*: recte. Antecursoriam enim potionem dixit, quomodo supra Glossæ Philoxeni, Meraca, *γευστῆς*: antecœnia, quod idem est cum gustatione antiquorum, de qua ad Arbitrum aliquando, fors fuit, plenius et planius. *Roald*. *Antecursoriam*. Emendatio hæc Beroaldi est. Vulgati veteres, *accursoriam*. Ms. u. p. post *occursoriam p.* Recte putem appellari *antecursoriam potionem*, quæ Gnstatio aliis dicta. Hæc erat potio in principio mensæ. Petronius: 'Jussi ergo discumbimus: et, gustatione mirifica initiati, vino etiam Falerno inundamur.' Item: 'Allata est gustatio valde lenta: nam jam omnes discubuerant, præter ipsum Trimalcionem.' Sed videndus Lipsius *Antiquar. Lection. l. iii. Colv. Antecursoriam*. Hanc lectionem concinnavit nobis Beroaldus, quam postea alii receperunt. Cod. Pal. et alii libri antiqui, *occursoriam*, vere et ex more prisco. Diog. Laërt. in Menedemo. *Wower*. Vulgati Vett. *accursoriam*. Manuscr. post *occursoriam potionem*, forte ut *occursoria potio* sit, quæ ab occurrentibus et excipientibus præbebatur, ut 'adventoria cœna' apud Martialem. Colvius tamen vulgatam explicat. *Brant*. *Occursoriam*. Sic Flor. et Palat. Rom. et Venet. *accursoriam*. Aldus *antecursoriam*. Male. *Occursoriam potionem* dicit potionem primam; nam

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Adhuc adulteros, &c.]* Cui Toren-  
tium proverbium congrueret, 'Tute  
lepus es, et pulpamentum quæris.'  
*Beroald.*

<sup>l</sup> *Occursoriam potionem]* Athenæo

*Delph. et Var. Clas.*

*πρόπομα*, Petronio gustationem, et  
promulsidem. Scilicet ante cibum  
omnem circumferbatur phiala, ex  
qua omnes hauriebant.

*Apul.*

inchoatum gustum extremis labiis contingebat <sup>7</sup> adolescens; multo celerius opinione rediens, maritus adventat. Tunc uxor egregia, diras devotiones in eum deprecata, et crurum ei fragium obominata,<sup>m</sup> <sup>8</sup> [193] exsanguis formidine trepidantem adulterum alveo ligneo, quo frumenta confusa purgari<sup>9</sup> consueverant, temere propter jacenti <sup>1</sup> suppositum, abscondit; ingenitaque astutia dissimulato tanto flagitio, intrepidum <sup>2</sup> mentita vultum, percontatur de marito, cur utique <sup>3</sup> contubernalis arctissimi deserta <sup>4</sup> cœnula præmaturus affo-

*peret tangere extremitate labiorum poculum, quod in primo occurso propinatur, et cibum prægustatorium; maritus advenit, revertens longe citius, quam putabant. Tunc præclara illa conjux devovens eum omnibus diris, et imprecata ipsi fractionem crurum, abdit mæchum tremantem pallido metu, ponens eum sub alveo ligneo, quo frumenta permixta aliis seminibus solebant expurgari, qui tum forte jacebat prope: tantoque scelere nativa sua calliditate dissimulato, facie sic conformata quasi nihil timeret, quærit a marito, quam tandem ob causam venisset præpropere*

//////////

ante omnem cibum circumferebatur phiala, ex qua omnes bauriebant. Petronius gustationem et promulsidem vocat. Athenæus πρόπομα. Laërtius Menedæno pag. 102. τὸ περιεργόμενον ποτήριον οὐ μείζον ἢν κοτυλαίου. Vide Casauboni Animadvers. lib. II. c. 17. fol. 73. Elmenh. Non dubitandum amplius est de lectione *occursoriam*, quam præter laudatos ab interpretibus Codd. ostentant etiam Oxon. Pith. Guelf. ambo, Par. D'Orvill. et Junt. post. bene a Wower. aliisque in textum recepta, et defensa a Colvio in Notis ad Sidon. Apoll. Carm. v. 234. Vulcan. Ed. sec. male post etiam admisit. *Petitionem* Pith. Oud.—7 *Contingebat*. Sic Ms. Vulgo vulgari more, *contingebat*. Semper Veteres, tagere, contingere, attigere. Plautus Bacchidibus: 'Si attigas eum manu.' Colv. In Coll. Voss. est *gestum*. Pricæus mallet *gustulum*, ut certe alibi loquitur Auctor. Dein *contingebat* cum Colvio edidit Vulcan. Ed. sec. et sic videtur esse in Flor. Reg. Fux. Guelf. sec. Sed in ceteris Mss. et Edd. sic *contingebat*. Quod præfero præ incerto illo archaismo; de quo vide ad Cæs. I. II. B. Civ. c. 1. Oud.—8 *Crurum ejus fragium obominata*. Mira locutio, *crurum fragium*. *Crurifragium* fortasse scripsit. Glossæ prisca: Σκελοκοπία, *Crurifragium*. Alexander ad Aristotelem, interprete, ut quidam volunt, Corn. Nepote: 'Tunc ego locorum demonstratores, qui nos semper in insidias ducebant pessime, merito crurifragio puniri jussi.' Colv. *F. crurum ei fragium* per mesim, de qua supra. Brant. *Crurum ei fragium*. Rom. et Ald. c. *ejus f.* Colvius *crurifragium*. Elmenh.—9 *Frumenta purgari*. Amplius vulg. *frumenta confusa purgari*. Colv. In vulgatis et Palat. *frumenta confusa purgari*. Bertin. *confrixæ*. Wower. et Sciopp. in Symbola. *Fr. confusa p.* Bert. *f. confrixæ p.* A vulgatis τὸ *confusa* abest. Elmenh.—1 *Perperam* D'Orvill. *superjac.* et Ed. Bas. pr. *superpositum*. Oud.—2 Pith. *intrepido*, et *vultu* Guelf. pr. *Id.*—3 Pith. *itaque*: unde placebat Salmasio *ita*. *Id.*—4 *Relicta*. Ms. *deserta*. Sciopp. in Symbola. *Deserta*. Vulgo, *relicta*. Elmenh. Bene *deserta* reposuit Elmenh. cum seqq. præter Pricæum. Sic enim dant

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Crurum ei fragium obominata*] Adverte 'crurum fragium' duabus vocibus licenter ab Apuleio dictum pro,

crurifragium, una voce, quod apud Plautum frequentissimum est.



ret. At ille dolenti prorsus animo suspirans <sup>5</sup> assidue, Nefarium, inquit, et extremum facinus perditæ fœminæ tolerare nequiens, fuga me <sup>6</sup> proripui. Hem qualis, Dii boni,<sup>7</sup> matrona, quam fida, quamque sobria,<sup>8</sup> turpissimo se dedecore fœdavit! Juro per istam ego sanctam <sup>9</sup> Cererem,<sup>n</sup> me nunc etiam meis oculis de tali muliere minus credere. His instincta <sup>1</sup> verbis mariti, audacissima uxor, noscendæ rei cupiens, non cessat obtundere, totam prorsus a principio fabulam promeret. Nec destitit; donec ejus voluntati succubuit maritus: et sic, ignarus suorum, domus alienæ percenset <sup>2</sup> infortunia: <sup>3</sup> Contubernalis mei fullonis <sup>4</sup> uxor, alioquin <sup>5</sup> servati pudoris, ut videbatur, fœmina, quæ semper <sup>6</sup> secundo rumore<sup>7</sup> gloriosa Larem mariti pudice guber-

*relicta cœna conjunctissimi sodatis. Ille vero mœrenti penitus animo perpetuo suspirans, Cum, inquit, non possem ferre flagitium nefandum et turpissimum corruptissimæ mulieris, an fugi. Proh Superi! qualis erat illa materfamilias! quam fidelis, et quam temperans, quæ tamen maculavit se flagitio fœdissimo! Juro ego per hanc sanctam Cererem, me etiam nunc r. v. fidem habere meis oculis de ejusmodi fœmina. Impudentissima uxor incitata verbis sui mariti, cupiensque rem scire, non desinit eum precibus obtundere, ut narraret totam omnino historiam ab initio. Nec cessavit quoad maritus cessit ejus voluntati. Narratque hoc modo calamitatem domus alienæ, ignorans suas ipsius: Uxor amici mei fullonis, mulier alioquin illicita, ut videbatur, pudicitia, quæ semper superbiens bona fama caste regebat do-*



Flor. D'Orv. Fulv. Fux. Guelf. sec. Oxon. Par. Pal. et Coll. Voss. cum Ed. Junt. post. estque efficacius, quam *relicta*, quod in Mss. et Edd. aliis. *Oud.* —5 D'Orv. *suspirat.* Id.—6 *Abest me* ab Ed. Bas. pr. quod contingit aliquoties, etiam in Mss. Vide ad Snet. Calig. c. 35. 'Ita se proripuit e spectaculis.' Id.—7 *Dii boni.* Unciulis has voces inclusit Scriverius. Id.—8 *Berlin.* cum Edd. Elmenh. *Scriv. quam sobria.* Nec male. Id.—9 D'Orvill. *sanct. ego.* Malim, *Juro per ego istam s.* Sic enim solet cum optimis Apuleius. Vide ad l. iv. p. 84. Id.—1 *Colvianam conjecturam instrictu* firmat D'Orvillianus Cod. Nihilominus male: neque placet *Sopinganum instructa.* Ad ad lib. viii. p. 186. 'Dolore pellicatus uxor instincta.' Id.—2 *Nec destitit; donec, &c. percenset.* Hæc omnia ignorat Ms. *Colv.* Hisce carent etiam Reg. Pal. Oxon. Par. D'Orvill. Fux. Guelf. ambo. *Oudendorpius.* —3 *Infortunium.* Idem, *fortunii.* Colvius. Coll. Voss. Reg. Fux. Pal. Par. D'Orv. Guelf. *infortunii.* Quasi *fabulam infortunii* forent jungenda. Sed male intermedia omiserunt librarii, et scribendum *infortunia.* Præcessit enim 'ignarus suorum.' *Oud.*—4 D'Orvill. hic et infra *fullonis.* Id.—5 *Male* Ed. Floridi, *aliqui.* Id.—6 *Tò semper* non est in Palat. *Elmenh.* Item *abest*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Juro per istam ego sanctam Cererem*] Juramentum pistori congruum. Hoc autem dicit pistor ostendens Cereris statuam aliquam, quam veri-

simile est in pistrino fuisse, vel ostendit ipsum frumentum, aut etiam panem. Hæc enim Cereris nomine sæpius appellatur.

nabat, occulta libidine prorupit<sup>8</sup> in adulterum quempiam. Cumque furtivos<sup>9</sup> amplexus obiret assidue, ipso illo denique momento, quo nos lauti<sup>1</sup> cœnam petebamus, cum eodem illo juvene miscebatur in Venerem. Ergo nostra repente turbata<sup>2</sup> præsentia, subitario ducta<sup>3</sup> consilio, eundem illum subjectum contegit viminea<sup>4</sup> cavea: quæ fustium<sup>o</sup> flexu in erectum aggerata<sup>p</sup> cumulum, lacinias circumdatas,<sup>5</sup> suffusa<sup>6</sup> candido fumo sulfuris,<sup>q</sup> inalbabat. Eoque jam, ut sibi videbatur, tutissime celato, mensam nobiscum secura<sup>7</sup> participat. [194] Interdum<sup>8</sup> acerrimo gra-

*num mariti sui, secreto amore exarsit in quendam mæchum. Cumque continue cum illo juvene clam rem haberet, illo ipso demum puncto temporis, quo nos a balneo ibamus cœnatum, cum eo rem habebat. Turbata igitur nostro subito adventu, capto repentino consilio, abscondit illum ipsum adulterum sub cavea viminea, quæ implexa ex baculis flexis in cumulum erectum, et suffita candido fumo sulfuris inserviebat de albandis panis ipsi circumpositis. Eoque jam optime occultato, ut quidem putabat, accumbit nobiscum mensæ absque ulla sollicitudine. Interim juvenis, haus-*



Coll. Voss. Pal. Guelf. sec. Oxon. uncisque incluserunt Elmenh. et Scriv. *Oud.*—7 Idem, *visore*. Colv. Sed *rumore* germanissimum arbitror. Virgil. viii. *Æneid.* ‘Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.’ Horat. lib. i. Sat. 10. ‘Quæ vos ad cœlum effertis rumore secundo.’ Suevius poëta vetus apud Macrobius lib. vi. ‘Redeunt referuntque petita rumore secundo.’ et alia exempla apud Nonium. E contra ‘adverso rumore’ dixit Sueton. in Tito Vespasiano cap. 6. *Brant.* Adde *Pric.* *Oud.*—8 Pal. *Fux.* Pith. *prorupit.* Id.—9 Idem, *furtivos*. Colv. *Prisca scriptura furtivos*. Facio ego *furtivos* vel *furatros*. *Brant.* *Ridicule. Oud.*—1 *Lauti.* Vulgo, *lauti*. Colvius. *Lauti.* Vulgo, *larati*. Elmenh.—2 Pal. Guelf. uterque, *curvata*. Id.—3 Heinsius citat *adducta*. Sed lib. iv. p. 79. ‘Verecundia ductus.’ Et ita alii quoque. Id.—4 D’Orv. *vimina*. Id.—5 Hæc vulgo non æque bene: *quæ fustium flexu erat in rect. aggreg. cum. laciniisque circumdat. &c.* Colvius. *Fux.* in *erectum aggerata cum.* non omnino male. *Roald.* Bert. *intectum.* Flor. *interetum.* Elmenh. Edd. ante Colv. *laciniisque.* *Oud.*—6 Ms. *suffissa*. Quid si, *suffita*? Colvius. *Palat. suffixa*, *Fulv. suffisa.* Emendabis, *laciniis circumdatas suffitas cand. f. s.* Proprium hæc in se verbum. *Wower.* Ms. *suffisa.* *Sciopp.* in *Symbol.* Alii, *suffusas.* *Wower.* et *Colvius.* *suffita*, non male. *Elmenh.*—7 *Fux. secure p.* *Roaldus.* *Secura participabat.* Vulg. *sec. participat.* Ms. *secure participabat.* Colvius. *Participat.* Al. *participabat.* Elmenh. *Secure* etiam D’Orv. sed contra Auctoris genium. D’Orv. item et Reg. cum Edd. Colv. Merc. Vulc. Wow. *Pric.* habent *participabat.* Alterum historico stylo eleganti convenientius. *Oud.*—8 Hic etiam reposnerat Beroaldus, *Interim.*

#### NOTE

<sup>o</sup> *Fustium*] Virgarum salignarum, aut id genus vitilium.

<sup>p</sup> *Aggerata* [*Aggregata*] Oxon. Ms. referente *Pricæo*, habet *aggerata*, quod melius mea sententia.

<sup>q</sup> *Suffusa candido fumo sulfuris, &c.*] Notum est ope fumi sulfurei permulta inalbari lanæ et serica. Putant *Pric.* et *Wower.* loco *suffusa* reponendum esse *suffita*, ex eo quod *Pli-*

vique<sup>9</sup> odore sulfuris juvenis inescatus,<sup>1</sup> atque obnubilatus,<sup>2</sup> intercluso spiritu, diffluebat: utque est ingenium vivacis metalli,<sup>1</sup> crebras ei sternutationes commovebat. Atque ut primum, e<sup>3</sup> regione mulieris, pone tergum ejus maritus<sup>4</sup> acceperat sonum sternutationis, quod enim<sup>5</sup> putaret ab ea<sup>6</sup> profectum; <sup>7</sup> solito sermone salutem ei fuerat<sup>8</sup> imprecatus, et iterato rursus, et frequentato sæpius; donec, rei nimietate commotus, quod<sup>9</sup> res erat tandem suspica-

*to gravi atque acerrimo odore sulfuris, eoque præfocatus, ac veluti nubilo obvolutus, intercepta anima deficiebat: et acre illud fossile excitabat ei frequentes sternutationes, ut est ejus natura. Et simul ac maritus, qui sedebat ex adverso uxoris, audierat sonum sternutamenti post tergum ipsius, quia scilicet credebatur ab ipsa prodisse; optaverat ei salutem verbis consuetis, cumque iterasset, rursus salutem ei optaverat, crebroque sternutantem eadem salute fuerat sæpius prosecutus: quoad permotus nimia frequentia sternutationum, venit tandem in*

//////////

Colv. Id quod Edd. ad Colvium usque retinuerunt contra Mss. et Edd. pp. Vide Pric. et Comm. ad lib. III. p. 43. *Interca dum* Heins. d. l. [Vid. Var. Lect. ad præcedentia.] quod vix capio. *Oud.*—9 Deest copula Ms. D'Orvill. *Id.*—1 Non audio N. Heinsium, ibidem ad Ovidium conjectantem *infestatus* vel *eneccatus*. Intelligit saturatum odore, quem hians, atque imbibit et quasi devoravit juvenis. Vide Indic. et lib. VII. p. 142. 'Rapinis canes inescatos atque distentos.' *Id.*—2 Palat. *obirabulatus*. *Id.*—3 D'Orvill. a: supra scripto e. Vide ad lib. III. p. 49. 'Tendentes manum e regione lateris.' *Id.*—4 *Murimum* Guelf. pr. *Id.*—5 *Quodam*. Fux. *quod enim*: et Ald. et vere. *Roald*. *Quod enim*: Palat. *quid enim*. Edd. Ber. Bas. I. *Quod cum*, Bas. sec. *Quodam*. Cave ne legas *quod eum*, et vide ad p. 184. 'Quod enim rebar.' *Oud.*—6 *Pone tergum*, &c. ab ea. Hæc inducit Bertinus. *Elmenh.*—7 Guelf. sec. *perfectum*. *Oud.*—8 Palat. Guelf. sec. *fererat ei*. Vide Plin. lib. XXVIII. cap. 2. *Id.*—9 *Quæ*. Scribe ex Palat. *quod*. Wowerius. *Quod*. Vulgo, *quæ*. *Elmenh.* Verissime. Consentiant Mss. Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. Lips. Oxon.

#### NOTÆ

nus dicat 'usum sulfuris ad suffiendas lauas esse efficacem.' Sed, utraque lectio retineatur, sensus planus est; tam enim dicitur 'fumo suffundere,' quam 'sulfure suffire.'

<sup>1</sup> *Vivacis metalli*] Vivax dicitur sulfur a vividis spiritibus, quibus scætet, et facilitate, qua ignem concipit. Metallum porro nomine non modo septem vulgo celebrata metalla intelliguntur, sed ea fere omnia, quæ effodiuntur e terræ venis, puta alumen, vitriolum, sulfur, ceteraque id genus, quæ 'mineralia' vulgo appellant.

Quin et ipsæ venæ fossilium a Plinio, Vitruvio, aliisque 'metalla' vocantur. Sic 'metalla auri,' 'argenti,' 'æris,' 'aluminis,' &c. passim in iis auctoribus reperias.

<sup>2</sup> *Solito sermone salutem ei fuerat imprecatus*] Sternuentes salutare antiquum esse morem cum hic locus probat, tum alia multa ex antiquioribus scriptoribus. Vetus Poëta Ammianus, Epigrammate relato, lib. II. Anthologia: Οὐδὲ λέγει Ζεὺ σῶσον, ἐὰν παρῆ. οὐ γὰρ ἀκούει Τῆς ῥινός, πολλὸν γὰρ τῆς ἀκοῆς ἀπέχει. Id est, 'Neque di-

tur. Et, impulsamensam<sup>1</sup> protinus, remotaque cavea, producit hominem, crebros anhelitus ægre reflantem: <sup>1</sup> inflammatusque indignatione contumeliæ, gladium flagitans, jugulare moriturum<sup>2</sup> gestiebat; ni, respecto<sup>3</sup> communi periculo,<sup>4</sup> vix eum<sup>4</sup> ab impetu furioso cohibuissem: asseverans brevi, absque noxa<sup>5</sup> nostri, suapte inimicum ejus violentia sulfuris periturum. Nec suadela mea, sed ipsius rei necessitate lenitus,<sup>6</sup> quippe jam semivivum<sup>7</sup> illum in proximum deportat<sup>8</sup> angiportum. Tunc uxorem<sup>9</sup> ejus

*suspicionem rei. Repulsaque continuo mensa, et remota cavea educit hominem frequenter anhelantem, et difficulter respirantem: et accensus ira ob tantum opprobrium, gladium poscens, cupiebat interficere ipsum, alias brevi expiraturum; nisi ego considerans commune nostrum periculum, ægre eum impedivissem quominus in eam furiose irrueret, affirmans ei inimicum ejus jamjam moriturum propria vi sulfuris sine nostra culpa. Et mitior factus, non mea suasionem quidem, sed necessitate rei ipsius, defert eum in proximum vicum, erat enim jam-*

//////////

Bert. D'Orv. Par. et Edd. Woweriana posteriores. *Oud.*—1 *Et impulsam, &c* Hæc usque ad *reflantem*, desunt Palat. *Protinus* abest a D'Orvill. *Oud.* *Anhelitus efflantem*] *Reflantem*: Ald. *Roald.* *Reflantem*. Sic Ven. Ald. Ms. Rom. et Beroald. Colon. *efflantem*. Colvius. *Reflantem*. Vulgo, *efflantem*. Elmenh. Non *reflantem*, ut edidit Colvius, quasi pro *re efflantem*, habent illæ Edd. sed *reflantem* cum Beroaldo in Notis, item Mss. Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. Pal. Oxon. Par. D'Orv. et Edd. ceteris, si excipias Rom. Colin. Vulc. Scriv. in quibus est *efflantem*. Auctor tamen *reflare* utitur de vento, qui aliud quid afflat, ut lib. x. p. 233. 'Laciniam ventus reflabat.' Adde Pricæum ad lib. ii. p. 21. 'Signum veste reflatum.' Quare malim *proflantem*, sive, emittentem, ut ait Solin. p. 33. Confer notata ad lib. viii. p. 162. 'Perflavit animam virilem.' *Oud.*—2 *Fulvius mavult: jug. mæchum gest.* Sciopp. in Symbola. Male. Significat certo, vel sic moriturum, licet manu sua eum non interficeret. Adi omnino ad lib. iv. p. 84. 'Pnella moritura.' *Oud.*—3 *Vulg. respectato.* Colvius. Bert. *respectato.* Elmenhorstius. Item Pith. Defendi potest vulgaris, quæ erat ante Colvium, lectio ex notatis ad lib. ii. p. 36. 'Meque respectans.' Sed malim Mss. tantum non omnes, sequi, ut initio hujus libri, 'Respecto subiti periculi turbine.' Lib. x. p. 228. 'Respecto etiam signo, quod obferebatur.' *Oud.*—4 *Gnelf. ambo, eam.* Id.—5 *Ms. atque noxæ.* Colvius. Bert. *n. nostra.* Elmenh. Sed vide ad lib. v. p. 90. 'Fatigationem sui diluit.' *Oud.*—6 *Gnelf. lentus.* Id.—7 *Naturalius dixisset semimortuum.* Quare malim cum Pricæo, *quippem*, ut sæpius Auctor. Vide eum, et Indicem Floridi. In Fux. *jam quippe s. Id.*—8 *Idem Ms. deportatum.* Colvius. D'Orv. *in proximo d.* *Oud.*—9 *Cum uxorem. Tum uxorem:* Ald. vere. *Roald. Tum uxorem.* Vulgo, *Tum ux.* Colvius. Bert. *tamen ux.* Elmenh. *Tamen* edidit Scriverius. *Cum* est in Edd. Vicent. Ber. Bas. *Tum* in Pith. et Edd. ceteris ante Colvium. Sed *tunc* in Mss. reliquis, quantum

#### NOTE

cit Jupiter serva me, si sternuat, ne ipse.

que enim audit Nasum suum, multum enim ab auditu distat.

<sup>1</sup> *Impulsamensa*] Cui accumbebat

<sup>2</sup> *Communi periculo*] Quod fulloni, ut homicidæ, pistori vero, ut homicidii conscio, et participi institisset.

tacite suasi, ac denique persuasi, secederet paululum,<sup>w</sup> ultra<sup>1</sup> limen tabernæ ad quamvis tantisper familiarem sibi mulierem, quoad spatio fervens mariti sedaretur animus: qui tanto calore, tantaque rabie perculsus,<sup>2</sup> non eram dubius, aliquid<sup>x</sup> etiam de se suaque conjuge tristius profecto cogitaret aliud.<sup>3</sup><sup>y</sup> Contubernalis epularum tædio fugatus,<sup>4</sup> Larem reveni meum. Hæc recensente pistore, jamdudum procax et temeraria mulier, verbis execrantibus fullonis illius<sup>5</sup> detestabatur uxorem: illam perfidam, illam impudicam, denique universi sexus grande dedecus; quæ suo pudore postposito,<sup>6</sup> torique genialis calcato fœdere, [195]

*semimortuus. Tunc ego secreto monui ejus conjugem, ac tandem persuasi, ut tantulum discederet extra officinam, seque reciperet in aliquod tempus ad mulierem quandam sibi amicam, donec tempore placaretur ira mariti ejus, quem non dubitabam percitum tanto ardore, tantoque furore aliquid aliud certe meditaturum funestius de se deque sua uxore. Expulsus fastidio convivii amici mei, redii in meam domum. Dum pistor hæc narraret, mulier illa proterva et audax jam diu execrabatur maledictis uxorem illius fullonis: vocans illum infidelem, impuram, postremo magnum probrum totius sui sexus, quæ, neglecta sua pudicitia, et subterhabito nexu thalami jugalis, contaminasset domum mariti turpi-*



scio. Oud.—1 In B. deest *atque*. Putean.—2 Alii, *t. c. percussus*. Ira enim fervor sanguinis est, ut ait Philosophus lib. 1. De Anima cap. 1. *Elmenh. D'Orv. et Bert.* de more *percussus*. Sed adiad p. 514. 'Pavore percussus.' Oud.—3 *Qui, non eram dubius, aliquid, &c. (tristius) pr. cogitaret (aliud)*. Alterum eorum, quæ includenda curavi, rejiciendum autumo; quanquam postremum retineri malim: quod commemorerim, aliud, alter, alienus, aliter, poni pro malo, sequiore, infelici, infansto: qua formula Sallust. dicebat Jugurth. bello: 'Providere, ne quid aliter eveniat.' Itidem 'avem alteram' in auguriis appellatam, quæ utique prospera non esset, tradit Festus: idemque in literas retulit, Nonarum, Idum, Kalendarum posteros dies nuptiis alienos, id est, minus faustos habitos, et Pontificum decreto atros judicatos. Consulendi eadem de re Gell. Macrobius, et Plutarch. in Quæst. Apuleius lib. 1. 'Dejerantes, sese neque ei manus ammolituros: et, si qui cogitarent aliud, salutare laturos auxilium.' Item viri alii bonis opponuntur apud Arnobium lib. VII. *Steech. Ms. erat. Idem, tristiam. Colvins. Flor. et Bertin. erat dubius. Elmenh.*—4 Oxon. Lips. *fatigatus*. Oud.—5 Fux. *illius f.* Id.—6 Oxon.

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Secederet paululum, &c.*] *Hiulca* est hæc oratio. Reformat Pricæns, translato *atque* in alium locum, et addito in fine *diverteret*, et legit: *secederet paululum ultra limen tabernæ, atque ad quamvis tantisper familiarem sibi mulierem diverteret, quoad, &c.* quam ego lectionem in interpreta-

tione expressi.

<sup>x</sup> *Non eram dubius, aliquid, &c.*] Inter has voces *dubius*, et *aliquid* omnino interserendum est *quæ*, quod etiam Casaubonus censuit esse faciendum.

<sup>y</sup> *Aliud*] Hæc vox *aliud* videtur abundare.

Larem mariti lupanari<sup>7</sup> maculasset infamia; jamque per-  
dita nuptæ dignitate, prostitutæ sibi nomen asciverit.<sup>8</sup> Ad-  
debat, et<sup>9</sup> tales oportere vivas exuri<sup>1</sup> fœminas. Et tamen,<sup>2</sup>  
taciti vulneris, et suæ sordidæ conscientiæ commonita, quo<sup>3</sup>  
maturius stupratorem suum tegminis cruciatu liberaret,  
identidem suadebat, maritum temporis quieti decedere.<sup>4</sup>  
At ille, utpote intercepta cœna, profugerat prorsus jejunos,  
mensam potius<sup>5</sup> comiter postulabat. Apponebat ei pro-  
pere,<sup>6</sup> quamvis invita, mulier. Quippini?<sup>7</sup> destinata<sup>8</sup>.  
alii.<sup>2</sup> Sed mihi penitus carpebantur<sup>9</sup> præcordia, et præ-  
cedens facinus et<sup>1</sup> præsentem deterrimæ fœminæ constan-

*tudine meretricia; jamque sibi comparasset nomen meretricis, amisso honore mar-  
trifamilias. Dicebat insuper ejusmodi mulieres viras esse crenandas. Et ta-  
men sibi conscia secreta plagæ, et contaminatæ conscientiæ, ut adulterum suum  
citius liberaret molestia operculi, subinde hortabatur maritum, ut iret cubitum  
maturius. Ille vero blande petebat, ut sibi mensa apponeretur, quippe qui au-  
fugerat plane incænatus, eo quod periisset sibi cœna apud fullonem. Uxor ap-  
ponebat ei cito mensam, sed invita: quidni? cum eum præparasset alteri. At  
mihi intime lacerabantur viscera, dum recogitarem et præcedens flagitium, et*

~~~~~

Palat. non agnoscunt hoc participium. Sed vide Pricæum. *Id.*—7 In iis-  
dem et Guelf. utroque est *lupanaris*. Sed consule notas ad l. iv. p. 69. ‘for-  
tunas populares.’ *Id.*—8 *Prostitutæ notam asciverit*. Vulgatum ante, *nomen*.  
Colvius, Bert. et Flor. *nomen a. quod probo*. Elmenh.—9 *Abest et a Cod.*  
D’Orv. *Ond.*—1 *Oxen*. Guelf. pr. D’Orv. *aduri*. *Id.*—2 *Ms. et la.* Colv.—3  
Pal. Guelf. pr. *que*. D’Orv. Fux. et Inc. *stipratorem*. *Ond.*—4 *Temporius*  
*quieti recedere*. Fux. *temperius*. Sed male. Ἀρχαῖος. ‘Tempori,’ ‘temporius’  
utique apud Plantum. *Ms.* etiam *decedere*. Roaldus. *Idem*, *tempris*: al. *tem-  
porius*. Editum ante, *temperius*. Sed Glossæ H. Stephani: *Temporius*,  
*ἐνωπότερον*. Colv. *Manusc. decedere*. Sciopp. in *Symbola*. *Temporius q. dece-  
dere*. Bert. *tempori q. decedere*. Aldus, *t. q. recedere*. Elmenh.—5 *Poni*. Fux.  
*mensam potius c. p.* Forte verum, ut supra: ‘Promerent potius cantharum.’  
Roald. *Ms. mensam potius*. Bona hæc emendatio Philippi. Colv. Pal. Bert.  
Rom. et Flor. *m. potius comiter p.* Elmenh. Hinc *Modius* utrumque sen-  
*tius poni* admittendum conjecerat. Sed, quamvis *poni mensam* optima et pro-  
pria hac in re sit locutio, cui respondet seq. ‘Apponebat ei properere,’ et  
Auctor ita dixerit alibi, et l. x. p. 222. ‘Mensa posita ferenla jussit apponi,’  
præstat hic *Mss.* omnes et *Edd.* Beroaldo priores sequi, ut bene judicavit  
Pricæus: *potius mensam postulabat*, scil. sibi poni, quam quieti decedere. Sic,  
‘postulo’ absque infinitivo l. ii. p. 41. ut legendum: ‘Bibones solita risui  
postulant.’ Apud Sueton. passim, postulare missionem, veniam, abolitio-  
nem, gladiatores, &c. Mox: ‘Id hora jam postulante.’ Dein in Oxon.  
Guelf. pr. *communiter*. *Ond.*—6 D’Orv. *quippe*, Pith. *prope*. *Id.*—7 *Ms.* In-  
cert. *quidni?* *Id.*—8 D’Orv. *destinata*. *Id.*—9 D’Orv. *carpebantur*. *Id.*—1 *Ac.*  
D’Orv. Fux. Guelf. Coll. Voss. *Ed. Junt. post. et.* Quod malo. *Ad pr.* Pith.

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Destinata* alii] Nempe adultero, qui sub alveo latebat.

tiam cogitanti: mecumque sedulo deliberabam, si quo modo possem,<sup>2</sup> detectis ac<sup>3</sup> revelatis fraudibus, auxilium meo præbere<sup>4</sup> domino: illumque, qui ad instar<sup>5</sup> testudinis alveum succubabat, depulso tegmine, cunctis palam facere. Sic herili contumelia me<sup>6</sup> cruciatum, tandem cœlestis respexit<sup>7</sup> providentia. Nam senex claudus, cui nostra tutela permissa fuerat, universa nos jumenta,<sup>8</sup> id hora jam postulante, ad lacum<sup>9</sup> proximum bibendi causa gregatim prominabat.<sup>1</sup> <sup>a</sup> Quæ res optatissimam<sup>2</sup> mihi vindictæ subministravit occasionem. Namque prætergrediens,<sup>3</sup> obser-

*præsentem audaciam nequissimæ mulieris: et serio consultabam apud me un possem aliquo pacto opem ferre meo hero discooperiendo, ac patfaciendo dolos, et disjecto operculo, omnibus manifestare illum, qui jacebat sub alveo in motum testudinis. Dum sic opprobrium domini mei me angeret, tandem Deorum providentia me respexit. Senex enim claudus, cujus curæ fuerat commissa nostra custodia, agebat nos omnia jumenta agminatim ad proximum stagnum, bibendi causa, cum jam tempus id posceret. Quod mihi præbuit commodissimam occasionem ultionis. Nam inter transcundum adverto extremos digitos mæchi, qui*

//////////

*Id.—2* Lego: mecum quoque sed. delib. si quo modo poss. Colv. Citra necessitatem et elegantiam. Sed forsán voluit Colvius scribi, quoquo modo possem. Vide Pric. *Oud.*—*3* D'Orvill. atque. *Id.*—*4* Vulg. perhibere. Colvius. Mss. omnes, perhibere. Elmenhorstius. Præbere cum Lipsiano et Edd. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. dat D'Orvillianus. Sed consule notata ad l. vi. p. 129. 'Præsidium perhibebimus.' *Oud.*—*5* Instar. Ms. ad instar. Colv. Neque aliter Flor. Bert. Oxon. Pal. D'Orv. Pith. Fux. Guelf. et Edd. Elm. ac Scriv. Verissime. Ad ad l. i. p. 19. 'Ad instar solitudinis.' *Oud.*—*6* Abest me a D'Orvill. hand inelegeranter. *Id.*—*7* Fux. prosp. *Id.*—*8* Idem, universarios: al. univēsa nos. Colvius. Pal. universarios et hora. Elmenh. Universarios Guelf. sec. *Oud.*—*9* Ad locum. Fux. adlatum p. Ald. vero ad lacum, optime. Roald. Nemo est, quin corrigendum videat, ad lacum. Woverius. B. M. ad lacum. Pnteanus. Ad lacum. Vulgo, ad locum. Elmenh. Typothetarum frequentissimum errorem, in Edd. Beroaldi et Bas. commissum, prave secuti erant Colv. Vulc. Merc. quem et librarii passim commiserunt, uti hic Oxon. Gruterus jam etiam monuerat ad lacum esse rescribendum. In Regio, Palat. Guelf. allatum. *Oud.*—*1* Idem Ms. prominabat. Vide supra. Cole. Palat. quoque, Fux. Guelf. D'Orv. prave prominabat. Vide ad l. vii. 'Pecna cominantes.' *Oud.*—*2* Opportunissimam. Vulg. optatissimam. Colvius. Rom. et Bert. aptatissimam. Elmenhorstius. Colvium secuti sunt reliqui, præter Scriverium, et in notis Pricæum, vindicantes optatissimam, quod servant etiam Mss. Fux. Pith. D'Orv. aliique, et scopo Apuleii est convenientius. Vide Pricæum ad l. ii. p. 24. 'Habes exoptatam occasionem.' Guelf. pr. opportunissima. In Pith. subministrabat. *Oud.*—*3* Guelf. pr. prætergrediens.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Prominabat] De hac voce jam egi, lib. vii. pag. 453.

vatos extremos adulteri digitos,<sup>4</sup> qui per angustias cavi tegminis prominebant, obliquata atque infesta ungula compressos,<sup>5</sup> usque ad summam minutiam<sup>6</sup> contero;<sup>7</sup> donec intolerabili dolore commotus, sublato flebili clamore, repulsoque et abjecto alveo,<sup>8</sup> conspectui profano<sup>9</sup> redditus,<sup>b</sup> scenam<sup>1</sup> propudiosæ mulieris patefecit. Nec tamen pistor damno pudicitiae magnopere<sup>2</sup> commotus, exsanguis pallore trepidantem puerum, [196] serena fronte et propitiata facie commulcens,<sup>3</sup> incipit: Nihil triste de me tibi,<sup>4</sup> fili, metuas. Non sum barbarus,<sup>5</sup> nec agresti morum squalore præditus: nec ad exemplum naccinæ truculentiae,<sup>c</sup> sulfuris

*extabant per angustias cavi operculi, eosque premens inflexa, atque acuta ungula, comminuo ad maximam usque attenuationem; quoad percitus dolore intolerando, emisit querulum clamorem, remotoque, et disjecto alveo productus in conspectum omniium, revelavit fabulam probrosæ mulieris. Pistor tamen non valde turbatus iactura pudicitiae suæ uxoris, sic incipit delinire serena fronte et pacato vultu juvenem trementem, et pallentem, veluti exsanguis esset: Nihil a me tibi timeas funestum, fili, non sum barbarus, neque rusticis, neque asperis moribus, neque te interficiam mortifero vapore sulfuris, exemplo crudelitatis fulloniæ; ac*

//////////

Id.—4 Ita concinnius Palat. Fux. Pith. et D'Orvill. præ vulgato, *dig. adult.* —5 Coll. Voss. *oppressos*. Supra pro *cavi* in Palat. et Guelf. sec. *tani* vel *tavi*, Guelf. pr. *havi*. Intelligo autem *pedum* adulteri digitos; etiamsi non clare dicat; sed sensus eos flagitat. Sic Quintil. l. II. Inst. c. 3. 'Statura breves in digitos eriguntur.' Ovid. l. VIII. Met. 398. 'Institerat digitis, primos suspensus in artus.' Oud.—6 *Tò summam* delet Bert. *Elmenh.*—7 Pal. *conterto*, Oxon. a m. pr. *contorto*, Guelf. ambo, *contecto*. Oud.—8 *Et non agnoscent Guelferb.* In Pal. Oxon. D'Orv. *repulsoque objecto alveo*. Nec male. *Repulit alveum, qui sibi fuerat objectus.* Id.—9 Forte, *proscenio*, aut *in proscenio*. Soping. D'Orv. *profario*. Oud.—1 *Cænam*. Fux. *scenam* et Ald. et notavit Beroald. Melius. Nihil enim noster Lucius magis amat, quam id verbum, quod omnibus fere locis posuit. Quod exemplis non indiget. Passim occurrunt. *Roald.* Nulli Mss. habent *cænam*, nec etiam Edd. præter primas, et ipsam Beroaldi ac Bas. pr. Idem error erat p. 187.—2 Guelf. pr. *magno opere*. Id.—3 Palat. Guelf. sec. *commulcens*. Id.—4 Florent. *nil*. A D'Orvill. *abest tibi*. Id.—5 Oxon. Guelf. pr. *nec s. b.* Dein *morum* abest a Pith. daute

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Conspectui profano redditus*] Lepide dictum, quasi adulter ille sacrum quid fuisset, quod oculis hominum, ac præsertim mariti, utpote profanis, nefas esset exhiberi. Alludit ad Orgia Bacchi, et mysteria Eleusinæ Cereris, quæ cistis con-

data subtraherentur profanorum conspectui, ne eorum visu polluerentur.

<sup>c</sup> *Naccinæ truculentiae*] Hæc est lectio Ms. Florent. et Aldinæ editionis. 'Naccina truculentia' est truculentia naccæ, hoc est, fullonis, de quo supra. Alii reponunt *machinæ*



te letali fumo<sup>6</sup> necabo;<sup>7</sup> ac ne juris<sup>8</sup> quidem severitate lege de adulteriis<sup>d</sup> ad discrimen vocabo capitis tam venustum<sup>9</sup> tamque pulcellum puellum: <sup>1</sup> sed plane cum uxore mea partiario<sup>2</sup> tractabo. Nec erciscundæ<sup>3</sup> familiæ, sed communi dividundo<sup>4</sup> formula dimicabo: <sup>5</sup> ut, sine ulla controversia vel dissensione, tribus nobis<sup>6</sup> in uno<sup>7</sup> conveniat<sup>8</sup> lectulo. Nam et ipse semper cum mea conjuge tam concorditer vixi, ut, ex secta<sup>9</sup> prudentium,<sup>e</sup> eadem nobis ambobus placerent.<sup>1</sup> Sed nec æquitas ipsa patitur,<sup>2</sup> habere plus auctoritatis uxorem quam maritum. Talis sermonis blanditiæ<sup>3</sup> cavillatum, deducebat ad torum nolentem puerum, sequentem<sup>4</sup> tamen: et pudicissima illa uxore altrorsus disclusa,<sup>5</sup> solus ipse cum puero cubans, gratissima

*ne adducam quidem te tam lepidum, atque bellulum puerum in periculum capitis, ex rigore juris, secundum Legem de adulteriis. \* \* \* \* Ego enim semper vixi cum uxore mea adco unanimiter, ut, secundum Philosophorum doctrinam, eadem nobis ambobus placerent. Verum justitia ipsa non sinit uxorem habere plus auctoritatis, quam maritum, \* \* \* \* Verum statim atque splendidus*



*perditus. Id.—6 Palat. Guelf. sec. letami. A Fux. abest te. Id.—7 Guelf. pr. vocabo. Id.—8 Pro juris in Pith. Guelf. pr. est viri. Id.—9 Guelf. sec. nam, pr. vetustum. Id.—1 Atque pulcellum puellum. Repone ex Ms. tamque pulc. Colv. Tò puellum non est in Bertino. Elmenh. In Flor. Guelf. ni fallunt excerpta, et Edd. O. usque ad Wower. est frigide atque, pro tamque. Oud.—2 Reg. Fux. partiaria. Male. L. D'Orleans ad Tacit. l. xii. Ann. p. 652. legit partiario jure. Sed vide ad l. viii. p. 463. Id.—3 Edd. aliquot cum plurimis Mss. hercisc. D'Orv. Guelf. hircisc. Vide ad l. vi. p. 129. Id.—4 D'Orv. Edd. Vic. Ber. Bas. dividendo, Guelf. pr. dimittenda, Oxon. dividenda. Prave. Id.—5 Ms. (Urs.) dimidiabo. Scioppius in Symbola.—6 Pith. nobis tribus. Oud.—7 Desunt Guelf. pr. Id.—8 Pal. Oxon. conveniant. Id.—9 Pal. exceta. Id.—1 Guelf. pr. vobis placeret. Id.—2 Pith. patietur. Id.—3 Sic rescripsi ex codice scripto, et notavi etiam supra lib. v. p. 106. Colv. In solis Edd. Bas. est blanditia. Oud.—4 Perperam in iisdem Edd. est sequente. Id.—5 Altrorsus disclusa. Fux. altrorsus discussa. Roald. Ms. discola. Al. discussa. Colv. Legendum ex Ms. altrorsus. Sciopp. in Symbola. Legerim disclusa a clodo. Brant. Recte Wower. et seqq. altrorsus receperunt, quod et Mss. mei dant pro altrorsus. Et ita atrinsecus, non alterinsecus. Tum Oxon. disclusa, Reg. Fux. D'Orv. discussa. Verum discludere sic dixit l. i. p. 12. et optimi quique. Adi Cer-*

#### NOTÆ

*truculentæ, alii mæchæ, sed frustra. Augusto lata, de qua jam lib. vi. pag. 414.*

<sup>e</sup> *Ex secta prudentium] Sententia,*

<sup>d</sup> *Lege de adulteriis] Julia Lege ab placito.*

corruptarum nuptiarum vindicta perfruebatur. Sed cum primum rota Solis lucida diem peperit, vocatis duobus e familia validissimis, quam altissime sublato puero, ferula<sup>f</sup> nates ejus obverberans: Tu autem, inquit, tam mollis ac tener,<sup>6</sup> et admodum puer, defraudatis<sup>7</sup> amatoribus ætatis tuæ flore, mulieres appetis: atque eas<sup>8</sup> liberas, et connubia lege sociata<sup>9</sup> corrumpis, et intempestivum tibi nomen adulteri vindicas? His, et pluribus verbis compellatum, et insuper aflatim plagis castigatum, forinsecus abjicit. At ille adulterorum omnium fortissimus,<sup>1</sup> insperata potitus

*currus Solis diem fecit, accersitis duobus robustissimis servis, elato altissime puero, percutiens ferula ejus clunes: Tu vero, ait, cum sis tam delicatus ac mollis, et valde juvenis, \* \* concupiscis mulieres in flore tuæ ætatis, easque ingenuas, et conjugali fœdere conjunctas constupraris, et tibi adsciscis præpropere nomen mæchi? Postquam eum objurgavit his verbis, multisque aliis, et præterea punivit permultis ictibus, eicit eum foras. Ille vero constantissimus mæchorum omnium, præter spem suam incolumis. \* \* \* \* dolens prori-*



dam ad Virgil. Ecl. vi. 35. 'Discindere Nerea ponto.' Oud.—6 Palat. et tener. Id.—7 Ed. Ald. defraudatis. Id.—8 Atque eas, &c. Male hæc exulant ab Oxon. Guelf. ntroque, Pal. Par. et temere Floridus contra Mss. et Edd. O. dedit easque. In Pith. est eum. Id.—9 Liberas et connubia lege sociatas. Fnx. et c. l. sociata. Forte, et connubii lege sociatas. Roaldus. Idem Ms. sociata et rō corrumpis non agnoscit. Colvius. Sunt qui legant, neque eas liberas, sed connubia lege soc. Sed nihil immutandum. Wowerius. Ms. atque eas libans. Scioppius in Symbola. Non ceperunt hujus loci elegantiam interpretum plerique. Certe non intellexit Gruterus, qui lib. vii. Susp. c. 1. suspicabatur legendum esse, neque eas liberas, sed c. l. sociatas. Quasi per liberas designasset Auctor fœminas, conjugali vinculo non copulatas. Nihil minus. Ingenuas significat, in quibus peccare per adulterium plus esse criminis, quam in ancillis, libertinis et togatis, quis tandem nescit? Tales vero intelligi patet e seqq. connubia lege sociata. Sic enim legendum esse recte vidit Floridus: ac sociata firmant præter Lips. et Fnx. etiam Regius, Pith. ac D'Orvill. et Edd. primæ, Beroald. ac Bas. pr. Adjectivum 'connubius,' non est Latinum. Matronas justis nuptiis et legitimo conjugio vinctas dicit. Exaturatur in Regio leges. Deest etiam corrumpis in D'Orvill. Pith. Sed male. Distinguendus autem hoc modo est locus: mulieres appetis, atque eas liberas; et connubia lege sociata corrumpis. Oud.—1 Ms. et Bas. i. Emendat Beroaldus, formosissimus. Colvius. Alii, formosissimus. Elmenhorstius. Sic edidere ex

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Ferula] Fruticis genus est, Græcis *νάρθηξ*.

<sup>8</sup> Connubia lege sociata [sociatas] Fortasse connubii scriptum fuit, nisi dicas adjectivum esse connubia pro

connubiali. Malim ego interpungere post liberas, et legere connubia lege sociata corrumpis. Sic enim lib. iv. de Cupidine dicit, 'et omnium matrimonia corrumpens.'

salute, tamen nates candidas illas noctu diuque <sup>2</sup> diruptus,<sup>3</sup> mœrens <sup>4</sup> profugit. Nec secius <sup>5</sup> pistor [197] ille nuntium remisit <sup>6</sup> uxori, eamque protinus de sua proturbavit domo.<sup>7</sup> At illa, præter genuinam nequitiam, contumelia etiam, quamvis justa,<sup>8</sup> tamen altius commota atque exasperata, ad armillum revertit,<sup>h 9</sup> et ad familiares fœminarum artes accenditur: <sup>1</sup> magna que cura requisitam veratricem <sup>2</sup> quandam fœminam, quæ devotionibus ac maleficiis quidvis efficere posse credebatur,<sup>3</sup> multis exorat precibus, multis-

*puit se. Nihil tamen minus ille pistor repudiavit uxorem suam, eamque statim eiecit ex aedibus suis. Illa vero præter multitiā sibi innatam, instigata adhuc, atque exacerbata profundius contumelia hac sibi illata quamvis merito, redit ad ingenium, et inflammatur ad tentandos solitos mulierum dolos, et summo studio quærit quandam mulierem fruululentam, quæ existimabatur posse omnia efficere incantationibus ac veneficiis, eamque obsecrat multis precibus, et*



Beroaldi conjectura Juntæ, Ald. et Colin. *Fortis* vero et *strenuus* bonum Veneris militi officium. Vide Pric. ad l. II. p. 27. At hic loci elegantissime εἰρωνικῶς sumsit Auctor, ut paulo ante 'pudicissima mulier,' et millies. *Oud.* —2 D'Orv. Edd. Junt. Aldi, *n. dieque*. Contra in Mss. aliquot de Mundo p. 742. *nocte diuque*. Hinc enim *interdiu*. Vide omnino Falsteri Supplem. L. Lat. v. 'diu.' *Id.*—3 Idem, *diruptu*. Colvius. Groslotius coniecit, *diruptas mœrens*. Frustra. *Oud.*—4 D'Orv. Guelf. sec. *in herens*. *Id.*—5 Pith. *secius*, vel *sequius*. *Id.*—6 Pal. Guelf. sec. *vinctum*. Guelf. pr. *remixit*, D'Orv. *misit*. Male. *Id.*—7 *Proturbavit domo*. Hoc malui, quam *porturbavit*. Membranae, *pturb*. Colv. Sic Stewech. et Colv. legi voluerunt: cum in omn. libris esset *perturbavit*. Vide Susp. Lect. II. Ep. 14. ubi *perturbavit* assero ex Cicero, Cæsare, Valerio Max. *Scioppius in Symbola*.—8 Palat. *juxta*.—9 Pal. et Flor. *ad arm. revertitur*. Elmenhorstius. D'Orv. *armillum*, al. *armile*. Vide ad l. VI. p. 123. 'Ad armile redit.' In Regio, item Fux. Guelf. D'Orv. et Coll. Voss. est *revertitur*: quod idcirco reposui. Nulla causa est, cur hic præteritum prætulisset Auctor. Creberrima vero eorum est confusio. Vide Drak. ad Liv. l. VI. c. 29. Heusing. in Diss. ad Nepot. Them. c. 5. me ad Cæs. l. VII. B. G. c. 5. *Oud.*—1 Legerim potius: *ad fam. fem. artes accingitur*. Sic supra: 'Ad expugnandam domus tenacem disciplinam totis accingitur viribus.' Virgil. 'magicas invitum accingier artes.' *Colv.* Idem censent Pricæus et Wasse. Vide ad l. VIII. p. 153. 'Sceleri accingitur:' et passim Noster aliique. Sed Mss. constanter servant vulgatum; nisi quod in Oxon. sit *attenditur*. *Oud.*—2 *Veteratricem*. Fux. *revertitricem*. Ald. vero *veratricem*, i. divinaeulam, quæ vera se pangere ac profari profitetur: et aliquando id consuevit divinus Scaliger: sed vulgatam tamen lectionem retinuit. *Roald.* Scripta lectio, *veteratricem*. Quorundam e vulgatis, *veratricem*; non male, de maga et saga fœmina. Euniius: 'Satis vates verant a tate in agunda.' *Colv.* Ald. et Scaliger, *veratricem*. Elmenh.—3 Pal. et Bert. *videbatur*. Elmenhor-

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Ad armillum revertit*] Vide Notas lib. VI. pag. 413.

que suffarcinat muneribus,<sup>4</sup> alterum de duobus postulans: vel rursus mitigato conciliari marito;<sup>5</sup> vel, si id nequiverit, certe Larva,<sup>6</sup> vel aliquo<sup>7</sup> diro numine immisso, violenter ejus expugnari spiritum. Tunc saga illa, et divini-potens<sup>k</sup> primis adhuc<sup>8</sup> armis<sup>l</sup> facinorosæ disciplinæ suæ velitatur: et vehementer offensum mariti<sup>9</sup> flectere atque in amorem impellere<sup>1</sup> conatur animum. Quæ res cum ei sequius<sup>2</sup> ac rata fuerat<sup>3</sup> proveniret, indignata numinibus,<sup>m</sup> et præter præmii destinatum compendium,<sup>4</sup> contemtionem<sup>5</sup>

*ouerat multis donis, poscens alterutrum horum duorum, ut scilicet, vel reconcilietur viro suo jam lenito; vel, si id non potuerit, immissa certe Umbra, aut Furia aliqua, vita ipsi per vim eripiatur. Tunc Maga illa, et quæ potestatem habebat in ipsa numina, adhibet initio leniora tantum instrumenta suæ fugitiuæ artis, et animum mariti graviter offensum tentat lenire, atque impellere in amorem. Quod cum ei aliter succederet ac putaverat, irata adversus Deos, et præter constitu-*

//////////

stius. Oxon. a m. pr. Guelf. pr. *credatur*. Oud.—4 Oxon. *multis suffarcinatur mun.* Id.—5 *Conciliari marito* desunt Palatino, Guelf. sec. *Reconciliari* D'Orvill. Sed simplex magis amare videtur Auctor. Vide Indicem. *Conciliari* Fux. Id.—6 Fux. *lantia*. Forte, *Lamia*. Sed improprie. Roald.—7 Palat. *alique*, Guelf. sec. *aliquid*. Oud.—8 Ms. *plus adhuc*. Colvius. *Adhuc* Guelf. pr. Oud.—9 Fux. *maritum*. Roaldus. Sic etiam Reg. Pal. Guelf. Oxon. D'Orv. Coll. Voss. Forsan, quia non attenderunt librarii genitivum pendere a seq. 'animum.' An potius hinc refingendum, *mariti infectere*. Sic certe in Septim. de B. Troj. l. i. c. 19. 'Ubi obstinate renuere vident, nec ulla vi queunt flectere.' Ms. Vossianus habet *infectere*. Virg. Æn. iv. 22. 'Solus hic inflexit sensus, animumque labantem Impulit.' Oud.—1 Codd. Palat. D'Orv. Oxon. Guelf. *compellere*. Non male, præsertim si ante legamus *infectere*. Vide me ad Frontin. l. i. c. 7. § 2. 'In fluminis transitum elephantos compellere.' Sed retrahit Virgilii locus, et respice quoque ad l. x. p. 213. 'ad odium impellebatur.' Id.—2 *Secius*. Fux. *sequens*. Forte, *sequius*. Roaldus. *Sequius*. Vulgo, *secius*. Elmenhorstius. *Sepius* Guelf. pr. *Sequius* diserte est in Florent. Pith. et D'Orv. quam orthographiam cum Elmenh. Scriv. et Flor. prætulit, frequentem in Mss. ut et Edd. nonnullis Apuleii et optimorum scriptorum. Oud.—3 D'Orvill. *ac r. fuerat*. Id.—4 Ms. *et post præmii prædestinatum compendium*. Colvius. In Pal. Fux. Oxon. D'Orvill. *etiam pr. Lege, et jam. Primum pro præmii in Palat. præmium* Guelf. sec.

#### NOTE

<sup>i</sup> *Larva*] Glossæ: *Larva*, *δαμόβιον*, *εἰδωλον*. Ex Manibus, Umbrisque mortuorum quasdam crediderunt Antiqui propter adversa vitæ merita huc illuc errare, terroremque afferre mortalibus, easque 'Larvas' dixere, quas etiam a veneficis incantatrici-bus immitti posse in quorundam hominum exitium crediderunt.

<sup>k</sup> *Et divini-potens*] 'Quæ poterat divina opera facere,' vel, ut verti, 'quæ in ipsos Deos potestatem habebat.'

<sup>l</sup> *Primis adhuc armis, &c.*] Servius ad Æneid. lib. 11. 'Arma sunt instrumenta cujuslibet rei.'

<sup>m</sup> *Indignata numinibus*] Quod scilicet ejus incantationibus non pare-

etiam <sup>n</sup> stimulata,<sup>6</sup> ipsi<sup>7</sup> jam miserrimi mariti incipit imminere capiti, umbramque violenter peremtæ mulieris <sup>o</sup> ad exitium ejus instigare. Sed forsitan lector scrupulosus,<sup>8</sup> reprehendens narratum meum, sic argumentaberis:<sup>9</sup> Unde autem tu astutule asine,<sup>1</sup> intra terminos pistrini contentus,<sup>2</sup> quid secreto, ut affirmas, mulieres gesserint,<sup>3</sup> scire potuisti? Accipe igitur, quemadmodum homo curiosus, jumenti faciem sustinens, cuncta, quæ in perniciem pistoris mei gesta sunt, cognovi. Diem ferme circa mediam, repente intra pistrinum mulier, reatu mira que tristitie deformis,<sup>4</sup>

*tæ mercedis lucrum, quod erat amissura, instigatu etiam contentu sui, cœpit jam oppugnare vitam ipsius infelicissimi mariti, et extimulare ad ejus perniciem Umbram mulieris alicujus per vim interfectæ. Sed fortasse, lector tu nimis accuratus reprehendens meam narrationem, sic argues: Quomodo autem tu, o stolide asine, potuisti scire quid mulieres fecerint secreto, ut tu quidem ais, cum cœrcereris intra fines pistrini? Audi ergo, quo pacto ego curiosus homo, latens sub forma asini, resciri omnia, quæ facta sunt in exitium molitoris mei heri. Circiter meridiem visa est subito in pistrino fœmina deformis gravi mœrore, quasi rea*

//////////

*Oud.*—5 Guelf. *contentione*. Id.—6 Oxon. *simulata*. Id.—7 Bertin. Edd. Elmenh. Scriv. Flor. *ipsius*. Minus bene. Nam et ante de 'ipso marito' agebat. In Guelf. sec. i. *tam misterium m*. Id.—8 Palat. Guelf. sec. *scopulosus*. Id.—9 *Argumentaberis*. Fux. *argumentaberis*. Lege sic. Itaque interpres frustra se torsit in hoc verbo. *Roald*. *Argumentaberis*. Vulgo, *argumentaberis*. Colvius. Active explicare conabatur Beroaldus. Sed Mss. excepto Pith. recte habent *b* cum Edd. Colvio senioribus. *Oud.*—1 *Tu stultule asine*. Vulgo, *astutule asine*. Colvius. *Astutule*. Vulgo, *stultule*. Elmenhorstius. Temere Colvius e Ms. Lipsii rescripsit *stultule*, omnibus tamen eum sequentibus, præter solum Elmenhorstium, qui *astutule* recte revocavit fide Ms. Florent. et Bertin. quibus astipulantur alii. Fux. *astutule*, Pith. *astutule*. Favere τῶ *stultule* quidem videtur Regius, e quo nihil notatum est, et Palat. ac Guelf. sec. in quibus *astultule*. Sed corrupte, ut in Oxon. Guelf. pr. *astulle*. In D'Orv. *astutelle*, deminutivum deminutivi. Vide ad l. vi. p. 127. 'astutulæ anus.' *Oud.*—2 Ibidem, *contactus*. Notavi supra. *Cole*. Bert. *contactus*. Elmenhorstius. *Tectus* D'Orv. *contactus* Lips. Fux. Pith. Guelf. Oxon. Palat. et Edd. ante Colv. male. Vide illum p. 180. 'Intra hospitium contenta.' *Oud.*—3 Bertin. *egerint*. Elmenhorstius. Præferrem id, si alii Codd. addicerent. Quia sequitur 'gesta sunt.' De Indicativo modo 'cognovi' vide ad l. i. p. 19. *Oud.*—4 Vel leg. *stetu*, et mox pro *flebilis* leg. *sutili*, *servili*, vel *reatu* accipe pro habitu et squalore reæ. *Wass*. Posterius est unice verum, junctum malæ conscientie. Ad Thesaurum Fabri. In Ed. Vicent. *tristitia*, D'Orv. et Ed. Junt. post. *tristitia*. Sed vide ad l. iv. p. 82. *Oud.*

#### NOTÆ

rent, neque offensum mariti animum redderet uxori placabilem.

<sup>n</sup> *Contentione etiam, &c.*] Quod se videret contemni a minibus.

<sup>o</sup> *Violenter peremtæ mulieris*] Non

uxoris quidem pistoris, cujus rogatu hæc faciebat, sed alterius cujuspiam mulieris violenta morte paulo ante sublata.

apparuit, flebili centunculo semiamicta, nudis et intectis pedibus, lurore buxco macieque [198] fœdata, et discerptæ comæ semicanæ, sordentes inspersu cineris, pleramque ejus anteventulæ<sup>5</sup> p contagebant faciem. Hæc<sup>6</sup> talis, manu pistori clémenter injecta,<sup>7</sup> quasi quippiam secreto collocutura,<sup>8</sup> in suum cubiculum seducit eum :<sup>9</sup> et adducta fore, quam diutissime demoratur. Sed cum esset jam confectum omne frumentum, quod inter manus opifices tractaverant,<sup>1</sup> necessarioque peti deberet aliud,<sup>2</sup> servuli cubiculum propter astantes<sup>3</sup> dominum vocabant, operique supplementum postulabant. Atque ut illis sæpicule et intervocaliter clamantibus<sup>†</sup> nullus respondit dominus;<sup>4</sup> jam forem<sup>5</sup> pulsare

*esset alicujus criminis, semioperta lugubri palliastro, pedibus nudis, et discalceatis, deturpata pallore exsanguis et macritudine. Et capilli semicani, lacerti, sordidique cinere insperso, propendentes in ejus vultum, contagebant maximam ejus partem. Hæc mulier sic ornata manu prehendit comiter molitorem, et eum segregat in cubiculum ejus, veluti aliquid ipsi dictura secreto: clausaque interius janua, moratur diutissime. Sed cum totum frumentum, quod ministri pistorii præ manibus habuerant, jam esset molitum, et aliud necessario esset poscendum; famuli stantes prope cubiculum nomine ciebant herum suum, et petebant frumentum, quod sumministrarent molis. Cumque herus nullatenus responderet ipsi sæpius et alta voce cientibus; jam tundunt ostium validius: et suspicantes ali-*

//////////

—5 Reg. Fux. Pal. Guelf. ambo, *anæventulæ*, Oxon. *æventulæ*. Vide ad Flor. N. 3. 'Crines ejus remulsis antiis et promulsis caproneis' anteventuli 'et propenduli.' *Id.*—6 Fux. *Hic*, Pith. *Hoc*. *Id.*—7 Ms. *pistoris*. Colvius. Item Oxon. Fux. Gnelf. et Edd. ante Beroaldum. Iuepte. *Quispiam* Guelf. pr. *Oud.*—8 *Idem*, *collocutua*. Colvius. Palat. *collocutum*, Fux. *collocutiva*. *Oud.*—9 Alii, *deducit*. Elmenhorstius. Ms. D'Orv. Fux. *illum*. *Oud.*—1 *Idem*, *opificis*. Colvius. Flor. *opificis*. Elmenhorstius. Item D'Orv. Oxon. Fux. *Tractaverat* D'Orv. Gnelf. pr. *Oud.*—2 *Pro aliud* in Pith. *aliiit*. *Id.*—3 *Abest propter* a Palat. et Coll. Voss. Fux. *Tum astantem* Pith. *Id.*—† *Postulantibus*. Fux. *clamantibus*. Roaldus. *Clamantibus*. Vulgo, *postulantibus*. Colvius. Bert. *postulantibus*. Elmenhorstius. Optime Colvius, et jam ante illum Ed. Junt. post. reposuit *clamantibus*, quod reliqui Codd. servarunt. *Præcessit* 'postulabant.' *Oud.*—4 *Ibidem*, *nullus respondit, domini*. *Comicum*, 'nullus dominus:' ut, 'nullus dixero.' *Colv.* Solus rursus Bertin. et Pith. ostentant illud, quod est in vulgatis ante Colvium, *respondit, domini jam for*. Sed vocaverant dominum: Ideo ille debebat respondere. Et 'nullus respondit' pro 'non,' Nostro est frequens. L. VII. p. 144. 'Nullus tamen desinebat puer.' L. VIII. p. 166. 'An nulli scitis?' L. X. p. 224. in nonnullis: 'nec ulla vesanæ libidini medelam capiens.' *Oud.*—5 *Prave* Pal. Oxon. Pith. Guelf. sec. *fores*. *Id.*

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Anteventulæ*] Hæc vox habetur pronæ, anteventulæ dictæ, quod etiam in Floridis. 'Anteventulæ ante frontem veniant et propendunt,' sunt, quæ et 'antiæ' et 'capite pronæ' nominantur, quasi a capite

validius: et quod diligentissime fuerat<sup>6</sup> oppessulata, majus pejusque<sup>7</sup> aliquid opinantes, nisu<sup>8</sup> valido reducto<sup>9</sup> vel diffracto cardine, tandem patefaciunt<sup>1</sup> aditum. Nec uspiam reperta<sup>2</sup> illa muliere,<sup>3</sup> vident e quodam tigillo constrictum,<sup>4</sup> jamque exanimem<sup>5</sup> pendere dominum. Eumque nodo cervicis absolutum,<sup>6</sup> detractumque, summis planctoribus, summisque lamentationibus,<sup>7</sup> atque ultimo lavacro<sup>9</sup> procurant: peractisque<sup>8</sup> feralibus officiis, frequentique<sup>9</sup> prosequente comitatu, tradunt sepulturæ. Die sequenti filia ejus<sup>r</sup> occurrit<sup>1</sup> e proximo castello,<sup>2</sup> in quod

*quid gravius et deterius, quia fuerat oclusum diligentissime, forti conatu tandem revellunt, aut diffringunt cardinem, et ingressum sibi aperiant. Et nusquam inventa illa muliere, conspiciunt herum alligatum ad quoddam tignum, pendentem, et jam exanimatum. Eumque exsolvant nexu, quo collum ejus erat constrictum, et inde extrahunt, prosquanturque maximis planctibus, summisque ejulatibus, atque suprema ablutione: functique lugubribus officiis, mandant eum humo, magno comitante cætu. Posiero dic, filia ejus ex proximo castello, in*

—6 Exulat a D'Orvill. *Id.*—7 Vulgarii libri, *malum pejusque*. Colvins. Bert. et Rom. *malum p.* Elmenhorstius. Inepte *malum p.* dant Pith. et omnes ante Colv. Adi Pricæum ad p. 200. 'Majus ostentum et quod omnes merito perhorrescerent.' In D'Orvill. est *majus pejus*, unde conjicias, ultimum e glossa natum; sed et ibidem deest *aliquid*. Oud.—8 Oxon. Edd. Junt. pr. Ald. Colin. *nixu*, de more. Ni Guelf. sec. *Id.*—9 *Reducto*. Bert. *distracto*. Elmenhorstius. *Reducto vel diffracto*. Ex vitiosa Elmenhorstii notula deceptus Scriverius Ed. Lugd. *distracto card.* et in Amstel. est *distracto vel diffracto cardine*. Non enim pro *reducto* in Bertin. cod. est *distracto*; sed exhibet ille *reducto vel distracto*. Male. Oud.—1 Vitiosissime Edd. Merc. Wow. et Pricæi præbent *patefecit*. Oud.—2 Guelf. pr. *reparatu*. *Id.*—3 Oxon. *mulier*. *Id.*—4 Palat. Guelf. sec. *agilo*. D'Orvill. *constrictam*. *Id.*—5 Vulgarii libri, *atque exan.* Colvins. Cum editionibus Colviana prioribus *atque male* exhibent Fux. D'Orv. Bert. et Ed. Scriv. Amstel. Idem error et alibi occurrit. Oud.—6 Oxon. Guelf. pr. *absolutum*. *Id.*—7 Abest copula a D'Orvill. *Id.*—8 Neque hic copulam agnoscunt D'Orvill. Edd. Junt. Ald. In Pal. *paratisque*. *Id.*—9 Flor. *frequenti*. Elmenhorstius. Hinc certe istud *que* cum Elmenh. Scriv. Flor. ejeci, auctoritate Codd. Medic. Reg. D'Orv. Pal. Oxon. Fux. Oud.—1 Scribend. *accurrit*, et mox, *pridem denuperat*. Stewechius. Rescribe ex Msto, *accurrit*. Colvins. Ex Pal. *accurrit*. Wowerius. *Accurr.* Alii, *occurrit*. Elmenhorstius. *Accurrit* a Vulcanio Ed. sec. et seqq. est receptum, ut conjecit etiam Sopingins, ac firmatur Ms. Fux. Florentino, et Luc. Nihil minus male. 'Occurrit' est subito advenit, ut statim in Ms. 'occurru familia-rum.' Sic l. ii. p. 38. Occurrit ad latus quidam.' Vide omnino ad Sueton. Calig. c. 26. 'Occurrere togatos.' Eadem confusio Virg. Æn. v. 451. Oud.—2 Abest præpositio a Palat. et Guelf. utroque. *Id.*—3 *In quo pridem*.

## NOTÆ

<sup>9</sup> *Ultimo lavacro*] Ferali lotione et      <sup>r</sup> *Filia ejus*] Quam ex priore uxore unctione, quæ exequias solebat præ-susceperat scilicet. cedere.

pridem<sup>3</sup> denupserat, mœstaque,<sup>4</sup> atque crines pendulos quatiens, et interdum pugnis obtundens ubera. Quæ,<sup>5</sup> nullo quidem domus infortunium<sup>6</sup> nuntiante, cuncta cognoverat; <sup>7</sup> sed ei per quietem obtulit sese flebilis patris sui facies, adhuc<sup>8</sup> nodo revincta<sup>9</sup> cervice: eique<sup>1</sup> totum novercæ scelus aperuit, de adulterio, de maleficio, et quemadmodum larvatus ad Inferos demeasset.<sup>5</sup> Et cum se<sup>2</sup> diutino plangore cruciasset,<sup>3</sup> concursu familiarium<sup>4</sup> cohibita, tandem pausam luctui fecit.<sup>5</sup> [199] Jamque nono die rite completis<sup>1</sup> apud tumulum solemnibus, familiam, supellectilemque, et omnia jumenta ad hereditariam deducit auctio-

*quo jamdudum nupta erat, occurrit tristis, et quassans capillos effusos, pugnisque nonnunquam percussis mamma: quæ quidem resciverat omnia, tametsi nemo ipsi narravisset calamitatem domus; verum ei mœsta sui patris imago obtulerat sese in somnis collo adhuc laqueo ligato, declaraveratque ei universum novercæ ejus crimen, adulterium, incantamentum, et quomodo descendisset ad Inferos a Larva strangulatus. Cumque ipsa se diu vexasset plangendo, tandem coërcita ab amicis undique confluentibus, finem legendi fecit. Jamque parentalibus nono die de more peractis ad ejus sepulcrum, producit servos, vasa, restes, et omnia jumenta ad venditionem*



Vulg. in quod pridie. Colvius. Flor. in quod p. d. Bert. et Rom. in pridie den. Elmenhorstius. — 4 Mœsta, atque. Idem, mœstaque. Colvius. Colvianam emendationem confirmant Mss. O. exceptis Bertin. Pith. et sic jam dedere Juntæ Ed. post. Oud.—5 Edd. ante Beroald. qua. Id.—6 Abest D'Orvill. Id.—7 Pith. Guelf. sec. cognorat, bene. Oxon. cognovit. Id.—8 D'Orv. ad hec. Id.—9 Revincta. Pith. derivincta. Guelf. pr. revicta.—1 Oxon. atque. Id.—2 Alii, Ea cum se. Colvius. Bert. ea cum se. Elmenhorstius. Ea in Ms. Pith. Edd. Vicent. Junt. nrisque, et Aldi. Nec male. Oud.—3 D'Orvill. concussisset.—4 Bert. occursu. Elmenhorstius. Vide paulo ante 'filia occurrit mœsta.' Seriverius hinc edidit *accursu*. Sic et Pric. in Notis, ut p. 203. 'Accurrunt mœsti suppetias.' p. 204. 'Accurrentium familiarium manu.' Prælaet hic vulgatum. Oud.—5 Vulgo, *facere*. Colvius. De hoc Infinitivo vide ad l. vii. p. 138. Sed Mss. et Ed. Junt. post. habent, *fecit*, ut

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Quemadmodum larvatus ad Inferos demeasset*] Quomodo spiritus sibi a Larva expugnatus fuisset. Pricæus huc affert veterem Inscriptionem, quæ sic habet: NEC. LECTU. NEC. LACRYMIS. MISERA. AC. LARVATA. NOSTRA. DEFLEATIS. FUNERA.

<sup>1</sup> *Nono die rite completis, &c.*] Serivius in lib. v. Æneid. exponit morem fuisse apud Veteres, ubi quis ubique fuisset extinctus, ut ad domum suam referretur, octavo die incenderetur,

nono sepeliretur: quo die fiebat sacrificium Novendiale dictum. Celebrabantur quoque nonnunquam eo die Indi in honorem mortuorum Novendiales et ipsi dicti, atque is dies mortis solennia complebat. Donatus, ad Phorm. Terent. Act. i. Scen. i. 'In nuptiis etiam septimus dies instaurationem voti habet, ut in funere nonus dies, quo Parentalia concluduntur.'



nem.<sup>6</sup> Tunc unum Larem<sup>7</sup> varie dispergit venditionis incertæ licentiosa<sup>8</sup> Fortuna. Me denique ipsum<sup>9</sup> pauperculus quidam hortulanus<sup>1</sup> comparat quinquaginta nummis, magno, ut aiebat: sed ut communi labore<sup>2</sup> victum sibi quæreret. Res ipsa mihi poscere videtur, ut hujus quoque servitii mei disciplinam exponam. Matutino me multis oleribus<sup>3</sup> onustum, proximam civitatem deducere consueverat<sup>4</sup> dominus: atque ibi venditoribus<sup>v</sup> tradita mercede,<sup>5</sup> dorsum insidens<sup>6</sup> meum, sic hortum redire.<sup>7</sup> At dum<sup>8</sup> foediens, dum irrigans, ceteroque incurvus labore deservit;<sup>9</sup> ego tantisper otiosus, placita quiete<sup>1</sup> x recreabar. Sed ecce,

*hæreditariam. Tunc temeraria sors fortuitæ auctionis variis modis dissipat bona unius domus. Denique pauper quidam olitor emit me ipsum quinquaginta nummis, choro, ut dicebat: sed ut pararet sibi victum nostro utriusque labore. Ipsa res mihi videtur postulare, ut explicem quoque rationem hujus meæ servitutis. Mane herus meus solebat me ducere in proximam urbem oneratum multis oleribus, ibique tradita sua merce institoribus, redire demum ad suum hortum, insidens meo tergo. Dum autem ipse fodiebat, irrigabat, reliquaque opera rustica curvatus exequabatur; ego aliquantisper indulgens otio, reficiebar placida quiete. Sed ecce annus recur-*

//////////

Colv. et seqq. restituerunt. *Oud.*—6 *Auctionem.* D'Orvill. Pith. Edd. Rom. Vicent. *actionem.* Propria quidem est in jure 'actio hereditaria.' Sed de ea non agit Auctor. Patet e seqq. clare, illum intelligere venditionem propagalam factam hereditariæ suppellectilis, et bonorum mobilium. Guef. pr. e glossa addit *vel emptionem.* Id.—7 D'Orv. *rirum L.* Id.—8 Fux. *licentia.* Id.—9 Exulat ab Oxon. Id.—1 Edd. Junt. Ald. *quidem.* Vicent. *hortolanus.* Ms. D'Orv. *ortolanus,* Pal. *ortulanus.* cum Pith. Fux. Id.—2 Ms. *ut cum comm. lab.* Colvius.—3 Barth. l. xxxiii. Advers. c. 5. *non multis ol.* Ond.—4 Ed. Junt. post. *consuevat.* Id.—5 Alii *merce.* Vid. Not. Var.—6 D'Orv. *male incidens.* Ond.—7 Pal. D'Orv. Pith. Fux. *ut semper, ortum.* Ms. Barthii, ipso probante Advers. lib. xxxiii. cap. 5. *horsum,* ut alludat ad sonum τὸν dorsum: quod non raro facit Apuleius. Sed hic non placet frigidissima illa paronomasia. Oxon. *ad hortum.* Perperam. Centies omittit præpositionem Auctor. Paulo ante, 'civitatem me deducere.' Mox, 'venire viam;' ac l. ii. p. 42. 'hospitium rediremus;' et alibi. *Rediere* Guef. sec. Id.—8 Palat. Pith. Fux. Edd. ante Colv. præter Junt. post. *Ac.* Id.—9 Ms. *incuuus.* Colvius. Oxon. *labor,* sed in marg. *labori.* Optime. Quid Piccartus Peric. Crit. c. 13. voluerit per *desiit,* ut corrigat, non capio. *Oud.*—1 *Tacita quiete.* Fux. *placita q.* ex quo Faber faciebat *placida.* Roaldus. Idem, *placita q.* Colvius *Placita q.* Alii, *tacita.* Elmenhorstius. Vulgatum *tacita* servant Reg. Bert. Sed præter aliorum Codd. *placita* legas quoque in Flor. Oxon. D'Orvill.

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Auctionem*] Fulgentius, de prisco sermone: 'auctio dicitur venditio, quasi quod et ementem augeat, et vendentem.' Auctionem dictam malim ab augendo pretio, quod fit in

subhastationibus et licitationibus.

<sup>w</sup> *Venditoribus*] Propolis, *παλιγκα-πῆλοις*, qui ab ipso emta olera alii vendebant.

<sup>x</sup> *Placita* [*Tacita*] *quiete*] In Mss.

siderum ordinatis ambagibus, per numeros dierum ac mensium<sup>2</sup> remeans annus, post mustulentas autumnii delicias,<sup>3</sup> ad hybernas Capricorni<sup>4</sup> pruinas<sup>5</sup> deflexerat: et assiduus pluviis, nocturnisque rorationibus,<sup>5</sup> sub divo,<sup>6</sup> et intecto conclusus stabulo, continuo discruciar bar frigore:<sup>7</sup> quippe cum meus dominus, præ nimia paupertate ne sibi quidem, nedum mihi, posset stramen aliquod, vel exiguum tegimen parare; sed frondoso casulæ contactus<sup>8</sup> umbraculo degeret. Ad hoc,<sup>9</sup> matutino lutum<sup>1</sup> nimis frigidum, geluque præacuta frusta<sup>2</sup> nudis invadens pedibus, enitebar.<sup>3</sup> ac ne

*rens per numeros dierum ac mensium, certis statisque stellarum circuitibus, descendat ad gelicidia hyemaliu Capricorni, post voluptates vindemiarum Autumnii: at ego vexabar assiduo frigore, ob continuos imbres, roresque nocturnos, sub dio positus, et inclusus stabulo discooperto. Meus enim herus, ob summam suam egestatem, ne sibi quidem poterat, nedum mihi, emere aliquod stramentum, aut parvum tegmen; sed transigebat hyemem contentus tegmine tugurioli ex foliis confecto. Præterea mane multum laborabam incedens pedibus non soleatis super cænum gelidum,*

//////////

Guelf. sec. ut recte ediderunt Elmenh. ac Scriv. quod frustra mutare in *placida* tentant P. Faber, Pricæus, Florid. Wasse; quia sæpissime occurrit 'placida quies.' Immo et firmat Guelf. pr. Hic *placida* melius invenit. Lucio optime placebat quies; quia tunc se non fatigabat, sed recreabatur. Adi N. Heins. ad Ovid. Met. l. 702. Drakenb. ad Sil. l. i. vs. 11. Eadem confusio supra. l. v. p. 88. et l. vi. p. 127. 'placitis gannitibus:' ubi vide. Idem reponendum in Ausonio Epist. xxiv. 9. ex vetustissimo Codice: 'Tam placitum, tam mite jugum.' Oud.—2 Guelf. pr. *atque m.* Id.—3 Pith. *matul.* D'Orv. *auplummi*, Al. *autummi*. Oxon. *delicies*. Id.—4 *Capricornii* Guelf. ambo. Id.—5 D'Orv. *rarationibus*. Id.—6 *Sub dio*, Ber. Ald. *sub divo*. Ms. *sub duo*. Colvins. Pal. Guelf. sec. *sub divio*, Oxon. Pith. Fux. D'Orv. Edd. Vicent. Junt. pr. *s. divo*, ut amant viri docti passim rescribere. Vide ad Suet. Cæs. c. 72. 'Humi ac sub divo cubuerit.' Hor. Od. l. i. 18. 'Sub divum rapiam.' Virg. G. III. 435. 'sub divo carpere somnos. Solin. p. 30. 'si sub divo habeas:' ubi sola Ed. Ald. *dio*. In Ms. tamen Sangerm. Colum. l. vi. c. 3. *sub dio*. et c. 4. in Mss. plerisque. Oud.—7 *Vet. et continuo dis.* addita copula. Colv. Vet. Edit. addita copula, et cont. Non male scripserit, *ex continuo*. Brantius. Et male inserit Ed. Junt. pr. Oud.—8 *Alii contentus*.—9 D'Orv. Guelf. sec. Oxon. *ad hec*, Pith. *adhuc*. Oud.—1 *Palat.* (a m. pr.) *luto*. Elmenhorstius. Guelf. pr. *lutium*. Oud.—2 *Gelique præacuta saxa*. Pal. *geluque*. Elmenhorstius. Immo *geluque* est vulgaris lectio, *gelumque* in Pal. *gelusque* in Pith. *gelique* Ed. Vulc. sec. Quia nempe Veteribus 'gelus' vel 'gelum' fuit in usu. Ac videtur esse in membranis Florentinis. Sed perperam hic omnino. Non enim 'frusta geli' sunt conjungenda, quasi essent 'glaciei crustæ'; sicut interpretatur Floridus; sed 'frusta præacuta gelu,' i. e. gle-

#### NOTÆ

Codd. Lipsii, et Fuxensi legitur *placida*, unde P. Faber restituit *placida*, recte.

5 *Ad hybernas Capricorni pruinas]*  
Sole enim Capricorni sidus ingrediente, hyems incipit.

suetis saltem cibariis ventrem meum replere<sup>4</sup> poteram. Namque et mihi<sup>5</sup> et ipsi domiao cœna par ac similis, oppido tamen tenuis, aderat:<sup>6</sup> lactucæ veteres et insuaves illæ,<sup>7</sup> quæ seminis enormi<sup>8</sup> senecta, ad instar scoparum<sup>9</sup> in amaram cœnosi succi<sup>2</sup> cariem<sup>1</sup> exolescunt. [200] Nocte quadam paterfamilias, de pago<sup>2</sup> proximo, tenebris illunæ caliginis<sup>3</sup> impeditus, et imbre nimio madefactus,<sup>4</sup> atque ob id ab itinere directo cohibitus,<sup>5</sup> ad hortum<sup>6</sup> nostrum, jam

*et crustas glaciæ præcutus; ac ne solitis quidem cibis poteram implere meum alvum. Mihi enim, ipsique meo hero erat cœna eadem et similis, sed valde exilis: nempe lactucæ veteres illæ atque amaræ, quæ vetustate sementescens in enormem proceritatem, instar scoparum, degenerant in amuram putredinem succi lutulenti. Quodam nocte paterfamilias quidam ex proximo pago in errorem actus obscuritate noctis illunis, madensque multa pluvia, et ideo aberrans a recta via, deflexit ad nostrum*

//////////

bas asperas frigore glaciali, et luti frusta dura. Quod patet e Luciano t. II. p. 611. Ἀνυπόδητος πηλὸν ὑγρὸν, καὶ πάλιν σκληρὸν καὶ ὄξυν ἐπάτου. Oud.—3 Pal. Oxon. Guelf. ambo, *cutabar*. Id.—4 Pith. *repellere*. Id.—5 Abest et a D'Orv. Id.—6 *Par ac similis oppido, sed tenuis aderat*. Fux. et tamen ad. Roaldus. Scribe, *similis, sed oppido tenuis*. Wowerius. Recte Ms. *ac similis, oppido tamen tenuis*. Sciopp. in Symb. Ex Wowerii placito ipse et seqq. ediderunt. Quod notæ præfixi, erat in Vett. Edd. item Reg. ac Flor. Codd. Sed D'Orv. cum Fux. dat, *similis oppido et tamen tenuis*. Sed verissime Ursini Codici accedunt Palat. Pith. Guelf. uterque, et Oxon. *similis, oppido tamen tenuis*. Oud.—7 Oxon. caret τῶ et, et a m. pr. habet illoque. Id.—8 Oxon. *enormis*. Id.—9 D'Orv. *separum*. Id.—1 Alii *cœnosi succus*. Pal. Oxon. et Guelf. uterque *seariem*. —2 *Qui pago*. Fux. *quidam de pago*. Bene. Roald. *De pago*. Vulg. *qui pago*. Colvins. Flor. *qui me p. pr.* Elmenhorstius. *Qui me p.* exaratur etiam in Bertin. *quidam de p.* Reg. Pal. Oxon. Bene, nisi præcederet modo, *nocte quadam*. Edd. O. ante Colv. cum Pith. *qui pago*. Aliud quid latere videtur. An *equitans e pago?* Mox sequitur, 'jam fesso equo.' Oud.—3 Oxon. *in lumine*. Bertin. Guelf. uterque, *illunæ*. Vide ad l. IV. p. 75. 'Noctis illunæ tempore.' —4 *Imbre n. madescens*. Iidem, *madedactus*. Colvins. Flor. et Bert. *madedactus*. Elmenhorstius. Lectioni *madescens*, quæ comparet in Mss. Lips. Pal. Guelf. sec. et exhibita est a Colv. Vulc. Merc. Wower. et Pric. favet admodum locus Ovidii l. I. Met. vs. 65. *pluvioque madescit ab Austro*. Verum, cum in ceteris Mss. et Edd. sit *madedactus*, id prætuli; quia Auctor nusquam 'madescere,' sed aliquoties 'madedactus' et 'madedacere' adhibet, ut l. X. p. 225. in f. de Habit. Doctr. Plat. p. 587. De mundo p. 735. 'Imbribus etiam madata.' Et alii. Oud.—5 Flor. *abstinere*, male. Elmenh. Bert. *ab hyeme*. Oud.—6 Flor. *ad hortulum*. Elmenhorstius. Adde D'Orv. Fux. Palat. Oxon. Quare recte Elmenh. Scriv. Florid. ita rescripserunt. In ceteris *hortum*. In

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Cœnosi succi* [succus] *Succus* hic genitivus est quarti inclinatus, licentia Veteribus satis familiari. Sic 'Senati' pro 'Senatus:' 'tumulti' pro 'tumultus:' et contra, 'succus'

pro 'succi,' ut hic, 'lectus' pro 'lecti,' ut apud Plant. Amphitr. Act. I. Scen. 3. 'Prius abis, quam lectus ubi cubuisti, concaluit locus.'

fesso equo, devertit,<sup>7</sup> receptusque comiter<sup>8</sup> pro tempore, licet non delicato, necessario tamen quietis subsidio,<sup>9</sup> remunerari benignum hospitem cupiens, promittit<sup>1</sup> ei, de prædiis suis sese daturum et frumenti et olivi aliquid,<sup>2</sup> et amplius duos vini cados. Nec moratus meus dominus,<sup>3</sup> sacculo et utribus<sup>4</sup> vacuis secum apportatis, nudæ spinæ<sup>5</sup> meæ residens, ad sexagesimum stadium<sup>6</sup> a profectionem comparat. Eo<sup>7</sup> jam confecto<sup>8</sup> viæ spatio, pervenimus ad prædictos agros.<sup>9</sup> Ibiq<sup>ue</sup><sup>1</sup> statim meum dominum comis hospes opipari prandio participat. Jamque his in poculis

*hortum, equo jam lasso. Exceptusque benigne quiete, quævis non in molli lecto, tamen necessaria, prout tempus patiebatur, volensque remunerare hospitem ob ejus comitatem, pollicetur ei sese daturum ex suo rure aliquantum frumenti et olei, atque insuper duos cados vini. Meus vero herus non diutius cunctatus proficiscitur ad sexagesimum stadium, insidens meo dorso nudo, afferens secum sacculum et utres inanes. Eo jam itinere peracto, pervenimus ad supra memorata prædiu, atque ibi benignus ille hospes excipit protinus meum herum lauto prandio. His jam vicissim*

//////////

Ms. Pith. horreum. Oud.—7 *Diverterat*. Fux. *dirertit*. Roaldus. *Diverterat*. Vulgo, *divertit*. Elmenhorstius. Scil. Edd. Vulc. Merc. Wower. &c. exhibuerant *divertit*; vel *devertit*, ut habent quoque D'Orv. Guelf. Pal. Oxon. Reg. &c. Sed e Florent. Elmenhorstius et Scriverius soli revocarunt priorum Edd. lectionem *diverterat*. In Pith. *revertatur*. Scribendum vero esse *devertit*, alibi sæpe monitum. Oud.—8 Palat. *comite*, Par. *communiter*, vitiose. Sed certo argumento, *communis* quotiescumque pro *comis* in Mss. reperitur, reperitur autem sæpissime, non tamen ubivis veram esse scripturam. Id.—9 Oxon. Guelf. pr. *qui vitis s.* Id.—1 Pith. *promittens*. Id.—2 B. *olei aliquid*. Puteanus. Item D'Orvill. Oud.—3 Exulat possessivum a Palat. Oxon. Guelf. utroque. Id.—4 Nescio quid sit, quod in Bertin. scriptum est, et *veribus meis vacuis*. Scioppins in Symbola. Copula non est in Oxon. et Guelf. sec. *intribus* Pal. Guelf. sec. *vitreis* Fux. Oud.—5 *Unde spinæ*. Fux. *nude* (et D'Orv.) *sp.* sed lege *nudæ sp.* et habet Ald. Roald. *Unde nihil, nisi typothe-tarum Basil. error est*. Oud.—6 Fux. *gradum*. N. L. Roald. Codex scriptus, *gradum*. Colvius. *S. gradum*. Ita Scaliger, ut Græci βῆμα. Flor. *s. stadium* legit. Elmenh. In Regio etiam exaratur *gradum*: quod expressit Vulc. Ed. sec. Id non capio: βῆμα non est Græcis 'stadium,' sed passus, quinta et vicesima stadii pars. Sed turbarunt hic librarii, ut patet e seqq. Oud.—7 Guelf. pr. *et*. Id.—8 Pith. *consecto*. Id.—9 Fux. *gradus*. Roaldus. Hic enim et D'Orv. ac Reg. dant itidem *gradus*: quia supra non *prædia*, sed *præsidia* scripserant. Pro eo in D'Orv. est *et*. Oud.—1 D'Orv. *ibi*. Id.—2 *Jam his i.*

#### NOTE

<sup>2</sup> *Ad sexagesimum stadium*] Ad vil-lam illius patrisfamilias, quæ ab hor-to olitoris distabat sexaginta stadiis, hoc est, septem milliariibus cum dimi-

dio. Stadium enim viginti quinque passus, seu mavis centum viginti quinque pedes complectitur, estque octava pars milliarii.

mutuis<sup>2</sup> altercantibus,<sup>3</sup> mirabile prorsus evenit<sup>4</sup> ostentum. Una de cetera cohorte<sup>b</sup> gallina, per mediam cursitans aream, clangore<sup>5</sup> genuino, velut ovum parere gestiens, personabat.<sup>6</sup> Eam suus dominus intuens, O bona, inquit, ancilla,<sup>7</sup> et satis fœcunda, quam multo<sup>8</sup> jam tempore quotidianis nos partibus<sup>9</sup> saginasti! nunc etiam cogitas, ut video, gustulum<sup>1</sup> nobis præparare. Et, Heus, inquit, puer, calathum<sup>2</sup> fœtui gallinaceo destinatum, angulo solito collocato.<sup>3</sup> Ita, uti<sup>4</sup> fuerat jussum,<sup>5</sup> procurante puero, gallina consuetæ lecticulæ<sup>6</sup> spreto cubili,<sup>7</sup> ante ipsos pedes do-

*se provocantibus ad bibendum, accidit prodigium omnino stupendum. Gallina una ex reliqua cohorte, discursans per mediam aream, cœdebat nativum clamorem quasi cuperet parere ovum. Dominus ejus eam inspiciens, O bona ancilla, inquit, et inprimis fœcunda, quæ jam diu nos aluisti ovis, quæ quotidie peperisti! nunc etiam, ut video, cogitas de præparando nobis jentaculo. Et, Eko famule, inquit, pone in angulo consueto canistrum destinatum partui gallinarum excipiendo. Dum puer faceret quod sibi erat imperatum, gallina aspernat cubile calathi soliti, ante pedes*



p. m. Vulgo non legitur præpositura *in*, quæ tamen non omittenda. Simile genus loquendi jam sæpius hic nobis restitutum. *Colv.* Bene *Colvius* restituit præpositionem. Accedunt *Mss. Flor. Guelf. Pal. Bert.* Vide ad l. xi. p. 239. 'In ndis ignibus nutriens semina.' Sed præterea pro *jam* rescribendum erat *jamque*, auctoribus *Mss. Bert. Oxon. Pal. Fux. Pith. Guelf. D'Orv.* et *Ed. Junt. post. ac Coll. Voss.* *His* deest *Bert. Oxon. Guelf. Pal. iis Junt. Oud.*—3 *Male Stewech. ad l. ii. p. 21.* *Modius* et *Groslotius* conjecere *alternantibus*. Hoc enim *Nostro* valet τὸ altercari. Vide ibi ad verba, 'sermone altercantur.' *Fux. altricantibus.* *Id.*—4 *D'Orv. venit.* Dein per *mediam* exulant a *Pith.* *Id.*—5 *Al. clamore.*—6 *Ms. ipabat.* *Colvius.* *Lego, pipilabat, aut pipabat.* *Brantius.* Id enim gallinis proprium, teste *Varrone*, hic per *Beroaldum* citato. *Sopingius* e corrupta *Lips. Cod.* lectione conjecit *glocitabat*. Sed in *Fux.* est *parabat*, et ceteri *Mss.* recte retinent *personabat*: quod compositum de eo, qui magnum edit sonitum, sæpius usurpavit *Auctor.* Vide *Indicem. Oud.*—7 *Alii ancilla.*—8 *Quæ multo.* *Fux. quam multo.* *Roaldus.* Bene, per exclamationem. *Oud.*—9 *Edd. ante Colvium. nos quot. Guelferb. partibus.* *Id.*—1 *Guelferb. pr. videas, gust.* *Id.*—2 *Flor. galathum, male. Elmenh.*—3 *Pith. collocatum.* *Oud.*—4 *Fux. jam uti.* *Roaldus.*—5 *Idem Ms. risum.* *Colvius.*—6 *Bert. assuetæ l. Elmenhorstius.* Ac sic edidit *Scriver.* In *D'Orv. lecticæ, male. Laticule Pith. Oud.*—7 *Idem, cubiculi.* *Colvius. Palat. sumpto c. Elmenhorstius.*—8 *Guelf. pr.*

#### NOTE

<sup>b</sup> *De cetera cohorte*] Cohors, et cors septum est, intra quod gallinæ, ceteræque cohortales aves, ut pavones, anseres, atque anates conclusæ pascentur. Vulgo appellamus *Court.*

<sup>c</sup> *Aucilla* [*ancilla*] Bonam ancillam

vocat gallinam, quia quotidianis partibus, ut ait, dominum saginare genus est famulationis. *Elmenhorst.* legit *aucillam* ex *Florentinis* membranæ, et exponit 'avem minorem.'

mini præmaturum, sed magno prorsus<sup>8</sup> futurum scrupulo,<sup>d</sup> prodidit partum. Non enim ovum, quod scimus, illud;<sup>9</sup> sed pinnis et unguibus et oculis et voce<sup>1</sup> etiam perfectum edidit pullum; qui matrem suam continuuo cœpit comitari.<sup>2</sup> Nec eo secius<sup>3</sup> longe majus ostentum,<sup>4</sup> et quod omnes merito perhorrescerent,<sup>5</sup> [201] exoritur.<sup>6</sup> Sub ipsa enim mensa, quæ reliquias prandii gerebat, terra dehiscente imitus,<sup>7</sup> largissimus emicuit fons sanguinis.<sup>8</sup> Hinc resultantes uberrimæ guttæ, mensam cruore perspergunt.<sup>9</sup> Ipsoque illo momento,<sup>1</sup> quo stupore defixi mirantur ac trepidant divina præsentia,<sup>e</sup> concurrunt unus e cella vinaria, nun-

*ipsum domini effudit factum præmaturum, sed futurum magnæ religioni. Nam non peperit ovum cujusmodi norimus, sed pullum instructum plumis, et unguibus, et oculis, atque etiam voce. Qui statim incepit sequi suam matrem. Simili quoque modo oritur prodigium multo majus, et jure reformidandum. Nam terra ab imo se aperiente, sub mensa ipsa, quæ sustinebat residua prandii, uberrimus fons sanguinis erupit. Permultæ guttæ inde resiliences, cruentant mensam. Atque eo ipso instanti temporis, quo omnes attoniti admiratione stupent, et tremunt illa divina por-*



*magnæ pr.* Oud.—9 *Quod scimus illud.* Idem liber hæc non agnoscit. Colv. Hæc verba non agnoscit Palat. Elmenh. Neque habent Fux. Guelf. Reg. Oxon. Pal. Par. et glossam sapiunt; uncinulis inclusa ab Elmenh. et Scriverio. Neque huic pertinent; quæ notavit Pricæus ad l. II. p. 33. Quod sciam, sive certo, vel ni fallor. Sed notissimæ formæ, ovum solitum. Quo Pith. Oud.—1 Palat. voce et oculis. Id.—2 Al. comitare. In Palat. Fux. Guelf. cœpit cont.—3 Pith. secius. Oud.—4 Idem, ostensum. Colvius.—5 *Et quod merito perhorrese.* Fux. et quod omnes m. p. Roaldus. In iisdem libris: *Et quod omnes merito perhorrese.* Wowerius. Ms. merito omnes perhor. Sciopius in Symbola. Merito omnes. Tò omnes additum ex Florent. Elmenh. Et abest Oxon. Quod omnes merito exhibent Mss. tantum non omnes cum Edd. Junt. post. Wow. Pric. Nam merito omnes minus exacte dederunt Elm. Scriv. Flor. In Par. et Guelf. pr. omnes maxime. Oud.—6 Pith. exhorru. Id.—7 Fux. dehiscente. Roaldus Vulgo, terra dehiscens imitus. Ms. terra dehiscente unicus. Imitus, ut radicitus, largitus: quod restituit etiam recte Lipsius in Gellio lib. xvii. Noct. Attic. (cap. 10.) ubi de Ætna: 'atque ille Græcos quidem fontes imitus ignes eructare.' Colv. Bertin. terra dehiscens i. l. emicuit sanguis factus. Elmenhorstius. In Florent. quoque, et Pith. ut in Edd. ante Colvium, dehiscens. Oud.—8 Ms. largissimi. Colvius. Largissime Fux. In eodem ac Pith. Guelf. et Pal. sanguinis fons. Bene. Emanavit in Oxon. et Guelf. pr. e glossa. Vide Lucan. l. v. 71. in curis sec. Oud.—9 Reg. Fux. cr. aspergunt. Id.—1 Male illo deest Bert. ipsaque Guelf.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Magno prorsus futurum scrupulo]*  
Ut cetera omnia, quæ præter naturæ  
ordinem eveniebant.

<sup>e</sup> *Divina præsentia.* Fontem nempe  
illum sanguinis, et pullum repente  
natum.

tians omne vinum,<sup>2</sup> quod olim diffusum fuerat,<sup>f</sup> in omnibus doliis<sup>3</sup> ferventi calore, et prorsus ut igni copioso subdito,<sup>4</sup> rebullire.<sup>5</sup> Visæ etiam interea mustelæ,<sup>6</sup> mortuum serpentem forinsecus mordicus attrahentes. Et de ore pastoritii canis virens exiit<sup>7</sup> ranula; ipsumque canem,<sup>8</sup> qui proximus consistebat, aries appetitum unico morsu strangulavit.<sup>9</sup> Hæc tot ac talia,<sup>1</sup> ingenti pavore domini illius, et familiae totius ad extremum stuporem<sup>2</sup> dejecerunt animos:<sup>3</sup> quid prius, quidve posterius, quid magis, quid minus numinum cœlestium leniendis minis,<sup>4</sup> quot et qualibus procuraretur hostiis.<sup>5</sup> Adhuc omnibus expectatione teterrimæ formidi-

*tenta; occurrit unus ex cella vinaria, nuntians omne vinum, quod pridem fuerat conditum, fervere in omnibus cadis ardenti calore, et perinde ac si largus ignis fuisset suppositus. Interim visæ quoque fuerunt mustelæ dentibus trahentes foras anguem mortuum: et pura ranu viridis exiit ex ore canis pastoralis: et aries irruens in ipsam canem, qui stabat ei proximus, strangulavit eum uno tantum morsu. Tot ac tanta illa prodigia magna formidine consternaverunt animos domini illius, et omnium servorum: ita ut prorsus stuperent, et nescirent quid prius faciendum esset, quid posterius, quid magis valeret, quid minus, ad mitigandam iram Deorum; quot et cujasmodi victimis essent singula expianda. Dum*

//////////

pr. *Id.*—2 *Idem, e e vinum.* Colv.—3 *Exulat a Palat.* *Oud.*—4 *Idem, subito.* Colvius. Non male Ms. *subito* a subeundo. *Brant.*—Immo vero male, licet *subito* exaretur quoque in Palat. Pith. Fux. Guelf. Frequenter occurrit 'subdere ignem.' In D'Orv. Fux. Pith. Edd. Vic. Junt. Ald. *igne*, male. Item in D'Orv. *copiose*, ut notæ præposuit Brantius. *Oud.*—5 *Paræan.* et Guelf. pr. *ebullire.* *Id.*—6 *Vulg. Visa est interea mustela, &c. attrahens.* Colvius. Tò *visæ etiam* delent Pal. et Flor. In Bertino est, *visæ etiam i. mustela attrahens.* Elmenhorstius. Vulgatis in sing. conspirat Pithæan. In Florent. est, *visæ interea mustelæ etiam.* Palat. accedit Lipsiano, si Grntero fides, et reliquis Mss. Mutarunt hoc recentiores librarii, et inde Edd. Pith. Vett. quod putarunt, nam mustelam sufficere uni serpenti trahendo. Sed prodigium hoc videtur significasse exequias ejus viri morituri, et per plures efferendi. *Oud.*—7 *Manuscriptus liber, exiit.* Colvius. Oxon. *exiliret*, Pith. Guelf. *exsiliit.* *Oud.*—8 Non habent copulam Edd. Junt. et Ald. *Id.*—9 *Palat. Fux. Guelf. strangulavit.* *Id.*—1 *Pal. Guelf. sec. toti,* Oxon. Pith. Fux. Guelf. pr. et Edd. ante Colv. excepta Junt. post. *tot et talia.* Mox pro *totius* in Pith. *illius.* *Id.*—2 *Reg. pavorem.* *Id.*—3 Sic idem liber vetus, et in margine. *Al. dejectant.* *Vulg. dejectant.* Colvius. In Pal. Oxon. D'Orv. Pith. Guelf. est quoque *dejectant*, in Regio, Fux. et Inc. *dejectant.* Quid si *dejectarant*? Quo frequentativo etiam Tertullianus usus est. *Oud.*—4 Oxon. Guelf. pr. *mitiis.* Vide, num *idoneum*, vel *aptum, natum*, aut simile exciderit. Dein *qualibet* Guelf. pr. *Id.*—5 *Bert. procurantur.* Elmenhorstius. Sic edidit Scriver. Sed Modius ex eo Cod. excerpit *procurantur.* Pith. *procurant.* *Oud.*

#### NOTE

<sup>f</sup> *Diffusum fuerat*] Diffundi proprie doliis conduntur. Horat. 'Vina bibes vina dicuntur quando defœcata in iterum Tauro diffusa,' &c.

nis torpidis,<sup>6</sup> accurrit quidam servulus,<sup>7</sup> magnas et postremas domino illi fundorum<sup>8</sup> clades annuntians. Namque is<sup>9</sup> adultis jam tribus<sup>1</sup> liberis, doctrina instructis, et verrecundia præditis vivebat gloriosus. His adolescentibus<sup>2</sup> erat cum quodam paupere, modicæ casulæ domino, vetus familiaritas.<sup>3</sup> At enim casulæ parvulæ conterminos magnos et beatos agros possidebat vicinus potens, et dives, et juvenis,<sup>4</sup> et prosapiæ majorum gloria male utens,<sup>5</sup> pollensque factionibus,<sup>h</sup> et cuncta facile faciens in civitate, hostili modo vicini tenuis incursabat pauperiem,<sup>6</sup> pecua trucidando,<sup>7</sup> boves abigendo,<sup>8</sup> fruges adhuc immaturas obtinendo. Jamque [202] tota frugalitate spoliatum,<sup>9</sup> i ipsis

*omnes stupeant suspensi diro pavore, servulus quidam accurrit, nuntians illi domino ingentes atque extremas fundorum calamitates. Is enim vivebat decoratus tribus filiis, jam magnis, instructis scientia, et modestia ornatis. Aliqua necessitudo intercedebat illis juvenibus cum quodam paupere possessore tenuis domunculæ. Vicinus autem potens, et dives, et juvenis, qui male utebatur claritate generis majorum suorum, habebat amplas et uberas agros contiguos tenui illi domunculæ: cumque valeret factionibus, et facile faceret in civitate omnia, quæ vellet, insectabatur egestatem pauperis vicini hostilem in morem, occidendo ejus pecora, abducendo boves, proculcundo segetes antequam maturæ essent, cumque cum*

~~~~~

—6 Quidam e Vulgat. *deterriamæ form.* Colvius. Innuat Basil. Edd. In Oxon. *terrimeæ.* Vide ad l. v. p. 96. In Oxon. Par. male *trepidus.* Quæ varietas etiam in Liv. l. xxii. 53. ‘stupore et miraculo torpidos.’ *Oud.*—7 *Quidam servulus.* Prima voce caret Oxon. *Quidem* Ed. Ber. *Id.*—8 Guelf. pr. Oxon. *fandorum,* supr. *filiorum.* *Id.*—9 D’Orv. *namque ibi.* *Id.*—1 Non compareret τὸ jam in D’Orv. Edd. Ber. Bas. *Id.*—2 Oxon. Guelf. pr. *adolescentulis.* *Id.*—3 Ms. *vera famil.* et al. *verus fam.* Colvius. Item Pal. *Oud.*—4 *Et juvenis factio.* Abest a Ms. *factio.* Videtur enim ex inferioribus desumptum: et abest ab Aldi libro. *Roald.* Typographico errore apparet in sola Ed. Bas. sec. *Oud.*—5 D’Orv. *glorie.* *Id.*—6 *Vicini tenuis inc.* Deest vox prima D’Orv. et Oxon. a m. pr. *Pro tenuis* in Guelf. pr. *thetriis.* *Pauperie* D’Orv. *Id.*—7 τὸ pecua non est in Bertino. *Elmenh.* Uti nec statim boves. In Guelf. pr. Oxon. *pecuda.* Vide ad l. viii. p. 163. ‘Inertissimorum pecudum.’ *Oud.*—8 Guelf. pr. *abitiendo.* In eodem *uidæc.* *Id.*—9 *Totum frugalitate spol.* Bert. *tota fr.* Vide Quintil. *Elmenh.* Irrepsit nescio qui in Ed. Colvii, tacentis certe *totum* pro *tota* sive *omni,* quod habent et Pith. Guelf. pr. Pal. D’Orv. Oxon. et, ut reor, ceteri cum Edd. prioribus, nisi quod a Regio, Fux. absit; in Guelf. sec. *totum,* ni fallunt excerpta. Centies ‘totus’ pro omni Nostro, ut statim ‘totam præsentiam.’ Veget. l. v. c. 8. ‘tota solertia.’ Dein inepte *fra-*

#### NOTÆ

<sup>ε</sup> Is] Paterfamilias.

<sup>h</sup> Pollensque factionibus] In superioribus libris annotavimus factiones proprie dici gladiatorum, atque etiam latronum manus, et turmas quadriga-

riorum cursu in circo contententium. Hic ‘factiones’ magnum clientum numerum, atque etiam ipsas opes divitis illius significant.

<sup>i</sup> Frugalitate spoliatum] ‘Frugali-



etiam glebulis<sup>1</sup> exterminare gestiebat: finiumque inani commota quæstione,<sup>2</sup> terram totam sibi vindicabat.<sup>3</sup> Tunc agrestis, verecundus alioquin, avaritia divitis jam spoliatus, ut suo saltem sepulcro paternum retineret<sup>4</sup> solum,<sup>5</sup> amicos plurimos ad demonstrationem finium, trepidans eximie, corrogarat.<sup>6</sup> Aderant inter alios<sup>7</sup> tres illi fratres, cladibus amici quantum quantum ferentes auxilium. Nec tamen ille vesanus<sup>8</sup> tantillum præsentia multorum civium terrius, vel etiam confusus, licet non rapinis, saltem verbis temperare voluit:<sup>9</sup> sed illis clementer expostulantibus, fervidosque ejus mores blanditiis permulcentibus,<sup>1</sup> repente<sup>2</sup>

*jam omnino privasset messe, cupiebat etiam ejicere ex possessione ipsius agelli: et excitata vana lite de terminis agrorum, totum agrum occupabat ut suum. Tunc ille rusticus, alioqui verecundus, videns se jam spoliatum esse avaritia divitis, ut retineret terram paternam, in qua saltem humaretur, congregaverat cum magna trepidatione permultos amicos, ad declarandos terminos sui agri. Inter ceteros tres illi fratres aderant, præbentes modicam opem calamitatibus amici. Ille tamen furiosus nequaquam terrius, neque etiam confusus præsentia multorum civium, non modo abstinere noluit a rapinis, sed ne a verbis quidem: sed cum illi leniter conquererentur, et conarentur mitigare iracundam ejus indolem lenioribus verbis, ipse statim*

gilitate D'Orvill. Frugalem agrorum rei que rusticæ reditum intelligit Auctor. Pro spoliatum, Guelf. sec. spatiatum, Pal. spatium, Oxon. spoliare. Oud. —1 Oxon. grebulis. Id.—2 Idem, finiumque niorum. Colvius. Palat. finiumque manu commota quæst. Alius Codex, finiumque viarum commota quæst. Wowerius. B. finiumque in eum. Puteanus. Alii, f. et viarum: quod non displicet. Elmenh. Forte, finaliumque causarum. Sic enim p. 201. Ed. Colv. 'Et in causa finali de proprietate soli, immo viæ herciscundæ contententes.' Soping. Atqui 'finium quæstio' est 'causa finalis,' non 'quæstio causarum finalium.' Oxon. etiam a pr. m. et Guelf. ambo habent manu. Sed nihil est mutandum. 'Inanis quæstio' est conficta et fabulosa, ac litis calumniosa fraus, destituta ac nuda vera actione, quæ in re inesse potuisset. Vide ad lib. I. p. 2. 'Inania mentiundo.' Oud.—3 Edd. Vicent. Beroald. renditabat. Al. Vett. de more vendic. Fux. sibi testari. Id.—4 D'Orv. retinere. Id.—5 Guelf. sec. solium. Id.—6 D'Orv. Pith. corrogavit. Id.—7 Pal. Guelf. sec. intra aliquos. Dein illi tres Fux. Id.—8 Oxon. reanus. Id.—9 Nec tamen, &c. noluit. Bertin. voluit. Scioppins Susp. lib. II. 14. et in Symb. Nisi duas negationes Græco et Antiquorum more, de quo vide ad l. v. p. 93. pro una statuamus, sensus omnino requirit voluit. Atque sic exaratur in optimis Florent. Pith. Fux. et D'Orv. item editur in Edd. Rom. Vicent. Ber. ac tacite revocatum est a Wower. et Pricæo, quos secutus sum. Oud.—1 Malim, blanditie, ut p. 196. 'Talis sermonis blanditie cavillatum.' In Oxon. permulcescentibus, Guelf. pr.

## NOTE

tas' hic pro 'frugibus,' et 'frugum messe' sumitur, quemadmodum Catoni 'oleitas' pro 'olivarum perceptione,' cap. 68. 'ubi viudeunia et olei-

tas facta erit.' Columella 'olivitatem' dixit. Alias 'frugalitatis' nomine intelligimus 'temperantiam' et 'parsimoniam.'

suam suorumque<sup>3</sup> carorum salutem<sup>4</sup> quam sanctissime<sup>5</sup> adjurans,<sup>6</sup> asseverat, parvi se pendere tot metatorum præsentiam:<sup>7</sup> denique vicinum illum auriculis per suos servulos sublatum, de casula<sup>8</sup> longissime, statimque projectum iri.<sup>9</sup> Quo dicto, insignis indignatio totos audientium<sup>1</sup> perterritavit animos. Tunc unus e tribus<sup>2</sup> fratribus, incontanter<sup>3</sup> et paulo liberius respondit: Frustra cum suis opibus<sup>4</sup> confisum, tyrannica superbia comminari; cum alioquin pauperes etiam liberali<sup>5</sup> legum<sup>k</sup> præsidio de insolentia locupletium consueverint vindicari.<sup>6</sup> Quod oleum flammæ, quod sulfur incendio, quod flagellum<sup>7</sup> Furiaë,<sup>1</sup> hoc et iste sermo truculentiaë hominis nutrimento fuit.<sup>8</sup> Jamque ad ex-

*jurans perquam sancte per salutem suam, et suorum amicorum, affirmat se parum curare præsentiam tot arbitrorum; ac denique fore ut ille vicinus auribus elatus sursum per suos servulos, ejiceretur longissime ex domuncula, atque hoc quidem e vestigio. Quod cum dixisset, maxima indignatio subiit mentes illorum omnium, qui audierant. Tunc unus ex tribus fratribus respondit sine mora, et paulo liberius, eum frustra fretum suis divitiis, minari superbe instar tyranni; cum alias pauperes soteant etiam vindicari de insolentia divitum auxilio legum, quod patet liberis omnibus hominibus. Quod oleum est flammæ, quod sulfur incendio, quod flagrum in manu Furiaë, hoc illa verba fuerunt feritati hominis, scilicet fomentum. Jamque*

//////////

*permulcentibus. Id.—2 Deest Fux. Id.—3 Ed. Ber. vitiose sororumque. Id.—4 Gneif. pr. salutem carorum. Suspecta vox car. Id.—5 Pith. sanctissimi. Id.—6 Oxon. adjunctis. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Edd. Ber. Bas. causa. Oud.—9 Scribo, stratumque. Brantius. Nemo præterea, cui sanum est incipit. In D'Orv. est. st. projecit inde. Sed male, ut e seqq. apparet. Oud.—1 D'Orv. aud. indignat. totos. Id.—2 Exultat unus ab Edd. Juntinis, Ald. et Ms. Palat. Id.—3 Oxon. Gneif. pr. percuntanter, Pal. Gneif. sec. incunctanter. Id.—4 Operibus Pal. et D'Orv. Id.—5 Liberari Pith. Id.—6 Idem, locupletium. Colvius. Flor. Gneif. pr. locupletum. D'Orv. consueverunt, Oxon. consueverit. Pal. Gneif. ambo, judicari, Pith. ditari. Oud.—7 Gneif. sec. quodque fl. Id.—8 Lips. fuit. Colvius. Sive fuerit, ut in Fux. Oxon. Gneif. pr. hic, et D'Orv. truculenti. Latet quid. Certe, ut nunc se habent verba, vox nutrimento abundat, pro glossemate adjecta. Hoc fuit truculentiaë hominis sermo iste, quod oleum flammæ, &c. scil. nutrimentum, eandem vim habuit. An ergo legendum, truculenti hominis furori? sive omisso verbo, sive addito. Ouden-*

#### NOTE

<sup>k</sup> Cum alioquin pauperes etiam liberali legum, &c.] Apud Ciceronem, lib. III. de Oratore vetus Tragicus: 'Erras, erras, nam exultantem te, et præfidentem tibi Repriment valida legum habenæ, atque Imperii insistent jugo.' Ovid. Fast. III. 'Inde

data leges, ne fortior omnia posset.'

<sup>1</sup> Quod flagellum Furiaë] Furiaë apud Poëtas flagellis armantur. Unde illud Virgilii: 'ultrix accincta flagello Tisiphone.' Hocque illis flagellum, est sævitiaë et furoris irritamentum.

tremam insaniam vecors, suspendium sese et totis illis,<sup>9</sup> et ipsis legibus<sup>m</sup> mandare<sup>t</sup> proclamans, canes pastoritios,<sup>2</sup> villaticos, feros atque immanes, assuetos abjecta per agros esitare<sup>3</sup> cadavera, præterea<sup>4</sup> etiam transeuntium viatorum passivis morsibus alumnatos<sup>n</sup> [203] laxari,<sup>5</sup> atque in eorum exitium inhortatos,<sup>6</sup> immitti præcipit.<sup>7</sup> Qui simul<sup>8</sup> signo solito pastorum<sup>o</sup> incensi atque inflammati sunt, furi-

*insaniens usque ad ultimum furorem, clamans se mittere eos omnes, ipsasque adeo leges ad suspendium, jubet solvi canes pastorales, villaticos, truces, et crudeles solitos vesci cadaveribus projectis per agros, prætereaque nutritos morsibus, quibus passim laniabant viatores transeuntis, imperatque eos instigari hortatibus in illorum perniciem. Qui statim atque accensi, et inflammati sunt consueto signo pastorum,*

//////////

*dorpius.*—9 D'Orvill. Fux. *se et omnibus*; quod natum de interpretatione. *Idem.*—1 Oxon. *mandari*, Guelf. pr. *mandate*, proclamans, canes. *Idem.*—2 Vid. Not. Var.—3 Pith. *abjecta*. D'Orv. *adusta*. Perperam omnino. Vide ad Sueton. Ner. c. 34. et 48. 'Equo odore abjecti in viam cadaveris consternato.' *Oud.* Vulg. *exsiccare*. Exsiccare, sive excicere supra notatum nobis ad lib. VIII. *Colv.* Palat. *essicare*. Recte in Fulv. Cod. *esitare cadavera*. Wowerius. Non enim advertit Colvius flagitium librarii Itali, cui X et S idem sonant. Quod si scivisset, facile animadvertisset legendum, *esitare*, quomodo Fulvianus codex habet. *Sciopp. in Symb.* Ita ex Fulvii libro hunc locum lego. *Flor. exsiccare*. Pal. *essicare*. Elmenhorstius. B. *exsiccare*. Puteanus. Sic et Pith. *Exsiccare* D'Orv. *Esicare* Guelf. pr. *Essicare*. sec. Reg. Fux. *exsiccare*, ut est in Edd. ante Colv. et quasi exsugere medullas. *Exicare* pro excindere, lacerare, cum Colvio dat Oxon. *Essicare* edidit Vule. Ed. sec. quod est nihili. Præfero cum Wowerio et seqq. *esitare*. Passim et imprimis in Codd. Apuleii S abiit in X. Vide ad l. x. p. 221. 'securns esitabam' et *Sciopp.* in *Epist. Corp.* t. II. p. 52. *Oud.*—4 Edd. Junt. Aldi, et *præterea*. *Id.*—5 *Trans. viatorum passibus alumnatos l.* Beroaldus legit, *passim*. Ego vero, *assiduis*. Roaldus.—6 Pal. *hortatos*. *Oud.*—7 Pal. Fux. Pith. Guelf. Oxon. D'Orv. Edd. Vic. Ber. Col. Bas. *præcepit*. *Id.*—8 Oxon. *quod*

#### NOTE

<sup>m</sup> *Suspendium sese, et totis illis, et ipsis legibus, &c.*] Sic Horat. de Arte Poët. vult ut Achilles 'jura neget sibi nata.' 'Suspendium legibus mandare' hic est 'leges nihili facere.' Et id, quod Juvenalis, Satyr. x. ait 'laqueum mandare.' 'Cum fortunæ ipse minaci Mandaret laqueum, medinque ostenderet unguem.'

<sup>n</sup> *Passivis morsibus alumnatos*] Nutritos promiscuis, vel passim impressis morsibus in viatores. Sic lib. vi. 'Discerne seminum istorum passivam congeriem,' hoc est, 'promiscuam.' Absurde hic Colvius legit *un-*

*nutatos*. Omnino legendum est *alumnatos*, passiveque sumendum pro *nutritos*. Idem vocabulum habet lib. vi. sed activa significatione: 'adulescentem istum, quem manibus meis alumnatus sum.' Et lib. VIII. 'quos ad tutelæ præsidia curiose fuerant alumnati.' Sic legimus apud hunc Auctorem plurimis in locis 'mentitus' modo activa, modo passiva significatione, ut mox 'inhortatos' passiva.

<sup>o</sup> *Signo solito pastorum*] Lib. VIII. dixit: 'jubilationibus solitis.'

osa rabie conciti,<sup>9</sup> et latratibus etiam absonis horribiles, eunt in homines: eosque, variis aggressi vulneribus, distrahunt ac lacerant.<sup>1</sup> Nec fugientibus saltem compescunt;<sup>p</sup> sed eo magis<sup>2</sup> irritiores<sup>3</sup> sequuntur. Tunc inter conferatam<sup>4</sup> trepidæ multitudinis stragem, e tribus junior,<sup>5</sup> offenso lapide, atque obtusis<sup>6</sup> digitis, terræ prosternitur: sævisque illis ac ferocissimis<sup>7</sup> canibus instruit nefariam dapem. Protinus enim nacti prædam jacentem, miserum illum adolescentem frustatim<sup>8</sup> discerpunt. Atque, ut ejus letalem ululatum cognovere<sup>9</sup> ceteri fratres, accurrunt mœsti suppetias: obvolutisque lacinia<sup>1</sup> lævis manibus,<sup>2</sup> lapidum crebris jactibus<sup>3</sup> propugnare fratri, atque abigere canes aggrediuntur. Nec tamen eorum ferociam vel conterere,<sup>4</sup> vel

*ruunt in homines perciti rabido furore, atque etiam formidabiles vastis atque inconditis latratibus: et adorti eos dispescunt, et laniant diversis morsibus; neque parcunt eis etiam dum fugiunt, sed eo magis irritati acrius eos insequuntur. Tunc inter densam cædem multitudinis trepide fugientis, minimus natu trium illorum fratrum impacto pede ad lapidem, et allisis digitis, sternitur humi, præbetque nefandas epulas illis crudelibus, ac ferissimis canibus: invenientes enim statim prædam jacentem, diripiunt in frusta infelicem juvenem hoc modo prostratum. Et simul ac reliqui fratres audiverunt clamorem, quem moriendo edebat, accurrunt mœsti ei auxilium: et sinistris manibus palliis obvolutis, tentant defendere suum fratrem, et arcere canes jaciendo multos lapides. Neque tamen potuerunt vel terrefacere, vel*

//////////

*sim. Id.—9 D'Orvill. Fux. labe conc. Id.—1 Pith. distrahunt. sat ac l. et caret mox τῶ nec. Tum Barth. ait ad Calpurn. Ecl. vi. 10. in Veteri sceda legi lancinant. Ad i lib. viii. p. 156. Idem.—2 Tò eo in membranis non est. Colv.—3 Oxon. irritiores. Oud.—4 Membranæ, confectam. Colvius. Vide ad lib. viii. p. 164. Deest Pithæano. Oud.—5 Exulat præpositio a D'Orvill. Id.—6 Guelf. pr. Oxon. obtusis. D'Orv. obtusis. Id.—7 D'Orv. et fer. Fux. atque f. Id.—8 Sic non erat in vulgatis. Colv. Dele τὸ sic ex Flor. Elmenh. Parni Elmenhorstio, auctoribus Mss. Non enim istud sic, quod nulli est usui, temere a Colvio intrusum, agnoscunt Mss. Oxon. Fux. D'Orv. Pith. Guelf. pr. &c. nec Edd. Vett. Frustratim Guelf. sec. Flor. D'Orv. Ed. Vulc. sec. Oud.—9 Fux. agnoscere. Roaldus Agnoscere etiam Flor. Palat. Guelf. D'Orv. Agnoscerunt Oxon. Guelf. pr. Agnoscere jam receperunt Wower. et seqq. Minus bene hoc proscribit Pricæus, quasi semper Apuleius usus esset τῶ cognoscere. Haud enim verum id est. Vide indicem Floridi, et de hac confusione adi ad l. 1. p. 4. 'summe cognitum.' Oud.—1 Fux. ianitia, Guelf. pr. laciniam. Id.—2 Sic recte scriptus Noster. Vulgo, levi manib. Adi Beroaldum. Colv. In Edd. Vic. Junt. Ald. Colin. modo est vitiosum levi. Oud.—3 Oxon. Pith. Guelf. pr. ictibus, creherrima variatione, ut p. seq. 'longo lapidis jactu.' In Pith. etiam lapide. Vide ad Hor. 1. Od. 26. 2. Id.—4 Ferociam conterere. Vulg. conterere. Utrumque ferri potest. Colv. Flor.*

#### NOTE

<sup>p</sup> Compescunt] Repone cum Pri- Compescere est compositum a par- cæo compescunt, sensu ita postulante. cere.

expugnare potuere. Quippe cum miserimus adolescens, ultima voce prolata, vindicarent de pollutissimo divite mortem fratris junioris, illico laniatus interisset. Tunc<sup>5</sup> reliqui fratres, non tam hercules<sup>6</sup> desperata quam ultro neglecta sua salute, contendunt ad divitem: <sup>7</sup> atque, ardentibus animis impetuque vesano, lapidibus crebris in eum velitantur.<sup>8</sup> At ille cruentus, et multis ante flagitiis similibus exercitatus percussor, injecta lancea, duorum alterum per pectus medium transadegit.<sup>9</sup> Nec tamen peremptus ac prorsus exanimatus adolescens ille, terræ concidit.<sup>1</sup> Nam telum transvectum<sup>2</sup> atque ex maxima parte pone tergum elapsus, soloque nisus violentia<sup>3</sup> defixum,<sup>4</sup> rigore librato sus-

*vincere eorum rubiem: infelicissimus enim juvenis laceratus protinus obiit, pronuntiatu his extremis verbis, ut ulciscerentur mortem fratris minimi aduersus impurissimum illum divitem. Tum ceteri ambo fratres, non tam certe desperata, quam sponte contenta vita, adeunt divitem, multosque lapides in eum jaculantur magno animorum ardore, et furioso impetu. At ille cruentus homicida, qui se jam ante exercuerat multis ejusmodi facinoribus, missa hasta confodit alterum amborum per medium pectus. Neque tamen ille juvenis cecidit humi, quamvis interfectus esset, ac prorsus exanimis: lancea enim, quæ trajectory erat, et prominebat post ejus dorsum maxima sui parte, et infixæ fuerat impetu, quo fuerat vibrata, suspensum*



*conterere.* Elmenhorstius. Is cum Scriverio idcirco revocavit editum prius *conterere*, quod servarunt Fux. et Guelf. et prætulit Pricæus; et ego de sua sede imunito dejectum opinor. Significat deminuerè. In D'Orvill. est *contergere*. In Oxon. Guelf. pr. *ferocina*. Ond.—5 *Interiit*. Tunc. Idem, *interiisset*. Tunc. Colvins. *Interiit*. Mss. *interisset*. Elmenhorstius. Bene Elmenh. Scriv. et Flor. restituerunt *interisset*. Quod dant Fux. Pith. Flor. Bert. D'Orv. cum Edd. ante Colv. Flagitat enim id particula *quum*. Quod miror Colvium non advertisse. Ond.—6 Scriptum exemplar, *in hercul*. Colv.—7 Guelf. pr. *ad invicem*. Ond.—8 Bertin. *in eum vindicant*. Scioppius in Symb. *Elm*. Videtur id Sciopp. in Susp. Lect. II. Ep. 14. probare. Sed male. Vide ad l. VII. p. 107. 'Contra me velitari jocos.' Passim autem occurrit 'velitari telis, eminus,' &c. Ond.—9 Quid si *transadiit* scribamus? quomodo in lib. quarto dicitur 'per medium pectus ictu fortissimo transadiit.' Item et lib. VIII. 'bestiam transadiit.' *Stevcech*. Minime gentium hic legendum *transadiit*. Supra notavimus. Colv. Vide ad l. IV. p. 71. VIII. p. 156. Guelf. pr. *transegit*, D'Orv. *transedegit*. Ond.—1 Bert. *cecidit*, Reg. Fux. *conccdit*. Id.—2 Fox, *transjectum*. Roaldus. *Transjectum*. Vulg. *transvectum*. Colvins. Florent. Pal. et Rom. *transvectum*. Elmenhorstius. Colvio et seqq. favent quidem Guelf. Oxon. et D'Orv. cum Inc. Non temere tamen *transvectum*, quod alii retinent Codd. cum Edd. Vett. in id mutatum mallem. Ac bene Scriverium fecisse puto, qui id restituerit. Probat itidem Pricæus. Crebra in his verbis est confusio. Vide ad Luceau. l. IV. 137. Duk. ad Flor. l. IV. 12. 22. Drakenb. ad Sil. Ital. l. IV. 489. et sæpius. *Transactum* Pith. Ond.—3 Palat. Edd. Junt. Ald. Colin. Bas. pr. *nirus*, de more. *Visus* Guelf. pr. *Id*.—4 D'Orv. *defixit*, et mox pro *scario* dat ut *cario*, vitiose. *Id*.—5 Tò

penderat corpus.<sup>5</sup><sup>4</sup> Sed et quidam de servulis [204] procerus et validus, sicario illi<sup>r</sup> ferens auxilium, lapide contorto, tertii illius<sup>6</sup> juvenis dexterum brachium longo jactu<sup>7</sup> petierat. Sed impetu casso per extremos digitos transcurrens lapis, contra omnium opinionem, deciderat innoxius. Nonnullam tamen sagacissimo juveni proventus humanior vindictæ speculam<sup>s</sup> subministravit.<sup>8</sup> Ficta namque manus suæ debilitate, sic<sup>9</sup> crudelissimum juvenem<sup>1</sup><sup>t</sup> compellat: Fruere exitio totius nostræ<sup>2</sup> familiæ, et sanguine trium fratrum insatiabilem tuam crudelitatem<sup>3</sup> pasce, et de pro-

*tenebat corpus sua rigiditate immota. Sed quidam etiam ex servis, altus et robustus, opem ferens illi homicidæ, miserat eminus lapidem magna vi in brachium dextrum illius tertii adolescentis: sed lapis transiens per extremos digitos irritò impetu, ceciderat illaso juvene, præter omnium opinionem. Evcntus tamen ille lenior suppeditavit cullidissimo juveni aliquam spem ultionis. Simulans enim manum suam esse debilitatam illo ictu, sic alloquitur sævissimum divitem: Potire clade totius nostræ familiæ, et pasce tuam inexplebilem crudelitatem cruore trium fratrum, et*

corpus ignorat Bertin. *Elmenh.*—6 Abest Edd. Elm. Scriv. Tum in D'Orv. dextrum. Deest vox in Gueff. pr. *Oud.*—7 Sive *longinquo*. In Oxon. Gueff. pr. minus bene *ictu*. Vide pag. præc. nec melius margini Ed. Junt. post. vir eruditus adlevit *longe*. Gueff. pr. *petiverat*. Id.—8 Gueff. pr. *speculum*. Ed. Junt. pr. *speliacam*. Palat. Gueff. sec. *subministrat*. Id.—9 Pith. *sicut*. Id.—1 *Divitem* lego, non *juvenem*, ut habent pleræque editiones, et hoc discriminandi causa. Præcessit enim ante versiculum nunc vox *juvenis* de fratre tertio. *Florid.* Præcæi conjecturam sibi de more vindicavit Floridus, et in contextum recepit. Malim ego totam vocem abesse. Sic '*juvenem*' intrusam vidimus p. 186. Immo cum in Oxon. codice mox scribatur *fur fruere*, dederat forsân Auctor: *Crudelissimum compellat furem*. Fr. Statim, '*furius latro*.' In D'Orvill. *crudelissimus*, Gueff. pr. *crudelissime*. Certe illa vox *fur* mihi bene advertenda videtur. Nam et ita illum juvenis adloqui potuit. *Oud.*—2 D'Orv. *mea*. Id.—3 *Insatiabilis, tuam crudelitatem p.* In Pal. *insatiabilem tuam crud.* Wowerius. *Insatiabilem*. Vulgo, *insatiabilis*. Elmenhorstius. Recte *insatiabilem*: rescripsere Wower. et seqq. Quod jam inveni in Ed. Junt. post. uti dant quoque Flor. D'Orv. Fux. Pith. Oxon. Gueff. pr.

## NOTÆ

<sup>4</sup> *Rigore librato suspenderat corpus*] Id est: Sustentabat corpus firmitate, et rigiditate sua, qua fiebat ut in neutram partem propenderet magis.

<sup>r</sup> *Sicario illi*] '*Sicarius*' proprie est, qui sica seu pugione ferit. Sed, ut inquit Quintilianus, lib. x. cap. 1.

'Per abusionem sicarios etiam omnes vocamus, qui cædem telo quocumque commiserint.'

<sup>s</sup> *Speculam*] Diminutivum a '*spe.*' Alias '*specula*' locus est editor, ex quo speculantur, quid procul geratur.

stratis<sup>4</sup> tuis civibus gloriose triumphas, dum scias,<sup>5</sup> licet privato<sup>6</sup> suis possessionibus paupere, fines usque et usque proterminaveris, habiturum te tamen<sup>7</sup> vicinum aliquem. Nam hæc etiam dextra,<sup>8</sup> quæ tuum prorsus amputasset caput, iniquitate fati<sup>9</sup> contusa, decidit. Quo sermone alioquin exasperatus furiosus latro, raptò gladio,<sup>1</sup> sua miserrimum juvenem manu perempturus, invadit avidus.<sup>2</sup> Nec tamen sui molliorem provocaverat.<sup>3</sup> Quippe insperato et longe contra ejus opinionem resistens juvenis,<sup>4</sup> complexu fortissimo arripit<sup>5</sup> ejus dexteram: magnoque nisu,<sup>6</sup> ferro librato,<sup>7</sup> multis et crebris ictibus impuram elidit divitis animam; et ut<sup>8</sup> accurrentium etiam familiarium manu se<sup>9</sup> liberaret,

*superbe triumphas de tuis popularibus, quos prostravisti; dummodo scias te habiturum semper aliquem vicinum, quamvis protuleris ulterius atque ulterius terminos agrorum tuorum, spoliando pauperem suis agris. Hæc enim manus mea, quæ plane abscidisset tuum caput, corruit infracta malignitate sortis. Quæ oratione furiosus ille sicarius irritatus, arrepto ense irruit in miserrimum juvenem, interfecturus eum manu propria. Sed non aggressus fuerat debiliorem se. Juvenis enim reluctans contra spem, atque opinionem ejus, apprehendit ejus dextram validissima constrictione, gladioque impacto magno conatu, multis, et frequentibus ictibus extrudit immundum spiritum divitis: utque expediret se etiam ex manibus domesticorum ejus accurrentium, pro-*



aliique. *Oud.*—4 *Et de prostr.* Palat. *idem pr.* Id.—5 Hæc est Pricæi lectio planissima. Frustra aliud hic moliantur Beroaldus et Colvius. *Florid.* Nihil hic molitus est Beroaldus, sed edidit, ut omnes ante Colvium; *triumphatum scias*, cum Ms. Bert. et Pith. Sed in reliquis Mss. et Edd. Colv. Vulc. Merc. Elm. Scriv. *triumphandum*, vel pro more *triumphādū*; unde verissime emendatum est a viro docto ad oram Ed. Vic. Salmasio, ac Lipsio quoque ad marginem sui exemplaris, *triumphas, dum*, id est, ‘dummodo.’ Quod jure merito admisere Wower. Pric. Florid. Nisi malis alia Imperativi forma, *triumphato, dum sc.* Mox *te* male exulat ab Ed. Bas. *pr. Oud.* —6 Guelf. *pr. a m. pr. primo.* Id.—7 Pro *tamen* in D’Orv. *non.* Pith. *iturum pro habit.* Id.—8 Guelf. *sec. in d.* Palat. caret τϕ *etiam.* D’Orv. Edd. Vett. ac Scriv. *dextera.* Id.—9 Oxon. Guelf. *pr. in iniquitate*, ut alibi. *Facti* Palat. *Id.*—1 B. *arrepto gl.* Puteanus. Item D’Orvill. *Oud.*—2 Coll. Voss. *avide.* Vulgatum stylo Auctoris est convenientius. *Id.*—3 *Nec tamen sui m. p.* Hæc desunt membranaceo libro. *Col.* Desunt quoque Reg. Fux. D’Orv. Pal. Oxon. Par. Guelf. Perperam omnino. Sine his enim non constat sibi orationis nexus. *Oud.*—4 D’Orvill. *insistens*, *hand male.* Vide ad p. 186. ‘Insistens jubebat.’ *Id.*—5 *Complexu fortissimo arripuit.* Vulg. *umplexu fortissimo arripit.* Rom. *amplexu.* Elmenhorstius. Omnes ante Colvium Edd. excepta Junt. post. exhibent *ampl.* Sed invitis Mstis, si excipias Pithæanum. *Arripit* vero, quod eadem, et Junt. quoque ostentant, servavit Pith. D’Orvill. Guelf. *pr.* Oxon. Quare id revocavi. *Accipit* Fux. In eodem *dextram.* *Oud.*—6 Oxon. Guelf. *pr.* et Ed. Junt. *pr. nixa.* Guelf. *sec. Pal. risu.* Id.—7 Vid. Not. Var.—8 *Ahest et* a Guelf. et Oxon. *Oud.*—9

confestim adhuc<sup>1</sup> inimici sanguine delibuto mucrone, gulam sibi prorsus exsecuit.<sup>2</sup> Hæc erant, quæ prodigiosa præ-sagiverant ostenta;<sup>3</sup> hæc, quæ miserrimo domino fuerant nuntiata. Nec ullum verbum, ac ne tacitum quidem fletum, tot malis circumventus senex quivit emittere: sed arrepto ferro,<sup>4</sup> quo commodum<sup>5</sup> inter suos epulones caseum atque alias prandii partes dividerat, ipse quoque [205] ad instar infelicissimi sui filii,<sup>6</sup> jugulum sibi multis ictibus contrucidat; quoad super mensam cernulus corruens,<sup>x</sup> portentosi cruoris<sup>y</sup> maculas<sup>7</sup> novi sanguinis<sup>z</sup> fluvio proluit.<sup>8</sup> Ad istum modum, puncto brevissimo, dilapsæ<sup>9</sup> domus fortu-

*tinus secuit sibi omnino guttur gladio adhuc resperso cruore inimici. Ea erant, quæ portentosa prodigia prænuñtiaverant; ea erant, quæ fuerant relata ad infelicissimum dominum. Nec senex, oppressus tot calamitatibus, potuit proferre ullum verbum, ac ne tacite quidem flere; sed capto cultro, quo tunc forte distribuerat inter suos convivas caseum ceterasque dapes prandii, ipse quoque perfodit sibi guttur multis ictibus ad exemplum sui miserrimi filii; donec cadens pronus in mensam, lavit rivo novi cruoris maculas sanguinis illius prodigiosi. Hortulanus ille miseratus sortem illius domus hoc modo destructæ momento temporis, et graviter dolens*



Pal. *se manu*. Id.—1 D'Orv. Guelf. pr. *adhæc*. Id.—2 Ed. Junt. pr. *exercuit*. Pricæus suspectum habet τὸ *prorsus*, conjiciens *præ* vel *proscuit*. Non audio. *Prorsus* valet omnino, neque leviter modo præstrinxit. In verbo 'exsecare' frequens est Auctor. L. iv. p. 74. 'Gulæ, qua cervix bestię fuerat exsecta.' L. vii. p. 148. 'Exsectis genitalibus.' Id.—3 Ms. *prodigiu*. Colvius. D'Orv. *præsagieverant*. Fux. Pith. Guelf. ambo, Pal. Oxon. *præsagaverant*. Pro *ostenta* in Guelf. pr. *obsecta*. Oud.—4 Fux. *erectof*. Id.—5 *Ferro, quod commodum*. Guelf. pr. *ferrum, quo commode*. D'Orv. Fux. *modicum*. Male. Vide supra. Id.—6 Pal. D'Orv. *filii sui*. Mallem τὸ *sui* abesse. Pro *jugulum* in Pith. *jugulari*, Guelf. pr. *jugulam*. Pro *multis* Fux. *multibus*. Id.—7 Fux. *portentuos*, Ald. Roald. *Portentuos*. Alii, *portentosi*. Elmenh. D'Orv. Palat. Flor. Pith. Guelf. Edd. Junt. post. Elm. ac Scriv. præbent *portentuos*. Vitiose, si quid video. Adi ad Sueton. Domit. c. 4. et supra ad l. v. p. 98. 'monstroso mendacio.' In Oxon. *maculis*. Oud.—8 Al. *protulit*.—9 Pricæus

#### NOTE

<sup>w</sup> *Ostenta*] Quæ paulo supra enarravit, pullus, fons sanguinis, &c.

<sup>x</sup> *Cernulus* [*Cernuus*] *corruens*] Sic lego cum Scaligero, non autem *cæruleus*, ut male Colvius. Nonius, cap. 1. 'Cernuus dicitur proprie inclinatus, quasi quod terram cernat. Lucil. Satyr. lib. iii. 'Cernuus extem-

plo plantas convestit honestas.' Virgil. lib. x. 'ejectoque incumbit cernuus armo.'

<sup>y</sup> *Portentosi cruoris*] Qui e terra subito scaturiverat.

<sup>z</sup> *Novi sanguinis*] E suo jugulo erumpentis.



nam hortulanus<sup>1</sup> ille miseratus, suosque casus graviter ingemiscens,<sup>2</sup> depensis pro prandio lacrymis,<sup>2</sup> vacuasque manus complodens<sup>3</sup> sæpicule, protinus inscenso me,<sup>4</sup> retro, quam veneramus, viam capessit.<sup>5</sup> Nec innoxius ei saltem regressus evenit. Nam quidam procerus, et, ut indicabat<sup>6</sup> habitus atque habitudo, miles e legione,<sup>b</sup> factus nobis obvius, superbo atque arroganti<sup>7</sup> sermone percontatur,<sup>8</sup> quorsum vacuum<sup>9</sup> duceret asinum? At meus dominus adhuc<sup>1</sup>

*suam infortunium, persolutis fletibus pro prandio, plaudens sæpius manibus, quas referebat vacuas, conscendit me statim, et revertitur retrorsum, qua veneramus. Neque saltem rediit absque infortunio. Quidam enim altus homo, qui miles erat legionarius, ut habitus ejus et facies ostendebant, cum nobis occurrisset, interrogabat eum verbis superbis atque arrogantibus, quo duceret asinum inanem?*

conjecit collapsæ, ut alibi solet Auctor. Oud.—1 Pal. ortul. D'Orv. ortol. Id.—2 Vid. Not. Var.—3 Guelf. pr. complaudens. Oud.—4 Inscenso me. Fux. inscenso me. Roaldus. Inscenso me. Ita et unus ex Fulvii codicibus. Vulgo legebatur infesso. Rectius Ms. incesso. ἐπικαθίστας. Sciopp. in Symb. Pal. et Rom. incesso me. Sed nihil mutandum. Sequenti pagina, 'hortulanus inscenso me recta festinat ad civitatem.' Elnenh. Incesso correxit Beroaldus pro inepto infesso. Nec male. Vide ad l. viii. p. 165. Sed inscenso me præter alios Codd. hic dant Flor. Oxon. Reg. Lips. Inc. et Edd. Colv. Vulc. &c. insenso D'Orv. l. vi. p. 127. 'Me graviter inscendit.' et sæpe. Vide ad Sueton. Ner. c. 48. 'equum inscendit.' Oud.—5 Idem, venimus. Colvius. Recte: qua vener. ex Pal. Woverius. Hinc ille et seqq. edidere qua. Verum ceteri Codd. servant quam, et nequaquam mutari oportuit. Venire et similia cum accusativo centies construxit Apuleius. Vide ad p. 187. Alii passim, ire viam, iter, &c. Oud.—6 Oxon. indicat. Id.—7 Guelf. sec. arrogante. Id.—8 Percunctatus est. Fux. percunctatur. Roaldus. Sic, vel percontatur Mss. omnes, ut tacite edidit Colv. et seqq. In prioribus percunctatus vel percontatus est, cum Ms. Pith. Oud.—9 Abest a Palat. Id.—1 Fux. at ille adhuc. Roaldus. Ita quoque Guelf. uterque, Reg. Oxon. Pal. Par. at ille a. Puto scribendum: at meus ille: et e glossa additum esse dominus. In D'Orv. pro

## NOTÆ

<sup>a</sup> Suosque casus graviter ingemiscens] Quod amico suo orbatus erat, simulque vino, oleo, quod secum reportaturum se speraverat. Vel (quod Priæus monuit) depravatus est locus, proque suos casus legendum est scævos, aut sævos casus, nimirum collapsæ puncto temporis domus. Quod si sic legas, reponere in interpretatione sinistros, aut crudeles casus, pro his vobis: suum infortunium.

<sup>b</sup> Miles e legione] Milites, teste Ve-

getio, bifariam dividebantur, in legionarios et auxiliares. Legionarii Romani erant: auxiliares externi, qui a sociis vel fœderatis gentibus mittebantur. Miles e legione honoratior longe erat quam auxiliaris. Legionibus enim semper auxilia, tanquam levis armatura, in acie jungebantur: ut in his præliandi magis adminiculum esset, quam principale subsidium.

mœrore permixtus, et alias Latini sermonis <sup>2</sup> ignarus, tacitus præteribat. Nec miles ille familiarem <sup>3</sup> cohibere quivit insolentiam: sed indignatus silentio ejus, ut convicio, <sup>4</sup> vite, quam tenebat, <sup>5</sup> obtundens eum, dorso meo proturbat. <sup>6</sup> Tunc hortulanus supplicie respondit, sermonis ignorantia se, quid ille diceret, scire non posse. Ergo igitur Græce subjiciens miles, <sup>7</sup> Ubi, inquit, ducis <sup>d</sup> asinum istum? <sup>8</sup> Respondit hortulanus, petere se civitatem proximam. <sup>9</sup> Sed mihi, inquit, operæ ejus opus est. <sup>1</sup> Nam de proximo castello sarcinas præsidis nostri cum ceteris jumentis debet advehere. Et, injecta <sup>2</sup> statim manu, loro me, quo duce-

*Sed herus meus, qui adhuc erat perfusus luctu, et aliunde ignorabat linguam Latinam, transibat silens. Neque ille miles potuit continere insolentium sibi familiarem; sed iratus ejus silentio, tanquam contumelia aliqua, dejecit eum ex meo dorso, percutiens sarcinæ vitis, quod habebat in manu. Tunc hortulanus respondit suppliciter, se non posse scire quid ille diceret, ob ignorationem linguæ. Miles igitur resumens orationem Græce: Quoniam (ait) ducis hunc asinum! Respondit olitor, se ire ad proximam civitatem. At ego (ait miles) indigeo ejus opera: oportet enim ut advehat ex vicino castello cum reliquis jumentis sarcinæ nostri præfecti. Et,*

\*\*\*\*\*

more *adhuc*. Oud.—2 Oxon. Guelf. pr. *Latino sermone*: quasi ‘ignarus’ cum sexto etiam casu copuletur, ut ‘peritus’ nonnunquam. *Id.*—3 *Familiare* Guelf. pr. *Id.*—4 Sic Mss. *ὡς ὑπεροπόμενος* Lucianus. Bene igitur ita correctus Beroaldus, qui tamen melius fore conjiciebat, ut *convicio*; cum in prioribus Edd. esset *conficio* vel *conficior*. Sed vide ipsum, et Pric. *Id.*—5 Vid. Not. Var.—6 Al. *perturbat*.—7 *Ægre subjiciens miles*. Fox. *Græce s. m.* elegantissime. Nam qui Latinis non responderat, Græcis postea interrogatus est. Roald. *Græce*. Bene correctum e libro veteri. Vulg. *ægre s.* Res enim ipsa hoc nostrum flagitat. Colv. *Græce* legas, ut debet, in Mss. O. si Pithæannum excipias, uti et jam in Ed. Junt. post. Oud.—8 Deest pronomen Ms. D’Orv. *Id.*—9 Inverso ordine in Pith. et Edd. ante Colv. *Id.*—1 Exulat τὸ ὄπῳ a Palatino, est a Regio. In Mss. aliquot et Beroald. Ed. *opere*, D’Orvill. *opera*: ut legi omnino voluit Sanctius in Minerva. Sed adversatur Celeb. Perizonius, contendens, genitivum recte jungi τῆς ὄπῳ. Eum consule ad lib. iv. c. 15. § 8. Mihi nondum liquet, priori tamen in *opera*. Nil not. e Guelf. *Id.*—2 Abest τὸ *et* a Pal. Oxon. *Id.*—3 Bert. *q. dicebat*,

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Vite, quam tenebat*] Innuere his verbis videtur eum Centurionem fuisse: Centurionum enim proprium gestamen erat vitis, qua peccantes milites castigabant. Hinc ‘Latia vitis’ metonymice apud Poëtas pro Centurionatu. Lucan. Pharsal. lib. vi. ‘Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.’ Juvenalis, Satyr. xiv. ‘Aut vitem posce libello.’ Quamvis

quæ sequuntur satis ostendunt militem hunc fuisse gregarium; sed is fortasse, quod huic hominum generi satis familiare est, muneris, quod non gerebat, insigne usurpaverat, quo majori esset rusticis formidini.

<sup>d</sup> *Ubi, inquit, ducis, &c.*] Adverte ‘ubi’ licenter dictum pro ‘quo,’ ad denotandam fortasse militarem imperitiam.

bar,<sup>3</sup> arreptum, incipit trahere. Sed hortulanus prioris plagæ vulnere prolapsus capite sanguinem detergens,<sup>4</sup> rursus deprecatur civilius atque mansuetius<sup>5</sup> versari commilitonem, idque per spes prosperas<sup>6</sup> ejus orabat adjurans. Nam et hic ipse,<sup>7</sup> aiebat, iners asellus, et nihilominus morbo detestabili caducus,<sup>8</sup> [206] vix etiam<sup>8</sup> paucos olerum manipulos<sup>9</sup> de proximo hortulo solet,<sup>1</sup> anhelitu languido fatigatus, subvehere,<sup>2</sup> nedum ut rebus amplioribus idoneus videatur<sup>3</sup> gerulus. Sed ubi nullis precibus mitigari militem, magisque in suam perniciem advertit efferari,<sup>4</sup> jamque inversa vite<sup>5</sup> de vastiore nodulo<sup>6</sup> cerebrum suum diffin-

*immissa manu, apprehendens me loro, quo ducebar, capit trahere. Verum olitor abstergens sanguinem, qui stillaverat ex capite, propter vulnus prioris ictus, rogat iterum commilitonem, ut agat secum humanius et mitius; atque ipsum ea rogabat, obtestans per quicquid sperabat faustum. Hic enim etiam asinus ipse, aiebat, segnis est, et præterea frequenter cadit ex morbo abominando, et vix solet exportare aliquot fasciculos herbarum ex proximo hortulo, quod cum fecit, fessus est, et anhelat, ac languet; tantum abest ut videatur aptus ferendis oneribus. Sed postquam vidit militem nullis precibus placari, sed magis incendi in suum exitium, et jam vite inversa*

//////////

male. *Elmenh.* Immo dicebatur. Guelf. sec. Pal. Oxon. D'Orv. (qui caret τῷ loro) quo me ducebat. Edd. Wow. Elm. Pric. l. me quo ducebat. Oud.—4 Pal. *prolatum*. Recte. *Elmenh.* Cum Guelf. sec. Atque hinc sic edit Scriverius. Non assentior. E superiore capitis vulnerata parte prolabebatur seu defnebat sanguis. Sed meliorem ordine leges cum Cod. D'Orvill. *prolapsus sanguinem, capite deterg.* In Pal. *sanguine*. Oud.—5 Fux. *consultus*. Roald. Immo *consuetus*.—6 Fux. *per spes proximas*. Quod probō. Significat liberos, per quorum caput et salutem adjurabat. Roald. Gratis hæc supponuntur a Roaldo. Nullus alius addidit Codex. *Per spes et prosp.* Guelf. pr. Oxon. *Prosperias* Pith. Oud.—7 Ibidem, hæc ipse. Colvius. *Hic* Mss. plerique et Ed. Junt. post. cum posterioribus Colvio. *Hoc* D'Orv. Citra necessitatem Pricæus malebat *iste*. Dein *morboque* Pith. Oud.—8 Palat. *vixque*. Id.—9 Flor. *maniculos*, male. *Elmenh.* Item Palat. et Guelf. ambo. Oud.—1 Vid. Not. Var.—2 Pal. Guelf. sec. *subruere*. Oud.—3 In Bertin. non est particula *ut*, elegantius. *Sciopp. in Symb. et Susp.* l. II. 14. Optimis quibusque solet abesse τὸ ὑ. At sic l. v. p. 95. 'Nedum ut genitoribus beatum ejus differamus præconium.' In Flor. N. 16. 'Nedum ut Carthagini desint.' Sed variant ibi libri. *Ut a rebus* Pith. In Palat. est *videat*. Oud.—4 D'Orv. *efferatum*. Id.—5 Palat. Guelf. sec. *in diversa v.* Oxon. Guelf. pr. et Edd. pp. *vice*. Id.—6 *De vastiore nodulo*. Ms. *devastiore*

#### NOTÆ

• *Morbo detestabili caducus*] Morbo comitali, quem Græci ἐπιληψίαν vocant, quo morbo Plin. lib. x. cap. 23. ait, præter homines coturnices solas inter cetera animalia, laborare: sed

falso: cum constet capras quoque, atque oves, quin et equos, et multa alia animalia illo nonnunquam corripri.

<sup>1</sup> *De vastiore nodulo*] Quem manu

dere,<sup>7</sup> currit ad extrema subsidia: simulansque, ad com-  
movendam miserationem, genua ejus velle contingere,<sup>h</sup> sub-  
missus atque incurvatus,<sup>8</sup> arreptis ejus pedibus utrisque<sup>9</sup>  
sublime elatum, terræ<sup>1</sup> graviter applodit: et statim, qua  
pugnis, qua cubitis, qua morsibus, etiam de via<sup>2</sup> lapide cor-  
repto, totam faciem,<sup>3</sup> manusque ejus et latera converberat.<sup>4</sup>  
Nec ille, ut primum<sup>5</sup> humi supinatus est, vel repugnare,  
vel omnino munire se potuit. Sed plane identidem com-  
minabatur, si surrexisset,<sup>6</sup> sese concisurum eum machæra  
sua<sup>7</sup> frustatim.<sup>8</sup> Quo sermone ejus commonefactus hortu-  
lanus, eripit<sup>9</sup> ei spatham:<sup>1</sup> eaque longissime abjecta,<sup>2</sup>

*sibi fractum ire caput nodo paulo crassiore; confugit ad ultima subsidia, fingens-  
que se velle complecti ejus genua, ad excitandam commiserationem, inclinat se, et  
incurvat, et apprehensis ambobus ejus pedibus, extollit eum sursum, et graviter allidit  
solo: et confestim percutit totum ejus vultum, et manus, et latera modo pugnis,  
modo cubitis, tum morsibus, et lapide etiam collecto ex via. Neque ille potuit aut  
resistere, aut etiam se ullo modo defendere, postquam prostratus fuit humi, sed  
tantum sapius minabatur se eum dissecturum in frusta suo gladio, si surrexisset.  
Quibus verbis ejus admonitus hortulanus, eripit ei enses: eoque abjecto longissime,*



*nodulo.* Num 'devastus' noviter dictum, ut 'deparcus?' *Colv.* Immo  
potius quasi abundat *de*, ut bene monet *Pricæus*. Vide cum alibi sæpe,  
tum ad l. iv. p. 68. Abest *de* a *Bertino*. *Nudulo* *Pal.* *Gnelf. sec. Oxon. Oud.*  
—7 *Al. diffundere et diffidere.*—8 *Submissus atque incurvatus.* Liber idem scrip-  
tus hæc non habet. *Colv.* Neque *Oxon.* nec *Gnelf. pr. Oud.*—9 *Pal. D'Orv.*  
*Fux. utrisque ped. Id.*—1 *Pith. certe. Id.*—2 *Flor. e. d. vico. Elmenhorstius. Lu-*  
*cian. Αἰὼφ τῶ ἐκ τῆς ὁδοῦ. Oud.*—3 *Palat. tm̄ f. Gnelf. pr. tn̄ f. Oxon. tum f.*  
*ejus, manus ejus et l. Id.*—4 *Edd. Junt. Ald.* non habent copulam. *Mss. Gnelf.*  
*sec. et Palat. laterat et conv.* Hinc non male *Gruterus* margini allevit, *lace-*  
*rat et converb.* Nec tamen temere quid muto. *Lucian.* simpliciter, *κέλευνον*  
*ἔπαιεν οὖτω. Id.*—5 *Coll. Voss. ut primo. Id.*—6 *Al. surrexisset.*—7 *Bert. et*  
*Rom. τὸ sua* non habent. *Elmenh.* Neque *Pith.* nec ulla editio ante *Colvium*,  
qui tacite addidit e *Lipsiano*. Sicut et agnoscunt *Flor. Pal. D'Orv.* aliique.  
*Oud.*—8 *Palat. Gnelf. sec. frustratim, D'Orv. frustratum. Id.*—9 *Gnelf. pr. a*  
*m. pr. arripit. Id.*—1 *D'Orv. spatam. Id.*—2 *Ed. Ber. abicta. Dein rursus*

#### NOTÆ

tenebat, quique erat viti illi pro man-  
nubrio.

<sup>g</sup> *Cerebrum suum diffundere]* Sup-  
plendum 'parare' aut 'velle.'

<sup>h</sup> *Genua ejus velle contingere]* Ex  
more eorum, qui, in vitæ periculo  
positi, misericordiam conantur com-  
movere. Antiquitas Misericordiæ

genua consecravit, ut frontem Genio,  
et dextram Fidei.

<sup>i</sup> *Spatham]* Σπάθη Græcis gladius  
major. Milites Romani gravis arma-  
turæ habebant, teste *Vegetio*, gladios  
majores, quos 'spathas' vocant, et  
alios minores, quos 'semispathas.'

rursus sævioribus eum plagis<sup>3</sup> aggreditur. Nec ille prostratus ac præventus vulneribus,<sup>4</sup> ullum reperire quiens salutis<sup>5</sup> subsidium, quod solum restabat, simulat<sup>6</sup> sese mortuum. Tunc spatham illam secum absportans<sup>7</sup> hortulanus, incenso me,<sup>8</sup> concito gradu recta festinat<sup>9</sup> ad civitatem. Nec hortulum suum saltem curans invisere,<sup>1</sup> ad quempiam sibi devertit<sup>2</sup> familiarem. Cunctisque narratis,<sup>3</sup> deprecatur<sup>4</sup> periclitanti sibi ferret auxilium:<sup>5</sup> seque cum suo sibi asino tantisper occultaret; quoad celatus spatio bidui triduve,<sup>6</sup> capitalem causam<sup>k</sup> evaderet. Nec oblitus ille veteris amicitiae, promte suscipit.<sup>7</sup> Meque per scalas, com-

*adoritur cum iterum gravioribus ictibus. Ille vero supinus, et impeditus plagis, cum nullum posset invenire præsidium suæ vitæ, fingit se esse mortuum (quod solum ei supererat). Tunc hortulanus aufertis secum idum ensem, conscendit me, et recta pergit ad urbem properanti gressu: neque cogitans saltem de visitando suo hortulo, recipit se ad quendam suum unicum: commemoratisque omnibus, quæ sibi evenerant, orat cum, ut sibi opituletur in illo periculo, et abscondat se et suum asinum in aliquod tempus, donec effugeret causam capitulum, latens per duos aut tres dies. Ille non immemor antiquæ necessitudinis, prope eum excipit, meque, cruribus*

//////////

Fux. Guelf. pr. *Id.*—3 *Scriptus item, cum plagis.* Colv.—4 Bertinianns: *ac præmovens vulneribus.* Forte, *ac pæne moriens.* Scioppius in *Symbola.* Bert. *præmovens v. unde alii, ac pæne moriens, haud male.* Elmenh. Forte, *eruentus v. Brantius.*—5 *Flor. salutis.* Elmenhorstius. Item Oxon. sed male. p. 189. ‘*Medelam cruciatui deprecatur.*’ L. x. p. 224. ‘*Medelam libidini capiens.*’ Vide ad Suet. *Vespas.* c. 7. ‘*Orantes opem valetudini.*’ In D’Orv. Fux. *saluti quiens.* Oud.—6 Guelf. pr. *simulans.* *Id.*—7 *Adportans.* Fux. *asportans.* Roaldus. *Asportans.* Vulgatum, *adportans.* Colvius. In Mss. *O. asportans.* Ante Colv. Edd. *app. vel adport.* Scribe, *absportans,* ut supra. Oud.—8 Guelf. pr. *incenso me,* D’Orv. *incenso me.* Edd. Scriv. *incenso me,* sive incitato verberibus. Sed frustra. Vide ad p. 205. ‘*Incenso me.*’ Abest pronomen ab Edd. Ald. et Junt. post. *Id.*—9 *Recte festinat.* Forte, *rectu f.* Roaldus. Ms. *recta f.* et mox, *cunctisque enarratis.* Scioppius in *Symbola.* *Recta.* Vulgo, *recte.* Elmenhorstius. *Recta* olim jam exhibuit cum Mss. Pal. Pith. Guelf. utroque, Ed. Junt. post. et dein tacite Wower. ac seqq. Verissime. Adi ad l. vi. p. 120. ‘*Recta, atque pulcherime.*’ Mox *saltem* exulat ab Oxon. Oud.—1 Guelf. sec. *etiam vis.* *Id.*—2 Prave Fux. et Edd. recentiores contra meliores Mss. *divertit, Guelf. pr. vertit.* *Id.*—3 *Flor. enarratis.* Pal. *c. etiam narratis.* Elmenhorstius. Hinc Seriverius edidit, *c. jam enarratis.* Sed sufficit *enarratis,* ut habet cum Ms. Scioppij Fulviano, D’Orvill. Fux. et Edd. Elmenh. Flor. Vide ad l. viii. p. 162. ‘*Et enarratis ordine singulis.*’ Mox pag. seq. ‘*clades enarratas.*’ Lib. iv. tamen p. 72. ‘*Narratis, quæ gesta sunt.*’ Oud.—4 *Deprecat.* Pitb. *deprecatum.* *Id.*—5 D’Orv. *referret a.* *Id.*—6 Oxon. Guelf. pr. *triduique.* *Id.*—7 Edd. Scriv. *suscepit.* *Id.*—8 Scipio Gentilis doc-

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Capitalem causam*] Accusationem, factum (ut putabat) militem, in disreatumque homicidii, quo, ob intererimen vocatus fuisset capitis.

plicitis pedibus, in superius cœnaculum<sup>1</sup> attracto, hortulanus deorsus<sup>8</sup> [207] in ipsa tabernula derepit<sup>9</sup> in quandam cistulam, et supergesto delitescit orificio.<sup>1</sup> At miles ille, ut postea didici,<sup>2</sup> tandem velut emersus gravi crapula,<sup>3</sup> nutabundus<sup>4</sup> tamen, et tot plagarum dolore saucius, baculoque<sup>5</sup> se vix sustinens,<sup>6</sup> civitatem adventat:<sup>7</sup> confususque de impotentia, deque inertia sua quicquam ad quenquam referre popularium, sed tacitus injuriam devorans,<sup>8</sup> quosdam commilitones nactus, istas tunc clades enarrat suas.<sup>9</sup>

*complicatis, tracto per scalos in tabulatum superius, hortulanus in inferiori cellula, irrepit in quandam arculam, et se abscondit operculo superijecto. Ille vero miles (ut postea cognovi) tandem quasi expectatus alto ebrietatis somno, titubans tamen, et fractus dolore tot vulnerum, et agre se sustentans baculo, venit in urbem: et veritus ulli civium narrare quippiam de sua violentia, et simul ignavia, sed mussitans illam injuriam, cum occurrisset quibusdam commilitonibus, tunc eis commemorat illas suas*

tissimo commentario suo in hujus auctoris Apologiam (p. 290.) hunc locum sic legebat: *H. deorsus in ipsam tabernam clam direpsit.* Brantius. Nimis quam putide et nugaciter. Vide Pricæum, et Indicem. *Oud.*—9 *In ipsa tabernacula derepit.* Bertin. *tabernula*, ut expressi. Wower. Fulv. et Bert. *tabernula*. Sed leg. *derepit*. Scioppius in Symbola. *Tabernula*. Aldus, *tabernacula*, male. *Elmenh. Tabernacula* legas in Flor. Reg. Fux. D'Orv. Pal. Edd. Beroaldi et seqq. usque ad Wower. *Tabernam clam* coniecit Scipio Gentilis. Sed certissimum est *tabernula*. Quod dat quoque Pith. Cod. et jam expressere Edd. Rom. et Vicentina. L. VII. p. 137. 'Tabernulam quandam inrubabat.' Dein *diripsit* legebat Scipio Gentilis. *Diripit* Oxon. *diripit* Mss. et Edd. Vett. Sed recte *der.* correxere Sciopp. et Pricæus, quem vide, et ediderunt jam Elmenh. Scriv. Florid. Adi etiam ad l. iv. p. 67. 'Ibi cum derepsissent:' ubi idem vulgo error. *Oud.*—1 Flor. *torificio*, male. *Elmenh.* Abest et a Guelf. Pal. Oxon. *Superjecto* coniecit Pricæus, sed timide; nec etiam opus est. Nam composita a gerere, ut congerere, egerere, ingerere, &c. passim vim jaciendi et ponendi habent. Dein *torrif.* Coll. Voss. Mirifice in Guelf. sec. *delicti scenici torificio*. In Pal. *delicti seevo terrificio*, Oxon. Guelf. pr. *delitescenti torificio*. *Oud.*—2 D'Orv. *dedisti*. Id.—3 Ms. *emersus e gravi c.* Scioppius in Symbola. Ita tacite ediderunt Wower. et Pric. confirmatum a Ms. Pithæano. Sed lib. II. init. 'Et somno simul emersus et lectulo.' *Oud.*—4 Ms. *mirabundus*. Colvins. Facio *mærebundus*. Brantius. Prave. *ritabundus* Guelf. pr. *Oud.*—5 Abest copula a Pith. Bert. et Edd. ante Colvium. *Id.*—6 Pronomen suprascr. in Guelf. pr. *Id.*—7 *In civitatem adventat.* Tò in non est in Flor. *Elmenh.* Neque in Bert. Pith. Fux. Guelf. Oxon. D'Orv. Coll. Voss. neque aliis, ut opinor, nec Edd. ante Colvium, plane pro Apuleii genio. Quare ejeci rursus præpositionem, male a Colvio intrusam. Vide ad l. i. p. 4. 'Proximum civitatem perveneritis.' et ad l. li. p. 187. *Oud.*—8 Edd. Junt. Ald. *derotans*. Inepte. *Id.*—9 *Vulg. illam tunc cladem en. suam.* Colvins. Ms. *istam tamen cladem en. suam.* Scioppius in Symbola. Rom. *istam tamen cladem en. suam.* Elmenhorstius. Singularem

## NOTÆ

<sup>1</sup> In *superius cœnaculum*] Summum Plautum, Act. III. Scen. 1. ridicule. domus tabulatum. Jupiter apud 'In superiore qui habito cœnaculo.'

Placuit, ut ipse quidem contubernio<sup>m</sup> se tantisper<sup>1</sup> absconderet. Nam præter propriam contumeliam, militaris etiam sacramenti genium<sup>2n</sup> ob amissam spatham<sup>o</sup> verebatur;<sup>3</sup> ipsi autem, signis nostris enotatis, investigationi vindictæque sedulam darent operam. Nec defuit<sup>4</sup> vicinus<sup>5</sup> perfidus, qui nos illico occultari<sup>6</sup> nuntiaret. Tum commilitones,<sup>7</sup> arcessitis magistratibus, mentiuntur sese multi

*calamitates. Optimum factu visum est eis, ut ipse quidem per aliquantum temporis lateret in communi eorum domicilio (nam præter contumeliam, quam passus fuerat, timebat etiam Deum præsidem sacramenti militaris propter perditum ense); ipsi vero, observatis nostris vestigiis, studiose incumberent inquisitioni nostræ, et ultioni suæ. Ac repertus est perfidus vicinus, qui referret nos ibi delitescere. Tunc commilitones, advocatis Magistratibus, fingunt se amisisse in itinere vas argenteum*

\*\*\*\*\*

numerum, qui ante Colvium circumferebatur, e similibus Nostris exemplis præfert Pricæus, existimans, et sic in Mss. legi. Verum soli Ursini et Pithœi Codd. sic habent. In ceteris est pluralis, qui et aliquoties in simili re Nostro adhibetur, ut l. VII. p. 144. 'post tantas meas clades.' L. hoc p. 201. 'magnas et postremas domino illi fundorum clades annuncians.' Et sæpius. Posset et conjici, *istis* scriptum fuisse ab Auctore. Quod cum abiisset in *istas*, librarios hinc *cladem suam* etiam in pluralem mutasse. Exulat *istas* a Pal. Guelf. et Oxon. Pro *tunc* in Fux. Reg. et D'Orv. Guelf. pr. quoque est *tamen*; in Pal. Guelf. sec. cum, in Ed. Scriv. tum. Oud.—1 Abest *se* a Palat. a quo exulat item præter. Id.—2 Ms. *sacra genium*. Colvius. Reg. Fux. *sacrari genium*. Vide Barth. l. xxxii. Advers. c. 6. *S. gementi* Guelf. pr. Oud.—3 Idem, *verberat*. Colvius. *Admissam* D'Orv. *missam* Pith. Oud.—4 Ed. Ber. ne. Bas. pr. *desinit*, Coll. Voss. *fuit*. Id.—5 In D'Orv. est *vicinus vincus*. Ed. Vulc. sec. *vicinis*. Id.—6 Scribo, *illic occultari*. Colvius. *Illic* edidere Wower. Pric. et Flor. Sed Mss. servant *illico*, quasi 'illoc loci,' 'illo in loco;' ut apud Cæcilium et Terentium. Vide Nonium p. 668. Ed. Merc. *Nunt. occult.* Fux. Oud.—7 Edd. Junt. Ald. *tunc*. Scriv. *commilitiones*.

#### NOTE

<sup>m</sup> *Contubernio*] Domicilio militari. Centuriæ, auctore Vegetio, in contubernia dividebantur, ita ut, decem militibus sub uno papillione degentibus, unus quasi præset decanus, qui caput contubernii nominabatur. Contubernium illud decem militum 'manipulus' etiam dicebatur.

<sup>n</sup> *Militaris etiam sacramenti genium*] Id est, genium Imperatoris, per quem miles juraverat solenni formula, se nunquam deserturum militiam, nec mortem recusaturum pro Romana Republica, et omnia se strenue facturum, quæ præciperet Impe-

rator.

<sup>o</sup> *Ob amissam spatham*] Paulus, Lege Qui comæatus, 14. ff. de Re Militari, § 1. 'Arma alienasse grave crimen est, et ea culpa desertioni exæquat: utique si tota alienavit: sed et si partem eorum, nisi quod interest: nam si tibiale vel humerale alienavit, castigari verberibus debet: si vero loriam, scutum, galeam, gladium; desertori similis est.' Unde non male inferas armorum amissione, quæ desertioni est similis, violari militare sacramentum, quo jurant milites, se nunquam militiam deserturos,

pretii vasculum argenteum præsidis in via perdidisse:<sup>8</sup> id-que<sup>9</sup> hortulanum<sup>1</sup> reperisse,<sup>2</sup> nec velle restituere, sed apud familiarem quendam sibi delitescere. Tunc magistratus, cum damno præsidis nomine cognito,<sup>3</sup> veniunt ad diversorii<sup>4</sup> nostri fores: claraque voce denuntiant hospiti nostro, nos,<sup>5</sup> quos occultaret<sup>6</sup> apud se, certo certius dedere,<sup>9</sup> potius quam discrimen proprii subiret capitis. Nec ille tantillum<sup>7</sup> conterritus, salutique studens ejus, quem in suam receperat<sup>8</sup> fidem, quicquam de nobis fatetur: ac diebus<sup>9</sup> plusculis non vidisse<sup>1</sup> quidem illum hortulanum contendit. Contra commilitones,<sup>2</sup> ibi,<sup>3</sup> nec uspiam,<sup>4</sup> illum de-

*præfeci sui, quod erat magni pretii: et quendam olitorem invenisse illud, et nolle reddere, sed illum latere apud quendam suum amicum. Tum Magistratus, audito damno, et nomine præfeci, veniunt ad ostium nostri domicilii, et præcipiunt alta voce nostro hospiti, ut potius traderet nos, quos certissime celabat apud se, quam subiret periculum vite suæ. Ille vero ne minimum quidem exterritus, et consulens vite illius, quem receperat in suam tutelam, nihil prorsus fatetur de nobis: et affirmat se ne vidisse quidem illum hortulanum a diebus sat multis. Milites contra*



Id.—8 *Sese abest a D'Orv. qui dat deperdidisse. Vide me ad Cæs. l. III. B. G. c. 28. 'Paucos deperdiderunt.' In Pal. argentum. Pro præsidis in Guelf. pr. pretū et in riam. Id.—9 Oxon. Guelf. pr. atque. Id.—1 Hortulanum quendam. Abest τὸ quendam a Pal. Oxon. Guelf. utroque. Bene. Nam sequitur vers. prox. 'familiarem quendam.' Id.—2 D'Orv. reddere. Hoc verbum et seqq. usque ad sibi desunt in Pith. Id.—3 Et damno præsidis nomine cognito. Intersere et, et lege, et damno et Præsidis nomine cognito. Floridus. Pricæi scrinia de more compilavit Floridus, qui sic edidit. Ulceris aliquid hic certo latet. Nam et vel abundat, vel alterum deest. In Pal. Guelf. sec. Pith. Codic. exaratur, et damno præsidis et nomine c. D'Orv. Guelf. pr. cum damno præsidis nomine cognito. Quod sequor. Oxon. nōn. Oud.—4 Diversorii. Flor. diversoris. Elmenhorstius. Devers. recte in Palat. et Guelf. sec. diversorum Guelf. pr. Oud.—5 Guelf. pr. vos. Id.—6 Edd. Junt. post. Ald. occultare. Voce abest Pith. Id.—7 Inrepsit in Edd. Wowerianam et hinc Pricæanam tantulum. Sed respice ad l. III. p. 59. Id.—8 Reg. Fux. receperit. Id.—9 D'Orv. ut diebus.—1 Vulg. Nec vidisse. Colvius. Flor. nec vidisse, et deinde pro militones, commilitones. Elmenhorstius. Male Colvium secuti sunt Vulc. Merc. Wow. Pric. Nec habent Mss. Pal. Bert. Pith. Fux. Guelf. ambo, Oxon. D'Orv. &c. Vide ad l. IV. p. 69. 'Nec perfringere quidem.' Abest quidem a Guelf. pr. Oud.—2 Contra militones. Fux. commilitones. Bene. Roald. Ex Ms. Fux. commilitones. Wower. Sciopp. in Symb. Neque aliter D'Orv. Coll. Voss. Pal. Oxon. Pith. Guelf. et Ed. Junt. post. ut bene coniecerat Sopingius, et restituere Wower. ac seqq. In Edd. Scriv. rursus commilitones. Oud.—3 Guelf. sec. ubi. Id.—4 Bert. us-*

#### NOTE

ut modo dictum est.

<sup>9</sup> *Dedere]* Ex usu Græco est: 'denuntiant dedere' pro, ut dederet.

Fortasse sincera lectio sit *dederet*; sequitur enim paulo post *subiret*, non autem *subire*.



litescere, adjurantes genium<sup>5</sup> principis,<sup>r</sup> contendebant. Postremum magistratibus placuit, obstinate denegantem<sup>6</sup> scrutinio detegere. Immissis itaque lictoribus [208] ceterisque publicis ministeriis,<sup>7</sup> angulatim cuncta sedulo perlustrari jubent. Nec quisquam mortalium ac ne ipse quidem asinus intra limen comparere<sup>8</sup> nuntiatur. Tunc gliscit violentior<sup>9</sup> utrimque secus<sup>1</sup> contentio militum, pro comperto de<sup>2</sup> nobis asseverantium, fidemque Cæsaris identidem implorantium, at illius<sup>3</sup> negantis, assidueque Deum numen obtestantis.<sup>4</sup> Qua contentione et clamoso strepitu cogni-

*jurantes per Genium Imperatoris affirmabant, eum illic occultari, non ullo alio in loco. Novissime placuit Magistratibus convincere perscrutatione eum, qui negabat pertinaciter. Missis ergo intro satellitibus, et aliis ministris publicis, imperant omnia investigari studiose per singulos angulos. Illi referunt nullum hominem reperiri in ædibus, ac ne ipsum quidem asinum. Tunc vehementior crescit ab utraque parte altercatio, militum nempe affirmantium certo certius nos ibi esse et frequenter implorantium auxilium Cæsaris, illius vero id pernegantis et perpetuo obtestantis Deos. Quod jurgium murmurque clamosum cum ego asinus alias curio-*



que jam. Elmenli.—5 Guelf. *gericum*. Oud.—6 Bertin. *denegantes*, Fux. *denegante*. Id.—7 Al. *publice ministris*.—8 Scriptus Codex, *apparere*. Colvius. *Compare* Pith. Oud.—9 Ald. *violenter*. Elmenhorstius. Cum Edd. Junt. et Mss. Pith. Guelf. pr. Oud.—1 Roni. *utriusque secus*. Elmenhorstius. Item Ed. Ven. cum Ms. D'Orv. *Utrumque* Pith. Guelf. pr. N. Heins. malit, *utrimsecus*. Sed recte emendavit Beroaldus, ut est in ceteris Mss. Confer notas ad l. II. p. 22. 'Canes utrimque secus.' Oud.—2 Præpositio exulat a Pith. Id.—3 *Ad illius n.* Vulg. *at illius*. Ms. *ad ullius*. Forte, *ac illius*. Colvius. Legendum, *ac illius*. Scioppius in Symb. Alii, *denegantis*. Elmenhorstius. Quo sensu, quæ constructione Colv. Vulc. Ed. pr. Merc. Wow. et Pric. ediderint *ad*, non capio; licet ita sit quoque in Pith. Pal. Fux. et D'Orv. Quod fit de more librorum, passim 'ad' pro 'at,' uti 'set' contra pro 'sed,' 'haut' pro 'haud' scribentium. Nec melius est ac; quomodo N. Heinsius voluit etiam ad Ovid. l. v. Met. 451. *Ac* satis Latine non dici ante vocalem, sæpissime post alios jam monui ad Cæs. Sueton. et supra. Clarissime opponuntur 'militum adseverantium, at illius negantis.' In Fux. *ullius*. Oud.—4 D'Orv. Oxon. carent τφ *que*: et Edd. pp. inepte rursus ha-

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Adjurantes genium principis*] More militari, sanctius enim ejusmodi hominibus erat juramentum per genium Cæsaris, quam per Deos omnes. Tertull. in Apologetico: 'citius denique per omnes Deos, quam per unum genium Cæsaris pejeratur.'

\* *Ceterisque publicis ministeriis*]

Quales erant viatores, accensi, apparitores, &c. de quibus vide Rosinum, Antiquit. Rom. lib. viii. cap. 48. 'Ministeria' hic pro 'ministris,' ut 'servitia' pro 'servis.' Sic l. III. 'tunc me per proscenium medium, velut quandam victimam publica ministeria perducunt.'

to,<sup>5</sup> curiosus alioquin, et<sup>6</sup> inquieti procacitate præditus asinus, dum obliquata<sup>7</sup> cervice per quandam fenestram,<sup>8</sup> quidnam sibi vellet tumultus ille, prospicere gestio; unus e commilitonibus, casu fortuito collimatis oculis ad umbram<sup>9</sup> meam, cunctos testatur incoram. Magnus denique continuo clamor exortus est.<sup>1</sup> Et emensis protinus scalis,<sup>2</sup> injecta manu, quidam me velut<sup>3</sup> captivum detrahunt. Jamque<sup>4</sup> omni sublata contatione, scrupulosius contemplantes singula, cista etiam illa<sup>5</sup> revelata, repertum, productumque et oblatum<sup>6</sup> magistratibus miserum hortulanum, pœnas scilicet capite pensurum,<sup>7</sup> in publicum deducunt carcerem: summoque risu<sup>8</sup> meum prospectum<sup>9</sup> cavillari non desi-

*sus, et præditus petulantia inquieta, audivissem, dum, detorto collo, cupio aspicere per quandam fenestellam, quid sibi vellet ille streptus, unus ex commilitonibus deflexis forte fortuna oculis ad meam umbram, testes omnes vocat palam. Denique ingens clamor illico sublatus est: et quidam, conscensis confestim scalis, injiciunt mihi manum, et trahunt me inde quasi captivum. Et jam, sublata omni mora, scrutantes omnium majore studio, discooperita etiam illa arcuata, inveniunt miserum olitorem, et extrahunt eum inde, atque exhibent Magistratibus, ducuntque in publicam custodiam, pœnas nempe persolutorum capite: nec cessant jocari maximo cum*

//////////

bent domini. Id.—5 Non agnoscit Guelf. pr. Id.—6 In Oxon. deest copula. Id.—7 Guelf. pr. *us. prædictus obl.* Id.—8 D'Orv. *fenestratulam.* Alii dicunt *fenestellam* et *fenestrellam*, quod etiam in Glossis. Id.—9 Vid. Not. Var.—1 Ed. Vicent. *extortus.* Male. Clamor ille per se ortus est. Passimque occurrit 'exoritur clamor.' Vide ad Cæs. l. II. B. G. c. 24. 'Clamor fremitusque exoriebatur.' Continuo deest Fux. *Oud.*—2 Fux. et *emensis pr. sc.* Bene, et habet Ald. Roald. Bert. et *remensis, Rom. et emensis, male. Elmenh.* Ante Beroaldum habebant editi cum Guelf. pr. *emensis.* Quam probabilem etiam lectionem ait ille. Sed male. Vide ad Init. Apuleii. *Remensis* edidit Scriver. Perperam. Nam si antea milites scalas ascendissent, videntur jam in superiore cœnaculo inventuri fuisse asinum. *Oud.*—3 Pith. *quidem velut me.* Id.—4 Ms. *trahunt.* Scioppius in *Symbola.* Edd. Junt. Ald. *velut ac c.* D'Orv. *jam.* *Oud.*—5 D'Orvill. *fistula* pro *cistula*, ut in Fux. p. 207. Guelf. pr. *cumta.* Edd. Junt. Ald. et *illa.* A Bertin. exulat *τδ illa.* Id.—6 Guelf. pr. *revelatum oblatum.* Sed deleta priore voce. Id.—7 *Pœnas sc. pensurum.* Fux. p. s. *capite pens.* Roaldus. *Capite pens.* Vulgo solummodo, *pœnas pensurum.* Colvius. *Tδ capite* in nullo vulgatorum est. *Elmenh.* Immo jam tum in Edd. Colv. Vulc. Merc. Wower. et consensu Mstorm, nisi quod in D'Orvill. sit *capitis,* non male. *Oud.*—8 Oxon. pro Var. Lect. *nixu,* uti et Par. Id.—9 *De meo prospectu.* Fux. *meum prospectum.* Roaldus. Melior forte scripta lectio, *meum prospectum cavillari non desinunt.* Colv. *Meum prospectum.* Ita Lipsii Mstus, Flor. et Bert. Vulgo, s. r. *de meo prospectu c.* Elmenhorstius. Bene ita restituit Elmenh. cum Scriver. et Florido, conspirantibus Mss. Reg.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Fenestram*] Sæpius *fenestellam* reperias diminutivum a 'fenestra.'

nunt. Unde etiam de prospectu et umbra asini <sup>u</sup> natum est frequens proverbium.

*visu de mea inspectione. Unde etiam ortum est adagium valde usitatum de inspectione, et umbra asini.*

//////////

Palat. Oxon. D'Orv. Guelf. utroque. L. VIII. p. 171. 'Magistrum cavillantur.' Vide et ad l. III. p. 65. Atque ita Cicero, Quintilianus, aliique. Oud.

#### NOTE

<sup>u</sup> Unde etiam de prospectu et umbra asini, &c.] Lucianus habet tantum ἐξ ὄνου παρακύψεως 'ex asini prospectu.' Hujus tamen proverbii duæ aliæ ab aliis narrantur origines. Quidam enim ferunt asinum per fenestram prospicientem vasa fictilia in figuli officina fregisse: unde asinarium in jus vocatum a figulo, interrogatum, cujus criminis accusaretur, dixisse ὄνου παρακύψεως 'de asini prospectu.' Alii tradunt, asino prospiciente, aves evolasse, telamque dirupisse: cujus dominus asinarium in jus vocavit, qui rogatus quam ob causam reus fieret, dixit, ἐξ ὄνου παρακύψεως 'ex asini prospectu.' Proverbium hoc, si ab his duabus causis ortum duxerit, de his dicetur, qui leviter et ridicule calumniauntur. At si a prospectu nostri asini originem traxerit, de iis intelligetur, qui stolido indicio aliquo et ridiculo deprehensi fuerint. Est et aliud Græcum adagium ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς, 'de umbra asini,' cujus meminerunt Menander, in Enchirid. Plato, et alii complures: diciturque in eos, qui nosse cupiunt futilia, et frivola, minimeque utilia. Ductum autem est ex fabula, qua tradunt juvenem quendam conduxisse mercede asinum, et cum sub

umbra asini per meridianum æstum quiescere vellet, exturbatum inde fuisse ab asinario dicente, se illi asinum tantum locasse, non etiam umbram: ex hoc ventum in judicium ab utroque. Quod cum olim in capitali judicio coram judicibus fastidiosis recitasset Demosthenes, et illi, mox expergefatti fabellæ lepiditate, cuperent discere, quis fuisset rei exitus; subjunxit tempestive admodum egregius ille Orator: ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς ἀκούειν, ὦ ἄνδρες, ἐπιθυμεῖτε, ἀνθρώπου δὲ κινδυνεύοντος ὑπὲρ ψυχῆς, οὐδὲ τῆς φωνῆς ἀνέχεσθε. 'O viri, cupitis audire de umbra asini, hominis autem pro anima periclitantis defensionem audire non vultis.' Hæc duo proverbialia asinus noster in unum conflavit, dicitque a se ortum duxisse: nisi malis cum Stewechio hic legere: *de prospectu, ut de umbra asini*, ut sit sensus ex prospectu suo ortum fuisse proverbium 'de asini prospectu,' quemadmodum ex alia occasione natum fuerat illud: 'de umbra asini.' Scriverio assentire hæc ultima verba: *unde etiam, &c.* e Glossa in textum irrepsisse, nisi me prohiberet Luciani auctoritas, qui similiter inducit asinum suum, dicentem occasione sui ortum esse illud; ἐξ ὄνου παρακύψεως.

## APULEII MADAURENSIS

# METAMORPHOSEON

### LIBER X.

---

[209] **D**IE sequenti meus quidem dominus hortulanus<sup>1</sup> quid egerit, nescio. Me tamen miles ille, qui propter eximiam impotentiam<sup>2</sup> pulcherrime vapularat,<sup>3</sup> ab illo præsepio, nullo equidem contradicente, deductum abducit:<sup>3</sup> atque a suo contubernio, hoc enim mihi videbatur,<sup>4</sup> sarcinis propriis onustum, et prorsus exornatum<sup>5</sup> armatumque mi-

*Ignoro equidem quid dominus meus hortulanus fecerit die postero. Sed ille miles, qui egregie fuerat verberatus ob insignem suam violentiam, solvit me, et abducit ab illo præsepi, nemine quidem prohibente: atque ex suo tentorio, ut mihi quidem videbatur, deducit ad iter, oneratum suis sarcinis, ornatumque, et instructum plane*

---

**1** Dictio *hortulanus*, abest a scripto libro, et recte: enim glossema videtur fuisse. *Colv. Hortulanus*. Hanc vocem alii delent. *Elmenh.* Uncis inclusit *Scrivierus*. Ac repetita vox e præcedentis libri fine ad explicationem videri posset. Verum eodem modo *Lucianus* t. II. p. 613. *Τί μὲν ἔπαθεν ὁ κηπουρὸς ὁ ἐμὸς δεσπότης*. Ceterum sine libri novi distinctione pergit *Fax. Cod.* In *Pith.* est, die quidem seq. dominus meus hort. *Oud.*—**2** *Coll. Voss. vapularit.* *Id.*—**3** *Flor. deductum a. Elmenhorstius.* Accedit *D'Orvill.* cum *Edd. Elm. Scriv. Flor.* quos secutus sum. Quia præsepe, a quo et e stabulo cum protractum quasi furto abegit, est elevatum; sicut et locus, quo ad præsepe stant jumenta. Die priore e cœnaculo jam erat deductus sen detractus asinus. *Ductum Guelf. pr. Palat. contradicentem.* *Oud.*—**4** *Hoc enim mihi videbatur.* *Desunt Coll. Voss. hic Pal. Oxon. D'Orv. Guelf. pr. Id.*—**5** *Florent.*

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Propter eximiam impotentiam*] Vel intellige violentiam, qua miserum hortulanum verberaverat, atque asino exuere voluerat, vel ob imbecillitatem, ob quam non potuerat se adversus eum defendere.

litariter,<sup>6</sup> producit ad viam.<sup>7</sup> Nam et galeam nitore præmicantem, et scutum cetera his longius lucens; sic etiam lanceam<sup>8</sup> longissimo hastili conspicuam, quam scilicet non disciplinæ tunc quidem causa, sed propter terrendos miseros viatores in summo atque edito sarcinarum cumulo, ad instar exercitus, sedulo composuerat. Confecta campestri, nec adeo difficili via, ad quandam civitatulam pervenimus; nec in stabulo, sed in domo cujusdam decurionis<sup>b</sup> devertimus.<sup>9</sup> Statimque, me commendato cuidam servulo, ipse<sup>1</sup> ad præpositum suum, qui mille armatorum ducatum<sup>2 c</sup> sustinebat, solícite proficiscitur. Post dies plusculos,<sup>3</sup> ibidem designatum<sup>4 d</sup> scelestum ac nefarium<sup>5</sup> facinus memini.

*militarem in modum. Nam imposuerat mihi cassidem fulgore prænitentem, et clypeum, qui longius emicabat reliquis illis: quin et lanceam quoque spectabilem suo longissimo hastili, quam studiose collocaverat in supremo, atque edito sarcinarum fastigio, ut in exercitu fieri solet, non tunc quidem disciplinæ observandæ causa, sed ad terrendos miseros viatores. Cum emensi essemus iter planum, ideoque non difficile, devenimus ad quoddam oppidulum; neque nos recepimus in diversorium, sed in domum cujusdam decurionis. Cumque me tradidisset custodiendum cuidam servulo, ipse statim proficiscitur prope ad suum præfectum, qui præerat mille militibus. Recordor enorme ac infundum scelus perpetratum fuisse ibidem post aliquot*

\*\*\*\*\*

et Pith. prorsum, Guelf. pr. proxime. Id.—6 Oxon. militatiter. Id.—7 D'Orv. advia. Id.—8 Vid. Not. Var.—9 Male rursus in Fux. et Edd. quibusdam, præsertim novitiis, est *divert.* Oud.—1 Pith. ipsa. Id.—2 Oxon. Pith. Guelf. pr. m. armorum ducens. Id.—3 Fux. Lucii Apuleii Madaurensis *Metamorphoseos* (on Coll. mea) lib. VIII. *explicit, incipit liber nonus ejusdem.* Roaldus. Videatur hic aliquid deesse. *Etmeh.* Nescio, cur ita suspicatus fuerit vir doctus. 'Ibidem' intelligit de 'civitatula,' in qua asinus Lucius apud Decurionem erat, milite interim ad Tribunum profecto, quo redit demum p. 219. Regio seu Fuxensi in titulo, numeroque libri accedit Cod. Franc. Petrarchæ, in quo *Metamorphosis.* Oud.—4 D'Orv. *designatum.* Cave legas inde *destinatum,* et confer Beroaldum, ac Lexica, nostrumque l. VIII. p. 173. 'Quasi contra fas sanctæ religionis designasset aliquid.' *Id.*—5 *Ibid. et nefur.* Colvius. *Ac*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Decurionis*] Decurio hic est Δεκαρχης, decem militibus præpositus. Alio significato infra reperias, pro Senatore municipali.

<sup>c</sup> *Mille armatorum ducatum, &c.*] Ejusmodi, Græco vocabulo, Chiliarchæ dieti sunt, iique imperium habuerunt in Centuriones, quemadmodum et hi in Decuriones.

<sup>d</sup> *Designatum*] 'Designare' est rem novam facere in utramque partem, et bonam et malam. Hic in malam sumitur, quemadmodum et apud Terent. Adolph. Actu 1. Scen. 2. 'nam illa, quæ antehac facta sunt Omitto: modo quid designavit? MITRO. Quidnam id est? DEMEA. Fores effregit: atque in ædes irruit Alienas,' &c.

Sed, ut vos <sup>6</sup> etiam [210] legatis, ad librum profero. Dominus ædium habebat juvenem filium, probe literatum, atque ob id consequenter pietate modestiaque præcipuum: <sup>7</sup> quem tibi quoque provenisse <sup>e</sup> cuperes <sup>8</sup> vel talem. Hujus matre multo ante defuncta, rursum matrimonium sibi repaverat: <sup>9</sup> ductaque alia, <sup>1</sup> filium procreaverat alium, qui adæque jam duodecimum <sup>2</sup> ætatis annum supergresserat. <sup>3</sup> <sup>f</sup> Sed noverca, forma magis <sup>4</sup> quam moribus in domo mariti præpollens, seu naturaliter impudica, seu fato ad extremum impulsam flagitium, oculos ad privignum adjecit. Jam

*dies: verum infero illud meo libro, ut vos quoque legatis. Dominus illius domus habebat filium juvenem, literis egregie imbutum, proindeque ea de causa insignem pietate et modestia, quem, aut similem, optares tibi etiam natum esse. Matre ejus multo ante mortua, pater contraxerat iterum matrimonium: ductaque alia uxore, genuerat alium filium, qui excesserat jam circiter duodecimum annum suæ ætatis. Verum noverca, quæ potens erat in domo mariti pulchritudine sua potius quam probis moribus, capta est amore privigni, sive quod a natura esset libidinosa, sive quod impelleretur futi necessitate ad gravissimum illud scelus. Igitur, optime lector,*

//////////

dant Mss. O. cum Colv. et seqq. *Oud.*—6 D'Orv. et ros. Exulat vos a Palat. Dein ad liberum Fux. *Id.*—7 Fux. modestia, pietate. toleranda lectio. Roald. Ms. sequenter pietate et modesta. Colvius. Manuscrip. sequenter pietate et modestia. legendum contenderim, pietate exmodesta. Brantius. Apage fictum istud compositum. Plerique Mss. non agnoscunt τὸ et. In Pal. D'Orv. Oxon. Guelf. pr. Par. Coll. Voss. legas, pietate modesta. In Regio, Fux. modesta pietate. Scriverius exhibuit, pietate et modestia. Cum Florent. nil mutato. *Oud.*—8 Perperam Palat. pervenisse. Ed. Bas. pr. cupere. *Id.*—9 Fux. recipaverat. Roaldus.—1 Pith. d. alium. *Oud.*—2 Fux. qui adæque jam d. Roaldus. Jam adæque. Ex Ms. τὸ adæque additum: ejus vicem etiam alias legi notatur, adeoque. Colvius. Τὸ adæque abest a Bertino. Elmenh. Jam adæque, ante Colvium, quem ceteri bene secuti sunt, ex Mss. Florentinis dudum exhibuit Ed. Junt. post. et consentiunt Oxon. Guelf. pr. et alii, vel cum Fux. et D'Orv. dant, qui adæque jam, quod præfero. Qui adeoque jam in Palat. Qui jam adcoque Guelf. sec. Vide Pricænm. *Oud.*—3 Vid. Not. Var.

#### NOTE

<sup>e</sup> *Quem tibi quoque provenisse, &c.]* Plantus, in *Mostellaria*, de liberis et parentibus: 'Expoliunt, docent literas, jura, et leges: Sumtu suo, et labore nituntur, ut Alii sibi esse illorum similes expetant.' Apud Suetonium, Imperator Claudius, de L. Othone: 'Vir, quo meliores liberos habere ne opto quidem.' Observa

'provenisse' hic proprie usurpari. Sic Justinus, lib. II. 'Artemenem primum quidem Dario, sed privato provenisse.'

[*Supergresserat*] Supergressus erat. Priscianus lib. VIII. notat Veteres dixisse 'congedior' et 'congedio.' Qua forma Noster hic usurpavit *supergresserat* a 'supergedio.'

ergo, lector optime, scito, te tragœdiam, non fabulam <sup>5</sup> le-  
gere, et a socco ad cothurnum <sup>h</sup> ascendere. Sed mulier  
illa, quam diu primis elementis <sup>5</sup> Cupido parvulus nutrieba-  
tur, imbecillis adhuc ejus <sup>6</sup> viribus, facile ruborem tenuem  
deprimens, silentio resistebat.<sup>7</sup> At ubi completis igne ve-  
sano totis præcordiis, immodice bacchatus <sup>8</sup> Amor exæs-  
tuabat,<sup>9</sup> sævienti Deo jam succubuit:<sup>1</sup> ac languore simu-  
lato, vulnus animi mentitur <sup>2</sup> <sup>i</sup> in corporis valetudine. Jam

*scias te jam levere tragœdiam, non comœdiam, et ascendere a socco ad cothurnum. Verum quamdiu parvus amor primis initiis alebatur, mulier illa reluctabatur facile ejus viribus adhuc infirmis, silentio legens exiguum ruborem. Verum simul ac amor supra modum furens exarsit repleto toto ejus pectore insanis flammis, tum victa est a Deo illo violento: confictoque morbo, celuvit ægritudinem animi languore corporis.*

//////////

—4 D'Orv. *magis forma.* Oud.—5 Al. *alimentis.*—6 Pith. *ejus adhuc.* Oud.—  
7 Ms. *facili ruborem tenuem deprimens silentio r.* Colvius. Ego lego, in *facili.*  
Brantius. Melius leges distinguesque: *facile, ruborem t. deprimens silentio,*  
*resistebat.* Crebro dicitur 'premere quid silentio.' Pro simplici usus est  
composito Auctor, ut sapius. Alibi 'dirumpere silentium, deminuta vox,'  
&c. Vide Indicem. *Facilem* Guelf. sec. Oud.—8 Al. *debac.*—9 Idem Ms.  
*æstuabat.* Colvius. Frequenti errore. Confer notata ad l. viii. p. 154. 'fo-  
mento consuetudinis exæstans Amor.' Oxon. Guelf. pr. *extuabat.* Fux. *exæs-*  
*tuabat.* Oud.—1 Deo abest a D'Orvill. Ei voci *τὸ jam præponendum* con-  
cinnius judicavit Pricæus, quem sequor. *Id.*—2 Idem vetns: *ex lang. simul*  
*vulnus cum.* Al. *jam, ment. in cor. val.* Forte, *vulnus jam.* Mentem vidit hu-  
jus loci Beroald. *Colr.* Mss. D'Orv. Guelf. et Ed. Junt. post. *et l.* In Fux.  
est *vulnus jam.* Quod nescio cur prætulerit Colvius. Ferrem, si addi vo-

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Tragœdiam, non fabulam*] Histo-  
riam funestam, non autem festivam,  
et jocosam narrationem. Tragœdia-  
rum argumenta funesta, qualis est  
incestus, ac nefandus amor, quo no-  
vercam in privignum exarsisse narrat  
hic Apuleius. Vide Senecæ Hippo-  
lytum.

<sup>h</sup> *A socco ad cothurnum*] A Comœ-  
dia, seu lepidis fabulis, ad Tragœdiam,  
sive narrationem tristem et funestam.  
'Soccum' fuisse calceamentum humi-  
le Comœdorum prope peculiare, 'Co-  
thurnum' vero sublimius, et histri-  
onibus usurpatum, cum Tragœdias  
agerent, notissimum est. Unde me-

tonymice soccus pro Comœdia, et  
cothurnus pro Tragœdia sæpe usur-  
pantur.

<sup>i</sup> *Mentitur*] Pricæus sic mutat hunc  
locum: *vulnus animi mentitur corporis*  
*invaletudinem*, hoc est, fingit morbum  
suum non esse morbum animi, sed  
corporis. Verum arbitror, nihil hic  
mutatione aut emendatione esse opus.  
Satis planus erit locus, si 'mentitur'  
non intelligas 'simulat,' sed 'celat'  
et 'tegit:' et 'valetudinem' hic pro  
languore et morbo sumas, ut sit sen-  
sus, quem in interpretatione ex-  
pressi.

cetera salutis vultusque detrimenta, et ægris<sup>3</sup> et amantibus examussim convenire, nemo est, qui nesciat. Pallor deformis,<sup>k</sup> marcentes oculi, lassa genua,<sup>l</sup> quies turbida, et suspiritus<sup>4</sup> cruciatus tarditate vehementior.<sup>5</sup> Crederes et illam fluctuare tantum vaporibus<sup>6</sup> febrium: nisi quod et flebat. Heu Medicorum ignaræ<sup>7</sup> mentes!<sup>m</sup> Quid venæ pulsus,<sup>n</sup> quid caloris<sup>8</sup> intemperantia, quid fatigatus anhelitus, et utrimque secus<sup>9</sup> jactatæ crebriter<sup>1</sup> laterum mutuae vicissitudines? Dii boni! Quam facilis,<sup>2</sup> licet<sup>3</sup> non artificiali Medico, cuivis tamen docto<sup>4</sup> Venereæ cupidinis,<sup>5</sup> com-

*Nemo quidem ignorat omnia dumna valetudinis et faciei accurate convenire et ægrotis et amantibus. Pallor illi erat turpis, oculi marcelli, genua fessa, somnus turbulentus, et suspiria impetuosiora ex lentore torrenti. Putares illam agitari caloribus duntaxat febrium, nisi quod lacrymabatur quoque. Heu imperitu ingenia Medicorum! quid pulsatio arteriæ, quid calor immoderatus, quid fessa respiratio, et reciproca alternationes laterum sæpius jactatæ in utramque partem indicabant? Dii boni! quam facile est cuilibet docto dignoscere effectum amatorum, quamvis ille*

//////////

luisset. Oud.—3 Fux. ignis. Id.—4 D'Orv. suspirius. Id.—5 Pith. vehementius. Id.—6 Al. vapore.—7 Oxon. Guelf. pr. inepte ingrata. Oud.—8 Al. coloris.—9 Pith. utrumque secus. Vir doct. ad oram Ed. Vicent. et N. Heinsius rursus voluit *utrimsecus*. Sed vide ad l. II. p. 22. 'Canes utrimque secus,' &c. Oud.—1 Flor. crebiter. Elmenhorstius. Vitiose sic in Elmenhorstii Notis editur. In Florent. ut plerisque Mss. et Edd. bene legitur *crebriter*. Male id Colv. et Vulc. mutarunt in *crebiter*; ut est in Lips. Fux. Oxon. Guelf. pr. Sed adi ad l. I. p. 16. In Fux. *jactare*. Pal. Guelf. sec. *ac crebr. tantæ*. Oud.—2 Pith. *facilis est*, Oxon. *facile*, Guelf. pr. *faciles*. Id.—3 Pal. *libet*, cum Guelf. sec. Id.—4 Idem, *tā docto*. Colvius. Tò tamen non est in Florent. *Elmenh.* De subintellectu vel ellipsi vocis *tamen*, post *licet*, vel similem particulam, egi ad l. III. p. 60. In Palat. quoque est *tam*. Oud.—5 Fux. D'Orv. Edd. Vett. *Veneriæ*, ut passim. *Cupidinis* non legas in D'Orvill.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Pallor deformis*, &c.] Hæc omnia signa tum morbum, tum amorem comitantia Noster expressit lib. v. ubi Pana inducit Psychen alloquentem.

<sup>l</sup> *Lassa genua*] Colvius malebat *lapsa*, et Pricæus probat etiam hanc lectionem ex Oxoniensi Ms. *lapsa genua* sunt titubantia et lapsabunda. Scriptam tamen lectionem retinere nihil vetat.

<sup>m</sup> *Heu Medicorum ignaræ mentes*] Imitatio est Virgiliani hujus lib. IV.

Æneid. 'Heu vatum ignaræ mentes! quid vota furentem, Quid delubra juvant? Est mollis flamma medullas,' &c.

<sup>n</sup> *Quid venæ pulsus*] Ex inæqualitate ac perturbatione pulsus Antiochii observata, dum ad eum ingrederetur noverca Stratonice, aliisque ejusmodi amatoris signis, Erasistratus Medicus deprehendit eum ipsius amore laborare. Testis Plutarchus in Demetrio.



prehensio, cum videas aliquam<sup>6</sup> sine corporis [211] calore flagrantem.<sup>o</sup> Ergo igitur impatientia furoris altius agitata,<sup>7</sup> diutinum dirupit silentium; et ad se vocari<sup>8</sup> præcipit<sup>9</sup> filium. Quod nomen in eo ipso,<sup>r</sup> scilicet ne ruboris<sup>p</sup> admoneretur,<sup>2</sup> libenter craderet.<sup>3</sup> Nec adolescens agræ parentis<sup>4q</sup> moratus imperium, senili tristitie<sup>5r</sup> striatam<sup>6</sup> ge-

*non profiteatur artem medicam; quando videas aliquam ardentem absque calore corporis. Igitur impotentia amoris vesani exagitata profundius, abruptum diuturnum silentium; et illa jubet vocari ad se filium, quod nomen libenter deleteret in ipso, ne scilicet, ipsum proferens, admoneretur verecundiæ. Juvenis vero statim parens jussui agrotantis matris, gerens frontem tristitia corrugatam instar senis, it in cubicu-*

//////////

*Oud.*—6 Vnlg. *aliquem*. Rectius ad fœminam, de qua hic sermo. *Colr.* Flor. *aliquem*. Elmenhorstius. Masculinum genus reperitur in Ms. Oxon. Edd. Veit. ut et Scriverii. Sed malum cum ceteris Mss. et Edd. recentioribus fœmininum sexum, de quo solo nunc agitur. *Oud.*—7 *Impat. fur. alterius agitata*. *Altius Fux.* Ald. Beroaldusque. *Roald. F. alti.* Rom. f. *alterius*. Recte. *Elmenh.* Miror, Elmenhorstium et Scriverium prætulisse lectionem Edd. Rom. et Vicent. scripturæ constanti omnium, quos vidi, Codd. *altius*, ut bene reposuit Beroaldus, conjiciens quoque *alterius*. Locum hic habere nequit *alterius*, scil. ut opponatur morbo naturali. Is enim dici nequit *furor*. Amor itaque non *alter furor*, sed *altus*, sive vehemens. Confer Pricæum, et notata ad l. iv. p. 66. ‘In altioris vindictæ vicem,’ ubi eadem est aberratio. Min. Fel. c. 14. ‘*Altius moveor.*’ *Oud.*—8 Vnlg. *rupit silentium, et advocari*. Colvius. Simplex *rupit* exaratur in Florent. ac Bert. et Edd. Colvio prioribus, item Elmenh. Scriv. Flor. *rumpit* in Pith. eaque locutio ‘rumpere silentium’ frequentissima est, cujus plurima exempla Heinsius, alique pridem con-gresserunt. Rarissima vero est ‘dirumpere silentium,’ quod ostentant ceteri Codd. Nihilominus haud ausim damnare, quia Auctor impense amat composita a *de* et *di*: ut sapius fuit monendum. Vide Indicem. Et sic pag. præc. ‘ruborem deprimere:’ ubi in aliis *premere*. Tum *ad se* ante Colvium jam expressit Ed. Junt. post. consentientibus Mss. O. *Oud.*—9 Al. *advocari*. —1 Flor. *in eos ipsos*, male. *Elmenh.* Sic tamen dant quoque Lips. Oxon. Fux. Par. D’Orv. Guelf. Palat. Edidit Scriverius, *q. n. et ipsum*; nimis audacter. Nempe tantummodo adhæsit voci *ipso*: postquam ea litera scribi ceperat pro ‘scilicet;’ ut patet e seq. Nota. [V. Not. Var.] De eo late egi ad l. iii. p. 61. Nec puto cum Pricæo aliud quid latere. *Oud.*—2 Al. *sed . . . admoneret*. —3 Bert. *craderet*, male. *Elmenh.* Item D’Orvill. *Oud.*—4 Plerique e vulgata. *agre par*. Colvius.—5 Vnlg. *tristitia*. Beroaldi editio nostræ assentitur. *Colr.* Flor. *senilis tristitiæ*. Elmenhorstius. *Tristitiæ* Ed. Vicent. operarum

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Sine corporis calore flagrantem*] Videtur sibi ipsi adversari, modo enim calorem annumeravit amoris indicium, ‘quid caloris intemperantia?’ Nisi dicere velimus intelligendum esse ‘violento calore,’ et qualis in febre laborantibus deprehenditur.

<sup>p</sup> *Ruboris*] Pudoris et verecundiæ, qua ipsam affici par erat, quoties, pro-

lato filii nomine, admoneretur se non posse, nisi incestis ignibus, in eum ardere.

<sup>9</sup> *Parentis*] Adverte ‘parentem’ blandius dici de noverca, quemadmodum et paulo ante ‘filium’ de privigno.

<sup>r</sup> *Senili tristitie*, &c.] Ex dolore mirum, quem de ficto novercæ morbo

rens frontem, cubiculum petit uxoris patris matrisque fratris,<sup>7</sup> utcumque<sup>8</sup> debitum sistens obsequium. Sed illa cruciabili silentio diutissime fatigata, et, ut in quodam vado<sup>9</sup> dubitationis<sup>5</sup> hærens, omne verbum, quod præsentī sermoni putabat aptissimum,<sup>1</sup> rursus improbens, nutante etiam nunc pudore, unde potissimum caperet<sup>2</sup> exordium, decontatur.<sup>3</sup> At juvenis nihil etiam tunc sequius suspicatus,<sup>4</sup> summisso vultu rogat ultro præsentis causas ægritudinis.<sup>5</sup> Tunc illa nacta solitudinis<sup>6</sup> damnosam occasionem, prorumpit<sup>7</sup> in audaciam: et ubertim allacrimans,<sup>8</sup> laciniaque contegens<sup>9</sup> faciem, voce trepida sic eum breviter affa-

*lum uxoris patris sui, matrisque fratris, præstans obsequium ipsi quodammodo debitum. At illa cruciata diutissime molesto silentio, et hæsitans veluti in quodam fluctu dubitationis, respuens omne verbum, quod existimabat prius convenientissimum orationi præsentī, pudore adhuc vacillante, ambigit unde præsertim sumeret initium loquendi. Adolescens vero nihil mali suspicans eatenus, demissa facie, quærit ab ea causas morbi præsentis. Tunc illa, oblata perniciose occasione solitudinis, fit audax, et flens abundanter, velansque vultum suum veste, sic alloquitur*

//////////

errore, quem corrigere volens Colineus excendi curavit *tristitia*, seqq. Basil. et Scriverio. Sed sæpe *e* longum in Mss. vetustissimis per *æ* scribitur. Ac solus forsan Oxon. habet *tristitia*. In ceteris, quantum scio, est *tristitie*. Vide ad l. iv. p. 82. *Oud.*—6 Vid. Not. Var.—7 Ms. Pith. *qvit*. Vehementer vero me hic offendunt quatuor illi genitivi. Quare legendum opinor cum Lipsio ad marg. *petit, uxori patris, matrisque fratris, &c. sistens obseq.* *Oud.*—8 Sic cum Mss. bene Beroald. Colin. &c. *Utrumque* erat in Edd. pp. item Junt. pr. Aldi: *Ut cum* Junt. post. *Id.*—9 Tò *ut* in nullo vulgatorum est. *Colv.* Immo in Edd. Rom. Vicent. Junt. pr. jam inveni: habentque Mss. O. *Oud.*—1 Oxon. *sermone*. Pal. *apertissimum*. *Id.*—2 Ms. *capet*. *Colvius*. Edd. pp. *unum*. *Oud.*—3 Oxon. Guelf. pr. *percontatur*. Sed l. vii. p. 148. ‘Dum in ista necis meæ decontor electione.’ *Id.*—4 Elegantius in Bertin. *nihil etiam sequius*. Quomodo Plautus non semel. *Sciopp. in Symb. et Susp.* t. 8. Nihil dele, remnentibus Mss. ceteris. Centies Auctor jungit ‘etiam tunc.’ Reg. Fux. *secus*, Edd. ante *Colv. secius*. Vide ad l. ix. p. 197. Item *suspiciatur* in Reg. D’Orvill. *ultra* in Oxon. Guelf. pr. *Oud.*—5 Ante, *causam*, *Colvius*. Pith. etiam *causam*. *Oud.*—6 Ms. lib. *solicitudinis*. *Colvius*. Sic et Palat. ac Guelf. sec. male. *Oud.*—7 Idem, *prorupit*. *Colvius*, cum Oxon.—8 *Ubertim ad lachrymas*. Fux. *ubert. allacrymans*. Roaldus. *Præfero adl.* exemplo Virgiliano l. x. *Æn.* 628. ‘Et Juno adlacrimans?’ ut correxit Heinsius, quem et ibidem vide de *delucrim*. *Oud.*—9 Idem, *lacrymaque*. *Colvius*. Sic et Palat. Guelf. Oxon. Par. Ineptissime. Adi Beroald. et Pric.

#### NOTÆ

pūs privignus conceperat.

<sup>8</sup> *Ut in quodam vado dubitationis, &c.]*

Metaphora ducta a navibus, quæ, cum

in brevī ac loca vadosa impegerint,

hærent, neque moveri quoquam pos-

sunt.

tur: Causa omnis et origo præsentis doloris, et etiam <sup>1</sup> medela ipsa, et salus unica mihi tute ipse es. <sup>2</sup> Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi <sup>3</sup> præcordia, meis medullis acerrimum commovent incendium. Ergo miserere tua causa pereuntis. <sup>4</sup> Nec te religio patris <sup>5</sup> omnino deterreat: cui <sup>6</sup> morituram prorsus servabis <sup>7</sup> uxorem. Illius enim recognoscens imaginem in tua facie <sup>8</sup> merito te diligo. Habes solitudinis <sup>9</sup> plenam fiduciam, habes capax necessarii <sup>1</sup> facinoris otium. Nam quod nemo novit, pæne

*cum paucis verbis voce trepidante: Tu ipse mihi es omnis causa et origo hujus morbi, atque etiam remedium ipsum, et unica vitæ meæ salus. Nam isti tui oculi demissi per meos oculos in intimum meum pectus, excitant ignem vehementissimum in meis medullis. Miserere igitur mei, quæ morior propter te: neque reverentia patris te impediât ullo modo; cui conservabis conjugem alias proculdubio morituram. Jure enim amo te, cum agnoscam ejus imaginem in tuo vultu. Habes perfectam securitatem ob solitudinem, habes satis temporis ad committendum illud facinus meæ saluti necessarium. Illud enim quod nemo scit, fere non fit: Juvenis*

//////////

Contingens quoque Oxon. Guelf. pr. Oud.—1 Idem copulam et omittit. Colv. cum Oxon. ac Guelf. utroque. At vide ad Suet. Cæs. 76. Ner. 45. Nisi malis hic *sed*, vel *at etiam*. Oud.—2 *Salus unica mihi vitæ ipse es*. Vulg. *salus unica mihi tute ipse es*. In Ms. erat, *nil vitæ tute ipse es*. Unde verum putavi id quod jam expressum est. Colv. *Mihi vitæ tute*. Tò *vitæ* recte delet Flor. et Bert. Repetitum enim est ex τῷ *tute*. Elmenhorstius. *Vitæ*, quod soli intruserunt Colv. et Vulcan. non comparet item in Reg. Fux. D'Orv. Oxon. Pith. sed in Fnx. et D'Orv. est *salutis*. Unde quis divinare posset scriptum fuisse, *salutis via*. Verum ut ipse juvenis dicitur ei 'medela,' sic quoque recte 'salus' vocatur; ut passim apud poëtas, et eorum imitatores. Nil not. e Guelf. Oud.—3 Fux. *dilapsi*. Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Fux. *parentis*. Roaldus. Vitiose Ed. Lugd. Roaldi Notam huc detrusit, pertinentem ad participium 'pereuntis.' Oud.—6 Pith. *animo*. Dein Oxon. Guelf. pr. *enim*. Id.—7 Pith. *servabunt*. Id.—8 *Mutua facie*. P. Faber addebat ante *mutua* particulam *in*. Verum ego corrigo, *in tua facie*. Roaldus. *In tua f.* Vulg. non æque bene, *mutua f.* Colvius. *In tua f.* dant Mss. O. cum Ed. Junt. post. jam ante Roald. Adi ad l. v. p. 97. 'In hoc saltē parvulo recognoscā faciem tuam.' Oud.—9 Bert. *hæres s. male*. Elmeh. Edd. ante Beroald. *habere*. Secundum *habes* non est in Guelf. sec. Oud.—1 Pith. *necessarium*.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Tua causa pereuntis*] Sic plerique Mss. et veteres editiones: sic quoque Woverius et Pricæus, sensu planissimo. Colvius ex Ms. Lipsiano ponebat *tua caræ parentis*, absurde: quomodo enim quæ nomen filii in privigno libenter eraderet, ne (illud pronuntians) pudoris admoneretur (ut supra habet Noster,) quomodo (inquam) illa

enim ad incestam Venerem exhortans, matris nomen adhiberet, quod proculdubio tanti flagitii horrorem in eo deberet angere?

<sup>2</sup> *Religio patris*] Religio, seu reverentia, qua patrem colis. Similiter Terent. in Andria, dixit 'patris pudor,' pro pudore, quo prohibebatur filius, quominus adversaretur patri.

non fit.<sup>2 w</sup> Repentino malo perturbatus adolescens, quam tale facinus protinus exhorruisset; non tamen negationis intempestiva severitate<sup>3</sup> putavit exasperandum,<sup>4</sup> [212] sed cautæ promissionis dilatione leniendum. Ergo prolixè pollicetur, et bonum caperet animum,<sup>5</sup> refectio- que se ac saluti redderet,<sup>6</sup> impendio suadet; donec patris aliqua profectioe liberum voluptati<sup>7</sup> concederetur spatium. Statimque se refert a noxio conspectu<sup>8</sup> novercæ. Et mag- nam<sup>9</sup> domus cladem ratus indigere consilio pleniore,<sup>1</sup> ad quendam compertæ gravitatis educatorem senem protinus refert. Nec quicquam diutina deliberatione<sup>2</sup> tam salu-

*turbatus subito malo, quamvis statim exhorruisset ejusmodi flagitium, non tamen credidit eam esse irritandam non opportuna severitate recusationis, sed denul- cendam procrastinatione callidæ promissionis. Promittit igitur abundanter, valdeque hortatur, ut bono esset animo, sumeretque cibum, et consuleret valedi- tudini suæ: quoad liberum tempus ad voluptatem percipiendam sibi daretur per aliquam peregrinationem patris. Disceditque protinus a pernicioso conspectu suæ novercæ, et existimans ingentem illam calamitatem domus opus habere de- liberatione ampliore, narrat eam statim cuidam seni pedagogo suo spectatæ prudentiæ viro. Et post longam consultationem, nihil visum est tam saluta-*

~~~~~

Id.—2 Vid. Not. Var.—3 Ob seqq. ‘cautæ promissionis dilatione’ Pricæus existimavit, hic melius lectum iri *intempestivæ*. Sed æque dici potest, ibi *cauta* rescribendum. Talia si ad nostrum gustum in Poëtis et Apuleio essent semper constituenda, quis commutandi foret finis? Oud.—4 Al. *exasperandam* et paulo post *leniendam*. Oxon. Guelf. pr. *exaspectandum*. Vid. Not. Var.—5 *Pollicetur, ut bonum*. Vulgati item, *ut et b. Colvius. Flor. pr. pollicetur et b. Elmenhorstius*. Non constrnenda sunt ‘*pollicetur, ut caperet;*’ sed ‘*suadet, ut caperet.*’ Hinc patet, quam male Colvius et seqq. ejecerint copulam *et*, quam Bertin. et Edd. Vett. posuerunt post *ut*, præter Junt. post. in qua, uti in Mss. Pith. Guelf. pr. legas, *et ut bonum*. Sed optime in mem- branis Mediceis, Fux. Oxon. D’Orv. et Ed. Scriver. exhibetur, *pollicetur, et b. caperet an. &c. suadet*, elegantissima creberrimaque ellipsi; de qua alibi, tum l. ix. diximus p. 194. ‘Uxorem ejus suasi, ac denique persuasi, secederet paululum.’ In D’Orv. est *cuperet*. Oud.—6 Al. *reduceret*. Abest *τὸ suadet* a Pithæano. Id.—7 Ms. *prostitutione*, τῶν liberum omissio. Colc. *Voluptati exulat* a Reg. Fux. Oud.—8 Pith. referunt. D’Orv. non habet *τὸ conspectu*. Id.—9 Flor. *etiam magnam*. Elmenhorstius. Fux. *et magnus*. Pith. *etiam magnus*. Bene Pricæus conjecit, *et tam m.* Oud.—1 Vulgo, *magno et ampliore consilio*. Colvius. *Magno et altiore*. Sic Bert. Rom. r. i. c. *magno et ampliore*. Flor. r. i. *co s. pleniore*. Elmenhorstius.—2 Fux. *liberutione*. Oud.—3 Fux. D’Orv.

#### NOTÆ

<sup>w</sup> Quod nemo novit, pane non fit] Fallax et pernicioſa ſententia. Simi- liter Ovid. III. Amor. ‘Non peccat quæcumque potest peccasse negare,

Solaque deformem culpa professa fa- cit.’ Et Seneca, de Ira, i. ‘Innocen- tem quisque se dicit, respiciens tes- tem, non conscientiam.’

bre visum, quam fuga celeri procellam fortunæ sævientis<sup>1</sup> evadere. Sed impatiens vel exiguæ dilationis<sup>4</sup> mulier, ficta qualibet<sup>5</sup> causa, confestim marito miris persuadet artibus ad longissime dissitas festinare villulas.<sup>6</sup> Quo facto, maturatæ spei<sup>7</sup> vesania præceps, promissæ libidinis flagitat vadimonium.<sup>8</sup> Sed juvenis modo istud, modo aliud<sup>9</sup> causæ faciens,<sup>1</sup> execrabilem frustratur ejus aspectum;<sup>2</sup> quoad illa nuntiorum varietate<sup>3</sup> pollicitationem sibi denegatam<sup>4</sup> manifesto perspicuens,<sup>5</sup> mobilitate lubrica nefarium amorem ad longe deterius transtulisset<sup>6</sup> odium. Et assumpto statim nequissimo, et<sup>7</sup> ad omne facinus emancipato,<sup>x</sup>

*re, quam veloci fuga evitare tempestatem fortunæ infensæ. At mulier, nequiens ferre vel minimam moram, excogitata qualicumque causa, persuadet statim marito miri astutia, ut cito iret ad prædiola quædam longissime remota. Quo facto, ipsa festinans ex furioso acceleratæ spei desiderio, postulat sibi præstari promissam voluptatem. At juvenis evitat execrandum ejus conspectum, afferens modo hanc causam, modo illam: donec illa evidenter agnoscens ex diversitate responsorum, quæ sibi ab ipso afferebantur, sibi denegari promissi exhibitionem, præcipiti inconstantia mutavit incestum amorem in odium multo pejus. Et protinus, accersito quodam servo suo dotali pessimo, et addicto sibi ad quodlibet scelus, communicat ei*

//////////

*sær. fortunæ. Id.—4 Pith. dilectionis. Id.—5 Idem malit quamlibet.—6 Oxon. desitas. Ed. Bas. pr. villas. Id.—7 Ms. maturitate spei. Colvius. Item Fux. Oud.—8 Piccart. Peric. Crit. c. 13. malit promissum. Frustra. Verbum deest D'Orvilliano. Id.—9 Idem, modo aliud. Colvius. Bert. m. aliud. Elmenhorstius. Adde Flor. Reg. Fux. Pal. Pith. D'Orv. Guelf. utrumque, Oxon. (qui cum Guelf. pr. caret τοῖς modo istud) et Ed. Junt. post. Quare audenter recepi. Dixisse etiam potuit, modo hoc, m. istud, m. aliud, ut l. ix. p. 181. 'Hoc, et illud, et aliud, et rursus aliud purgandum.' Sic 'hic, illic, alibi,' l. iii. p. 55. Atque ita e Mss. restituendum videbimus l. xi. p. 241. 'Belionam alii, Hecatam isti, Rhamnusiam illi.' Sæpius commutatæ sunt voces illa, alia, illud, aliud, illi, alii. Vide Drakenb. ad Liv. l. xxxiii. c. 7. Oud.—1 Forte causificans; ut infra; 'atque inconcinne causificantes.' Brant. Pravo judicio locutionem elegantissimam vitii suspectam habet Brant. Oud.—2 Idem, frustratus ejus conspectum. Colvius. Conspectum. Vulgo, aspectum. Elmenhorstius. Fux. quoque Guelf. pr. frustratus. E Flor. conspectum rescipsere Elmenh. et Scriv. Accedunt Pal. Oxon. Par. perpetua variatione. Oud.—3 Scribit Lipsius, mendaciorum varietate; e compendio mendaciorum, natum ratus errorem. Colr. Frustra sane ita conjecit Lipsius. Oud.—4 Edd. Junt. pr. Ald. pollicitationum. Ed. Flor. negatam, vitiose. Id.—5 Bert. prospiciens, male. Elmenh.—6 Al. transtulit.—7 Copula abest Pithæano. Utraque vox D'Orvilliano. Certe ad omne facinus emancipatus est nequissimus.*

#### NOTE

\* *Emancipato*] Festus: 'Emancipati duobus modis intelliguntur: aut ii, qui ex patris jure exierunt, aut ii, qui aliorum fiunt domini: quorum

utrumque fit mancipatione,' hoc est, ut interpretor, traditione in manum. Posteriore sensu hic sumitur, quem admodum et in hoc Horatii Epod.

quodam dotali<sup>8</sup> servulo,<sup>y</sup> perfidiæ suæ consilia communitat. Nec quicquam melius videtur, quam vita miserum privare juvenem. Ergo missus continuo furcifer, venenum præsentarium comparat: idque vino<sup>9</sup> diligenter dilutum, insontis privigni præparat exitio. Ac dum de oblationis opportunitate secum noxii deliberant<sup>1</sup> homines,<sup>z</sup> forte fortuna puer ille junior, proprius pessimæ fœminæ filius,<sup>2</sup> post matutinum laborem<sup>3</sup> studiorum domum se recipiens, prandio jam capto<sup>4</sup> sitiens, repertum vini [213] poculum, in quo venenum latebat<sup>5</sup> inclusum, nescius fraudis occultæ, conti-

*consilia suæ perfidiæ, et nihil videtur ipsis consultius, quam interficere miserum adolescentem. Missus igitur statim scelestus ille servus emit venenum promptissimum, seduloque diluit illud vino, et præparat in perniciem privigni innocentis. Dumque scelerati homines deliberant inter se de tempore, quo posset commode ipsi propinari: forte ille puer junior, proprius filius nequissimæ mulieris, reversus domum post laborem studiorum matutinarum, cum sumto jam jentaculo sitiret, invenit vini calicem, in quo venenum inclusum latebat, et bibit illum uno haustu, igno-*



Apuleiani tamen styli copia vulgatum abunde vindicat. *Oud.*—8 *Pal. de tali.* Id.—9 *Palat. Guelf. sec. atque ulno.* *Oud.*—1 *D'Orv. at, carens τῶ de.* *Pith.* et *Edd. Vett. del. nox.* Id.—2 *Ald. prius. An pricus? Colvius. Prius est itidem in Mss. Pal. Oxon. Guelf. utroque, Par. et Edd. Vicent. Junt. pr. Propius in Ed. Ber. De voce pricus egi ad l. III. p. 47. 'privas inimicitias.' Verum hoc loco valet nequaquam. Privignus potius erat privus mariti filius, sed aiter puer ille junior, non erat privus fœminæ filius, sed cum marito communis.* *Oud.*—3 *Ms. Par. labore.* Id.—4 *Bene ita e Mss. restituit Beroaldus, cum ante ipsum edebatur, pendio j. capto.* Id.—5 *Latitabat.* *Flor. et Bert. latebat.* *Elmenhorstius. Neque aliter Pith. D'Orv. Fux. Oxon. cum Edd. Vett. Scilicet Colv. e Lipsiano, et Wower. ex Palatino tacite substituerunt frequentativum, sequentibus eos Vulc. et Pricæo.* *Oud.*—6

#### NOTE

Ode IX. de Antonio: 'Romanus (eheu posteri negabit) Emancipatus fœminæ Fert vallum et arma miles, et spadonibus Servire rugosis potest.' Et hæc significatio propria est hujus vocabuli. Nam et qui ex patria potestate exeunt, emancipari dicuntur ob tres fictas, seu (ut loquuntur Jurisconsulti) imaginarias venditiones, vel emancipationes, et totidem manumissiones, quas celebrari olim necesse erat, ut filius e potestate patris exiret. Mancipationis ritum vide apud Glossatores ad lib. I. Instit. Titulum 12. 'Quibus mo-

dis jus patriæ potestatis solvitur.'

<sup>y</sup> *Dotali-servulo*] Dotalis servus est, quem secum uxor, una cum dotē, ad maritum adducit. Receptitius, auctore A. Gellio, Noct. Attic. lib. XVII. cap. 6. quem sibi reservavit, neque cum dote ad maritum transmisit. Ejusmodi servis, tum dotalibus, tum receptitiis majorem habebant fidem mulieres, quam aliis, quippe quos in sua potestate aut habebant, aut habuerant, et cum illis sæpe a pueritia in domo paterna versatæ fuerant.

<sup>z</sup> *Noxii deliberant homines*] Servus et noverca.

nuo perduxit haustu.<sup>6</sup> Qui, ubi fratri suo paratam mortem ebibit, exanimis terræ procumbit.<sup>7</sup> Illico repentina<sup>8</sup> pueri pernicie<sup>9</sup> pædagogus commotus, ululabili clamore matrem totamque ciet<sup>1</sup> familiam. Jamque<sup>2</sup> cognito casu noxiæ potionis, varie quisque<sup>3</sup> præsentium auctores insimulabant extremi facinoris. Sed dira illa fœmina et malitiæ novercalis exemplar unicum, non acerba filii morte, non parricidii<sup>a</sup> conscientia, non infortunio domus, non luctu mariti, vel ærumna funeris, commota, clade familiæ vindictæ compendium traxit,<sup>4</sup> misitque protinus cursorem,<sup>b</sup> qui vianti marito domus expugnationem<sup>c</sup> nuntiaret. Ac mox eodem ocyus<sup>5</sup> ab itinere regresso, personata nimia temeritate, in-

*rans latentes insidias, qui simul ac sorpsit mortem præparatam suo fratri, corruit humi exanimatus. Continuo educator pueri turbatus subita illius morte, excitat matrem totamque familiam vociferatione flebili. Jamque cognito casu exitialis poculi, singuli eorum, qui aderant, diversos accusabant auctores nefandi illius sceleris. At execrabilis illa mulier, quæque erat singulare exemplar malitiæ novercalis, nullatenus permota immatura morte sui filii, neque conscientia parricidii, neque clade domus, neque mœnore conjugis, aut luctu funeris illius, cepit breviorum riam ultionis ex strage familiæ: statimque misit cursorem ad nuntiandam marito iter facienti subversionem suæ domus. Cumque hic statim rediisset velocissime ab*



Vulgo, *haustum*, et post: *atque ubi fratri, &c.* Colv. Ms. *perd. ad haustum.* Scioppius in Symbola. Rom. et Bert. *haustum, atque.* Elmenhorstius. *Hauptu*, ut bene corrigunt viri docti, dant Flor. Bert. Oxon. Guelf. sed *haustum* Lips. Pal. Pith. cum Edd. Vett. Pro *Qui*, quod est in Urs. D'Orv. Lips. Pal. et Edd. nunc vulgaribus, in Oxon. Guelf. pr. *Quod*, in Flor. Bert. Pith. Edd. Vett. item Scriv. *Atque.* Sed in Reg. Fux. D'Orv. Urs. *adhaustum.* Cogitarum prius simpliciter *adhaustu* vel *exhaustu* corrigendum, ac retinendum *atque*, sed propter illud *m*, et varietatem voculæ *atque* et *qui*, placet nunc magis, *exhaustu*, *moxque.* Certe non valet *qui*, vox, quæ cum seqq. usque ad *illico* deest Fux. Pro *ubi* in Fulv. et D'Orv. *ut.* Quod eodem redit. De verbo 'ducere' adi Lamb. ad Hor. l. 17. N. Heins. ad Ovid. Met. XII. 316. Oud.—7 D'Orv. *procubuit*, Pith. *procubuit.* Sed vide ad p. 211. 'dirupit et præcipit.' *Id.*—8 Vulgares item libri, *illius quoque rep.* Colvius. Immo corrigere debuerat Colvius, *illicoque*, ut est in Florent. Edd. Junt. post. Elmenh. ac Scriv. In ceteris Mss. *illico.* Oud.—9 Inverso ordine D'Orv. qui omisit verbum *ciet.* *Id.*—1 Guelf. pr. *totam quatiet.* *Id.*—2 D'Orv. *namque.* *Id.*—3 Fux. *quisquis.* *Id.*—4 Vid. Not. Var.—5 D'Orv. *at*, carens τῶ *ocyus.* Oud.—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Parricidii*] Necis filii, veneno a se temperato, sibi.

<sup>b</sup> *Cursorem*] Inter servos fuerunt, Cursores, ab officio, dicti. Dromones vocantur in Comædiis.

<sup>c</sup> *Domus expugnationem*] Metaphorice, pro clade et calamitate, ejusmodi infertur oppidis, cum expugnantur ab hostibus.

simulat privigni veneno filium suum interemtum.<sup>6</sup> Et hic quidem non adeo mentiebatur,<sup>7</sup> quod jam destinatam juveni mortem prævenisset puer. Sed fratrem juniorem<sup>8</sup> fingebat ideo privigni scelere peremtum, quod ejus<sup>9</sup> probrosæ libidini, qua se comprimere<sup>d</sup> tentaverat, noluisset succumbere. Nec tam immanibus<sup>1</sup> contenta mendaciis, addebat, sibi quoque, ob detectum flagitium, eundem illum gladio<sup>2</sup> comminari. Tunc infelix, duplici filiorum morte percussus,<sup>3</sup> magnis ærumnarum procellis æstuat.<sup>4</sup> Nam et juniorem incoram sui<sup>5</sup> funerari videbat;<sup>6</sup> et alterum, ob incestum parricidiumque,<sup>7e</sup> capitis scilicet damnatum iri certo sciebat.<sup>8</sup>

*itinere suo, ipsa induta mira audacia, affirmat filium suum extinctum fuisse veneno privigni. Et hæc quidem in re non admodum mentiebatur, quia puer antecceperat mortem jam præparatam illi adolescenti. Sed comminiscebatur fratrem juniorem ideo interfectum fuisse crimine privigni, quia ipse noluerat morem gerere infami ejus libidini, qua conatus erat sibi stuprum inferre. Nec contenta mendaciis tam enormibus, dicebat insuper eum ipsum sibi minitatum fuisse ense, quia revelaverat ejus scelus. Tunc miser ille fluctuat magno astu curarum, afflictus morte umborum filiorum. Videbat enim minorem sepeliri coram se; et certo sciebat alterum condemnatum iri, ad mortem videlicet, ob incestum, et parricidium.*

~~~~~

6 D'Orv. *veneno prit.* haud agnoscens τὸ suum. Egregie vero Ed. Junt. post. habet *interceptum*, et quasi occupatum, seu morte præventum, ut ait infra. Cujus glossa frequens est 'interemptus.' Adi ad Suet. Cæs. c. 20. 'Intercepisse veneno indicem creditur.' Claud. c. 1. 'Interceptus veneno.' Ac passim 'intercipi' dicitur, qui immatura morte abripitur. *Id.*—7 Vid. Not. Var.—8 *Prævenisset puer, sed fratrem juniorem.* Desunt hæc Mss. Paræano, Guelf. pr. *Fratrum non male Pith. Oud.*—9 Pal. Oxon. *ei*, per omissionem notæ *g.* *Id.*—1 Vulg. *nec tamen immanibus.* Colvius. Flor. *n. tamen imm.* Elmenhorstius. Item Pith. Fux. Pal. D'Orv. Guelf. Nisi hæc voculæ millies confunderentur, posset videri legendum, *tam enormibus.* Sed et vide ad l. i. p. 2. 'Inania' vel 'immania mentiendo.' Dein Oxon. Guelf. pr. *objectum ft.* *Oud.*—2 Al. *gladium.*—3 Fux. *percursus.* Roaldus. B. *f. m. percursus.* Puteanus. Et sic Fux. D'Orv. solita confusione. Vide ad l. ix. p. 188. *Oud.*—4 Oxon. Guelf. pr. *extuat.* Coll. Voss. *exæstuat*, ut alibi. Vide ad l. viii. p. 154. *Id.*—5 Bert. *minorem.* Elmenhorstius. Placet, accedente D'Orvilliano. Vide ad l. iv. p. 81. 'Puellæ minoris.' Pith. *etiam coram*, prave. *In eo tam* Guelf. pr. *Jun. sui Pal. Oud.*—6 Idem Ms. *jubebat.* Colvius. Cum Palat. et Guelf. sec. *Oud.*—7 Guelf. pr. *fratricidiumque.* *Id.*—8 Scriptum: *scil. damnuꝝ. iri.* Scribo: *ilicet damnatum iri.* Colvius. Idem conjecit Meursius Exerc. Crit. p. 223. Sed alterum Apuleianum magis; nisi potius duæ voces *capitis scilicet* de glossemate suspectæ essent, præsertim quia in D'Orvill. exaratur *caput.* In Pal. Guelf. sec. *damnum iri.* Ab

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Se comprimere*] Novercam, non autem juniorem fratrem, ut male Priæus exponit. Infra enim legitur 'illum incestum paterno thalamo.'

<sup>e</sup> *Ob incestum parricidiumque*] Quorum criminum falso a noverca accusabatur.



Ad hoc, uxoris dilectæ nimium mentitis lamentationibus,<sup>9</sup> ad extremum sobolis impellebatur odium.<sup>1</sup> Vix dum pompæ funebres,<sup>2</sup> et sepultura filii fuerat explicata: et statim ab [214] ipso ejus rogo<sup>f</sup> senex infelix, ora sua recentibus adhuc<sup>3</sup> rigans lacrymis, trahensque cinere sordentem canitiem, foro se festinus immittit. Atque ibi tum fletu tum precibus, genua etiam decurionum<sup>g</sup> contingens, nescius fraudium<sup>4</sup> pessimæ<sup>5</sup> mulieris, in exitum reliqui filii plenis operabatur<sup>6</sup> affectibus: illum incestum paterno thalamo, illum par-

*Præterea incitabatur ad implacabile odium filii, confictis lamentationibus nimis amatae conjugis. Vix adhuc exequiæ filii ordine processerant: cum protinus miser senex ab ejus pyra prope contendit ad forum, madefaciens vultum suum lacrymis adhuc recentibus, vellensque suos cunos sordidos cinere. Ibiq̄ toto animo incumbat exitio filii sibi superstitis, tum lacrymis, tum supplicationibus, amplectens etiam genua Senatorum, ignorans dolos nequissimæ fæmiæ: clamitans illum incestum esse ob intentatam lecto patris contumeliam, parricidam esse ob extinctum*



Oxon. et Guelf. pr. desunt *τὰ ἰρι certo*. Oud.—9 *Adhuc uxoris d. nimium mentitis lamentationibus*. Transeundi particula *adhoc*, mea opinione, hic olim stetit. Vide, si volente scriptore mox coner legere; *nimirum ementitis lamentationibus*: qualiter 'fletus emeditatos' supra nuncupabat libro secundo. *Stewech*. Fux. *ad hæc*. Roaldus. Ms. *ad hoc*, recte, id est, insuper, præterea, sicut supra pag. 81. (Ed. Colv.) *Sciopp. in Symb.* Flor. *ad hoc u. recte*. *Elmenh.* *Ad hæc*, quod exaratur item in Guelf. pr. Coll. Voss. Petrarch. malebant Meursius et Pricæus. Sed rectum est *ad hoc*, ut e Palat. tacite Wower. jam expresserat ante Elmenh. quem reliqui secuti sunt. Et sic Pith. Guelf. sec. &c. Vide ad Suet. Aug. c. 25. Passim 'ad' ponitur pro 'præter': ut late docet Drakenb. ad Liv. l. xxvi. c. 5. Mire scribitur in D'Orvill. *ad hujus*. Edd. Junt. pr. Ald. *dilecta*. In ceteris frustra satagit *Stewech*. Oud.—1 Vid. Not. Var.—2 *Pompæ funebres sepulturæ filii fuerant: explicatæ*. Vulg. *ex sepultura filii*. Colv. *P. f. et sepultura f. fuerat explicata*. Vulgo, *sepulturæ f. fuerant explicatæ*. *Elmenh.* *Et sepultura f. fuerat explicatu* edidi auctoribus Mss. Flor. Fux. Oxon. D'Orvill. Guelf. Edd. Junt. post. Scriv. Postquam copula *et* abiit in *ex*, cetera fuere corrupta; sed illa habet vim exegeticam, sive *τοῦ ἰδ est*. Confer notata ad l. vi. p. 116. Nec obstat, quod verbum subjungatur singularis numeri, junctum proxime præcedenti substantivo, licet præmittatur pluralis: ut creberrime monitum. A Palat. Cod. et Ed. *Elmenh.* vitiose exulat copula *et*. Tunc certe *sepultura f. fuerant explicatæ* cum Sopingio foret legendum. *Funeris* in Guelf. pr. *Filii* non est in D'Orv. Oxon. Oud.—3 D'Orv. *ad hæc*. Id.—4 D'Orv. *fraudis*, Oxon. *fraudum*. Sed vide ad l. v. p. 98. 'Fraudium pedicam.' Id.—5 Pal. *pejime*.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Ab ipso ejus rogo*] A loco, in quo erat cremandus: nondum enim cremabatur, neque omnino crematus fuit, ut infra patebit.

<sup>g</sup> *Decurionum*] Decuriones hic intellige Senatores, qui in municipiis Decuriones dicebantur, ut jam monui.

ricidam fraterno exitio, et in comminata novercæ nece sicarium.<sup>7</sup> Tanta denique miseratione, tantaque<sup>8</sup> indignatione curiam, sed et plebem mœrens inflammaverat, ut remoto judicandi tædio, et accusationis manifestis<sup>9</sup> probationibus, et responsionis meditatæ ambagibus, cuncti conclamarint: <sup>1</sup> LAPIDIBUS OBRUTUM PUBLICUM MALUM PUBLICÆ VINDICARI. Magistratus interim, metu periculi<sup>2</sup> proprii, ne de parvis indignationis elementis<sup>3</sup> ad exitium disciplinæ civitatisque seditio procederet, partim decuriones deprecari, partim populares compescere,<sup>4</sup> ut rite, et more majorum<sup>5</sup> iudicio reddito, et utrimque secus<sup>6</sup> allegationibus examinatis, civiliter sententia promeretur: nec, ad instar barbaricæ feritatis,<sup>7</sup> vel tyrannicæ impotentiae, damnaretur aliquis inauditus: et in pace placida<sup>8</sup> tam dirum sæculo proderetur exemplum. Placuit salubre consilium.

*fratrem, et sicarium quia minatus fuerat mortem novercæ. Denique sic lamentans accenderat tanta indignatione, tantaque misericordia Senatam, et ipsam populum, ut sublata mora iudicii legitimi, et claris probationibus accusationis, sublatis etiam præcogitatis circuitionibus responsionis, omnes conclamaverint Publicum malum puniendum esse publice, opprimendo illud saxis. Interim Magistratus timore proprii periculi, ne scilicet seditio progrediretur ex parvis initiis iræ ad perniciem disciplinæ et urbis ipsius, cæperunt partim orare Senatores, partim cohibere plebem, ut sententia civili modo pronuntiaretur, iudicio reddito legitime, et secundum consuetudinem majorum, et perpensis iis, quæ proferrentur ab utraque parte; neque aliquis condemnaretur indicta causa, ad exemplum feritatis Barbarorum, aut violentiæ Tyrannorum, et exemplum tam atrox relinqueretur posteris hocce tempore tranquillæ pacis. Consilium hoc salutare placuit omnibus, statimque præco ex mandato*



Id.—6 Palat. operabar. Id.—7 Idem, cæde. Colvius. Bert. et Rom. cæde s. Elmenh. Pricæus una voce legit *incomminata*, uti et alii edidere. Sed non opus est. Sicarius erat in eo, quod comminatus erat necem novercæ. Cæde est etiam in Pith. Reg. Fux. et Edd. ante Colv. In D'Orv. *fide*, in marg. cæde. Oud.—8 Fux. *tanta denique*. Id.—9 Inverso ordine *man. acc.* D'Orv. *Accusationibus* Edd. Ber. Bas. Id.—1 Guelf. pr. *conclamant*, D'Orv. *conclamarant*, Edd. Elm. Scriv. Flor. *conclamaverint*. Male. Id.—2 Ms. *meta' periculi*. Colv.—3 *Ne de parvis indignationis clem.* Fux. *ne de parvis ind.* quod valde probat. Roald. *Parvis* Mss. et Edd. Ber. Bas. verissime. *Indignationibus* D'Orv. Oud.—4 *Populariter compescere*. Fux. *populares*, vere. Roald. Omnes scripti, *populares*. Wowerius. Scribo ex Manusc. *populares*. Scioppius in Symbola. Pal. Flor. et Bert. *populares c.* Elmenhorstius. Hos 'plebem' dixit supra. *Populares* jam dudum expresserat Ed. Junt. post. consonantibus Mstis omnibus. Oud.—5 Palat. Guelf. sec. *in more majorum*. Vide ad l. v. p. 97. 'more Sirenum.' Id.—6 Pith. *utrumque secus*, Fux. *utriusque secum*, D'Orv. Pal. Guelf. u. *secum*, N. Heinsius cum viro docto ad Marg. Ed. Vicent. *utrimsecus*. Vide ad l. 11. p. 22. Id.—7 Fux. *ferocitatis*. Roaldus, ac Reg. Pro *tyrannicæ* in Pith. *tyrancitæ*. Oud.—8 Idem (Ms.) *pace placita*. Colvius. *Placita* quoque Palat. Guelf. sec. Sed male huic loci. Adi Pric. *In exulat a D'Orv.*

Et illico jussus præco pronuntiat: PATRES IN CURIAM CONVENIRENT.<sup>9</sup> Quibus protinus dignitatis jure consueta loca<sup>1</sup> residentibus, rursus præconis boatu,<sup>2</sup> primus accusator incedit.<sup>3</sup> Tunc demum clamatus inducitur<sup>4</sup> etiam reus: et exemplo legis Atticæ<sup>5</sup> Martiique<sup>6</sup> judicii,<sup>h</sup> causæ patronis denuntiat præco, neque<sup>7</sup> principia dicere, [215] neque miserationem commovere.<sup>8</sup> Hæc<sup>9</sup> ad istum modum gesta compluribus mutuo sermocinantibus<sup>1</sup> cognovi. Quibus autem verbis accusator urserit,<sup>2</sup> quibus rebus diluerit reus,<sup>3</sup> ac prorsus orationes, altercationesque,<sup>4</sup> neque absens ipse<sup>5</sup> apud præsepium scire, neque ad vos, quæ ignoravi,<sup>6</sup> possum

*proclamat ut Senatores convenirent in Senatum. Qui, cum consedissent in sedibus solitis secundum ordinem suæ dignitatis, præcone rursus vocante, accusator progreditur primus. Tum denique reus etiam citatus introducitur: et præco ad exemplum legis Atheniensium, et Areopagi, edicit advocatis causæ, ne declament exordia, neque excitent ad misericordiam. Didici hæc sic peracta fuisse ex sermone multorum inter se colloquentium. Cum autem ego non interfuerim causæ, quippe alligatus ad præsepium, neque potui scire, qua oratione accusator iustiterit, et quibus argumentis reus refutaverit, atque omnino eorum orationes responsionesque: neque*



Mox proderet Pith. *Oud.*—9 D'Orv. *convenire*. Male. Ad præter ea, quæ supra sapius sunt monita, ad Suet. Calig. c. 27. *Id.*—1 *Guelf. pr. curæ*, suprasc. i. Tum c. *longa Guelf. sec. Id.*—2 Vid. Not. Var.—3 *Al. intendit.*—4 *Vulg. introducitur*. Pro clamatus conj. Brant. *calatus. Oud.*—5 *Atricæ Pith. Guelf. sec. Id.*—6 *Pal. Oxon. Guelf. Martique. Id.*—7 *Nemque Guelf. Id.*—8 D'Orv. *nec miseratione c. Id.*—9 *Pith. Hoc, Oxon. Et. Id.*—1 *Mutuo sermocinantibus. Ms. sermocinationibus. Colvius.* Hæc autem verba ex Edd. Vnc. Wox. Pric. operam incuria exulant. *Oud.*—2 Vid. Not. Var.—3 *Ms. quibus reus diluerit reus.* Prius illud reus, ut repetitum frustra, tollendum censeam, et sic legendum: *Quibus autem verbis accusator egerit, quibus diluerit reus. Colvius. Oxon. q. ubis.* Nihil muta. Multo minus Stewechianum rationibus substitue. 'Res' sunt rationes, et argumenta. Vide ad Casarem l. i. B. Civ. c. 2. 'Paucis fere mutatis rebus.' *Oud.*—4 *Ms. lib. ultricationesque.* Colvius. Sic et Fux. Edd. pp. ut passim. *Oud.*—5 Inverso ordine *Pal. Fux. D'Orv. Ed. Junt. post. Autem* addit *Bas. pr. Ed. Id.*—6 Conjicit

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Legis Atticæ Martiique judicii, &c.]* Martium judicium nihil aliud est, quam Areopagitarum apud Athenas Senatus ἀρείος πάγος dictus, quasi Martius pagus, seu collis: curia Martis Jvenali, Satyra ix. 'Ergo occulta teges, ut curia Martis Athenis.' Senatum illum nomine Martis ideo dictum fuisse aiunt; quod ibi Mars, homicidii reus a Neptuno actus co-

ram duodecim Diis, sex sententiis absolutus est. Lex illa Attica est Areopagi lex, qua advocati jubebantur causas dicere ἀνε προομίλων καὶ παθῶν 'absque exordiorum apparatu, et affectuum permotione,' quibus rebus corrumpi possunt hominum judicia, et a stricta justitiæ semita deflecti.

enuntiare :<sup>7</sup> sed quæ plane comperi,<sup>8</sup> ad istas literas proferam. Simul enim finita est dicentium<sup>9</sup> contentio, veritatem criminum fidemque probationibus certis<sup>1</sup> instrui, nec suspicionibus<sup>2</sup> tantam conjecturam permitti placuit:<sup>3</sup> atque illum potissimum servum,<sup>4</sup> qui solus hæc ita gesta esse<sup>5</sup> scire diceretur,<sup>i</sup> sisti<sup>6</sup> modis omnibus oportere. Nec tantillum cruciarius<sup>k</sup> ille, vel fortuna tam magni iudicii, vel confertæ conspectu curiæ,<sup>7</sup> vel certe noxia conscientia<sup>8</sup> sua deterritus,<sup>9</sup> quæ ipse finxerat,<sup>1</sup> quasi vera asseverare<sup>2</sup> atque asserere incipit. Quod se vocasset<sup>3</sup> indignatus fas-

*possunt narrare vobis, quæ non didici: sed tantum mandabo his literis ea, quæ cognovi. Nam statim atque altercatio oratorum finita est, placuit Senatoribus, ut veritas fidesque criminum ostenderetur argumentis manifestis, neque conjectura tanti momenti niteretur tantum suspicionibus. Dixeruntque servum illum promissimum, qui dicebatur solus scire ea sic facta esse, omnino adducendum esse. Ille vero furcifer ne minimum quidem turbatus, aut alea tanti iudicii, aut præsentia frequentis Senatus, aut saltem sui mala conscientia, cæpit affirmare, atque asseverare ea, quæ ipse commentus fuerat, perinde ac si vera fuissent. Quod nimirum adoles-*



Piccart. Per. Crit. c. 13. q. *ignara mihi*. De 'ignaro' pro 'ignoto' vide ad l. vii. p. 149. Sed haud opus est. 'Ignoravi' valet τὸ haud cognovi, ut 'ignoratus' passim dicitur 'non cognitus.' Id.—7 Bertin. *prænunt*. Hinc divinabat vir doctus, *pronunciare*. At l. ii. p. 28. 'Et ipsum scire, et nobis enunciare.' L. xi. p. 256. 'Ad profanorum intelligentias enunciari: et alibi. Id.—8 *Concepi*. Idem vetus, *comperi*: quod placet præ isto. Colv. Emenda ex Mss. *comperi*. Vulgo, *concepi*. Elmenhorstius. *Comperi* habent et Mss. O. et Edd. præter Bas. sec. Colv. et Vulc. Oud.—9 Palat. *dicentissimum*. Id.—1 D'Orv. p. *ceteris*. Id.—2 Al. *suspicionibus*.—3 Pith. *placum*, f. pro *placitum*. Oud.—4 *Illum promptissimum servum*. Ex iisdem lib. *potissimum servum*. Woverius. Nemo dubitabit, quin enim Manusc. legendum sit *potissimum*. Scioppius in *Symbola*. *Potissimum*. Alii, *promptissimum*; male. *Elmenh.* Woverium secuti sunt reliqui, edentes *potissimum*; ut jam præbuit Ed. Junt. post. cum Mss. Urs. Pal. Guelf. Oxon. In ceteris est *promptissimum*. Alterum quoque præfero. Abest *illum* a Pithæano. Oud.—5 Idem, qui solus ē hæc, &c. Colv. Hinc G. Vossius non male conjecit *isthæc*, ut alibi. Palat. Guelf. sec. pro *hæc* habent *est*. Deest *esse* a Fux. Et vere forsau. Oud.—6 Pith. *scistis*. Id.—7 Ms. *velle conferre*. Colvius. Unde faciebam, vel *econfortæ*; ut supra 'edeformis.' Brant. Bert. *aspectu curiæ, vel certe noxialis*. Elmenhorstius. *Velle conferre* etiam vitiose Pith. Fux. *Conferre* quoque in Guelf. sec. Ridiculus est Brantius. In mea Bert. Cod. Coll. est a *conspectu*. Oud.—8 Oxon. *cetera*. Guelf. pr. *certa*. Ex lectione Ms. Bert. *noxialis* Scriverius edidit *noxiali*: qua voce usum fuisse Prudentium, movent Lexica. Sed aliter solet Apuleius. Id.—9 D'Orv. *detentus*. Id.—1 Idem *fecerat*, Fux. *fuerat*. Id.—2 Bert. *asseveratione*. Elmenh.—3 Ms. *vucasset*.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Diceretur*] Ab accusatore scilicet. crucis.'

<sup>k</sup> *Cruciarius*] Plauto, 'discipulus

tidio noveræ<sup>1</sup> juvenis; quod ulciscens<sup>4</sup> injuriam, filii ejus<sup>5</sup> mandaverat necem;<sup>6</sup> quod promisisset grande silentii præmium; quod recusanti mortem sit comminatus; quod venenum sua manu temperatum, dandum fratri reddiderit; quod ad criminis probationem<sup>7</sup> reservatum poculum neglexisse suspicatus, sua postremum manu porrexerit<sup>8</sup> puero. Hæc, eximia enim ad veritatis imaginem, verberone illo simulata trepidatione<sup>9</sup> perferente, finitum est judicium.<sup>m</sup> Nec quisquam decurionum tam æquus<sup>1</sup> remanserat juveni, quin eum evidenter noxæ compertum,<sup>2</sup> insui culleo<sup>n</sup> pro-

*cens, graviter ferens se repudiatum a noverca, ipsum ad se vocasset; quod imperasset ei, ut interficeret filium novercæ, ad vindicandam injuriam illum; quod pollicitus sibi esset magnam mercedem, si taceret; quod cum recusaret id facere, interminutus esset ipsi mortem; quod sibi tradidisset venenum dilutum propria manu, ut illud propinaret fratri; quod cum suspicaretur eum non dedisse potionem illam, sed reservasse ad comprobationem sceleris, tandem ipse propinavisset puero propria manu. Cum ille nastigia ficto pavore hæc dixisset, quæ mire præ se ferebant veritatis speciem, judicium finitum est. Neque ullus ex Senatoribus superfuerat adeo favens juveni, qui non pronuntiaret eum insuendum esse culleo, utpote manifesto*

Colvius. ac Palat. Guelf. sec. *Oud.*—4 Guelf. pr. *quæ.* Id.—5 *Filii ejus.* Ultima vox deest Reg. Fux. *Id.*—6 *Idem, mandaverit.* Colvius. *Mandarit.* Vulgo, *mandaverat.* Elmenhorstius. Non *mandarit*, ut, deceptus ab Elmenhorstio, edidit Scriverius, sed *mandaverit* exaratur in Flor. Reg. Fux. Palat. Oxon. Par. Guelf. utroque, D'Orv. et Edd. Wow. ac Pricæi. Verissime. Sequitur enim et præcedit subjunctivus modus. Si Mss. Indicativum retinerent, facile defendi posset per modorum variatorum usum, qui contra illos non est intrudendus. *Oud.*—7 Aldus, *perturbationem.* Elmenhorstius. Cum Edd. Juntinis. *Oud.*—8 Guelf. pr. *porrexit.* Id.—9 *Lege ex Flor. s. tum trep.* Elmenhorstius. *Tum* inseruerunt Elmenh. ac Scriv. Sed in Florent. et Pith. Mss. legitur modo *simulatum.* Malim, *simulata cum trep.* Vide ad l. 11. p. 42. 'cum æmulatione virium.' D'Orv. Guelf. sec. *perferentem.* D'Orv. etiam transponit voces præcedentes sic, *illo verberone ad verit. imag.* *Oud.*—1 *Idem, equo.* Bas. 1. *æquius.* Colvius. *Istud æquius* ex editionibus primis desumere Basil. sed bene jam correxerat Beroaldus. *Oud.*—2 *Prave Ed.*

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Fastidio novercæ]* Quasi eam ad stuprum sollicitasset, fuissetque ab ea rejectus.

<sup>m</sup> *Finitum est judicium]* Id est, inquisitiones ac probationes: necdum enim iudices calculos in urnam conjecerant, ut patet ex sequentibus, neque lata erat sententia.

<sup>n</sup> *Insui culleo]* Hæc erat pœna paricidarum, ut culleo, hoc est, sacco

coriaco, includerentur, cumque iis simia, et serpens, quibus etiam postea additi sunt canis et gallus; sicque inclusi atque insuti, in mare projicerentur, aut in lacum quempiam, si longius abesset mare. Juvenalis, de Nerone matricida, Sat. VIII. 'Cujus supplicio non debuit una parari Simia, nec serpens unus, nec culleus unus.'

nuntiaret. Cum jam sententiæ pares,<sup>o</sup> cunctorum stylis<sup>1 p</sup> ad unum sermonem congruentibus, ex more perpetuo, in urnam æream<sup>4</sup> deberent conjici:<sup>5</sup> quo<sup>6</sup> semel conditis calculis, [216] jam cum rei fortuna transacto,<sup>7</sup> nihil postea commutari<sup>8</sup> licebat; sed mancipabatur potestas capitis in manum carnificis:<sup>9</sup> unus e curia senior, præ ceteris compertæ<sup>1</sup> fidei, atque auctoritatis præcipuæ, medicus, orificium urnæ manu contegens, ne quis mitteret calculum temere, hæc ad ordinem protulit:<sup>2</sup> Quod ætatis sum, vobis approbatum<sup>q</sup> me vixisse gaudeo. Nec patiar, falsis criminibus petito reo, manifestum homicidium perpetrari:

*convictum criminis, cujus accusabatur. Omnium stylis convenientibus in eandem sententiam, cum sententiæ similes jam essent immittendæ in urnam æream secundum consuetudinem semper observatam: in quam urnam simul ac calculi semel conjecti erant, jam alea jactu erat de reo, neque fas erat postea mutare quicquam, sed vita ejus addicebatur potestati tortoris: quidam e Senatu ætate grandior, Medicus, spectata inter reliquos fidei, eximicæque auctoritatis, operiens manu os urnæ, ne aliquis festinantius conjiceret suum calculum, sic verba fecit ad Curiam. Lætor me diu vixisse, quia vobis placui per totam meam vitam. Neque sinam committi homicidium manifestum, cum hic reus accusatus sit falsorum criminum: neque vos, qui*

Pric. noxa. Id.—3 D'Orv. simul, Oxon. stimulis. Id.—4 Al. æream.—5 Pal. Oxon. coici. Ond.—6 Quo. Sive in quam. Malo Edd. Wow. Pric. quod. Adi ad Cæs. l. v. B. G. c. 14. Id.—7 Perperam Bert. Pith. Petrarch. transacta. Vide ad l. viii. p. 157. Id.—8 Oxon. immutare, Guelf. pr. commutare. Id.—9 Reg. Fnx. mancipatur. Oxon. D'Orv. Guelf. pr. in manu, Pith. manus. De pœnæ servo vide Jctos. Id.—1 Exulat a D'Orvill. Id.—2 Hoc ad ordinem pertulit. Ms. hanc ad ordinem. Forte, hæc ad ord. Colvius. Manuscr. protulit. Scioppius in Symb. Hæc bene correxit Colvius, ut est in Bert. Fux. D'Orv. Guelf. aliisque Codd. et Edd. Junt. post. Wow. &c. Protulit etiam rescripsi ex Urs. et D'Orv. Mss. quicquid rennat Pricæus. Vide ad

## NOTÆ

<sup>o</sup> Pares] Similes: alias, pares sententiæ intelligi possunt, quarum totidem sunt absolutoriæ, quot damnatoriæ.

<sup>p</sup> Stylis] Quibus sententiam suam, id est, 'nigrum theta' scribebant in tabulis, quas ait Apuleius iudices illos in urnam conjecturos fuisse: quanquam sibi mox videatur contradicere, cum non sententias scriptas, sed calculos in illam urnam mitti inquit: nisi dicamus eum per calculos intelligere sententias ipsas, seu lite-

ram damnatoriam, tabulis, aut testulis, ostracisve inscriptam, quæ in urnam conjicerentur.

<sup>q</sup> Quod ætatis sum vobis approbatum [approbatus] Recte monet Pricæus melius fore, si legatur quod ad hoc ætatis sum vobis approbatus. 'Ad hoc ætatis' est, 'ad hanc usque ætatem.' Et (ut Terentius in Andria) 'usque adline.' 'Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usque adhuc, Quæ meo cumque animo libitum est, facere.'

nec vos, qui jurejurando astricti judicatis,<sup>1</sup> inductos<sup>3</sup> servuli mendacio,<sup>4</sup> pejerare. Ipse non possum, calcata numinum religione, conscientiam meam fallens, perperam pronuntiare. Ergo, ut res est, de me cognoscite.<sup>5</sup> Furcifer iste venenum præsentarium<sup>6</sup> comparare sollicitus, centumque aureos solidos offerens pretium, mecum non olim convenerat:<sup>7</sup> quod ægroto cuidam dicebat necessarium, qui morbi inextricabilis veterno vehementer implicitus, vitæ se cruciatui<sup>8</sup> subtrahere gestiret. At ego perspiciens<sup>9</sup> malum istum verberonem<sup>1</sup> blaterantem, atque inconcinne causificantem,<sup>2</sup> certusque aliquod moliri flagitium,<sup>3</sup> potionem quidem dedi;<sup>4</sup> sed futuræ quæstioni præcavens,<sup>5</sup> non statim pretium, quod offerebatur,<sup>5</sup> accepi.<sup>6</sup> Sed, ne forte ali-

*ius dicitis obligati sacramento, committere perjurium deceptos mendacio servi. Ego ipse non possum ferre iniquam sententiam, agens contra meam conscientiam, contempto metu Deorum. Discite igitur ex me, quomodo se res habet. Hic sceleratus cupiens emere venenum promptissimum, quo aibat opus esse cuidam ægro, qui graviter correptus lentore morbi insanabilis, cuperet se eripere doloribus vitæ, necum sat pridem pepigerat, oblatis centum solidis aureis in pretium. Ego vero cum viderem nequam illum nastigiam futiliter loqui, et afferre ineptas causas, certusque esset eum machinari aliquod scelus, dedi equidem pharmacum; sed consulens inquisitioni futuræ, non accepi statim pretium quod mihi offerebat. Verum, dixi ipsi, ne forte*

\*\*\*\*\*

l. i. p. 11. 'proferens vera,' *Oud.*—3 Qui exulat a D'Orvill. jure repetit Pith. *Inducto* Gueif. pr. *Id.*—4 Oxon. Gueif. pr. *servili m.* *Id.*—5 Pith. *ut de me est, c. male.* *Id.*—6 Ed. Pric. *præsentancum.* Sed vide ad p. 212. *Id.*—7 Vid. Not. Var.—8 Bert. *interim se cr.* Elmenhorstius. Ita edidit Scriverius. Malim hinc coniecere, vitæ ærummosæ vel ærumnabilis, vel simile adjectivum, quod hic deesse videtur, ut bene advertit Pricæus, excitans l. viii. p. 159. 'Ærumnabili vitæ sese subtrahere decernit.' In Ed. Bas. pr. *vita*, Mss. Oxon. Gueif. pr. v. *suæ.* *Oud.*—9 Fux. *prospiciens.* Roaldus. Bert. *prospiciens.* Male. *Elmenh.*—1 Edd. Junt. pr. Ald. *m. justum.* Cod. Flor. *umbrosum.* *Ond.*—2 D'Orv. *clausicantem,* Fux. *clausificantem,* prave. *Id.*—3 Idem Ms. Al. *muniri.* Num, ut supra lib. viii. 'Quas prædas munitis?' *Colv.* Lego, *iniri.* Brantius. Edd. Junt. Ald. *aliquid;* bene, si *flagitii* legas. *Muniri* exaratur quoque in Reg. Fux. Nihil molior contra ceteros Mss. l. viii. p. 165. vidimus legendum, 'quas pr. punitum itis.' *Oud.*—4 Bert. p. *quandam.* Elmenhorstius. Pith. Fux. Pal. D'Orv. Gueif. *dedit quidem pot.* *Ond.*—5 Bert. *offerebat.* Elmenh. Id recept Scriverius. Ms. D'Orv. q. *adferbat.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Qui jurejurando astricti judicatis] Asconius: 'Subscriptione perfecta, jurabant in leges judices' (qui nimirum ad judicandum lecti erant a Præatore, aut judice quæstionis) 'ut obstricti religione judicarent.'

<sup>6</sup> Futuræ quæstioni præcavens] Cupiens habere aliquam probationem, qua posset nequam ille servus convinci, siquando quæstio de illa potione haberetur.

quis, inquam, istorum, quos offers,<sup>7</sup> aureorum nequam vel adulter reperiatur:<sup>8</sup> in hoc ipso sacculo conditos eos annulo tuo prænota; donec altera die<sup>9</sup> nummulario præsentente comprobentur. Sic inductus, signavit pecuniam. Quam exinde, ut ipse<sup>1</sup> representatus est iudicio, jussi de meis aliquem<sup>2</sup> curriculo taberna promptam<sup>3</sup> afferre. Et en ecce, perlatam<sup>4</sup> coram exhibeo. Videat, et suum sigillum recognoscat.<sup>5</sup> Nam quemadmodum ejus [217] veneni frater<sup>1</sup> insimulari<sup>6</sup> potest, quod iste comparaverit?<sup>7</sup> Ingens exinde verberonem corripit<sup>8</sup> trepidatio: et invicem<sup>9</sup> humani coloris succedit pallor infernus;<sup>1</sup> perque universa membra frigidus sudor emanabat. Tunc pedes incertis alternationibus commovere:<sup>2</sup> modo hanc, modo illam partem scalpere capitis:<sup>3</sup> et, ore semiclauso<sup>4</sup> balbutiens,

*aliquis horum nummorum aureorum, quos mihi offers, inveniatur malus aut adulteratus, reconde illos in hac ipsa crumena, et obsigna tuo annulo, quoad examinentur cras coram argentario. Persuasus his verbis, obsignavit aureos, quos, statim atque hic adductus est in iudicium, imperavi alicui ex meis, ut quam citissime depromeret ex mea officina, atque huc afferret: et ecce, depromtos eos vobis palam exhibeo: aspiciat ipse, et agnoscat sigillum suum. Quomodo enim frater potest accusari veneni illius, quod iste emerit? Ex illo magnus tremor occupat illum sceleratum: et pallor letalis subit in locum coloris nativi; et sudor gelidus fluebat per omnes ejus artus. Tum cepit quater pedes incertis titubationibus; scabere nunc hanc partem capitis, nunc illam: et garrire nescio quas nugas, balbutiens ore tantum semi-*



Oud.—6 Idem, accipi. Colv.—7 Pith. offeres. Oud.—8 Fux. reperiatur. Roaldus. Altera lectio vitiosa solius est Ed. Bas. Oud.—9 Oxon. altero d. Id.—1 Iste. Flor. Fux. D'Orv. ipse. Bene. Iudicio exulat a Pith. Id.—2 Abest a D'Orvill. Id.—3 Fux. Oxon. D'Orv. Guelf. pr. tabernam p. vitiose. Id.—4 Al. prolatam.—5 Al. cognoscat.—6 Alter insimulari. Fux. frater insim. vere. Roald. Frater. Sic Ms. Cod. et Bas. 1. Reposuit Beroaldus, alter, præter rem. Colv. Conjecturam Beroaldi, qui etiam explicuit 'frater' pueri defuncti, male prætulerunt Edd. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. sec. licet videatur esse etiam in Bert. Cod. Oud.—7 D'Orv. emit. Fux. comparaverit. Id.—8 Vulgo, corripere. Colvius. Mss. quantum scio, omnes præbent corripit, sed Edd. ante Colvium corripere. Quod tamen ex Mss. quoque haustum videtur. Defendi enim hæc potest Ellipsis τοῦ 'cepit'; etiamsi sequatur Indicativus modus 'succedit.' Vide ad l. vii. p. 138. Oud.—9 In vicem. Uncinis inclusit Scrivenerius præpositionem in. Sed vide ad l. i. p. 9. ac Pric. Id.—1 Scriptus cod. pallor in facie. Colvius. E glossa marginali. Vide l. i. p. 14. Oud.—2 Ed. Bas. pr. inexcertis. Id.—3 Pith. p. cap. scalp. Fux. Pal. D'Orv. Guelf. pr. Ed. Junt. post. capitis partem sc. Recte. Id.—4

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Frater] Privignus novercæ, frater illius qui potionem hauserat.



nescio quas affanias<sup>5 u</sup> effutire; ut cum nemo<sup>6</sup> prorsus a culpa vacuum<sup>7</sup> merito crederet. Sed revalescente rursus astutia,<sup>8</sup> constantissime negare, et arcessere mendacii<sup>9</sup> medicum non desinit.<sup>1</sup> Qui præter iudicii religionem,<sup>2</sup> cum fidem<sup>3</sup> suam coram lacerari videret, multiplicato studio verberonem illum contendit redarguere: donec jussu magistratum ministeria publica, contrectatis<sup>4</sup> nequissimi servi manibus,<sup>5</sup> anulum ferreum<sup>w</sup> deprehensum cum signo sacculi conferunt. Quæ comparatio<sup>6</sup> præcedentem roboravit suspicionem. Nec rota, vel equuleus,<sup>7</sup> more Græcorum,<sup>8 x</sup> tormentis ejus apparatus, jam deerant. Sed ob-

*aperto: adeo ut jure nemo putaret cum omnino innocentem esse. Verum, postquam ejus astutia reviguit, non cessat negare pertinacissime, et insimulare Medicum mendacii. Qui, præterquam quod astrictus erat jurejurando ad juste judicandum, cum videret fidem suam palam diffamari, conatur majori nisu convincere illum mastigiam; donec servi publici, tractatis manibus pessimi servi ex mandato Magistratum, inveniunt anulum ferreum, eumque comparant cum sigillo crumenæ. Quæ collatio confirmavit suspicionem priorem. Jamque adierant rotam, et equuleum, præparata ad ipsum torquendum ritu Græciensi: verum ille confirmatus mirabili audacia*

D'Orv. aure s.—5 Vulgati quidam, *affanias*. Vet. Cod. *afanias*. Colvius. Flor. *affannas*. Roald. *afanias*. Ven. *effanias*. Elmenhorstius. Cod. Petrarchæ, *insanias*, Fux. *afannas*. Pal. Guelf. sec. *asannas*. Pith. *asiās*, Guelf. pr. *assarinas*, Oxon. Edd. Vic. Junnt. pr. Ald. *afanias*, Edd. Ven. Ber. *effanias affutire*. Col. *affanias*. Fux. *effutetur*. Vide ad l. ix. p. 183. *Oud.*—6 Pith. *non cum n.* Id.—7 Vet. *vacari*. Colv.—8 Vulg. *prorsus*. Colvius. Sic etiam Mss. Pith. Bert. cum Edd. ante Colv. male repetitum e præc. versu. *Oud.*—9 Vulg. *accersire*, vel *accersere*. In Ms. *accrescere*. Unde cum Beroaldo reposui *accersere*. Colvius. Oxon. *accersere*, Pith. *accensire*, Edd. Vic. Junnt. pr. Ald. Col. *accersire*. Saltem rectius foret *arcessire*. Sed adi ad Suet. Tib. C. 53. Calig. c. 35. *Oud.*—1 D'Orv. *medicam*. Pal. Reg. Fux. Guelf. ambo, *non des. med.* Id.—2 *Propter iudicii relig.* Fux. *præter jud. r.* Roaldus. *Præter*. Editum ante, *propter*. Colvius. Bert. *q. propter j. r.* Phædrus: 'Sed ne religio peccet imprudens mea.' Vide Rævardum Var. lib. v. cap. 8. *Elmenh.* Pith. *pp.* Perperam hinc Edd. ante Colvium *propter* fabricarunt. *Oud.*—3 Fux. *qui f.* Id.—4 D'Orv. Fux. Oxon. Par. *contractatis*. Vide ad l. viii. p. 157. *Id.*—5 *Servi manibus*. Abest prima vox a D'Orvill. *Id.*—6 In D'Orvill. *computatio*. *Id.*—7 Al. *eculeus*, Guelf. pr. *aculeus*. *Id.*—8 *More Græcorum*. Hæc uncis inclusit Scriverius. Sed lib. iii. p. 48. 'Cum ritu Græciensi ignis et rota,

## NOTÆ

<sup>u</sup> *Affanias*] Vide Not. l. ix. p. 577.

<sup>w</sup> *Anulum ferreum*] Cui sigillum insculptum erat. Anulos ferreos diu gestaverunt Senatores atque Equites Romani: sed postea, luxu crescente, annuli aurei gemmis ornati

immensi pretii gestari cœperunt, et ferrei ad servos transierunt.

<sup>x</sup> *Nec rota, vel equuleus, more Græcorum*] Lib. iii. 'Nec mora, cum ritu Græciensi, ignis, et rota, tum omne flagrorum genus inferuntur.' 'Equi-

firmatus mira præsumptione,<sup>9</sup> nullis verberibus<sup>1</sup> ac ne ipso<sup>2</sup> quidem succubuit<sup>3</sup> igni. Tunc medicus,<sup>4</sup> Non patiar, inquit, hercules, non patiar,<sup>5</sup> vel contra fas<sup>6</sup> de innocente isto juvene supplicium vos sumere; vel hunc, ludificato nostro iudicio,<sup>7</sup> pœnam noxii facinoris evadere. Dabo enim rei præsentis evidens argumentum. Nam cum venenum peremptorium comparare<sup>8</sup> pessimus iste gestiret; nec meæ sectæ crederem convenire,<sup>9</sup> causas ulli<sup>1</sup> præbere mortis; nec exitio,<sup>2</sup> sed saluti<sup>3</sup> hominum medicinam quæsitam esse didicissem:<sup>4</sup> verens, ne,<sup>5</sup> si daturum me negassem, intempestiva repulsa<sup>6</sup> viam sceleri subministrarem:<sup>7</sup> et

*nullis plagis rictus est, ac ne ipso quidem igne. Tunc Medicus: Non feram certe, inquit, non feram aut vos injuste punire istum adolescentem insontem, aut hunc servum effugere supplicium debitum suo crimini, deluso nostro iudicio. Nam exhibebo vobis manifestam probationem rei, de qua agitur. Cum enim hic nequissimus cuperet emere venenum mortiferum, ego vero putarem non esse congruum meæ arti subministrare alicui causas mortis, et didicissem medicinam non esse comparatam ad perniciem hominum, sed ad eorum conservationem: timens, ne, si dixissem me non daturum, aperirem ipsi iter ad crimen denegatione*



tum omne flagrorum genus.' *Id.*—9 Ms. *obfirmatam mirabiliter præsumtionem.* Al. *affirmatum mira præsum.* Vulgo recte legi, ostendi supra ad lib. viii. *Colv.* Faber rursus conjecit *Myrrhae.* Sed adi ad p. 173. L. viii. 'Mira præsumptione munitus.' Salm. itidem margini allevit. *Oud.*—1 Edd. Ber. Bas. *ullis v.* *Id.*—2 *Guelf. pr. ipse.* *Id.*—3 *D'Orv. Oxon. Guelf. pr. Reg. Fux. succumbit.* *Id.*—4 *Bert. Guelf. sec. Edd. ante Colv. tum.* *Id.*—5 *Non patiar, inquit, Hercules, non patiar.* Quatuor posteriores voces exulant a *D'Orvill.* duxæ a *Pith.* Si quid hic superflui, est verbum *inquit*; de cujus ellipsi sæpe dixi alibi. *Id.*—6 *Vel circa fas.* P. Faber, *citra fas.* At Ms. *contra*, ut et *Beroald. Rould. Vel contra. Vel non est in Vet. lib. Colv. Vobis pro vel in Oxon. Guelf. utroque. Contra in Mss. O. ut bene Beroald. emendaverat. Sæpe sic in Nostro erratum, supra patuit. Dein vos supp. s. Pith. Oud.*—7 *D'Orv. vestro jud.* Quod omnino præferendum. *Dein facin. evad. nox. Guelf. pr. Id.*—8 *D'Orv. comparere.* *Id.*—9 *Prave D'Orv. me sine verbo convenire.* Pal. *Guelf. sec. sorsertit pro sectæ.* Quod quid velit, nescio. *Id.*—1 *D'Orv. Guelf. pr. perperam illi.* *Id.*—2 *Oxon. Guelf. pr. exitium.* *Id.*—3 *Exulnat a Fux. Id.*—4 *D'Orv. esse quæs. Fux. dedissem.* *Id.*—5 *Vetus lectio, veteres. Verior, veritus, meo quidem animo. Brant. Sed verens, ut Beroaldus correxit, confirmatur ab omnibus Mss. Oud.*—6 *Bert. intempestivam repulsam.* Edd. *Junt. Ald. id t. r. Id.*—7 *Pal. mea sc. s. A Fux. abest viam.* *Id.*—8 *Pal. ab aliquo copiam.*

#### NOTÆ

leus, sen 'eculeus, machina lignea est equo similis, sed cui spina sit valde acuta, cui imponebantur rei torquendi. Prudentius: 'Jusserat Eviscerandum corpus equuleo emi-

nus Pendere, et unciis vinculisque crescere.' Id est, deduci, et extendi: quod fidiculis fiebat, hoc est, funibus, ope suctularum tensis.

ab alio quopiam<sup>8</sup> exitiabilem [218] mercatus hic potionem, vel postremum gladio, vel quovis telo nefas inchoatum<sup>9</sup> perficeret; dedi venenum, sed somniferum mandragoræ illud,<sup>1</sup> gravediniis compertæ<sup>2</sup> famosum, et morti simillimi soporis<sup>2</sup> efficax. Nec mirum,<sup>3</sup> desperatissimum istum latronem,<sup>4</sup> certum<sup>5</sup> extremæ pœnæ, quæ more majorum in eum competit, cruciatus istos, ut leviores,<sup>6</sup> facile tolerare.<sup>7</sup> Sed si vere puer meis temperatam manibus sumpsit potionem, vivit, et quiescit, et dormit: <sup>8</sup> et protinus, marcido sopore discusso, remeabit ad diem lucidam. Quod si vere peremptus est, si vere morte præventus est;<sup>9</sup> quærat licet causas mortis ejus<sup>1</sup> alias. Ad istum modum seniore

*illa intempestiva, atque hic perageret scelus inceptum aut emta potione letifera, a quopiam alio, aut denique gladio, vel quolibet alio telo: dedi ipsi non quidem venenum, sed illum soporiferum succum mandragoræ, celebrem ob torporem, quem sciunt omnes ab ipso induci, quique producit somnum simillimum morti. Neque mirum vobis videri debet, quod hic desperatissimus sicarius, certo sciens sibi deberi ultimum supplicium ex instituto majorum nostrorum, facile ferat hæc tormenta, utpote leviora. At si puer revera bibit potionem præparatam meis manibus, vivit adhuc, quiescit, et dormit: simulque ac gravis ille somnus fuerit dissipatus, redibit ad luminis auras: si autem revera extinctus est, si vere occupatus est leto, jam potestis investigare alias causas ejus necis. Sene illo sic verba faciente,*

//////////

Guelf. sec. *copiam*. Oxon. *ab alio capiat*. Guelf. pr. *caopiam*. Id.—9 Fux. *necis*. Pal. *inchoatum*. Id.—1 Vid. Not. Var.—2 Cum Lips. Ms. dant Edd. O. ante Colv. *morte*. Oud.—3 Abest D'Orv. *Id.*—4 Ms. *dispatissimum*. Colvius. ac Guelf. sec. In Flor. *illum*. Palat. *latrones*. Oud.—5 Fux. *certe*. Roald.—6 Fux. *leviores*. Idem. Pal. Guelf. sec. *leviore*. Oud.—7 Idem Ms. *toleret*. Colv.—8 *Vicit, et quiescit, et dorm.* Sic Mss. et Edd. præter Colv. quibus deest primum *et*. Oud.—9 Vid. Not. Var.—1 Haud male D'Orvill. caret τῶ

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Somniferum mandragoræ illud*] Supple *poculum*, vel *venenum*. Plin. lib. xxv. cap. 13. 'Mandragoram alii Circeiam vocant,' (Erasmus in Chiliadibus *Circeam* legit, non *Circeium*: atque ideo hoc nomen sortitum esse a Circe venefica, quod amatoris veneficiis credatur utilis.) 'Duo ejus genera: candidus, qui et mas: niger, quæ fœmina existimatur.' Et infra: 'potu quidem largiore' (ejus succi) 'etiam moriuntur. Vis somnifica pro viribus bibentium,' &c. Hanc Py-

thagoras ἀνθρωπόμορφον appellavit, quod radix imitetur humanorum crurum formam. Et Columella initio libri decimi, qui est de cultu horticarum, 'semihominem' dixit. 'Quamvis semihominis vesano gramine facta Mandragoræ pariat flores, mœstamque cicutam.'

<sup>2</sup> *Gravediniis compertæ*] Plin. loco supra citato: 'Gravedinem afferant' (mandragoræ folia) 'etiam olfactu.' Gravedinem hic intellige torporem et gravitatem capitis somnolentam.

adorante, placuit. Et itur confestim magna cum festinatione ad illud sepulcrum,<sup>2 a</sup> quo corpus pueri depositum jacebat. Nemo de curia,<sup>8</sup> de optimatibus nemo, ac ne de ipso quidem populo quisquam,<sup>4</sup> qui non<sup>5</sup> illuc curiose confluerit. Ecce pater,<sup>6</sup> suis ipse manibus, cooperculo<sup>7</sup> capuli remoto, commodum,<sup>8</sup> discusso mortifero sopore, surgentem postliminio mortis,<sup>b</sup> deprehendit filium, eumque complexus<sup>9</sup> arctissime, verbis impar presenti gaudio,<sup>1</sup> producit<sup>2</sup> ad populum. Atque, ut erat adhuc feralibus amiculis obstrictus atque obditus, deportatur ad iudicium<sup>3</sup> puer. Jamque liquido servi nequissimi, atque mulieris nequioris patefactis sceleribus, procedit in medium nuda veritas. Et novercæ quidem perpetuum indicitur exilium;<sup>4</sup> servus vero

*placuit quod dicebat: et statim proceditur cum magna properatione ad capulum illum, in quo corpus pueri positum jacebat. Nullus fuit ex Senatu, nullus ex primariis, nullus denique ex ipsa plebe, qui non concurrerit illuc curiositatis causa. Tum pater ipse, sublato operculo sarcophugi suis propriis manibus, invenit filium suum resurgentem a morte, tunc primum dissipato somno letali, et amplectens eum strictissime, nec valens exprimere verbis letitiam qua afficiebatur, educit illum inde, et ostendit populo, puerque fertur in curiam, ut erat adhuc, ligatus atque obvolutus vestibus funeris. Jamque veritas clara et evidens prodit in medium, detectis manifeste criminibus pessimi servi, et peioris fœminæ. Et noverca quidem*

~~~~~

*ejus.* In Pal. mox *at pro ad.* Oud.—2 Pronomine, non necessario, caret D'Orv. *Istud* in Pal. Verum antem erat *sepulcrum*, sive monumentum conditorium, non feretrum, in quo cadaver erat deportatum ad rognm, ut censet Floridus e pag. 214. ubi vide. *Id.*—3 Idem Ms. *nemo decurio.* Colvius. Pal. *decurio.* Elmenhorstius. Sic et Guelf. sec. Sed per 'curiam' intelligit decuriones et magistratus: per 'optimates' vero reliquos senatores, ut patet p. 214. 'Magistratus interim,' &c. Oud.—4 Fux. Petr. D'Orv. *quispiam.* *Id.*—5 Guelf. ambo, *q. nunc.* *Id.*—6 Ms. Palat. Guelf. sec. Edd. Wow. Pric. *Et ecce.* Haud male. Vide supra ad l. iv. p. 78. *Id.*—7 Mss. aliquot *cooperculo.* *Id.*—8 Pith. *commode.* Perperam. *Id.*—9 Oxon. *compressus.* Pith. *complexum.* *Id.*—1 Sive nequiens ore verbisque satis efficacibus præsentem animi lætitiã exprimere. Male in Pith. et Edd. ante Colv. est *præsente*, ac recte revocavit se Pricæns, qui aliquando *viribus* conjecerat. Oud.—2 Typothetarum errore in Scriverii Ed. Amst. est *perducit.* *Id.*—3 *Portatur ad j.* Vulgarant etiam, *deportatur.* Colvius. Bert. *deportatur.* Elmenhorstius. Simplex firmant Lips. Pal. Guelf. sec. et Edd. Vulc. Wow. Pric. Sed compositum vindicant reliqui Mss. omnes. Quare id cum Elm. et Scriveriosui. Oud.—4 Fux. Oxon. Par. *inducitur*, Guelf. pr. *indicatur.* *Id.*—5 *Vero*

#### NOTE

<sup>a</sup> *Sepulcrum*] Feretrum, quo inclusus delatus fuerat ad rognm, ut apparet ex his superioribus verbis: 'Vix dum pompæ funebres sepulturæ filii fuerant explicatæ: et statim ab ipso

*ejus rogo senex infelix, &c. foro se festinus immittit.'*

<sup>b</sup> *Postliminio mortis*] Vide Not. lib. 1. pag. 105.

patibulo suffigitur;<sup>5</sup> et omnium consensu bono medico sinuntur aurei,<sup>6</sup> opportuni somni pretium.<sup>7</sup> Et illius quidem senis famosa atque fabulosa fortuna,<sup>8</sup> providentiæ divinæ condignum accepit exitum:<sup>9</sup> [219] qui momento modico,<sup>1</sup> immo puncto exiguo, post orbitatis periculum,<sup>d</sup> adolescentium duorum pater repente factus est.<sup>2</sup> At ego tunc temporis talibus fatorum fluctibus volutabar.<sup>3</sup> Miles ille, qui me, nullo vendente, comparaverat, et sine pretio suum fecerat, tribuni sui<sup>4</sup> præcepto debitum sustinens obsequium,<sup>e</sup> literas ad magnum scriptas Principem<sup>f</sup> Romam versus perlaturus, vicinis me<sup>5</sup> quibusdam duobus servis fratribus<sup>6</sup> undecim denariis<sup>g</sup> vendidit. His<sup>7</sup> erat dives

*damnatur ad exilium perpetuum; servus autem suspendio afficitur: et aurei solidi, cunctorum consensu, relinquuntur bono Medico pro mercede commodi illius soporis. Et fortuna quidem illius senis celebris atque fidem superans, habuit eventum dignum providentia Deorum: qui exiguo momento, immo brevissimo instanti subito factus est pater duorum juvenum, postquam periclitatus esset utrumque amittere. Ego vero per illud tempus jactabar hic tempestutibus fortuna. Ille miles, qui me emerat, nullo vendente, sibi que usurpaverat, nulla pecunia depensa cum, obediens, ut par erat, mandato sui præfecti, laturus esset literas ad Imperatorem Romanum versus, vendidit me undecim denariis duobus quibusdam servis fratribus e vicinia. Hi ha-*

//////////

exulat a Fux. Sufficitur Oxon. Guelf. pr. Id.—6 Ms. *sumuntur auri*. Colvius. Pal. et Basil. *sumuntur a. o. somni*. Elmenhorstius. Guelf. sec. *sumuntur*. Ond.—7 Vid. Not. Var.—8 Idem, *f. a. favosa*. Colvius. Ser. forte, *favosa et felloso*, aptum Fortunæ elogium, quæ cum nimia mellis dulcedine diutinam fellis amaritudinem commiscere amat. Brant. Frigidum sane et ineptum hoc est acumen. *Favosa*, quod etiam comparet in Oxon. Guelf. et Pal. erat scriptum pro *fabosa*, contracto ex *fabulosa*: ut supra ‘novissimus’ pro ‘nobilissimus.’ Vide etiam Pric. Ond.—9 Ed. Vic. *cognitum*. Pal. Pith. Guelf. pr. Edd. Junt. Ald. *exitum*, male, ut sæpe. Id.—1 Pal. *m. exiguo*. Id.—2 Adverbium abest a Bert. *Effectus* in Oxon. *Factus est repente* Guelf. pr. Id.—3 Idem, *volutabar*. Colvius. Sic etiam Pal. Guelf. sec. Oxon. de more, ut et factorum. Vide ad l. iv. p. 66. Ond.—4 Pronomen haud agnoscit Ms. Fux. Id.—5 D’Orv. Fux. *me ric*. Id.—6 Male Oxon. caret τῶν *duobus*. Vide ad l. ii. p. 36. ‘quibusdam septem testibus.’ A D’Orv. abest τὸ *fru-*

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Fabulosa fortuna*] Adeo mira, ut ægre fidem mereatur: vel tragica, et digna, quæ exhibeatur in fabulis seu tragædiis.

<sup>d</sup> *Orbitatis periculum*] In quo versatus fuerat, dum hic veneno sublatus crederetur, ille vero tanquam ejus interfector deposceretur ad mortem.

<sup>e</sup> *Sustinens obsequium*] Fortasse me-

lius legas *sistens*: sic supra hoc libro: ‘debitum sistens obsequium.’

<sup>f</sup> *Ad magnum scriptas Principem*] Sic etiam Ammianus Marcellinus, lib. xxii. Imperatorem Romanum vocat ‘magnum Principem.’ Persarum Regem Græci μέγαν βασιλέα magnum Regem appellabant.

<sup>g</sup> *Undecim denariis*] Denarius Bu-

admodum dominus. At illorum alter pistior dulciarius, qui panes<sup>8</sup> et mellita concinnabat edulia;<sup>9</sup> alter coquus,<sup>1</sup> qui sapidissimis intrimentis succuum<sup>b</sup> pulmenta condita, vapore molliabat.<sup>2</sup> Unico illi<sup>3</sup> contubernio communem vitam sustinebant, meque ad vasa illa compluria<sup>4</sup> gestanda præstinarant,<sup>5</sup> quæ, domini<sup>k</sup> regiones plusculas pererrantis,<sup>6</sup> variis usibus erant necessaria. Adsciscor itaque inter duos illos<sup>7</sup> fratres tertius contubernalis: haud ullo tempore tam benivolam<sup>8</sup> fortunam expertus. Nam vespera, post opiparas<sup>9</sup>

*bebant herum valde opulentum: eorum vero unus erat pistior dulciarius, qui faciebat panes et cibos melle conditos: alter coquus, qui coquebat igne minutalia condita suavissimis succis intritis. Illi simul habitantes in commune vivebant, et me emerrant ad portanda illa plurima vasa, quæ erant necessaria suis dominis, ad varios usus, cum iter faciebant per multas regiones. Assumor itaque tertius socius inter illos duos fratres: neque unquam usus erum fortuna tam favente. Vespere enim,*



tribus. Id.—7 Prave Pal. is. Id.—8 Guelf. pr. pannos. Id.—9 Bert. mellata. Pal. Guelf. sec. edilia; male. Vide ad l. v. p. 90. Id.—1 D'Orv. Guelf. pr. et Edd. ante Bas. cocus e vulgari pronuntiatione. Id.—2 Palat. Guelf. sec. pulmento. Pith. molliabat, Fux. mallibat. Vide ad l. iv. p. 67. 'scaturibat:' et inf. p. 220. Id.—3 Oxon. Guelf. pr. illo. Id.—4 Al. complura. Fux. complurima. Id.—5 Ms. prædestinarant. Colvius. Bertin. et Flor. prædestinarant, male. Elmenh. Item Pal. Fux. D'Orv. Guelf. ambo, Ed. Junt. post. Nihilominus perperam sine dubio, et ex frequenti librariorum errore, de quo dixi ad l. iv. p. 71. 'Præstinatæ pretio.' Oud.—6 Al. dominis...pererrantibus.—7 Oxon. assistor, Guelf. pr. assciscitor. Pith. Fux. Pal. D'Orv. illos duos. Oud.—8 Benignam fortunam. Non male etiam vulg. benivolam Fort. Colvius. Benivolam. Alii, benignam. Elmenhorstius. Nimis temere Colvius e Lips. Cod. cui adde Guelferb. sec. cum Vulc. Wow. Pric. arripuit benignam. Mss. ceteri recte servant benivolam, sive bonam et obsequentem, ut aliquoties in Inscriptionibus.

#### NOTÆ

dæo nummus erat argenteus apud Romanos, quatuor valens sestertios, ita dictus, quod pro decem assibus in solutionem cedebat, sed postea cum Annibal in Italia diutius commoratus esset, perpetuis belli sumptibus exhausto ærario, placuit denarium sexdecim assibus permutari. Ejusdem fuisse ponderis denarium Romanum ac drachmam Atticam ait Plin. lib. xxi. cap. ult. Ex Prisciano tamen gravior erat denarius quam drachma, ponderabat enim viginti quatuor siliquas, drachma vero tantum octodecim. Budæus denarium ad Gallicæ

pecuniæ æstimationem redigens ait eum valuisse tres solidos Turonenses cum dimidio.

<sup>b</sup> *Intrimentis succuum*] Intrimenta succuum intellige herbas, atque aromata in mortario tusa, atque in modum pulvis redacta, quibus postea carnes et pulmenta condirentur. 'Succuum' hic quartæ declinationis, pro 'succorum.'

<sup>i</sup> *Præstinarant*] Festus: 'Præstinare apud Plantum emere est, id est, emendo tenere.'

<sup>k</sup> *Domini* [*Dominis*] Vasorum, nempe ipsis fratribus, pistori et coquo:

cœnas, earumque <sup>1</sup> splendidissimos apparatus, multas numero partes in cellulam <sup>2</sup> suam mei solebant reportare domini: ille porcorum, pullorum, piscium, et ejuscemodi pulmentorum <sup>3</sup> largissimas reliquias; hic panes, crustula, <sup>1</sup> lucunculos, <sup>m</sup> hamos, lacertulos, <sup>4</sup> <sup>n</sup> et plura scitamenta <sup>o</sup> mellita. Qui <sup>5</sup> cum se refecturi, clausa cellula, balneas petissent, oblatis ego divinitus dapibus affatim saginabar. <sup>6</sup> Nec enim tam stultus <sup>7</sup> eram, <sup>8</sup> tamque vere asinus, ut dulcissimis illis <sup>9</sup> relictis cibis, cœnarem <sup>r</sup> asperrium fœ-

*post lautas cœnas, amplissimosque apparatus earum, mei domini soliti erant referre in suam cellulam plurima frusta: hic amplissimas reliquias porcorum, pullorum, piscium, et minutalium omnis generis: ille panes, crustula, lucunculos, hamos, lacertulos, et multa bellaria mellita. Qui, cum, obserata cella sua, ivissent ad balneas, sui refocillandi causa, ego me largiter saturabam escis, quæ mihi obiciebantur munere Deorum. Nam, non eram adeo stolidus, adeoque vere asinus, ut ederem fœnum asperrium, negiectis illis suavissimis edulis. Et solertia quidem*

//////////

Oud.—9 Edd. pp. Ber. Junt. Ald. *opiperas*. Id.—1 Flor. D'Orv. Oxon. *corumque*. Scriptumne fuit *convivique*? Id.—2 Ms. Par. *cellam*. Id.—3 Edd. Junt. Ald. non habent copulam. Oxon. Guelf. pr. *hujusmodi*, Pith. Palat. Guelf. sec. D'Orv. *hujuscemodi*. Verissimum scil. est, quod ascripsit vir doctus *cujuscemodi*, sive *cujuscumque* modi. Vide ad l. VIII. p. 164. 'cujuscemodi vocibus.' Tum in Coll. Voss. *pulmenta*. Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Oxon. *quod*.—6 Ms. *obl. div. d. aff. saginabat*. Colvius. Oxon. *et obl. Pal. ablatis*. Fux. Reg. Oxon. Pal. Guelf. pr. *carent quoque τῶν ἐγὼ*. D'Orv. *divinitus ego*. Quod malim, si retineamus pronomen. Palat. Guelf. pr. *saginabat*. Oud.—7 Oxon. *inde st.* Id.—8 Non est in Guelf. pr. *Id.*—9 Oxon. *et d. Pal.*

#### NOTÆ

non autem dominis fratrum, qui, ut infra patebit, uni tantum serviebant optimati Corinthio.

<sup>1</sup> *Crustula*] [*Crustula*, edulia sunt mellita operis pistorii. Horatius: 'Ut pueris olim dant crustula blandi Doctores, elementa velint ut discere prima.'

<sup>m</sup> *Lucunculos*] *Lucunculus* Nonio: *lucuns*: Festo *lucuntere*, seu potius *lucunter*, aut *lucanter*: Græcum λευκανθηρ ab aspersione farinae albæ, genus est operis pistorii eidem Festo. De *lucunte* Varro apud Nonium, 'ac nulla ambrosia ac nectar, non allia sardæ, pemma,' (Gothofredus substituit aliam lectionem, *non alia sardæ, panu, pemma*), 'lucuns, cibus, qui pu-

rissimus multo est.' Idem: 'Vinum pemma, lucuns, nihil adjuvat, ista ministrat.' A 'lucuns' diminutivum fit 'lucunculus.' Beroaldus legebat hic, *jucunculos*, et emendabat, *junculos* intelligens aut opus dulciarium, ad similitudinem juncorum factum, aut metam lactis coagulati juncis inclusam.

<sup>n</sup> *Hamos, lacertulos*] Alia pistorii operis genera, a forma hamorum, et lacertorum, quam retulerint, sic dicta. Editio Elmenhorstii habet hic *laterculos*, quod nomen esse potest pistorii alicujus operis, a forma lateris quadrata.

<sup>o</sup> *Scitamenta*] Edulia sciti saporis,

num. Et diu quidem <sup>2</sup> pulcherrime mihi furatrinæ <sup>3</sup> procedebat artificium: quippe adhuc <sup>4</sup> timide et [220] satis parce surripienti de tam multis pauciora, nec illis fraudes ulla in asino suspicantibus. At ubi fiducia latendi pleniora capta, partes opimas quasque devorabam; et rancidiora seligens, abligurribam<sup>p</sup> dulcia: suspicio non exilis fratrum pupugit animos.<sup>5</sup> Et, quanquam de me nihil etiam tunc <sup>6</sup> tale crederent; tamen quotidiani damni <sup>7</sup> studiose vestigabant reum. Illi vero postremo, etiam mutuo sese rapinæ turpissimæ criminabantur.<sup>8</sup> Jamque curam diligentiorum, et acriorem custodelam,<sup>9</sup> et dinumerationem adhibebant partium.<sup>1</sup> Tandem denique rupta verecundia, sic alter alterum compellat: <sup>2</sup> At istud <sup>3</sup> jam neque æquum, ac ne humanum, fidem minuere quidem quotidie, ac partes <sup>4</sup> electiores surripere: atque his divenditis,<sup>5</sup> peculium laten-

*mei furti diu mihi succedebat optime: quia nimirum adhuc meticolose, et satis tenuiter subtrahebam perpauca ex tanta copia, et illi nullos dolos suspicabantur in asino esse. Verum, simul atque ego, securior factus id fore clam, capri deglutire exquisitissima quæque frustra, et comedere dulcia, repudiatis rancidioribus; non parva suspicio stimulavit animos fratrum. Et quamvis nihil simile adhuc existimarent de me, inquirebant tamen summa cura quis inferret ipsis quotidie illud damnum. Novissime vero ipsi se accusabant invicem furti illius sordidissimi. Jamque impendebant curam studiosorem, et observationem vigilantiorum, numerabantque etiam frustra. Postremo, devorato pudore, sic alter alloquitur alterum: Atqui hoc jam non est justum, ac ne humanum quidem te quotidie furari meliora frustra, et locupletare peculium tuum vendendo ea clanculum, et velle tamen ex æquo*

*dulcimo is.* Id.—1 Pal. *cænare.* Id.—2 Abest et a Pal. Oxon. Guelf. utroque. Id.—3 Mss. aliquot, *furatrive, furatrine.* Id.—4 D'Orv. *adhec, et mox latenti.* Id.—5 D'Orv. *s. enim ex illis.* Edd. pp. *fratrem.* Vic. *pepugit.* Vulc. pr. *animo.* Id.—6 Pith. D'Orv. cum Edd. ante Colv. *etiam tum.* Fux. *etiam cum.* Guelf. sec. et tunc. Id.—7 B. M. *q. dampni.* Putean.—8 Oxon. a m. pr. *cominabantur.* Oud.—9 V. C. *custodiebam.* M. *cura diligentiorum et acriore custodiebant.* Groslotius. Margo Ed. Bas. pr. *custodiam.* Perperam. Vide ad l. IX. p. 168. 'Domina custodelam.' Oud.—1 Ed. Bas. pr. *diminutionem.* Exulat τὸ partium a Reg. Fux. Id.—2 D'Orv. *alter ad alterum comp.* Id.—3 *Ad istud.* At i. Ald. Roald. At. Palat. Guelf. pr. D'Orv. Edd. ante Beroaldum, item Bas. *ad istud.* Oud.—4 Vid. Not. Var.—5 Idem, *dividentis.* Col-

## NOTE

<sup>p</sup> *Abligurribam* [*Abligurriebam*] *Ab-* *ligurire* est *liguriendo* *consumere.* Terent. Eunuch: 'Itidem patria qui *abligurierat* bona:' id est, *inquit*

Donatus, 'suaviter *consumerat.*' Idem Donatus ait, '*ligurire*' formatum esse ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ, quod 'suave' significat.



ter augere, de reliquis<sup>6</sup> æquam vindicare divisionem. Si tibi<sup>7</sup> denique societas ista displicet: possumus omnia quidem cetera fratres manere,<sup>8</sup> ab isto tamen nexu communione discedere. Nam video in immensum<sup>9</sup> damni<sup>1</sup> procedentem querelam, nutrire nobis immanem discordiam. Subjicit alius: Laudo istam tuam, mehercules,<sup>2</sup> et ipse constantiam,<sup>3</sup> quod, furatis<sup>4</sup> clanculo partibus, prævenisti querimoniam:<sup>5</sup> quam diutissime sustinens, tacitus ingemiscebam; ne viderer rapinæ sordidæ meum<sup>6</sup> fratrem arguere. Sed bene, quod utrimque secus sermone prolato;<sup>7</sup>

*dividere ea quæ supersunt. Postremo, si hæc nostra societas tibi non probatur, possumus quidem remanere fratres quantum ad reliqua omnia, et tamen solvere hoc vinculum societatis. Video enim expostulationem jacturæ, quæ progreditur in infinitum, fovere inter nos ingentem divisionem. Alter respondet: Profecto ego quoque laudo tuam audaciam, quod postquam surripuisti clam frustra, prævertisti querelam, quam ego jundudum retinens, dolebam apud me; ne viderer accusare meum fratrem turpis furti. Sed gaudeo, quod invicem loquendo, quæri-*



vius. *Iis Florent. Oud.—6 Reg. Fux. de reliquiis. Id.—7 Pal. Guelf. sec. sed tibi. Id.—8 Fux. p. ad omnia q. c. Bene. Roald. Omnia non est in vet. Cod. Colv. Nequaquam præpositionis additione opus est. Ellipticus iste Accusativus in hisce frequens est Nostro aliisque. Adi me ad l. viii. p. 173. ‘Flagrum multis jugis talis omnia tessellatum.’ Atque ita cetera, ex ipsius Roaldi judicio, l. ii. p. 34. et in Flor. N. 3. ‘Phryx cetera.’ Solin. c. 52. p. 58. ‘Eale, fluvialis ut equus cetera cauda elephantii.’ Sic leg. duco, partim e conjectura et Plinio l. viii. 21. partim e Mss. *Fluvialis* abiit in *alius*, quod hinc alii omiserunt, alii *cetera* ejecerunt, substituentes *vero*. Exulat *vero* τὸ *omnia* etiam a Palat. Oxon. Guelf. utroque, Pith. Sed talia geminare Auctor amat, ut modo, ‘tandem denique.’ Immo confer notata ad l. vii. p. 147. ‘Ceteram vero carnem omnem.’ In Pith. *fratribus*. A Bert. abest verbum *manere*, ut et mox *tamen*. In Guelf. pr. *descendere*. Oud.—9 Hand agnoscit D’Orvill. præpositionem. Adi ad l. iv. p. 83. ‘Immensum procedit opinio.’ *Id.*—1 Deest Edd. Ber. Bas. *Id.*—2 *Tò me* non comparet in D’Orv. ut alibi. *Id.*—3 Oxon. a m. pr. *consentiam*. *Id.*—4 Pal. *quod quotidie furatis*. Wowerius. *Quod quotidie furatis, &c.* Sic Mss. *Elmeh. Quotidie* vel *cotidie* addunt etiam Mss. mei omnes. Abest tamen ab Edd. Vett. excepta Junt. post. ac bene revocavit primus Wowerius. *Juratus* Guelf. pr. *Oud.*—5 Ms. Lips. p. et *querim*. *Id.*—6 *Sustinens, &c. meum*. Hæc omnia desunt in Reg. Fux. Ac Codd. Paræanus, Guelf. pr. habentes τὸ *sustinens*, carent reliquis. Contra D’Orvill. verba *fratrem arguere*, quæ sequuntur, ponit quoque ante τὸ *sustinens*. Pro *sordidæ* in Coll. Voss. et Guelf. sec. *sustinens*. Hinc patet, in antiquioribus Codd. hæc admodum luxata fuisse. *Id.*—7 Non legitur *quod* in Ed. Bas. pr. Conjecit rursus N. Heinsius cum Viro D. ad oram Ed. Vic.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Furatis*] Passive. Sic sæpe apud quædam.  
hunc Auctorem ‘mentitus,’ et alia

jacturæ remedium<sup>8</sup> quæritur; ne silentio procedens simulas, Eteocleas nobis contentiones<sup>9</sup> pariat. His et similibus altercati<sup>1</sup> conviciis, dejerant utrique,<sup>2</sup> nullam se prorsus fraudem, nullam denique surreptionem<sup>3</sup> factitasse:

*mus remedium nostro damno: ne inimicitia crescens tacendo, excitet inter nos discordias Eteocleas. Cum rixati essent inter se his atque hujusmodi verbis contumeliosis, ambo jurant se nullum dolum commisisse, nec denique ullum furtum: sed*



*utrimsecus.* Vide ad l. II. p. 22. Pith. *sermo*. Id.—8 Ms. *medium*. Colvius. Neque aliter Pith. Guelf. Fux. D'Orv. Edd. ante Beroald. Oxon. barbare pro *remedio*. Excidit scilicet *re* ob præcedens *jacturæ*, quod etiam abiit *injactare* in Ed. Vic. ut statim pro *ne* in Pith. et Edd. primis, item Ber. Bas. est *nec*, vitiose, ut bene monuit hæc Beroaldus. *Oud.*—9 Idem Ms. *procedenti simulatas E. n. contentionibus p.* Colvius. Flor. *simulatas E. n. contentionibus p. male.* *Elmenh.* Male quidem; sed quo patet, aliter paulo hæc olim lecta fuisse. Nam *simulatas* habent etiam Mss. Pith. Fux. Guelf. pr. Oxon. Pal. D'Orv. *contentionibus* item Fux. Oxon. Pal. Guelf. ambo, *Contationibus* D'Orv. Vide, num scripserit Auctor: *Ne, silentio procedente (vel procedenti) simulata E. n. contentiones lis p. vel simulatio Eteocleæ n. contentionis lites pariat.* Contra alibi 'sermone procedente,' et paulo ante, 'querela procedente.' Nisi potius procedens sit crescens. Vide ad l. v. p. 93. 'procedens sermo.' Perperam vero Scriverius edidit *Etheocleas*. Nam Græci semper per τ scribunt Ἐτεοκλής, pejus in Notis Elm. *Ætheocl.* Oxon. et alii, *Æteocleas*. *Oud.*—1 Idem, *altricati*. Sæpius ita. *Colv.* Sic quoque Fux. Vide ad l. II. p. 21. et alibi, *altercate* D'Orv. *Oud.*—2 Elegantius Ms. *uterque*. Scioppius in *Symbola*. Flor. *dejerantur*. *Elmenhorstius*. Mirum est, in Pith. etiam, Reg. Fux. Pal. D'Orv. Guelf. pr. exarari *dejerantur*, quasi Deponentiali forma, ut alibi 'somniai,' 'murmurari.' *Adi* ad l. III. p. 57. Certe hinc juratus et conjuratus passim dicitur, qui juravit, conjuravitque, et apud *Plant.* et *Hygin.* 'juratus esse' pro 'juravisse.' Sed Auctor, hoc verbo crebro utens, semper dixit 'dejerare.' Vide *Indicem Floridi*. Alii scripsere quoque *dejerare*. An in *ur* latet adverbium aliquod. *Uterque* cum Mss. *Urs.* Reg. edidit tacite *Wow.* *Scriv.* *Pric.* Flor. sed bene *Pricæus* male id fieri monuit. *Consule dicta* ad l. I. p. 15. 'Comites utrique.' *Oud.*—3 *Par.* Guelf. pr. *sub-*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Eteocleas nobis contentiones*] *Ædipus* Thebanorum rex ex incesto *Jocastæ* suæ matris connubio *Eteoclem* et *Polynicem* suscepit, quibus ipse, agnito genere suo, et scelere simul, in exilium ultro proficiscens, *Thebanum* regnum ea lege reliquit, ut alternis annis regnarent. Quod cum *Eteocles*, utpote natu major, primus occupasset, nec vellet, elapso suæ dominationis anno, *Polynici* fratri cedere: hic, impetratis ab *Adrasto* *Argivorum* rege socero suo copiis, bellum *Thebanis* intulit: cujus is

fuit tandem exitus, ut ambo fratres singulari certamine congressi, mutuis confossi vulneribus caderent, quorum odium tantum fuit, ut et in rogo post mortem duraverit. *Stat.* *Thebaïd.* lib. XII. 'Ecce iterum fratris primos ut contigit artus *Ignis* edax, tremuere rogi, et novus advena *bus-tis* Pellitur: exundant, diviso vertice, flammæ, *Alternosque* apices, *divisa luce* coruscant,' &c. Hinc 'Eteocleæ contentiones,' et 'Eteoclea odia' inter fratres, pro acerbissimis et implacabilibus.

sed plane debere cunctis artibus communis dispendii latronem inquiri.<sup>4</sup> Nam [221] neque asinum, qui solus interesset,<sup>5</sup> talibus cibis<sup>6</sup> affici posse: et tamen quotidie partes electibiles<sup>7</sup> comparere nusquam: nec utique cellulam suam<sup>8</sup> tam immanes involare muscas,<sup>9</sup> ut olim Harpyiæ fuere, quæ diripiebant Phineias dapes.<sup>1</sup><sup>5</sup> Interea<sup>2</sup> liberalibus cœnis inescatus, et humanis affatim cibis<sup>3</sup> saginatus, corpus obesa pinguitie<sup>4</sup> compleveram; corium arvina<sup>t</sup> succulenta molliveram;<sup>5</sup> pilum liberali nitore nutriveram.

*investigandum esse omni prorsus opera furem, qui causâ erat damni communis. Dicebant enim neque asinum, qui solus aderat, posse delectari ejusmodi eduliis, et tamen optima frusta evanescere quotidie: neque certe volare in suam cellulam muscas tam ingentes, quam Harpyiæ quondam fuerunt, quæ rapiebant cibos Phinei. Ego interim pastus largis epulis, et abundanter saturatus dapibus humanis, dilataveram meum corpus crasso adipe; reddideram meam cutem mollem pinguedine succosa; alueram meos villos nitore honesto. Verum ille nitor mei corporis creavit*

jectionem. Id.—4 Oxon. *inquirere*. Quod, sane corruptum, miror a Pricæo præferri. Id.—5 Oxon. a m. pr. *inter cetera*. Id.—6 Exulat a D'Orvill. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Sic rescripsi cum Elm. Scriv. Flor. auctoritate Mss. Flor. Fux. Oxon. Pal. D'Orv. ut supra. In reliquis *cellam*. Tam mox abest Edd. Ber. Bas. Oud.—9 Bert. *i. mures vel muscas*. Elmenhorstius. Addunt satis inepte *mures vel Ms. Pith. Coll. Lips.* et Edd. Colviana priores, nec non Scriverii. Mures volatiles sive vespertiliones grandes intelligere deberes. Oud.—1 Ms. *Finelas*. Colvius. Pal. *Arpiale*, D'Orv. *Arpie*. Tum *finicias Pith. Finelas Fux. funellas Gneff. pr. Finetas Pal. Phineas Oxon.* Oud.—2 Oxon. *in tam*. Id.—3 Adjectivum deest Fuxensi, adverbium D'Orvilliano. Id.—4 Fux. *pinguedine*. Roaldus. *pinguedine* etiam Oxon. Pith. Petr. D'Orv. ut in Sidonio Apoll. Glossis, et alibi. *Pinguitiam* habet Arnobius. Si quid mutandum, malim *pinguitudine*, qua voce passim utitur Plinius. Oud.—5

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Phineias dapes*] Phineus Agenoris filius, vel, ut vult Hesiodus, Phœnicis et Cassiopeæ, Agenoris nepos, rex Arcadiæ, vel, ut alii volunt, Thraciæ, aut, ut rursus alii, Paphlagoniæ, ob excæcatos novercæ impulsu filios suos, a Diis ipse obcæcatus est, Harpyiæque adversus eum immisissæ, quæ dapes ejus raperent, mensamque turpissimo fœdarent contactu. Has Calais et Zethes alati fratres ad Strophadas insulas, Plotas prius dictas, fugaverunt. Postremo, ipse Piineus ab Hercule occisus est, qui ejus libe-

ros excæcatos in solitudine offenderat, cognoveratque novercæ calumniis id fuisse factum. Fuere et alii Phinei.

<sup>t</sup> *Arvina*] Est durum pingue interentem et viscus, ut auctor est Servius ad illud Æneid. vii. 'Pars læves clypeos, et lucida spicula tergent Arvina pingui, subiguntque in cote secures.' Apud Festum *arvilla* pinguedo hominis, corrupta vox ex *arvilla*, quod diminutivum est nominis *arvina*.

Sed iste corporis mei decor, pudori peperit grande dedecus. Insolita namque tergoris vastitate commoti,<sup>6</sup> fœnum prorsus intactum quotidie remanere cernentes, jam totos ad me dirigunt animos.<sup>7</sup> Et, hora consueta velut balneas petitori, clausis ex more foribus, per quandam modicam cavernam<sup>8</sup> rimantur me passim expositis epulis inhærentem. Nec ulla cura jam damni sui habita, mirati monstruosas<sup>9</sup> asini delicias, risu maximo dirumpuntur: vocatoque uno, et altero,<sup>1</sup> ac dein<sup>2</sup> pluribus conservis, demonstrant<sup>3</sup> infandam memoratu hebetis jumentum<sup>4</sup> gulam. Tantis denique ac tam liber cachinnus cunctos invaserat, ut ad aures quoque prætereuntis perveniret<sup>5</sup> domini. Sciscitatus<sup>6</sup> denique quid, bonum!<sup>w</sup> rideret familia: ?

*magnum probrum meæ verecundiæ. Nam illi excitati insueta obesitate mei corporis, cum viderent quotidie fœnum meum superesse omnino illibatum, intendunt deinceps in me omnem suæ mentis aciem. Cunque clausissent ostium cellæ hora solita, quasi ituri essent ad balneas, aspiciunt me per quoddam parvum foramen intente comedentem ferula hinc inde exposita. Jamque, neglecta sua jactura, soluntur in effusissimum cachinnum, admirantes prodigiosa oblectamenta asini: accersitoque uno, et altero, deindeque pluribus ex suis conservis, ostendunt eis voracitatem tardi asini horrendam dictu. Denique tantus, ac tam solutus risus occupaverat omnes, ut etiam perferretur ad aures heri illac prætereuntis. Postremo, cum quævisset*



Pith, mollulam. Id.—6 Oxon. a m. pr. Guelf. pr. committi. Id.—7 Vulg. totos dirigunt ad me omnes animos. Colvius. Bert. dirigunt omnes animos. Elmenhorstius. Omnes addit cum Edd. ante Colv. Pithæanns. Non omnes, sed duo illi fratres hoc agunt. Ceteris Mss. et Colvio ac seqq. accedit jam Ed. Junt. post. ad me quoque præponens. Oud.—8 Cavernulam. Vulg. cod. cavernam. Colvius. Lipsii Cod. lectionem secuti etiam sunt Vulc. Wow. Pric. Sed ceteri Mss. et Edd. cavernam, quod præfero hic exhibent. Oud.—9 Fux. caret τῷ mirati. Cod. Petr. Edd. Junt. et Ald. monstruosas. Vide ad l. v. p. 98. Id.—1 Vocatoque et altero. Oratio ἑλληπτικῆ. Ms. vocatoque uno ab altero. Roldus. V. uno et altero. Vulg. vocatoque et altero, ac dein. Colvius. Pith. vocatoque etiam att. Sed recte Mss. ceteri cum Ed. Junt. post. dant, v. uno et altero: ut bene in Edd. Colv. posterioribus. Oud.—2 Deinde. Pal. Guelf. sec. m. in, Bert. denique, Pith. Guelf. pr. cum Edd. ante Colv. dein. Bene. Id.—3 Ms. Cod. demonstravit. Colvius. Item Oxon. Guelf. pr. Oud.—4 D'Orv. asini, e glossa. Id.—5 Vid. Not. Var. Pith. male præveniret. Non agnoscit præpositionem ad Cod. D'Orvillii: quod omnino Apuleii genium sapit. Vide ad l. i. p. 4. 'proximam civitatem pervenerimus.' Pro prætereuntis in eodem exaratur præter cunctos, in Guelf. pr. præter cunctis. Id.—6 Oxon. et Par. sciscitans. Id.—7 Rom. quod b. lib. iv. 'Quod malum fieret.' Elmenh. Sed illic legen-

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Monstruosas*] Neque enim ejusmodi edulia solent ad palatum asininum sapere.

<sup>w</sup> *Quid, bonum*] 'Bonum' hic videtur adverbialiter positum, et includendum parenthesi, aut duplici vir-

cognito quod res erat, ipse quoque, per idem prospiciens foramen, delectatur<sup>8</sup> eximie. Ac dein<sup>9</sup> risu ipse quoque latissimo, ad usque intestinorum dolorem<sup>x</sup> redactus,<sup>1</sup> jam patefacto cubiculo<sup>2</sup> proxime consistens, coram arbitratur.<sup>3</sup> Nam et ego<sup>4</sup> tandem ex aliqua parte mollius<sup>5</sup> mihi renidentis fortunæ contemplatus faciem,<sup>y</sup> gaudio præsentium fiduciam mihi subministrante; nec tantillum commotus, securus esitabam:<sup>6</sup> quoad novitate spectaculi lætus<sup>7</sup> dominus ædium, [222] duci me jussit; immo vero suis et ipse<sup>8</sup> manibus ad triclinium perduxit: mensaque posita, omne genus edulium solidorum, et illibata fercula jussit apponi. At ego, quanquam jam bellule<sup>9</sup> suffarcinatus, gratiorem commendatioremque<sup>1</sup> me tamen ei facere cupiens,<sup>2</sup> esurien-

*quid esset boni cur servi sui rident, didicissetque rem omnem ut se habebat, ipse etiam aspiciens per idem foramen mire oblectatur: deindeque, cum ipse solutus esset in risum tam effusum, ut intestina ipsi dolerent, aperta jam cellula propior mihi factus, præsens spectat me. Ego enim videns ex aliqua parte vultum Fortunæ mihi mitius ridentis, comedebam tranquille, ne minimum quidem perturbatus, quia lætitiæ, qua perfusi erant astantes, dabat mihi confidentiam. Donec dominus domus exhilaratus novitate ejus spectaculi, jussit me duci, quinimmo ipse suis manibus me deduxit ad cœnaculum, instructaque mensa, jussit poni ante me integros cibos omnis generis, et dapes intactas. Ego vero, quamvis jam essem pulchre saburratus, edebam tamen cupide cibos mihi oblatos, volens me reddere ei tunc acceptiorem, et com-*

dum docuimus: *quid, malum! fleret*, p. 80. uti etiam hic distinguendum. *Oud.*—8 Ed. Junt. post. *conspiciens*. Fux. *delectabatur*. Id.—9 Membranzæ, ad *dehinc*. Colvins. Pith. *ac dein*, Fux. D'Orv. Oxon. Guelf. ambo, *ac dehinc*. Bene. *Oud.*—1 Pal. *dolore*. Exulat participium a Fux. *Id.*—2 Pith. *tam*. Id.—3 Oxon. Guelf. pr. *urbitrabatur*. Id.—4 Copula caret Pal. *Id.*—5 Guelf. pr. *melius*. Id.—6 Fux. Guelf. pr. Edd. Junt. Ald. *hesitabam*, Vic. *hæsitabam*, Pith. *excitabam*, Pal. Guelf. sec. *hedificabam*. Vide l. ix. p. 202. 'Esitare cadavera,' *Id.*—7 *Novitate spectaculi lætus*. D'Orv. Guelf. sec. *novitatem*. Fux. *novi spect. lætus*, hand ineleganter. Sæpe enim *lætus* cum Genitivo rei construitur. Adi, ut alia multa mittam, N. Heins. et Burm. ad Virgil. *Æn.* l. 441. 'lætissimus umbræ?' et ad Vell. l. ii. c. 42. *Id.*—8 *Suis etiam ipse*. Sic, (exceptis forsan Pithæano, et Guelf.) Mss. ceteri, et Edd. Junt. post. Elm. Scriv. Flor. In reliquis *s. et ipse*. *Id.*—9 *Abest jam ab Oxon. Pal. Vellule Oxon. Vellula*, Guelf. pr. *Vellule* sec. *Id.*—1 Fux. *gratiosum*. Roaldus. Liber scriptus, *gratiosum*: et post ex eodem reposui *tamen*; cum vulgo lege-

## NOTE

gula, quemadmodum 'malum' apud Terentium, 'quid (malum) ergo me vis?'

\* *Ad usque intestinorum dolorem*] Lib. III. 'hi gaudii nimietate gratulari, illi dolorem ventris manuum com-

pressionem sedare,' &c.

y *Fortunæ contemplatus faciem*] Quæ Fortuna hæcenus tergum asino nostro obverterat, ut dici solet de iis, quibus res male succedunt.

ter exhibitas escas appetebam.<sup>3</sup> Nam et quicquid potissimum abhorreret asinus<sup>4</sup> excogitantes<sup>5</sup> scrupulose, ad explorandum mansuetudinem id offerebant<sup>6</sup> mihi: carnes lasere<sup>z</sup> infectas,<sup>7</sup> altilia<sup>a</sup> pipere inspersa, pisces exotico jure<sup>b</sup> perfusos.<sup>8</sup> Interim convivium summo risu personabat.<sup>9</sup> Quidam denique præsens scurrula; <sup>1</sup> Date, inquit, sodali huic quippiam meri.<sup>2</sup> Quod dictum dominus<sup>3</sup> se-

*mendabiliorem. Illi enim excogitantes summo studio quicquid asinus maxime refugeret, illud mihi apponunt ad explorandum meam mansuetudinem; utputa carnes conditas lasere, volatilia inspersa pipere, pisces mudentes peregrino liquamine. Interea convivium resonabat maximo risu. Postremo quidam scurra astans dixit: Date aliquantum vini huic convivæ. Cui dicto herus assentiens respondit: Non*

retur tum. Colvius. Manuscriptus, *gratosum*. Scioppins in *Symbola. Gratosum*. Sic Bert. et Flor. Aldus, *gratum*. Alii, *gratiorem*. Elmenhorstius. Pag. 230. 'quo se gratiorem locupleti fœminæ faceret.' Sed *gratosum* etiam habent Mss. mei, exceptis Guelf. pr. Oxoniensi, nec non Editiones. Junt. post. Elm. et Scriv. Ob sequentem tamen comparativum malim *gratiosorem*. Quænam vero Aldi editio exhibeat *gratum*, ut ait Elmenhorst. nescio. Quas ego vidi, *gratiorem* cum ceteris præbent. In D'Orv. *commendationemque*. Oud.—2 *Tum ei facere cupiens. Fux. tamen ei.* Roaldus. *Istud tamen amplexus videtur Colvius, sequentibus eum Vulc. Wow. Pric. ob præcedens 'quanquam;'* ac legitur in Pitheano, Guelf. sec. Sed adi ad l. III. p. 60. *Ei abest a D'Orvill. Oud.—3 Idem, exurienter.* Colvius. Pal. *petebam*. Elmenhorstius. *Exur.* etiam Bertin. In mea Pal. Cod. collatione nihil varietatis annotatum est. Oud.—4 Al. *quid.* al. *quod*, et *asino* pro *asinus*.—5 Palat. *excogitationes*. Oud.—6 Vid. Not. Var.—7 Ms. *carnes lasete inf.* Colvius. Pith. Guelf. sec. *lassere*, Pal. *lassace*, D'Orv. *laserem*. Vide Beroald. Oud.—8 Idem, *jure estu perfusos*. Colvius. Palat. Guelf. sec. *uie estu*. An *astu*, ut dolo deciperent asinum? An *juris pastu*? Vide ad l. II. p. 25. 'Embammatum pastu jurulenta.' Ceterum male Edd. Wow. Pric. dant *infusos*. Vide ipsum Pricæum. Oud.—9 Fux. *parabat*. Id.—1 D'Orv. *strutila*. Id.—2 *Huic quippiam meri*. Prima vox non comparet in D'Orv. nec male Coll. Voss. *merum*. Id.—3 Florent. *domini*. Id.—4 *Locutus es furcifer*. Palat. et

## NOTÆ

<sup>z</sup> *Lasere*] Laser succus est laserpitii, quod Græci *σίλφιον* vocant, quo Cyrenaica regio abundabat. Unde Catullo 'laserpificeræ Cyrenæ.' Laser maximi olim fuit usus, tum in medicina, tum in cibis. Apicio 'Laseratus pullus' lasere conditus. Frequens laseris apud eum mentio. Vide Plin. lib. XIX. cap. 3.

<sup>a</sup> *Altilia*] Glossarium Isidori. 'Altilis, pasta, ab alendo,' in vet. Gloss. altiliarius, *ἀρνεοτρόφος*.'

<sup>b</sup> *Exotico jure*] Videtur intelligere

liquamen ex garo, pipere, et olen, quo solebant pisces condiri. Exoticum autem vocat jus, quod garum primo Romæ ex peregrinis regionibus allatum est: puta ex Hispania. Horat. lib. Serm. II. Satyr. 8. 'Garum de succis piscis Iberi.' Hinc et 'sociorum liquor' apud Plin. Sed de hoc nos plura, Deo dante, ad Ausonii Epistolas, quem auctorem a nobis ex regia etiam munificentia prope diem expecta.

cutus, Non adeo, respondit, absurde jocatus es,<sup>4</sup> furcifer. Valde enim<sup>5</sup> fieri potest, ut contubernalis noster paululum quoque mulsi<sup>6</sup> libenter appetat. Et, Heus, ait, puer,<sup>7</sup> lautum diligenter ecce illum aureum cantharum<sup>8</sup> mulso<sup>9</sup> contempera, et offer<sup>1</sup> parasito<sup>2</sup> meo: <sup>c</sup> simul, quod ei præbiberim, commoneto.<sup>3</sup> Ingens<sup>4</sup> exin oborta est epulonum expectatio.<sup>5</sup> Nec ulla tamen ego ratione conterritus, otiose, ac satis genialiter<sup>6</sup> contorta, in modum linguæ, extrema labia,<sup>7</sup> grandissimum illum calicem uno haustu perhausi.<sup>8</sup> Clamor exurgit,<sup>9</sup> consona voce cunctorum salute me prosequentium.<sup>1</sup> Magno denique delibutus gaudio<sup>2</sup> dominus, vocatis servis suis,<sup>3</sup> emtoribus meis jubet qua-

*tam inepte cavillatus es, verbero, facile enim potest fieri, ut noster sodalis bibat etiam libenter calicem vini melliti. Atque, Heus, inquit, puer, abluce illud aureum poculum, atque imple vino, et offer meo parasito: simulque mone illum ne ipsi propinavisse. Dehinc magna expectatio orta est inter convivas. Ego vero nullatenus turbatus absorpsi uno ductu capacissimum illud poculum otiose, et satis hilariter, incurvans extremitatem labii in formam linguæ. Extollitur clamor ab omnibus precantibus mihi incolumitatem voce unanimi. Denique herus perfusus ingenti lætitiu vocat ad se servos illos, qui me emerant, et præcipit, ut eis redderetur quater pre-*

~~~~~

Fulv. *jocatus*. Wowerius. Ms. *jocatus*. Scioppius in Symbola. *Jocatus*. Vulgo, *locutus*. Elmenhorstius. Wower. immo jam antea Junt. post. exhibuit bene *jocatus*, quod agnoscunt Mss. O. exceptis Pith. et Bert. l. vi. p. 130. 'Mecum benignus jocatur comes.' In Oxon. Guelf. pr. est *jocatus est* in tert. persona; ac sic edidit Scriverius. *Oud.*—5 Fux. v. *inquit*. Id.—6 Vid. Not. Var.—7 *Heus, ait, puer*. Ed. Rom. *Hemus a. p.* Elmenhorstius. Item Vicent. et M. Bas. pr. Sed recte Beroaldus *heus* corexit. Vide ad l. ix. p. 200. 'Heus, inquit, puer.' *Oud.*—8 Oxon. *a. crateram*. Sed consule Pricæum. *Id.*—9 *Mulso et multo cont.* Aberant hæc et multo a vulgat. Cod. Colv.—1 *Affer*. Fux. *offer*. Roald.—2 Vid. Not. Var.—3 Pal. Oxon. Guelf. carent τφ̄ ei. Pith. *præbiberit commoveto*. Pal. *præbiberius*. Par. Guelf. pr. *commoneto*. *Oud.*—4 Guelf. pr. *inde*. Id.—5 Ms. Cod. *aborta*. Colvius. Flor. D'Orv. *exinde*. Pith. quoque et Fux. male *aborta*. Guelf. pr. Oxon. *orbata*. D'Orv. *spectatio*. *Oud.*—6 Fux. et. Vitiose Edd. Ber. Bas. pr. *generaliter*. Id.—7 Flor. *postrema labia*. Elmenhorstius. Qui cum Scriverio hoc recepit. Ac sane suffragantur Mss. D'Orv. Guelf. pr. Oxon. Coll. Voss. et Ed. Junt. post. L. iii. p. 59. 'postrema dejecta labia.' Quicquid sit, partem labii prominentem in asino intelligit. Ceterum similem esum et potum elephantorum vide apud Ælianum l. ii. de Anim. c. 11. *Oud.*—8 Conjicit quidam *perduxi*: sed elegantius est vulgatum. *Id.*—9 Vulg. *Et clamor exurgit*. Colvius. Mss. O. carent copula, præter Pith. et D'Orv. *Oud.*—1 Vid. Not. Var.—2 Mauser. cod. *delibus g.* Colvius. Oxon. *magnoque d.* non Ed. Vicent. ut ait Pric. *Oud.*—3 Pronomen restitui auctoritate Mss. septem, vel plurium, Edd. Vett. item Elmenh. et Scriv. Excidit primum ab Ed. Colvii, sequentis tacite Lips.

#### NOTE

<sup>c</sup> *Parasito meo*] Asino, quem joculariter parasitum vocat.  
Delph. et Var. *Cles.*                      *Apul.*

druplum restitui pretium; meque cuidam acceptissimo<sup>4</sup> liberto suo, et satis peculiato, magna præfatus diligentia,<sup>d</sup> tradidit. Qui me satis humane, satisque comiter<sup>5</sup> nutriebat: et, quo se patrono commendatiorem faceret, studiosissime voluptates ejus per meas argutias [223] instruebat. Et primum me quidem mensam accumbere<sup>6</sup> suffixo cubito, dein<sup>7</sup> alluctari, et etiam saltare<sup>8</sup> sublatis primoribus<sup>9</sup> pedibus perdocuit: quodque<sup>2</sup> esset apprime mirabile, verbis nutum commodare;<sup>3</sup> ut quod nollem, relato, quod vellem, dejecto capite monstrarem,<sup>4</sup> sitiensque, pocillatore respecto, ciliis alterna connivens,<sup>5</sup> bibere<sup>6</sup> flagitarem. Atque hæc omnia perfacile obediebam: quæ, nullo etiam monstrante<sup>7</sup> scilicet, facerem. Sed verebar, ne, si forte sine magistro, humano ritu ederem, plerique rati<sup>8</sup> scævum præ-

*tium, quo me emerant. Et me dedit cuidam liberto suo sibi gratissimo, et valde diviti, præcipiens ut me servaret magna cura. Hic alebat me satis clementer et leniter: et, ut redderet se acceptiorem suo patrono, summa cura præparabat ei oblectamenta per meas facetias. Et primum quidem docuit me accumbere mensæ innixum cubito, deinde collectari, et saltare elatis anterioribus pedibus: et (quod præcipue admirandum est) signis uti loco verborum: ita ut ostenderem, sublato capite, quod vellem, et demisso, quod nollem: et, cum sitirem, intuerer pincernam, et peterem potum, claudendo oculos alternatim. Et facillime obsequabar his omnibus, quippe quæ fecissem tametsi nemo me docuisset: sed timebam, ne, si forte hoc facerem more hominum, nullo me docente, plerique crederent hoc præcagire sinistros eventus, et*

Cod. cui consentire videntur Palat. et Guelferb. *Id.*—4 Bert. *aptissimo*. Elmenh.—5 Guelf. pr. *comuniter*. Oud.—6 Flor. *mensa ac*. Elmenhorstius. Item Fux. *perperam*. Nec in *mensæ* reformandum est, ut Wasseo videbatur. Vide ad l. v. p. 91. ‘Lectum accubans.’ Oud.—7 Pith. Oxon. D’Orv. *deinde*. *Id.*—8 Vid. Not. Var.—9 *Prioribus*. Fux. *primoribus*. Roaldus. Sic etiam Mss. mei plerique cum Edd. Junt. post. Colv. &c. Vid. ad l. ii. p. 23. ‘currunt primores.’ Oud.—1 Pal. *prædocuit*. *Id.*—2 Flor. *quoque e*. Male. Elmenh.—3 Pith. Oxon. Guelf. pr. *nutu commendarem*. Item Lips. Fux. Palat. D’Orv. et Edd. Junt. utr. Aldi, *commodarem*. Forsan non male. Talis enim modorum variatio frequens est. Vide me ad Sueton. Galb. c. 10. p. 756. et supra ad l. i. p. 17. ‘perferas et produc.’ de Dogm. Plat. l. i. p. 577. ‘esse situm. Et &c. jungatur.’ Si tamen sana illa sint, nec potius ut legendum. Al. at. Oud.—4 Vid. Not. Var.—5 Pith. Guelf. Fux. Guelf. *conibens*, de more. *Id.*—6 Ms. *tibere*. Colvius. Et Palat. ac Guelf. uterque. Oud.—7 Pith. *inmonstrante*. *Id.*—8 *Hoc ederem, plerique rati*. Flor. delet *rd hoc*. Elmenhorstius. Abest etiam a Pal. Oxon. D’Orv. Guelf. Ed. Junt. post. Quare ejeci. *Hæc* ascripsit Salm. Respicit Auctor ad *hæc omnia*. Neque opus est cum Pith. (in quo *heredem*) Flor. Pal. Fux. Guelf. rescribi *pleraque*.

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Magna præfatus diligentia*] Supple, *me esse curandum*.



sagium portendere,<sup>1</sup> velut monstrum ostentumque,<sup>1e</sup> me obtruncatum, vulturii<sup>2</sup> opimum<sup>3</sup> pabulum redderent. Jamque rumor publice crebruerat,<sup>4</sup> quo conspectum<sup>5</sup> atque famigerabilem meis miris artibus effeceram dominum: Hic est, qui sodalem convivamque<sup>6</sup> possidet luctantem asinum, saltantem<sup>7</sup> asinum, voces humanas intelligentem, sensum nutibus exprimentem. Sed prius est, ut vobis, quod initio facere debueram, vel nunc saltem<sup>8</sup> referam, quis iste, vel unde fuerit. Thiasus<sup>f</sup> (hoc enim nomine meus nuncupabatur dominus) oriundus<sup>9</sup> patria Corintho, quod

*me quasi prodigium, et portentum, abscisso capite, traderent vulturii in escam pinguem. Et jam fama invaluerat in vulgus, qua reddideram meum dominum spectabilem atque celebrem meis mirabilibus solertiis: Hic est (inquirebant) qui habet asinum convivam, et contubernalem, qui luctatur, qui saltat, qui ludit, qui intelligit verba hominum, et declarat nutibus suas cogitationes. Sed ante oportet, ut vobis narrem, saltem nunc (cum tamen debuerim id facere initio) quis, et cujus fuerit ille Thiasus, hoc enim erat nomen mei domini. Patriam habebat Corinthum, ex qua*

~~~~~

D'Orv. pleri. Oud.—9 Male hic etiam ante, *sæv. præ.* Colvius. Tò *portendere* non est in Bertino. Elmenh. Fux. *portenderem.* Debet certe *ne* vel addi, vel intelligi, vel scribi *portendi.* Adi ad Suet. Claud. c. 29. Malim tamen etiam verbum hoc cum viro docto excludere; sicut et Inmulis circumscripserunt Elmenh. et Pric. quanquam talia junctim occurrant quoque l. ix. p. 204. 'Hæcerant, quæ prodigiosa præ sagiverant ostenta.' In Bertino est *sævum.* De eo alias. Oud.—1 Flor. *portentumque.* Efficacius, si supra deleas τὸ *portendere.* Id.—2 *Vulturibus.* Ald. *vulturii.* Supra notatur, qui saltat, Bert. *vulturii.* Elmenh. Non Aldus tantum, sed Edd. omnes ante Colv. exhibent *vulturii,* item Mss. Pith. Fux. Reg. D'Orv. Oxon. et Lips. cum Scriverio; ut solet Noster. Vide Misc. Obs. Vol. II. p. 398. Nil notatum e Guelf. Oud.—3 Ed. Bas. pr. *optimum.* Id.—4 *Crebruerat.* Mss. Fux. Oxon. D'Orv. *crebruerat.* Recte. Vide supra. Nil not. e Guelf. Id.—5 Pith. *conspectu.* Tum Guelf. sec. a m. pr. *fecerum.* Id.—6 Pith. *convivam, sodalemque.* Id.—7 *Luctantem asinum, saltantem.* Hæc non sunt in Vet. Cod. Colv. Desunt quoque in Pal. Oxon. Reg. Fux. Guelf. Sed vide supra ad voces 'alluctari, et jam saltare.' Contra alii Codd. augment contextum, ut notis seqq. patebit. Oud. Vid. Not. Var.—8 *Palat. saltem nunc.* Oud.—9 *Vel unde fuerit Thiasus.* Hoc e. n. m. nuncupabatur d. *Oriundus.* Bert. *Frausus.* Inepte. Elmenh. Novem priores voces desunt Palatino. unum Edd. pp. *Fuerat* Guelf. pr. Pith. Fux. *Fiasus* Pith. *Frasus* Bert. *Thyasus* Edd. omnes. Perperam, ut opinor. Non enim Græcis saltatio Baccho sacra vocatur *θάσος*, ut Beroaldus, et ex eo secunde transcripsit Floridus; sed *θασος.* Vide, præter Græcos Grammaticos, Servium ad

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Velut monstrum ostentumque,* &c.] Monstri enim simile fuisset asinum humanos ritus effingere. Porro monstra prodigiososque fœtus in mare deportatos, aut etiam immolatos ex Aruspicium responsis frequenter le-

gitur apud Historicos, maxime apud Livium.

<sup>f</sup> *Thiasus* [*Thyasus*] Hic nomen proprium. Alias *θάσος* saltatio est, quæ Baccho exhibebatur. In Eclogis Virgil. 'Thyasos inducere Baccho.'

caput est totius Achaiae provinciae, ut ejus prosapia atque dignitas postulabat, gradatim permensis<sup>1</sup> honoribus, quinquennali magistratui fuerat destinatus: et, ut splendori<sup>2</sup> capessendorum responderet fascium, munus gladiatorium<sup>3</sup> triduanis spectaculis<sup>4</sup> pollicitus, latius<sup>5</sup> munificentiam suam porrigebat. Denique gloriae publicae<sup>6</sup> studio, tunc Thessaliam etiam accesserat, nobilissimas feras, et famosos inde gladiatores comparaturus.<sup>7</sup> Jamque ex arbitrio dispositis coemtisque omnibus, domuitionem [224] parabat, spretis<sup>8</sup> luculentis illis suis vehiculis, ac posthabitis<sup>9</sup> decoris praedarum carpentis,<sup>10</sup> quae partim<sup>2</sup> contacta, partim

*ortus erat, quae urbs est primaria totius provinciae Achaiae. Cum per gradus consecutus esset omnes magistratus, ut genus ejus, et nobilitas poscebat, destinatus fuerat ad magistratum quinquennem: et, ut responderet honori, quo afficiebatur, ineundo illum magistratum, promiserat se exhibiturum per tres dies spectaculum muneris gladiatorii; sed et amplius extendebat suam liberalitatem. Denique venerat etiam tunc in Thessaliam, desiderio gloriae publicae, emturus ex illa provincia feras praestantissimas, et gladiatores inclytos. Cunque omnia comparavisset, atque disposuisset ex animi sententia, praeparabat se ad redeundum domum. Ipseque, posthabitis suis illis splendidissimis curribus, contentisque pulchris rhedis et car-*



Virg. Ecl. v. 30. Quid? quod et proprium nomen *Thiasi* occurrat crebro in Inscriptionibus. Vide Gruter. p. 834. 4. 961. 1. 976. 5. &c. Malim vero hoc modo distinguere: fuerit. *Thiusus* (hoc e. n. m. n. dominus) oriundus, &c. In Edd. Vic. Junt. pr. hic. Mss. Pith. Fux. D'Orv. Guelf. nuncupatur. Oud.—1 Pith. *perinumensis*. Id.—2 Reg. *splendor*. Id.—3 Edd. Junt. Ald. *gladiatorum*, perpetuo errore. Id.—4 Ms. *triduanis spectaculi*. Scioppius in Symbola. Vulgo, *triduanis spectaculis*. Elmenhorstius. Genitivum singularem jam ante illum tacite expresserat Wower. e Codd. Pal. et Fulv. sicut Elmenh. et seqq. e Florent. quibus addo Reg. Fux. Oxon. D'Orv. Guelf. utrumque. Sed ante vulgatis suffragantur Bertin. et Pithœanus, sive per tridui spectacula. Quod primus non temere mutassem. Pro *triduanus* nova voce, quod miror admodum in Apuleio, antiquatio, in Glossis vulgo legitur *triduus*, τριήμερος. Oud.—5 *Latius*. Guelf. sec. a m. pr. *luculentis*. Id.—6 D'Orv. *publico*. Id.—7 Fux. *inde gl. inde comp.* Guelf. pr. *comparatos*. Id.—8 Oxon. *enim spretis*, teste Pricæo, pro *enim vero*. Sed in Gronoviana Coll. *spretis enim*. Vide ad l. iv. p. 69. *suptis* Palat. ut semper. Id.—9 Bertin. *praetherhabitis*. Quod placet. Sciopp. in *Symb.* et *Susp.* l. i. c. 18. et edidit Scriverius. Sed cum praeter auctoritatem sit, causam non video, cur reliquorum Codd. scripturam postponamus. 'Insuper habitis' alibi ait Auctor. Vide ad l. i. p. 8. Oud.—1 Vid. Not. Var.—2 *Quae partim*. Exulant ab Oxon.

#### NOTÆ

§ *Praedarum* [*Rhedarum*] *carpentis* vius, aut *praclarum*, ut Scriverii editio habet. Sic omnino legendum est, juxta Pricæi exemplar, non *praedarum*, ut Col-

revelata, frustra novissimis<sup>3</sup> trahebantur consequiis: equis etiam Thessalicis,<sup>h</sup> et aliis jumentis Gallicanis, quibus generosa soboles<sup>i</sup> perhibet<sup>4</sup> pretiosam dignitatem: me phaleris aureis, et fucatis ephippiis, et purpureis tapetis, et frænis argenteis, et pictilibus balteis,<sup>k</sup> et tintinnabulis perargutis exornatum, ipse residens amantissime, nonnunquam comissimis affatur<sup>5</sup> sermonibus. Atque inter alia pleraque summe se delectari profitebatur, quod haberet in me simul et convivam et vectorem. At, ubi partim terrestri, partim maritimo itinere confecto, Corinthum accessimus, magnæ civium turbæ confluebant, ut mihi videbatur, non tantum Thiasi dantes honori, quam<sup>6</sup> mei conspectus<sup>7</sup> cupientes. Nam tanta ibidem<sup>8</sup> etiam de me fama pervaserat; ut non mediocri quæstui præposito illi meo<sup>9</sup> fuerim. Qui, cum multos videret nimio favore lusus<sup>l</sup> meos spec-

*penlis, quæ trahebantur in extremo agmine vacua, partim cooperta, partim aperta: neglectis etiam equis Thessalicis, et aliis jumentis Gallicis, quæ generositas suæ originis commendat, et reddit cariora: amantissime inequitabat mihi decorato phaleris aureis, et ephippiis tinctis, et tapetibus purpureis, et frænis argenteis, et cingulis pictis, et tintinnabulis valde sonoris, et alloquebatur verbis suavissimis. Et inter multa alia, quæ de me dicebat, affirmabat se maxime gaudere, quod haberet in me sodalem simul et vectorem. Verum simul atque peracta via, partim terrestri, partim maritima, decessimus Corinthum; magnæ catervæ oppidanorum concurrebant, non tam ad honorandum Thyasum, ut mihi quidem videbatur, quam quæ avebant me videre. Tantus enim rumor de me perlatus fuerat in illum civitatem, ut ille meus præfectus non perceperit parvum lucrum ex me. Qui, cum cerneret*



et Gnelf. sec. *Id.*—3 Fux. *novis*. Perperani. Ultima et in extremo agmine, quasi appendices comitatus, vacua domino, trahebantur l. viii. p. 167. ‘successionis novissimus:’ et sæpe. *Id.*—4 Ms. Par. *paribus*, Edd. Junt. Ald. *perhibetur*. *Id.*—5 Pal. Gnelf. sec. *affatus*. *Id.*—6 Vid. Not. Var.—7 Bert. *aspectus*. Elmenh.—8 *Erian ibidem*. Sic Pith. Fux. Pal. D’Orv. Gnelf. Edd. ante Colvinum, qui cum seqq. invertit voculas. *Oud.*—9 Idem, *præposito illi modo*. Colvins. Inepte Edd. Beroald. item pr. Junt. Ald. *prop. i. modo*. *Oud.*—1 Bert. *luxus*. Elmenhorstius. De hac confusione dixi supra. *Oud.*—2 Oxon.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Equis etiam Thessalicis]* Strabo auctor est Thessaliam esse commodissimam equis pascendis.

<sup>i</sup> *Jumentis Gallicanis, quibus generosa soboles, &c.]* Plautus tamen viletur contra jumenta Gallica contemnere, cum ait, Aulul. Act. iii. Scen. 5. ‘Ego faxim muli, pretio qui superant equos,

Sient viliores Gallicis cantheriis.’

<sup>k</sup> *Pictilibus balteis]* Ut a fingo fictilis, ita Noster a pingo formavit pictilis. Quod nomen, hoc in loco, pictum significat. Per balteos noster Asinus ciogula intelligit, quibus ephippium astrictum adhæret dorso jumentum.

tare gestientes, obserata fore, atque singulis eorum seorsus admissis,<sup>2</sup> stipes acceptans non parvas, summulas diurnas corradere consuerat.<sup>3</sup> Fuit in illo<sup>4</sup> conventiculo matrona quædam pollens et opulens:<sup>5</sup> quæ more ceterorum visum meum mercata, ac dehinc multiformibus ludicris delectata, per admirationem assiduam paulatim in admirabilem mei cupidinem incidit, nec ullam vesanæ libidini medelam capiens,<sup>6</sup> ad instar asinariæ Pasiphææ complexus meos ardentem expectabat,<sup>7</sup> grandi denique præmio cum altore meo depacta est<sup>8</sup> noctis unius concubitum.<sup>9</sup> At ille nequam,<sup>1</sup> ut posset de me suave provenire, [225] lucro suo tantum contentus, annuit.<sup>2</sup> Jam<sup>3</sup> denique cœnati e triclinio<sup>4</sup> domini decesseramus:<sup>5</sup> et jam dudum præstolantem<sup>6</sup> cubi-

*multos cupientes miro studio videre meos ludos: clausa janua, introducens separatim unumquemque eorum, acceptis prius ab illis nummulis, solebat quotidie colligere non mediocres summas.* \* \* \* \* \*

ac. Idem cum D'Orv. *seorsum*, ut et *amissis*. Id.—3 Sic edidi cum Edd. Vett. ex auctoritate Flor. Pith. Fux. Guelf. non *consueverat*, ut Bas. Colv. &c. In Bert. *comcidere*, Guelf. sec. *contradens*, Guelf. pr. Oxon. *contradere*. quasi voluissent *contrahere*, de quo vide ad l. 11. p. 30. Id.—4 D'Orv. *fuit etiam in illo*. Ed. Floridi, *fuit et in illo*. Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Ed. Junt. post. *nec ulla*. Forsan non male pro *nequaquam*. Vide ad l. 1x. p. 198. Dein *cupiens* Pal. Guelf. Oxon. Pessime. *Oud.*—7 *A. asinariæ pasiphææ, c. m. a. expetebat*. Ms. *expectabat*: et sic quidam e vulgatis. Colv. Ms. *ad instar boariæ P. c. m. a. expectabat*. De verbo 'expectandi' dixi Suspect. lib. 1v. Ep. 21. *Sciopp. in Symb.* Flor. et Rom. *expectabat*. Vide Sciopp. Snspect. lib. 1. cap. 21. *Elmenh.* Atqui Pasiphææ non ardebat asino, sed tauro. Sed dubito, an Latine dici possit *asinaria* et *boaria*, quæ asini vel bovis cupidine flagrat. Videtur aliud quid latere. An *bovis adulteræ*? Sed nimis a vulgatis abit. Dein *Pasiphææ* D'Orv. et Ed. Vicent. *Pasiphe* Pith. Fux. Guelf. *Pasiphææ* Pal. Oxon. Recte, ut alibi in Mss. Vide ad l. 11. p. 24. 'Pamphilæ.' Tandem *expectabat* restitui, auctoribus Mss. O. et Edd. primis, aliisque, ut Junt. Ald. quod prave Beroaldus ex glossa mutavit in *expetebat*. Bene cum Scioppio alterum quoque vindicavit Pricæus. Adi item Cort. ad Sall. B. Jug. c. 14. § 7. 'Alienas opes expecto:' ubi eadem varietas. *Oud.*—8 Idem, *depacta est*: an *depacta est*? Colvius. *Depreciata* legendum iudico. Vide notata ad Apol. 1. *Brant.* *Deprecata* item vitiose in Palat. et Guelf. sec. Ineptit *Brantius*; ut docebit te Nota Pricæi. *Depacta* vero, quod habet Guelf. pr. an *depacta* legas, a *depaciscor* vel *depeciscor*, res eodem redit, ut in detracto et detrecto, &c. Plura dicentur infra ad p. 229. 'Quo conpecto.' Oxon. *autore*, Par. *authore*. Fux. *dep. e. cum alt. m.* *Oud.*—9 Bert. *cupitum*, male. *Elmenh.* Pith. *cubitum*. Et sic Edd. vulgares ante Bas. sec. excepta Junt. post. *Oud.*—1 Flor. a. i. *nequaquam*, male. *Elmenh.*—2 Vid. N. Var.—3 Pith. *jamque*. *Oud.*—4 Idem Ms. ex *triclinio*. Colvius. Guelf. pr. et *tric.* *Oud.*—5 Coll. Voss. *recesseramus*. Pith. D'Orv. *discess.* non male. Sed vide ad l. v. p. 91. 'decessit ad somnum.' Id.—6 *Et dudum pr.* Vulg. et *jam dudum*. Col-

culo meo matronam offendimus. Dii boni! qualis ille, quamque<sup>7</sup> præclarus apparatus! Quatuor eunuchi confestim, pulvillis compluribus ventose tumentibus pluma delicata,<sup>8</sup> terrestrem<sup>9</sup> nobis cubitum præstruunt: <sup>1</sup> sed et stragula veste, auro ac murice<sup>2</sup> Tyrio depicta,<sup>3</sup> probe consterunt: <sup>4</sup> ac desuper brevibus<sup>5</sup> admodum, sed satis copiosis pulvillis, aliis nimis modicis,<sup>6</sup> quis maxillas et cervices delicatæ mulieres<sup>7</sup> suffulcire consuerunt,<sup>8</sup> superstruunt.<sup>9</sup> Nec dominæ voluptates diutina sua præsentia morati, clausis cubiculi foribus, facessunt.<sup>1</sup> At intus cerei præclara micantes luce,<sup>2</sup> nocturnas nobis tenebras inalbabant.<sup>3</sup> Tunc<sup>4</sup> ipsa cuncto prorsus spoliata tegmine,<sup>5</sup> tænia<sup>6</sup> quoque, qua decoras devinxerat<sup>7</sup> papillas, lumen propter assistens, de stagneo vasculo<sup>8</sup> multo sese perungit oleo balsamo, meque indidem largissime perfricat: sed multo tanto impensius crura etiam natesque perfundit meas.<sup>9</sup> Tunc exosculata pressule, non qualia in lupanari<sup>1</sup> solent basiola



vius. Alii, et jam dudum pr. Elmenhorstius. Accedunt quidem Lipsiano Pal. Fux. Oxon. Sed jam cum Edd. Vett. agnoscunt Flor. Bert. Pith. D'Orv. Quare revocavi. Libidinis inpatientia jam dudum matronam in asini cubiculum inpulerat. *πάλαι* Lucian. *Oud.*—7 Deest pronomen in Pith. *Quamquam* Fux. *Id.*—8 Edd. pp. *dedicata*. *Id.*—9 Al. *terrestre*.—1 Vid. Not. Var.—2 Copulam hand agnoscunt Edd. Elm. Scriv. *Oud.*—3 Edd. Bas. Pric. vitiose *depicto*. Murex non erat depictus, sed vestis auro et ostro depicta fuit. Vide ad Sueton. Calig. c. 52. 'Depictas gemmatasque indutus pænulas.' *Id.*—4 In Bertino *substernunt*. Scioppius in *Symbola*. Hinc ita edidere Scriv. et Florid. Sed erravit Scioppius. Bert. cum reliquis hic præbet *consterunt*. *Oud.*—5 Ms. *desuper de brevibus*. Colvius. Sic et Palat. et Guelf. sec. *Oud.*—6 Malim, *ac iis nimis mod.* Colvius. Bert. *nimio mod.* Elmenhorstius. Infeliciter conjecit Colvius *ac iis*, ne Latinum quidem. Sed nec rem acu tetigit Pricæus, legi jubens, *pulvillis illis n. m.* Verissimum est *pulvillis aliis, nimio mod.* Aliorum enim pulvillorum majorum supra mentionem jam fecerat. 'Nimio' adverbium alibi quoque adhibuit Auctor. Vide ad lib. III. p. 61. *Oud.*—7 In Pitheano et Guelf. pr. est *delicatas*. *Id.*—8 D'Orv. Edd. Ald. Colin. Bas. Vulc. Wow. Pric. *consueverunt*. *Id.*—9 Bert. *supersternunt*. Elmenhorstius. Vid. Not. Var.—1 Ed. Vicent. *facessit*. Alii, *secessunt*. Male. *Oud.*—2 Quam vellem, optimam Pricæi conjecturam, *clara præmicantes luce*, confirmarent Msti. Sic enim solet Auctor. Vide Pric. et nos ad lib. XI. p. 245. *Id.*—3 Al. *inalbebant*.—4 Male Ed. Flor. *tum*. *Oud.*—5 Palat. Guelf. sec. *tegimine*. Vide ad lib. IX. p. 199. *Id.*—6 Vet. *cenia*. Colvius. Bert. *coma q. male*. Elmenh. Pal. et Fux. *cenia*. Inepte. Vide Comm. *Oud.*—7 Rom. *depinxerat*. Elmenhorstius. Ed. Vic. *dejunxerat*. *Oud.*—8 Vid. Not. Var.—9 Sed multo tanta impensius etiam nates perf. Scribere malim, et multo tanto impensius crura, etiam nates perf. m. Colvius. Ms. *nates*. Sciopp. in *Symb.* Plerique scripti, *nates*. Wower.—1 Scriptus cod. *lupanaria*. Colvius.

jactari, vel meretricum poscinumnia, vel adventorum negotinumnia,<sup>2</sup> sed pura atque sincera instruit, et blandissimos affatus:<sup>3</sup> Amo, et Cupio, et Te solum diligo, et, Sine te jam vivere nequeo:<sup>4</sup> et cetera, quis mulieres et alios<sup>5</sup> inducunt, et suas testantur affectiones.<sup>6</sup> Capistroque me prehensum,<sup>7</sup> more quo didiceram, declinat facile. Quippe cum<sup>8</sup> nil novi, nihilque difficile facturus mihi viderer;<sup>9</sup> præsertim post tantum temporis, tam formosæ mulieris cupientis amplexus obiturus. Nam et vino pulcherrimo atque copioso<sup>1</sup> memet madefeceram; [226] et unguento fragrantissimo<sup>2</sup> prolubium libidinis<sup>3</sup> suscitaram.<sup>4</sup> Sed angebar plane non exili metu, reputans,<sup>5</sup> quemadmo-



Non displicebat mihi *lupanario*. Brantius.—2 Quidam, *advectorum*. Colvius. *Advent*. Ita sane et Ms. Sed vulgo legitur *advectorum*. Forte *advocorum*. Quorum nota perpetua est, esse pecuniæ accipitres, et extortores. *Sciopp. in Symb.* Alii, *advectorum*. Flor. *regatinumnia*, male. *Elmenh.* Scioppio concinit Lud. D'Orleans ad Taciti Ann. lib. xi. p. 573. Sed perperam. Agitur hic de basiis, in lupanari jactari solitis, quo euntes viri recte dicuntur adventores, sicut et passim eo venire dicuntur meretrices. Ita cauponarum frequentatores lib. i. p. 7. 'adventores pristinos' ait: ut bene observavit, τὸ *advectorum*, quod habent solæ Edd. primæ, et Basil. corrigens Beroaldus. Adde Barth. l. xxxii. Advers. c. 13. 'Hospites et Adventores' in Inscript. Grut. p. 444. 8. Maff. Mus. Ver. p. 80. Verum corrupta est sequens vox *Negotinumnia*, quam perperam explicare conantur Beroaldus et Elmenh. in Indice, ac Barthius ibidem emendare satagit in *negotimunia*; quia adventores munes sunt negotiorum basia dando. Ineptissime. Sed bene, quod veram Apuleii manum monstrent nobis Mss. Nam Palat. Lips. Guelf. sec. D'Orv. Pith. exhibent *negatinumnia*, Oxon. Guelf. pr. *negatinumnia*. Elegantissime, ut Lipsius reposuit ad marg. Ed. Colv. et amplexus est Pricæus. Meretrices poscunt pecuniam per basia, et adventores basia dant, ut nummos non dent, adeoque sunt savia nummos se habere vel dare posse negantia. *Oud.*—3 Scil. instruit. Sed in Bertin. est, in *blind. aff.* Oxon. Guelf. pr. et *blandissimis affatibus*. An *blandissimo* vel *blandissime sic affatur*? Id.—4 Palat. *vivere jam neq.* Id.—5 *Quis m. et alios ind.* Deest prima vox in D'Orv. *aliquos* est in Palat. *Id.*—6 Flor. *adfectioniones*. Elmenh. Cum Guelf. sec. Sic in veterimo Cod. Ausonii Epist. xvii. 'Qua adfectione addidisti' habetur *adfectione*. *Oud.*—7 Vulgo, *deprehensum*. Colvius. Bert. et Rom. *deprehensum*. Elmenhorstius. Sic etiam Pith. et Edd. Colvio priores. *Prensum* Fux. Lucian. καὶ με ἐκ τῆς φορβίας ἐπιλαβομένη.—8 *Tὸ quippe* abest a scripto Cod. Colv. Item a Palat. et Guelf. sec. usque ad *facturus*. *Oud.*—9 Ms. *facile facturus videretur*. Colvius. Guelf. pr. Oxon. *nilque*. Male τὸ *mihi* exulat ab Ed. Floridi. *Oud.*—1 Forte melius, *pulcherrime atque copiose*. Colvius. Sic sane est in Oxon. et *copiose* in Palat. Guelf. sec. Et sane quid est vinum pulchrum? Mss. aliquot *pulcherrimo*. Lucian. ὄνω παλαιῶ πολλῶ τε ὑποβεβρεγμένος. Sic et supra in simili negotio lib. ii. p. 27. 'Vini cadum iu ætate pretiosi.' Ergone dedit Auctor *perveterrimo*? Quod compositum Hirtius, Cicero, alii adhibuerunt. *Oud.*—2 In Edd. Colvio prioribus male *fla-grant*. Vide ad lib. iii. p. 56. *Id.*—3 Vid. Not. Var.—4 D'Orv. *suscitarem*, Oxon. Guelf. pr. a m. pr. *suscitatum*. *Oud.*—5 Idem, *meatu*. Colvius. Pal.

dum tantis tamque magnis cruribus,<sup>6</sup> possem delicatam matronam<sup>7</sup> inscendere; vel tam lucida,<sup>8</sup> tamque<sup>9</sup> tenera, et lacte ac melle confecta membra, duris unguis<sup>1</sup> complecti: labiasque<sup>2</sup> modicas ambrosio rore purpurantes,<sup>3</sup> tam amplo ore tamque enormi, et saxeis dentibus deformis saviari:<sup>4</sup> novissime,<sup>5</sup> quo pacto quanquam ex unguiculis perpruriscens,<sup>6</sup> mulier tam vastum genitale susciperet. Heu me, qui dirupta<sup>7</sup> nobili fœmina, bestiis objectus,<sup>8</sup> munus instructurus sim mei domini! Molles interdum vuculas, et assidua savia, et dulces gannitus, commorsicantibus oculis,<sup>9</sup> iterabat illa. Et in summa,<sup>1</sup> Tenco te, inquit, teneo meum palumbulum,<sup>2</sup> meum passerem. Et cum dicto, vanas fuisse<sup>3</sup> cogitationes meas, ineptumque<sup>4</sup> monstrat metum. Arcetissime namque complexa, totum me, prorsus sed totum recepit.<sup>5</sup> Illa<sup>6</sup> vero, quotiens ei

~~~~~

Guelf. sec. *sed et*. In eodem, Guelf. utroque, et Oxon. *angebatur*. Oxon. quoque et Guelf. *meatu*. Perperam autem in Edd. multis, et Pricæi junguntur 'metu reputans:' pertinet ad 'angebatur.' *Oud.*—6 Pith. *tanque tam m.* Guelf. pr. *caveruibus*, Oxon. a m. pr. *cruribus*, D'Orv. *auribus*, inepte. *Id.*—7 Flor. *mulierem*. *Id.*—8 Abest *tam a* Mss. Pal. D'Orv. Fux. Oxon. Guelf. pr. Coll. Voss. *Id.*—9 Guelf. pr. *tam*. *Id.*—1 Bert. *diversis u.* Scioppius in Symbola. Male. *Elmenh.* Hoc accipio pro dispersis, nisi *deversis* potius legendum sit. Vide Festum: aut *varicus*. p. 8. Ed. Colv. 'Varicus super faciem meam residentes.' *Soping.* Frustra. *Oud.*—2 Oxon. a m. pr. *larvasque*. *Id.*—3 Vid. Not. Var.—4 Sic constanter habent Mss. ut *deformis* sit nominativus. Nam esse hic nequit Ablativus a Nom. *deformis*, quem vide apud Steweck. ad Arnob. p. 78. Neque enim basiaret dentibus, sed ore. Verum unice placet mihi Scriveriana lectio, quam expressit etiam Floridus, *deformi*; cui ex seq. verbo s adhæsit. Παρήχησιν Nostro esse frequentissimam, sæpius vidimus, Pal. D'Orv. *sabiari*, et mox *sabia*. Edd. Scriv. Flor. *suaviari* et *suavia*. Sed adi ad lib. II. p. 27. *Oud.*—5 Oxon. *novissimo*. Haud male. Supra de Adverbiis, in o desinentibus, late egi. *Id.*—6 D'Orv. Pith. *ungulis*, Guelf. pr. Oxon. *igniculis*. Fux. *perpluriscens*. *Id.*—7 Ms. *quid dir*. Colvius. Cum D'Orv. Sed Pal. Oxon. Guelf. ambo, *quid inrupta*. Vide Pric. ad lib. VII. p. 147. 'Misera illa compavita atque dirupta.' *Oud.*—8 Fux. D'Orv. *objectum*. *Id.*—9 Cum *morsicantibus oculis*. Forte, *osculis*. Roaldæus. *Commorsicantibus oculis, iterabat*. Vulg. cum *morsicantibus oc. iteraverat*. Colvius. Cum est in Pith. et Edd. ante Colv. In Oxon. a m. pr. *commorsicantibus*, D'Orv. *commorsitantibus*. Bene, præsertim si recipiamus *osculis*, quod etiam conjece- runt Lipsius et Pricæus. Sed adi notata ad lib. II. p. 27. 'Limis et morsicantibus oculis:' ubi eadem varietas. Deim *iterabant* Pith. *iteraverat* Edd. ante Colv. *Oud.*—1 Pith. *etiam*. F. et jam. *Id.*—2 Fux. *pubulum*. Sed vide Pric. *Id.*—3 Flor. *vacuas f.* Elmenhorstius. Sic quoque D'Orvill. Nec male. Atque ita citavit Pricæus ad lib. IX. p. 186. 'Observationibus vacuis:' ubi vide. *Oud.*—4 Copula deest D'Orvilliano. *Id.*—5 *Complexa, tum me prorsus, sed totum r.* Ms. *Complexato tum me, prorsus et totum recipit*. Fortassis etiam scripta lectio ferri potest. Nam similem loquendi modum in

parcens <sup>7</sup> nates recellebam, <sup>8</sup> accedens totiens <sup>9</sup> nisu rabido, <sup>1</sup> et spinamprehendens meam, appliciore <sup>2</sup> nexu inhærebat : ut hercules etiam deesse mihi aliquid ad supplendam ejus libidinem crederem ; nec Minotauri matrem frustra delectatam putarem adultero <sup>3</sup> mugiente. Jamque operosa et pervigili <sup>4</sup> nocte transacta, vitata lucis conscientia, facessit mulier, conducto <sup>5</sup> pari noctis futuræ pretio. Nec gravate <sup>6</sup> magister meus voluptates ex ejus arbitrio largiebatur, partim mercedes amplissimas acceptando, partim novum spectaculum domino præparando. Incontanter ei denique <sup>7</sup> libidinis nostræ <sup>8</sup> totam detegit scenam. At ille, liberto magnifice [227] munerato, destinat me spectaculo publico. Et quoniam neque egregia illa uxor <sup>9</sup> mea propter dignitatem, neque prorsus ulla alia inveniri poterat grandi præmio ; vilis acquiritur <sup>1</sup> aliqua, sententia præsidis bestiis addicta : <sup>2</sup>

*Verum ille, liberto suo largissime præmiato, destinat me spectaculo publico. Et, \* \* Mulier quædam vilis, damnata decreto præfecti ad bestias, comparatur magno*



hoc Nostro infra notamus ad lib. xi. *Colv.* Forte, *complexatum me.* Sed Ms. *complexa totum me p. sed totum recepit.* Scioppius in *Symbola.* Bert. et Flor. *c. totum, sed prorsus totum r.* Legendam, *complexatum*, ut alii monuerunt. *Elmenh.* Tum ejecit tacite Wowerius, et hinc exulat ab Ed. Pricæi. *Elmenh.* dedit in contextu, *complexatum me totum prorsus, sed totum r.* Scriveris vero et Florid. *complexatum me totum, sed prorsus totum.* Debuerant saltem illi Mstorum ductum sequentes cum Schikerado legisse, *complexatum me pr.* Verum omnes ad unum Codd. cum Ed. Junt. post. exhibent verissime, *complexa totum me, prorsus sed totum r.* Quod non fuerat mutandum ; nisi malis, *sed prorsus t.* Consule omnino, quæ animadverti ad l. vii. p. 141. 'Cum denique omnes, sed prorsus omnes vino sepulti.' 'Totus prorsus' junguntur quoque p. 230. Dein cum Mss. Flor. Ūrs. Pal. Guelf. utroque, Edd. Junt. post. Elm. Scriv. Flor. scripsi *recepit*, quod præsentī tempore hic est significantius. *Oud.*—6 *Pith. illas. Id.*—7 Ms. *p. omes.* et post, *nisu rapido.* *Colvius.*—8 *D'Orv. natem.* Quod non omnino spreverim. Natis enim singulari numero dixere Horatius et alii. Vide *Lexica.* Dein *recolebam* *Fux. retollebam* *D'Orvill. e glossa. L. vii. p. 149.* 'Totum corporis pondus in postremos poplites recello?' ubi vide. Nam eadem illic varietas. *Oud.*—9 *Abest a Fux. Oxon. Pal. Guelf. pr. Coll. Voss. Id.*—1 *Al. nixu rapido.* *Vid. N. Var.*—2 *Al. appliciore.*—3 *Pal. Guelf. sec. adulterio.* *Oud.*—4 Ms. *pervigil.* *Colvius.* Sic et *Guelf. sec. Oud.*—5 *Idem, condito.* *Colvius.* Et *Par. pessime: cum dicto Guelf. pr. Oud.*—6 *Oxon. Guelf. pr. gravanter. Id.*—7 *M. eidemque.* *Putean.*—8 *Vulg. libid. meæ.* *Colvius.* Contra *Mss. O. et Apuleii ac Luciani mentem.* Prave etiam *Edd. Scriv. libidini.* Vide *Lucian. tom. ii. p. 620. Oud.*—9 *Ille uxor.* Prior vox deest *Guelf. pr. Id.*—1 *Fux. quæritur.* *Roaldns. Quæritur.* *Idem libri vulg. acquiritur.* Num, *anquiritur?* *Colvius.* *Anquiritur.* Sic lego cum *Modio et Flor. et Bert. in quibus est acquiritur.* *Elmenhorstius.* Immo vero in *Florent. exaratur potuerat et*



quæ mecum incoram publicam populi caveam frequentaret. Ejus pæne talem cognoveram fabulam.<sup>3</sup> Maritum habuit, cujus pater peregre proficiscens mandavit uxori suæ,<sup>4</sup> matri ejusdem juvenis,<sup>5</sup> quod enim<sup>6</sup> sarcina prægnationis oneratam eam relinquebat:<sup>7</sup> ut, si sexus sequioris<sup>8</sup> edidisset foetum,<sup>9</sup> protinus quod esset editum necaretur.<sup>1</sup> At illa, per absentiam<sup>1</sup> mariti, natam puellam<sup>2</sup> insita matribus pietate<sup>3</sup> præventa,<sup>4</sup> descendit ab obsequio mariti;

*pretio, ut descenderet mecum in arenam, populo spectante: audiveram ejusmodi ferme historiam nurrari de ipsa. Habuit virum, cujus pater suscipiens longinquam profectorem præcepit uxori suæ, matri illius ejusdem juvenis, quam relinquebat gravidam, ut, si peperisset infantem deterioris sexus, continuo curaret interfici suum partum. Illa vero, cum peperisset puellam, absente marito, commota naturali affectu matris, non gessit morem suo conjugii, et tradidit eam nutriendam vicinis*



*anquiritur.* Ultimum reposuit etiam Scriverinus. De eo verbo adi ad lib. II. p. 29. 'anquirenti.' In Pith. D'Orv. Fulv. et Edd. Vett. est *acquiritur*. Recte. In Pal. Oxon. Par. Guelf. *quæritur*. Oud.—2 Guelf. pr. Oxon. a m. pr. *addita*, D'Orv. *adjecta*. Adi ad lib. II. p. 40. 111. *Id.*—3 Oxon. Guelf. pr. *cujus*. Est vir doctus, qui legit: *Ej. pænæ*, sive additionis ad bestias. Nihil muta. Totam, prout ferme cognoverat, mulieris fabulam, nec tantum pænæ causam narrat. *Id.*—4 Exulat pronomen a D'Orvill. *Id.*—5 Edd. Ber. Bas. *juvenilis*. *Id.*—6 Ms. *quod ei*; et *eam*, quod sequitur, in eodem libro non est. *Colv.* *Ei* quoque Gneff. sec. A Palat. *abest enim*. Sed vide ad lib. IX. p. 184. 'Quod enim rebar.' Mox *eam* facile deesse sinerem. Vide tamen ad Suet. Cæs. c. 7. 'Confusum eum somnio.' *Oud.*—7 Pal. *honoratam*. Oxon. Guelf. pr. *reliquerat*. *Id.*—8 Pal. Pith. Guelf. sec. *equioris*; al. *segnioris*. *Id.*—9 Pith. cum Edd. ante *Colv. fetus*, ut Martinus Var. Lect. I. 15. *Id.*—1 Ms. Cod. et Ven. *præ abinentia*. *Colvius*. Sic etiam Palat. Pith. Guelf. sec. *Fux*. D'Orv. cum margine Guelf. pr. Edd. pp. et Bas. In aliis, teste Beroaldo, *per abinentiam*, quod præfert. Oxon. Guelf. pr. *in absentia*. *Oud.*—2 Vid. Not. Var.—3 *Insita matri pietate*. Bert. *matris*. Terent. Heautont. Act. v. Sc. 2. 'Matres omnes filiis auxilio in paterna injuria solent esse.' *Elmenh.* B. *insita matribus pietate*. Puteanus. Si in Mss. exaratum esset *matris*, nequaquam id sollicitarem, defensum a Cl. Burmanno in Misc. Obs. II. p. 399. satis gnarus, sæpe matrem, patrem sumi pro materno, paternove animo, vel singularem numerum adhiberi de toto genere. Ista enim pietas omnibus matribus communis. Vide supra ad lib. IV. p. 72. 'Immanis ursæ numerum.' Verum Mss. Florent. Pith. *Fux*. Oxon. Guelf. Palat. D'Orv. Bert. et omnes Edd. *Colviana* priores præbent *matribus*. Quare pluralem hic restitui. *Oud.*—4 *Præventa*. Lego, *præversa*. Brantius.—5 *Natam necatamque*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Necaretur*] Hoc ex consuetudine Veterum, quibus mos erat pro ratione rei familiaris plures paucioresve liberos educare, eos, cum nascerentur, tollere, vel necare, pro arbitrio suo.

<sup>m</sup> *Natam puellam*] Lege *natu puella*,

ut sit sensus, quem in interpretatione expressi, aut supple *erga*, vel *in*, et lege *in natam puellam insita matri pietate præventa*, id est, commota materno amore erga puellam, quam pepererat. Alias, si vulgatam lectionem

eamque prodidit vicinis alumnam. Regressoque jam marito natam necatamque nuntiavit.<sup>5</sup> Sed ubi flos ætatis nuptialem virgini diem flagitabat, nec, ignaro marito, dotare filiam pro natalibus quibat;<sup>6</sup> quod<sup>7</sup> solum potuit, filio suo tacitum secretum<sup>8</sup> aperuit. Nam et oppido verebatur, ne quo casu calor juvenalis impetu<sup>9</sup> lapsus, nescius nesciam<sup>1</sup> sororem incurreret. Sed pietatis spectata<sup>2</sup> juvenis,<sup>n</sup> et matris obsequium, et sororis officium religiose dispensat: et arcanis domus venerabilis silentii custodiam tradidit; plebeiam facie tenus prætendens humanitatem.<sup>o</sup> Sic necessarium<sup>3</sup> sanguinis sui munus ag-

*nis. Et postquam maritus rediit, dixit ei se peperisse puellam, eamque esse interfectam. Sed simul ac ætas puellæ jam adulta cepit poscere ei diem connubiæ, cumque ipsa non posset dotem dare filiæ convenientem ejus nobilitati, quin maritus sciret; quod solum potuit facere, revelavit filio suo arcanum celatum eatenus. Nam valde etiam timebat, ne ipse, forte peccans impetu ardoris juvenilis, rem haberet ignoranter cum sorore, quæ ignorabat quoque ipsum esse suum fratrem. At juvenis ille insignis pietatis, et religiose morem gerit matri, et præstat sorori debitum officium, et committit secreta domus tutelæ sacri silentii, ostendens vultu tantum vulgarem benevolentiam ergu ipsam: sic suscipit præstare officium necessarium suæ*

//////////

*puellum. Hoc (puellam) addidimus ex cod. vet. lib. Colc. N. necatam nuntiavit. Ita Mss. Vulgo, n. necatamque puellam nuntiabat. Elmenhorstius. Delevi rō puellam cum Scriverio et Pricæo, per Colvium ex interlineari Lipsiani codicis glossa temere intrusum contra reliquos Mss. Male vero Scriverius, ab Elmenhorstio deceptus, edidit necatam nunc. Nam copulam que agnoscent omnes Codd. Sed recte monitum ab eodem Elm. in suis Mss. esse nuntiavit; quod restitui, auctoribus Flor. Pith. D'Orv. Guelf. Oxon. Pal. Bert. et Edd. ante Colvium, qui tacite e Lips. cui consentit Fux. imperfectum tempus reposuit. Est et, qui voluit denatam, sine ulla necessitate. Nil not. e Guelf. Oud.—6 D'Orv. querebat, Guelf. sec. quiebat. Id.—7 Oxon. que, Guelf. pr. quæ. Id.—8 Pronomen non habet Oxon. Ordinem invertunt Pith. et Edd. pp. Ber. Junt. pr. Ald. Col. Bas. tac. secr. fil. s. De tacitis secretis, sive tacendis arcanis, vide ad lib. vi. p. 111. Id.—9 Caloris juvenilis impetu. Idem vet. juvenili. Colvius. Juvenalis. Sic rescribo ex Flor. In vulgatis est, c. juvenilis i. Vide Indicem. Elmenh. Juvenili etiam in Fux. D'Orv. juvenali Oxon. Guelf. pr. Cum Elmenhorstio vero et viro docto in Misc. Obs. vii. p. 399. rescripsi juvenalis, ut habent Mss. O. de mundo p. 734. 'pubertate juvenali.' Oud.—1 Fux. Reg. nescientia. Id.—2 Bert. spectatæ præteritis. Sciopp. in Symb. Inepte. Elmenh. Ed. Scriv. sp. pict. Pith. pietas. Oud.—3 Fux. custodiam. Roaldus. Custodiam. Vulgo, custodiæ. Quod jam non sperno. Dein Ms. S3 nec. Colv. Bert. et arcana d. v. s. custodiæ trad.*

#### NOTÆ

retineas, hinc est oratio, neque satis videtur quo pertineat illud 'natum puellam.'

<sup>n</sup> Juvenis] Maritus nempe hujus, illius frater.

<sup>o</sup> Plebeiam facie tenus prætendens hu-

greditur, ut desolatam vicinam puellam parentumque præsidio viduatam, domus suæ tutela <sup>4</sup> receptaret: ac mox <sup>5</sup> arctissimo, <sup>6</sup> multumque <sup>7</sup> sibi dilecto contubernali, largitus de proprio dotem liberalissime, traderet. Sed hæc bene <sup>8</sup> atque optime, plenaque <sup>9</sup> cum sanctimonia disposita, feralem Fortunæ nutum latere non potuerunt. <sup>1</sup> [228] Cujus instinctu, domum juvenis protinus se dixerit <sup>2</sup> sæva rivalitas. <sup>3</sup> Et illico hæc eadem <sup>4</sup> uxor ejus, quæ nunc bestiiis propter hæc ipsa <sup>5</sup> fuerat addicta, cœpit puellam, velut æmulam <sup>6</sup> tori, succubamque, primo suspicari, dehinc de-

*sorori, ut reciperet eam in domum suam tanquam vicinam aliquam virginem orbam, et destitutam auxilio parentum suorum; et paulo post locaret eam cuidam familiari suo sibi carissimo atque amicissimo, dans ei dotem amplissimam ex propriis suis bonis. Verum hæc constituta bene, immo optime, et cum omni sanctitate, non potuerunt effugere funestum arbitrium Fortunæ, cujus impulsu crudelis zelotypia statim petiit domum ejus. Et continuo hæc eadem ejus conjux, quæ nunc condemnata fuerat ad bestias propter hæc ipsa crimina, cœpit primo suspectam habere illum puellam, ut rivalem sui thalami, et pellicem: deinde summa cum odio prosequi,*

\*\*\*\*\*

Scioppius in Symbola. Lege ex Bertin. *et arcana d. v. s. custodiæ tradidit.* Wowerius. Cum in plerisque Mss. et Edd. ante Colvium legatur *arcana* (Oxon. *arcani*) et *custodiæ*, satis viderunt quidam librarii, aliquid vitiosi huic periodo inesse, atque hinc nonnulli emendarunt *arcana*, ut Bertin. quem secuti sunt Wower. Scriv. Florid. sicut et Colvius debuerat legere, si *custodiæ* præferret. Alii dederunt *custodiam*, ut Reg. Pal. D'Orv. cum Volc. Elmenh. quod per hypallagen, ut magis Apuleianum: probavit etiam Pricæus. Verum omnes, ni fallor, male rem egerunt. Non latet vitium in *arcanis*, vel *custodiæ*, sed in verbo *tradidit*. Quod satis patet ex particula *sic*, pro qua in Pal. et Oxon. etiam est *sed*, novam periodum nunc exordiente. Legendus enim ac distinguendus est locus hoc modo: *Et, arcana d. v. s. custodiæ traditis, pleb. f. t. pr. humanitatem, sic nec.* Quomodo vir doctus aliquis recte suo exemplari ex Colv. edit. alleverat. In Edd. Bas. et Colv. vitiose *plebiam* exhibetur. In Guelf. sec. *sed*. Oud.—4 Oxon. *d. sua t.* Id.—5 Editi cod. ante, *at mox*. Colvius. *Ac* jam est in Ed. Junt. post. Oud.—6 *Rarissimo* Gundlingian. tom. x. Diss. 2. § 6. p. 421. Id.—7 Oxon. *multoque*. Id.—8 *Idem, hic bene*. Colvius. *Hoc* Pith. Oxon. In ceteris recte hæc, uti et in Ed. Junt. post. et Colvium sequentibus. Oud.—9 Copulam non agnoscit Bert. Id.—1 Fux. *fortunam*. Edd. ante Colv. excepta Junt. post. *potuere*. Id.—2 Pricæo videbatur excidisse vocula *ad*. *Protinus* non comparat in D'Orv. Id.—3 *Scæva rivalitas*. Hic quoque vulgo, *sæva riv.* Colvius. Quod non temere ita mutari debuerat, Mss. Flor. Fux. Pal. Guelf. Bert. D'Orv. Fux. Coll. Voss. retinentibus *sæca*. Vide supra sapius. Dein *purilitas* Guelf. pr. Oud.—4 Edd. Colvio priores, si Juntinam post. excipias, *hic*. Id.—5 Pith. *hoc i.* Id.—6 Palat. *puella valde*; Edd. Junt. pr. Ald. *æmula*. Id.—7 Fux. Reg. *testari*.

#### NOTÆ

*manitatem*] Erga sororem agnitam, servaret, animo vero fraternum in quo secretum sibi creditum melius ipsam affectum gerens.

testari,<sup>7</sup> dehinc crudelissimis laqueis mortis<sup>8</sup> insidiari. Tale denique commiscitur facinus. Annulo mariti surrepto rus profecta,<sup>9</sup> mittit quendam servulum, sibi quidem fidelem, sed de ipsa Fide<sup>1</sup> pessime merentem, qui puellæ nuntiaret, quod eam juvenis profectus ad villulam vocaret ad sese: addito, ut sola<sup>2</sup> et sine ullo comite quam maturissime perveniret.<sup>3</sup> Et, ne qua<sup>4</sup> forte nasceretur veniendi contatio;<sup>5</sup> tradit anulum<sup>6</sup> marito subtractum, qui monstratus, fidem verbis astipularetur. At illa mandato fratris obsequens,<sup>7</sup> hoc enim sola sciebat,<sup>8</sup> respecto etiam signo ejus, quod offerebatur, gnaviter,<sup>9</sup> ut præceptum fuerat, incomitata festinat. Sed ubi fraudis extremæ lapsa decipulo,<sup>1</sup><sup>9</sup>

*postea tendere ipsi pedicas pessimæ necis. Postremo excogitat ejusmodi scelus. Furata anulum mariti, rus petit, atque inde mittit famulum quendam sibi quidem fidem, uttamen prorsus inimicum ipsius fidei, ut diceret puellæ juvenem ivisse in suam villam, illucque eam ad se accersere, adderetque, ut iret quam celerrime sola, et prorsus incomitata; et, ne fortasse aliquo modo dubitaret venire, dat anulum surreptum marito, qui ostensus, fidem faceret dictis. Illa autem obediens jussui fratris (nam ea sola id sciebat), inspecto etiam ejus sigillo quod sibi ostendebatur, strenue properat ire absque comite, quemadmodum mandatum fuerat. Verum statim atque inducta dolo scelestissimæ fallaciæ, devenit in insi-*



Id.—8 Oxon. Guelf. pr. *crudelissime*, scil. pro *crudelissimæ*. Quod malim. Sicut et ‘*pessimæ*’ interpretatur Floridus. Sed eodem res redit. Id.—9 Vid. Not. Var.—1 Oxon. *fidem*. Oud.—2 Fux. *solan*. Id.—3 Al. *maturime*. D’Orv. *præveniret*. Id.—4 Oxon. Guelf. pr. *neque*. Oud.—5 Bertin. *veniendi occasio atque contatio*. Forte *causatio atque contatio*, id est, excusatio, sed vix videtur. Sciopp. in *Symb.* Al. *cunctatio* de more. Oud.—6 Pith. *annulo*. Id.—7 Idem, *mandatis*. Colvius. Sic et Palat. Oxon. Fux. Guelf. Oud.—8 *Hæc enim nomen sola sciebat*. Fux. *hoc enim n. Roaldus*. *Hæc enim sola sc.* Ex eodem Cod. reponendum: *hoc enim nomen sola sciebat*. Wowerius. Sciopp. in *Symb.* et *Susp.* II. 16. Ita et Rom. Vulgo, *hæc en. sola*. Elmenh. In Rom. et Edd. O. ante Colvium editur, *hæc enim nomen sola sciebat*. Sed nomen nullus agnoscit Cod. præter Pithæanum et Bertin. quos secuti sunt quoque Elmenh. et Pric. Insuper Scriverius mutavit, *hoc enim nomen solum sciebat*. Sive nomen addas, quod malim: sive omittas, præstat certe *hoc*, ut est in Fux. Reg. Bert. Pith. et Oxon. et *sola*. Illa unica, non alia sciebat, eum esse fratrem suum. Si enim rem indicasset maritus puellæ frater uxori, non videtur eam suspicata fuisse tori sui æmulam et pellicem esse. Nil not. e Guelf. Oud.—9 Guelf. pr. *naviter*. Id.—1 Al. *decipulo*: al. *lapsu decipulo*:

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Hoc enim sola sciebat*] Eum esse suum fratrem.

<sup>q</sup> *Decipulo*] Ita legendum, non *decipula*. Sic lib. VIII. ‘*nactus fraudium*

opportunum decipulum.’ Translatio est a feris, quæ incidunt in laqueos, et decipulis capiuntur.

laqueos insidiarum accessit ; tunc illa uxor egregia, sororem mariti, libidinosæ Furiaë stimulis esserata, primum quidem nudam flagris ultime verberat : <sup>2</sup> dehinc, quod res erat,<sup>3</sup> clamantem quoque, quod frustra pellicatus indignatione bulliret ;<sup>4</sup> fratrisque nomen sæpius iterantem, velut mentitam, atque cuncta fingentem, titione candenti inter media femina <sup>5</sup> detruso,<sup>6</sup> crudelissime necavit. Tunc acerbæ mortis exciti nuntiis<sup>7</sup> frater et maritus, accurrunt : variisque lamentationibus defletam puellam, tradunt sepultu-

*dias sibi structas, tum illa conjux egregia exagitata stimulis Zelotypiæ furiosæ, primum quidem despoliat sororem sui mariti, et flagellat eam pæne ad extremam necem: deinde, tametsi illa exponeret rem, ut se habebat, clamaretque eam immerito fervere ira propter opinionem pellicatus, et saepe repeteret nomen fratris, occidit eam immanissime inmisso ardenti torre inter medias coxas ejus, quasi mentita fuisset, et excogitasset illa omnia. Tunc frater et maritus ejus, excitati nuntiis crudelis illius mortis, advolant: et persecuti puellam multis flitibus*



sed vid. Not. Var.—2 Fux. *uberrime*. Utrumque rectum. Roald. *Uberrime*. Vnlg. *ultime*. Colvius. *Flagellis ultime* v. Vulgo, *flagris uberrime* v. Elmenhorstius. Istud *flagellis* in sola est Bert. *flaris* D'Orv. L. vi. p. 115. 'Psychen misellam flagellis afflictam.' Sed *flagris* non mutandum. L. iii. p. 48. 'Omne flagrorum' genus.' L. viii. p. 173. 'ictuque flagrorum,' et p. 174. 'flagro me verberantes.' At *uberrime*, quod ex mero glossemate dant etiam Palat. Reg. contra reliquos Codd. et Edd. prave receperunt Colv. Vulc. et Wower. *ultime* mere est Apuleianum. Adi Pricænum, et ad l. vii. p. 133. 'Ad ultimam mortem excarnificatum.' Dein in Palat. et Guelf. sec. est *verberabat*. Oud.—3 Fux. Pal. D'Orv. Guelf. uterque, *quoque* v. er. Sed vide ad l. ii. p. 42. 'Ut res est.' p. 231. 'suspicata, quod res erat.' Oud.—4 Vet. Cod. *bulliens*. Colvius. In hac periodo deest vel abundat aliquid. Nam sensus Auctoris est, puellam clamasse id quod res erat, scil. se sororem esse mariti ipsius, adeoque eam frustra sibi irasci præ suspicione pellicatus. In Oxon. est *queque*. Flor. Pith. Fux. D'Orv. Oxon. Palat. Guelf. carent τῆ quod. Optime; si modo legas *quodque*. Clamabat id quod res erat, et quod frustra bulliret. In Pal. D'Orv. Fux. Oxon. Guelf. est itidem *bulliens*, vel *bulligens*. Hinc aliquando cogitaram scribendum: *dehinc, quod res erut, clamantem quoque frustra, pellicatus ind. bulliens, &c. necavit*. Verum nimis multa intercedunt, quam ut id verisimile videatur, eaque verba, *pell. ind. bulliens*, tunc vel superiore vel inferiore loco ponenda fuissent. Oud.—5 Fux. *femora*. Roaldus. Idem *femora*, Colvius. In D'Orv. *feminea*. Guelf. pr. *feminam*. Oud.—6 D'Orv. *detonso*: quod capi posset pro *detunso*. Sed nequaquam ulla opus est mutatione. Id.—7 Idem, *extinctis nuptiis*. al. *extinctis nuntiis*. Colvius. D'Orv. *nuntii*. Confer notata ad l. viii. p. 175. 'modulis excitus.' Oud.—8 Idem ille liber

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Ultime verberat*] Sic Beroaldina, et antiquæ editiones. 'Ultime verberare' Græcum est ἐσχάτως μαστιγῶσαι, apud Zozimum, et idem est

ac 'verberare ad extremum usque cruciatum.' Male substituit *uberrime* Colvius.

ræ. Nec juvenis sororis suæ mortem tam miseram, et quæ minime, ut par erat, illata est,<sup>8</sup> æquo tolerare quivit<sup>9</sup> animo: sed medullitus dolore commotus, acerrimæque bilis<sup>1</sup> [229] noxio furore perfusus, exin flagrantissimis febris ardebat; ut ipsi quoque jam medela videretur esse necessaria. Sed uxor, quæ jam pridem nomen uxoris cum fide perdidit, medicum convenit quendam notæ perfidiæ,<sup>2</sup> qui jam multarum palmarum<sup>5</sup> spectatus præliis, magna dextræ suæ tropæa numerabat,<sup>3</sup> eique protinus quinquaginta promittit<sup>4</sup> sestertia: ut ille quidem<sup>5</sup> momenta-

*inhumant eam. At juvenis ille non potuit patienter ferre tam acerbam necem suæ sororis accersitam ipsi ab ea, a qua nequaquam decebat inferri; sed affectus dolore usque ad intimas medullas, totusque plenus rabie nocua bilis ardentissimæ, inde cepit flagrare febribus ardentissimis: ita ut jam ipse quoque videretur opus habere medicamine. At ejus uxor, quæ jamdudum amiserat nomen et fidem uxoris, adit quendam medicum celebrem suam improbitate, qui jam insignis victoriis multorum certaminum, numerabat permulta tropæa suæ manus. Et pollicetur ei statim quinquaginta sestertia: ut ipse quidem venderet venenum præsentissimum, ipsa*

//////////

Bertin. et minime, ut par erat, illatam. Wowerius. Elmenh. Et quæ minime par erat illatam. Sic Bertin. Forte: et a qua minime par erat. Scioppius in Symb. et Susp. II. 16. Nihil hic annotatum invenio e Florentinis Codicibus, cunctaque hæc desunt Ed. Junt. post. ac facile illa exulare paterer. Utcumque enim legas, frigent admodum. Et qua est in Fux. Scil. corporis parte. In aliis q̄ vel q, id est, quæ. Ut caret Flor. Bert. Fux. Pith. Lips. D'Orv. Guelf. Pal. Oxon. Par. (in quo patrare,) habentque illi inlatam. Flor. illata. Pro par erat in Guelf. pr. poterat. Wow. Elmenh. Pric. ediderunt, et minime ut par erat, illatam. Scriverius, eique minime ut par erat illatam. Florid. a qua minime par erat, ill. ut conjecit etiam vir doctus, et exemplari suo allevit. Præfero ego ipsam Fux. Cod. lectionem, et, qua minime par erat, illatam. Quamvis et posset, et, qua minime patiære. Namque juvenis nesciebat, eam ab uxore sua esse necatam. De particula qua vide ad l. I. p. 2. 'prata qua præterit.' Oud.—9 Pith. quit. Id.—1 Acerrimoque Guelf. pr. Coll. Cod. Lips. aterrimæque. Quod verum puto. Μελαυχολίαν vehementissimam exprimit, quam a Latinis passim atram bilem dici quis nescit? Que deest Regio. bili Pal. D'Orv. Guelf. anbo. Dein pro esse in Oxon. circa. Id.—2 Pal. Guelf. sec. m. cum venit nocte p. corruptissime; nocte etiam in Pith. Id.—3 Dextera. Sic D'Orv. Edd. pp. Junt. Ald. Elm. Scriv. non dextræ, Oxon. detinere. Perperam etiam sua in Ed. Colv. Suæ ascripsit Salm. Male etiam in Mss. nonnullis et Edd. Vett. de more, τροφῶα, τροπαῖα. Adverte autem medicum gladiatori sæpius victori comparatum: magno Guelf. pr. Id.—4 Protinus quinq. promittit s. Prima vox exulat a Pal. Guelf. pr. Oxon. Iidem et Guelf. sec. ac Fux. inverso ordine dant prom. quinq. Verbum contra deest Edd. Ber. Bas. pr. in qua corruptissime semartia. Id.—5 Ms. itidem, un ille,

#### NOTÆ

<sup>8</sup> Multarum palmarum, &c.] Allego- propinationes venenorum, quibus varia. Prælia improbi medici intellige tam hominum aggreditur, palmas au-

rium venenum<sup>t</sup> venderet; illa autem emeret mariti sui mortem. Quo confecto,<sup>6</sup> simulatur necessaria præcordiis leniendis, bilique<sup>7</sup> subtrahendæ illa prænobilis potio,<sup>u</sup> quam sacram doctiores nominant:<sup>8</sup> sed in ejus vice subditur alia, Proserpinæ sacra saluti.<sup>w</sup> Jamque præsentī<sup>9</sup> familia, et nonnullis<sup>1</sup> amicis et affinibus, ægroto medicus poculum probe temperatum<sup>2</sup> manu sua porrigebat. Sed audax illa mulier, ut simul et conscium sceleris<sup>x</sup> amoliretur, et quam desponderat<sup>3</sup> pecuniam lucraretur; coram detento calice: Non prius, inquit, medicorum optime, non prius carissimo mihi marito<sup>4</sup> trades istam potionem, quam de eâ bonam partem hauseris ipse. Unde enim scio, an noxium in ea lateat venenum? Quæ res utique te, tam prudentem, tam-

*vero emeret necem sui mariti. Quo facto, inter se fingunt opus esse illa excellentissima potione, quam eruditi vocant sacram, ad demulcenda ipsi viscera, et subducendam bilem: sed ejus loco supponunt aliam sacram saluti Proserpinæ. Et jam medicus sua manu offerbat ægro potionem bene dilutam coram ejus familia, et aliquibus ejus amicis, et propinquis. At illa temeraria mulier, ut tolleret de medio participem sui criminis, simulque lucraretur argentum, quod promiserat, retinens poculum coram omnibus: O optime medicorum, ait, non dabis hanc potionem meo dilectissimo conjugî, quin tu ante biberis ipse bonam partem ejus. Nam qui scio num venenum nocuum sit absconditum in ea? Quod sane nullatenus debet tibi*



quod est, unde ille. Colvins. Pal. Guelf. ut quidem ille. Dein Fux. et Guelf. mortem mar. s. Oud.—6 Vid. Not. Var.—7 Fnx. bilisque. Oud.—8 Ms. sacra. Colvins. Ascripserat Lindenbrogius. Vide et Beroaldum, et B. P'ium t. 1. Crit. Thes. p. 449. Tum doctores D'Orv. Guelf. pr. et Oxon. cum Edd. nonnullis. Sed perperam. L. VIII. init. 'Quæque merito possent doctiores charitis involvere.' Oud.—9 Præsentē. Edd. Vule. sec. Elm. Scriv. præsentī. Id.—1 Vulg. et inde nonn. amicis. Colvins. Edd. Vett. de nihilo non habere videntur inde. Junt. post. in. An itidem? Haud quidem opus est, sed sæpius inserit Apuleius. Vide Ind. Floridi. Oud.—2 Male Par. Guelf. pr. præbens t. Mox pro conscium in Pal. conscivit, in D'Orv. consilium. Id.—3 Copula earent Edd. Ber. Bas. pr. disp. Fnx. Id.—4 D'Orv. kar. Fnx. Reg.

#### NOTÆ

tem, seu victorias, corum mortes, quæ venenorum haustum sequuntur.

<sup>t</sup> Momentarium venenum] Quod momento interficeret. Supra dixit 'præsentarium.'

<sup>u</sup> Illa prænobilis potio] Intelligit potionem hellebori, præcipueque nigri: de eo enim sic Plin. lib. xxv.

Delph. et Var. Clus.

cap. 5. 'trahit alvum, et bilem pituitasque ex aqua: datur ad molliter leniendam alvum,' &c.

<sup>w</sup> Proserpinæ sacra saluti] Venenata potio, quæ homines detrudit in Proserpinæ peculium.

<sup>x</sup> Conscium sceleris] Medicum nempe.

Apul.

2 Y

que doctum<sup>5</sup> virum nequaquam offendit; si religiosa<sup>6</sup> uxor, circa salutem mariti sollicita,<sup>7</sup> necessariam afferro<sup>8</sup> pietatem. Qua mira desperatione<sup>9</sup> truculentæ fœminæ repente perturbatus<sup>1</sup> medicus, excussusque toto consilio, et ob angustiam temporis, spatio cogitandi privatus, antequam trepidatione aliqua vel contatione ipsa<sup>2</sup> daret malæ conscientiæ suspicionem, indidem de potione gustavit<sup>3</sup> ampliter. Quam fidem<sup>4</sup> secutus adolescens, etiam sumto calice,<sup>5</sup> quod offerebatur [230] hausit. Ad istum modum præsentî transacto negotio, medicus quam celerrime domum remeabat,<sup>6</sup> salutifera potione pestem præcedentis veneni festinans extinguere. Nec eum obstinatione sacrilega,<sup>7</sup> qua semel cœperat, truculenta mulier ungue latius a se discedere passa est prius, quam, inquit,<sup>8</sup> digesta potione, me-

*grave esse, viro prudenti, et tam docto, si ego, ut uxor scrupulosa, anxio de salute mei mariti, adhibeo necessarium officium pietatis. Qua desperatu audacia sævæ mulieris medicus subito percussus, et prorsus reductus ad inopiam consilii, et destitutus spatio cogitandi ob brevitatem temporis, bibit multum de potione ex illo calice, priusquam daret ullam suspicionem suæ malæ conscientiæ aliquo tremore, aut ipsa mora. Quo exemplo juvenis inductus, accepit etiam poculum, et bibit quod sibi porrigebatur. Re sic peracta, medicus parabat redire quamcitissime in domum suam, cupiens quamprimum infringere vim mortiferum veneni prioris, sunt antedoto. Sed sæva mulier pergens eadem scelerata pertinacia, qua cœperat semel, non sinit eum discedere a se vel latum unguem, antequam successus medicaminis (ut*



*mco m. Te deest Guelf. pr. Id.—5 Bertin. non habet que. Id.—6 Exulat si a Bert. Id.—7 D'Orv. solluti. Id.—8 Ms. offero. Colv.—9 Reponere conabar despectione, vel, quod propius esset ad lectionem vulgatam, despectione. Usus utroque M. Tullius pro contempta; quæ clariorem hic efficerent sententiam. Nam 'desperationis' vocabulum in scholis aut officinis suppositum esse non dubito, ut magis tritum. Tandem convenientius rei fore censi despectione, propter tam subitanum et sagax mulieris commentum, quæ medicum suo sibi veneno vitam eripere cogeret, postquam illius et opera et veneno jam satis usa esset. Stewech. Idem Ms. deperatione. Colvius.—1 Edd. ante Colv. perturbatur. Oud.—2 Palat. addit aliqua. Id.—3 Gustat. Fux. gustavit. Roaldus. Gustavit. Vulg. gustat. Colvius. Al. gustat. Elmenhorstius. Mss. O. præteritum dant, Edd. ante Colv. præsens. Oud.—4 Fux. q. quidem. Vulgata rectior formula bis petita 'fidem alterius sequi.' Roald.—5 Abest etiam ab Edd. Juntinis et Aldi. Oud.—6 Medicus quem c. domum remeabat. Desunt Oxon. et Gnelf. pr. in quibus meabat. Modicus Pith. domum exulat a Fux. Id.—7 Quidam libri, ostentatione, ut mox, obstationibus, pro obstinationibus. Wowerius. Ms. unus habet: ostentatione; alter, obstatione. Sicut statim pro obstinationibus in manuscr. legitur obstationibus: idque rectissime. Sciopp. in Symb. Perperam Wower. Scriv. et Pric. Edd. exhibuere obstatione; licet ita det quoque D'Orv. et obstatione Fux. Ea hic nondum habet locum, sed statim. Nunc Apuleius ait, mulierem obstinato animo medico negasse abitum, sed dein tamen precibus et obstationibus ejus victam, abire illum concessisse. Vide Pric. Festinatione Guelf.*



dicinæ proventus probatus appareat.<sup>9</sup> Sed ægre, precibus et obtestationibus ejus<sup>1</sup> multum ac diu fatigata, tandem abire concessit. Interdum<sup>2</sup> perniciem cæcam totis visceribus furentem, medullæ penitus attraxerant. Multum denique saucius, et gravedine somnolenta<sup>3</sup> jam demersus,<sup>3</sup> domum pervadit ægerrime. Vixque enarratis cunctis, ad uxorem mandat, saltem<sup>4</sup> promissam mercedem mortis geminata<sup>2</sup> deposceret. Sic elisus<sup>5</sup> violenter spectatissimus

*aiebat) evidenter esset probatus potione distributa per totum corpus. Sed diu multumque lassuta ejus precibus, et pertinacibus instantiis, vix tandem permisit ei, ut abscederet. Interim occulta pestis grassans per cuncta præcordia penetraverat usque ad intimas medullas. Denique difficillime pervenit ad suam domum æger, et jam oppressus dolore capitis soporifero. Et omnibus ægre commemoratis, præcipit uxori suæ, ut saltem flagitaret promissum præmium mortis illius duplicatæ.*



pr. Pro a se in Oxon. ab se. Pro passa in Fux. passuus. Oud.—8 Vel delendum hoc verbum, sæpe a librariis intrusum, vel præcedens est, aut sic vel ut inquit legendum. Id.—9 *Medicinæ eventus probatus adpareat. Probatus* abest a libro scripto. Post pro ægre idem liber erga. Beroald. ægra. Colvius. *Probatus*. Flor. *probentur*. Elmenhorstius. *Probentur* etiam Fux. *probetur* D'Orv. *probarius* in membranis Pithocanis. Delenda scil. est vox, et pro *eventus* cum Mss. Lips. Palat. Guelf. Oxon. Ed. Junt. post. scribendum *proventus*. Hoc enim passim apud Nostrum aliosque bonum successum significat. Vide Elmenb. ad Arnob. l. iv. p. 128. Davis. ad Cæs. l. vii. B. G. c. 29. 'secundos rerum proventus;' ubi itidem in Edd. vulgaribus *eventus*. Bentlei. ad Manil. l. i. vs. 410. 'Proventus frugum varios.' Edd. ceteræ *eventus* habent. Martian. Cap. p. 303. 'Auspiciornum proventus.' Quod crebro etiam in *proventus* mutatum. Vide et l. ii. p. 28. 'peregrinationis proventus.' L. iv. p. 74. 'Novo proventu.' p. 82. 'Lucrosum prosperumque proventum.' L. ix. p. 204. 'proventus humanior.' L. xi. p. 252. 'In proventum prosperum attonitus.' Dein Flor. Pith. Oxon. Guelf. pr. Edd. pp. D'Orv. ægra, Guelf. sec. erga, Pal. erge. Vere Beroaldus correxit ægre. Oud.—1 *Obstationibus ejus*. Fux. *obtestationibus*. Aldus vero, *obserrationibus*. Roaldus. *Hoc testationibus*. Pith. *observationibus* Lips. *obsecrationibus* Edd. Junt. utr. Ald. Colin. Sed rectissime, ut supra monitum, in Fux. Urs. D'Orv. Oxon. Guelf. Edd. Wow. Scriv. Pric. Flor. *obtestationibus*. Oud.—2 Et hic reposuerat Beroaldus, *interim*. Colvius. *Interea*. Flor. *interdum*. Istud *interea* est a Vulc. Ed. sec. cum *interdum* recte præbeant pro *interim* Mss. tantum non omnes, et Edd. Colv. Vulc. pr. Wow. Scriv. Pric. Frustra Sopinius conjecit, *interim dum*. Vide ad l. iii. p. 43. Oud.—3 Codex scriptus, *depressus*. Colvius. E glossa. Vide ad l. ix. p. 183. *dim*. D'Orv. Oud.—4 Florent. *mandatos*. Hinc conjecit Lindenbrogius, *m. ut s. quod tacite et perperam contextui intrusit Elmenhorstius, quem de more secuti sunt Scriv. et Florid.* l. viii. p. 154. 'Mandato, invaderent;' ut ibi legendum; sed hic *mandat*, quod per se patet. Id.—5 Parvi auctoritati Mss. Florent. Guelf. pr. et

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Gravedine somnolenta*] Hinc patet et opium largius sumtum.  
venenum illud fuisse soporiferum et <sup>2</sup> *Mortis geminata*] Ægri, et *μενικωτικόν*, qualis est cicutæ succus, dici.

medicus, effudit spiritum. Nec ille tamen juvenis diutius vitam<sup>6</sup> tenuerat; sed inter fictas mentitasque lacrymas uxoris, pari casu mortis<sup>7</sup> fuerat extinctus. Jamque eo sepulto, paucis interjectis diebus,<sup>a</sup> quis feralia mortuis<sup>8</sup> litan- tur obsequia, medici uxor<sup>9</sup> pretium geminæ mortis petens aderat.<sup>1</sup> Sed mulier usquequaque sui similis, fidei sup- primens faciem, præ tendens imaginem,<sup>2</sup> blandicule respon- dit: et omnia prolixè accumulateque pollicetur, et statu- tum præmium sine mora se reddituram constituit; modo pauxillum<sup>3</sup> de ea potione largiri sibi vellet, ob incepti nego- tii persecutionem.<sup>4</sup> Quid pluribus? Laqueis<sup>5</sup> fraudium

*Et sic clarissimus ille medicus violenter extinctus efflavit animam. Ille tamen juvenis non diutius potitus fuerat vita, sed sublatus erat simili exitu mortis inter falsas et simulatas lacrymas suæ conjugis. Eoque jam humato, interpositis aliquot diebus, per quos officia funebria persolvuntur mortuis, uxor medici venit postulans mercedem duplicis necis. At mulier semper sibi constans, auferens reipsa fidem, et ostendens tantum ejus simulacrum, respondit ei satis comiter: et promittit omnia liberaliter, et uberrime, et spondet se persoluturam sine contatione pactam merce- dem, dummodo vellet sibi dare paululum ex illo pharmaco ad perficiendam rem, quam inceperat. Quod uxor medici illaqueata multis pedicis fraudium scelestissi-*



Oxon. ut dederunt quoque Elmenh. Scriv. Floridus. In reliquis Codd. tam scriptis, quam excusis, est sicque. Sed confer Notas ad l. 11. p. 97. Nisi quis ex isto que effingere hic velit quidem. D'Orv. elusus, Fux. elisis. Id.—6 Fux. vit. diut. Id.—7 In D'Orv. est, pari percussus mortis. Hinc facilis subit conjectura, percussu. Notatur in quodam exemplari Ed. Colv. servato in Regia Paris. bibliotheca, Salmasium legere, percussus mortis, sine τῶ pari: quæ tamen vox omnino est necessaria. Credo, illum offensum locutione casu mor- tis pro calamitoso m. genere. Sed adi ad l. VI. p. 123. 'Libidinis casibus.' Alioquin et causa posset legi: quæ sæpino confusa, præsertim ubi 'casus' pro calamitate et malo quodamponitur. Consule Drakenb. ad Liv. l. XXXVII. 17. Id.—8 Idem, motis. Colvius. Mortis Pal. Oxon. Guelf. lectantur Guelf. pr. Oud.—9 Pith. Guelf. Edd. ante Colv. uxor medici, D'Orv. uxor mediis. Id.—1 D'Orv. vitiose, pectus aderat. Id.—2 Vid. Not. Var.—3 Ms. pausillum. Colvius. D'Orv. pusillum. Vulgata lectio apud Plautum quoque et Solin. c. 40. p. 51. 'pauillum sanguinis.' Mox velle Edd. Junt. Ald. Oud.—4 Vulc. ad incepti. Colvius. Bert. prosecutionem. Elmenhorstius. In Bert. etiam ad. Pith. Fux. ab. Oud.—5 Sic in Bertino est. Sciopp. Susp. Lect. 11. 16. et Synbola. Quod pluribus. Flor. Quid pluribus? Elmenhorstius. Neque aliter Pithæanus. Verissime; ut jam reposuerat Scriverius, ac movit Pri- cæus. Sic igitur cudi curavi. In D'Orv. et Guelf. pr. est que. In Ed. Junt. post. Quod plurimum. In ceteris, quod pluribus. D'Orv. laqueos. Oud.—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Paucis interjectis diebus] Novem, mo sacrificium fiebat Novendiale dic- per quos inferiæ fiebant mortuorum, tum, sed de hoc jam egimus. et justa persolvebantur, quorum ulti-

pessimarum uxor inducta<sup>6</sup> medici, facile consentit:<sup>7</sup> et quo se gratiorem locupletī fœminæ faceret, properit̄er domo petita, totam prorsus veneni pyxidem<sup>8</sup> mulieri tradidit. Quæ grandem scelerum nacta [231] materiam,<sup>9</sup> longe lateque cruentas suas manus porrigit. Habebat filiam parvulam<sup>1</sup> de marito, quem nuper necaverat. Huic infantulæ quod leges necessariam<sup>2</sup> patris successionem<sup>b</sup> deferrent, sustinebat ægerrime: inhiansque toto filiæ patrimonio, imminebat et capiti.<sup>3</sup> Ergo certa, defunctorum liberorum

*marum, facile promisit se facturam; et, ut se redderet acceptiorem illi opulentæ mulieri, confert se donum celeriter, et dat ipsi totam penitus pyxidem veneni. Quæ, cum haberet magnum instrumentum criminum, exerit longe lateque suas manus sanguinarias. Erat ei parvula filia, quam susceperat ex marito, quem modo extinxerat. Gravissime ferebat, quod leges necessario addicerent huic parvulæ hæreditatem patris. Et concupiscens omne patrimonium suæ filiæ, insidiabatur etiam ejus vitæ. Cum igitur sciret matres adire hæreditates acceleratus filiorum mortuo-*

\*\*\*\*\*

6 Bert. *viduata*. pro *fraudium* Oxon. *fraudum*.—7 Sic edidi, membranarum Medicæarum auctoritate, cum Elmenh. et Flor. Vulgo, *consensit*. Oud.—8 Oxon. supra s. *domo petita*. Guelf. pr. *petitu*. Posset legi quoque celeritatem majorem indicante modo, *petitam t. p. v. pyxidem*. Bene autem exponit veneno repletam Pricæus. Adi me ad Suet. Calig. 49. ‘Arca ingens, variorum venenorum plena.’ Πύρα ἄφρων Suidas in V. Ἐωλα. *Id.*—9 Ms. *materia*. Colv. Oxon. *quod. Fux. nactam*. Tum Ed. Scriv. *materiem*, Guelf. sec. *materia*. In pr. deest *longe*. Oud.—1 *Filiam suam parvulam*. Vulg. duntaxat, *filiam parvulam*. Colv. Delet τὸ *suam* Bert. et Flor. *Istud suam* hausit e Lipsiano Colv. ut l. viii. p. 175. ‘filio suo parvulo consalutato.’ Et sic aliquoties nunc additur, nunc omititur. Sed hic plane superfluum non erat admittendum, unius Codicis, cui tamen accedit Guelf. sec. a m. pr. fide. Ceteri omnes Mss. ea voce carent. Quare bene rursus omiserit Scriver. et Flor. probavitque illud Pric. Pro nuper in Palar. ante. Oud.—2 Pith. *necessarias*. sine sensu. Vide Beroald. Briss. de V. Signif. *Id.*—3 Pith. Edd. pp. Ber. Bas. pr. *capitu*. Bene correxit Beroald.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Necessariam patris successionem*] Successio necessaria est eorum hæredum, qui sui et necessarii sunt, id est, qui omnino, sive velint, sive nolint, tam ab intestato, quam ex testamento hæredes fiunt, quales sunt, ex Lege duodecim Tabularum, filius, et filia, nepos, et neptis, qui modo sub potestate patris, aut avi fuerunt, cum is moreretur, &c. Qui vero sub testatoris jure non sunt, extranei hæredes appellantur, quales fratres, cognati, ceterique ejusmodi. Necessarius item hæres est, licet non suus,

servus institutus, qui omnino cogitur hæreditatem adire licet onerosam, idque propter ingens bonum libertatis. Suis autem hæredibus in onerosis hæreditatibus Prætor subvenit ex sua jurisdictione, abstentionem eis concedendo. Justinianus beneficium inventarii accommodavit, ut in tantum duntaxat tenerentur creditoribus, quantum esse in bonis paternis ex confecto inventario appareret, ut patet ex Instit. De Hæred. qualitate, et differentia.

matres sceleratas hæreditates<sup>c</sup> excipere, talem parentem præbuit, qualem exhibuerat uxorem.<sup>4</sup> Prandioque commento,<sup>5</sup> pro tempore etiam uxorem medici, simul et suam filiam<sup>6</sup> veneno eodem percutit.<sup>7</sup> Sed parvulæ quidem tenuem spiritum, et delicata ac tenera præcordia conficit protinus<sup>8</sup>

*rum, ostendit se talem matrem, qualem se ostenderat conjugem, et simulans se parare prandium ex occasione temporis, ferit eodem veneno et uxorem Medici simul, et suam filiam. At pestiferum illud venenum statim consumit exilem vitam, et delicata te-*

*Id.—4 Qualem habuerat uxorem.* Mutarunt in editionibus (ni fallor) ab interprete inducti, *exhibuerat uxorem.* Mihi tamen lectionem priorem siuceram esse, jam fixum est, eo, quod, 'habere,' scio in ore fuisse, pro 'gerere.' Sallustius: 'Instituta domi, militiæque, quo more remp. habuerint, quamnamque reliquerint.' Idem lib. III. Histor. 'Gerant, habeantque suo modo imperia.' Stewech. *Exhibuerat.* Idem Ms. *habuerat.* Colvius. Mss. et Edd. recte præbent *exhibuerat*, nisi quod in Lips. Cod. sit *exhabuerat*, et Ed. Bas. pr. *habuerat*, quod male propugnat Stewech. Adi me ad Sueton. Vitell. c. 17. 'Cum auriganti Caio ministratorem exhiberet.' quo loco me aliquando *celeratas* minus bene prætulisse video. Male in Edd. Scriv. *et uxorem*, ut seq. versu recte. *Oud.—5 Palat. commenta.* Id.—6 *Lege, et uxorem.* Elmenhorstius. Sic nempe exaratur in Florent. membranis; item Pith. Fux. Lips. D'Orv. Oxon. Palat. Guelph. ut cum Elmenhorstio edidere Scriv. et Floridus, qui rectius distinxit *simul.* Ibi enim incisionem esse ponendam, multis probatum ivit Cortius ad Plin. l. II. Ep. 17. frustra tamen prius et delere conans. Vide ad l. III. p. 48. 'Et formæ simul, et ætatis.' Mox Oxon. habet, *et suam etiam fil.* Ab alio exulat *suam*, teste Wasseo. *Oud.—7* Ibidem citat vir doctus *percutit.* Sed vulgata elegantior videtur, per metaphoram a ferro ad venenum acre traductam: unde est statim quoque *conficere*, seu *configere.* Id.—8 *Legere conabar configit;* et similem errorem adimebam Apuleio in libro de Philosophia: 'Ita enim dixerim, quæ non extinguit incitamenta irarum, sed ea stupore defigit immobili.' male hactenus vulgatos codices insedit: *stupore deficit immobili.* Stewechius. Stewechii conjecturam egregie firmant Mss. D'Orvill. et Fux. in quibus exaratur *confixit.* Ac millies *c* et *g* confunduntur. Nil tamen contra ceteros Codd. te-

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Matres scel.* [*celeratas*] *hæreditates*, &c.] Sic emendat Stewechius, pro *matres sceleratas hæreditates*, quod in vulgatis editionibus habetur. Hæreditates, quibus ad parentes liberorum mortuorum bona redeunt optimo epitheto *celerata* dicuntur, quasi dicas immaturas: nam contra debitum naturæ ordinem fit, ut ante parentes moriatur filius, et nimium accelerata est illa hæreditas, quæ ad parentes redit, cum ad venturos nepotes, multis post annis, pervenire debuisset. Ejusmodi hæreditates a Jurisconsul-

tis tristes dicuntur, et luctuosæ. Justin. Imp. Instit. lib. III. tit. 2. de Senatusconsulto Tertulliano: 'Et primus quidem D. Claudius matri ad solatium liberorum amissorum, legitimum eorum detulit hæreditatem. Postea autem Senatusconsulto Tertulliano, quod D. Hadriani temporibus factum est, plenissime de TRISTI SUCCESSIONE matri, non etiam aviæ deferenda cautum est,' &c. Quod si lectionem vulgatam *sceleratas* retinere velis, ad 'matres' refer, non ad 'hæreditates.'

virus infestum. At uxor medici, dum noxiis ambagibus pulmones ejus pererrat tempestas detestabilis potionis; <sup>9</sup> primum <sup>1</sup> suspicata quod res erat, mox urgente <sup>2</sup> spiritu jam certo certior, <sup>3</sup> contendit ad ipsam præsidis domum: <sup>4</sup> magnoque fidem ejus protestata clamore, et populi concitato tumultu, utpote tam immania <sup>5</sup> detectura flagitia, efficit statim, sibi simul et domus et aures præsidis pateferent. Jamque ab ipso exordio <sup>6</sup> crudelissimæ mulieris cunctis atrocitatibus diligenter expositis, repente mentis nubilo turbine correpta, <sup>7</sup> semihiantes <sup>8</sup> adhuc compressit labias: et attritu <sup>9</sup> dentium longo stridore reddito, <sup>1</sup> ante ipsos præsidis pedes exanimis corruit. Nec ille, vir alioquin exercitus,

*nellaque viscera infantulæ: verum uxor medici, dum furor execrabilis pharmaci percurrit ejus pulmones circuitibus pestiferis, suspicans primo quod erat, deinde premente anclclitu, facta certissima, pergit ad ipsam domum Præfecti provinciæ, et implorans ejus opem ingenti clamore, atque excitato concursu populi, quippe revelatura scelera tam horrenda, efficit protinus ut ades, et aures præfecti sibi aperiventur. Cunque narravisset accurate omnia scelera truculentissimæ faminæ ab ipso usque principio, occupata subito caliginosa vertigine animi, strinxit labra, quæ habebat adhuc semiaperta ad loquendum. Cunque diu crepitasset dentibus, terens eos invicem, cecidit mortua ante ipsos pedes præfecti. At ille, qui aliunde vir erat usu*

~~~~~

mere est mutandum. 'Conficere' pro quovis telo vel vi interimere sexcenties dicitur, sive ad mortem usque percutere; Græce διαπράσσειν. unde et gladiatores confectores dicti. Immo est apud Flor. l. III. 7. 5. 'Ut veneno se perique conficerent.' In D'Orvill. et ten. A Palat. abest protinus. Oud.—9 Idem Ms. perverrant. Colvius. P. pestis d. pot. Flor. Rom. et Aldus, tempestas d. potionis, Elmenhorstius. Scilicet Vulcan. Ed. sec. e conjectura edidit pestis, refragantibus Mss. O. et Edd. Tempestas veneni, morbi, &c. occurrit apud alios. Vide Elmenh. Indicem, et Pricæi Notam. 'Ferrea tempestas' de nimbo telorum Silio Ital. l. xv. 630. Immo 'tempestas pretiosa Tagi' Claudiano r. in Ruf. 102. de Tagi inundatione. Si tamen Mss. addicerent, mallem pestis, et ex tem effingere adjectivum conveniens fœminæ robustæ pulmonibus, qui opponuntur delicatis et teneris puellæ præcordiis. In D'Orv. est tepestus. Oud.—1 Palat. primus. Id.—2 Fux. ingenti. Roaldus. Ac Petrarchæ Cod. Oud.—3 Exulat jam a Bert. certa inepte in D'Orv. Id.—4 Bertin. Edd. Elm. Scriv. Flor. ipsius. In Pith. præsideri. Id.—5 Ed. Bas. pr. ut poterat inmania. A Bertino abest tam. In Ed. Vulc. sec. est jam. D'Orv. Ms. tam inania. Idem mox male caret τῆ sibi. Id.—6 Pith. ex ipso exordio. Id.—7 Fux. correcto, Oxon. conjecta, Guelf. pr. conjecto, D'Orv. correpto. Id.—8 Palat. Guelf. sec. seminantes, Fux. semihiantis. Hinc semianimis Oxon. quod non displicuit Pricæo. Haud bono judicio. Mulier prius clamavit; tum rem narravit; illico mentis nubilo correpta, labiis fuit semihiantibus, sed et has protinus compressit, at dentium stridorem edidit; et sic exanimis corruit. Adi ad l. v. p. 100. 'semihiantis voce:' ubi eadem vulgo regnabat corruptio. Id.—9 Fux. astrita sine τῆ et. Id.—1 Dubitat Pricæus, an edito sit scribendum. Ne mutes quicquam. Reddere vocem, clamorem, spiritum, Noster cum aliis frequenter usurpat. Vide Wopkens. Misc. Obs. v. 8. p. 47. Comm. ad Sueton.

tam multiforme<sup>2</sup> facinus execratae veneficae<sup>3</sup> dilatione<sup>4</sup> languida passus<sup>5</sup> marcescere, confestim cubiculariis mulieris attractis, vi tormentorum<sup>d</sup> veritatem eruit: atque illam,<sup>6</sup> minus quidem quam merebatur, sed quod dignus cruciatus alius excogitari non poterat, certe bestiis<sup>7</sup> objiciendam pronuntiavit. Talis mulieris publicitus matrimonium [232] confarreaturus,<sup>8</sup>† ingentique angore oppido sus-

*peritus, non sinit tot crimina venefica illius abominabilis languescere lenta procrastinatione; sed jussit statim cubicularias ancillas mulieris ad se rapi, et cruciatibus extorsit ab eis veritatem: et sententiam tulit adversus illum, leniorem quidem, quam merita erat: sed, (quia non poterat inveniri tormentum aliud ipsa dignum) ut saltem objiceretur feris. \* \* \* \* \* Ego anxius certe magna sollicitudine ex-*

//////////

Domit. c. 4. *Id.*—2 Fux. *tam m.* et Ald. *Roald.* Bert. *tam m.* Elmenhorstius. *Tam* legas in Mss. O. et Edd. ante Bas. sec. quod ideo Auctori restitui. *Oud.*—3 Al. *venenatae.* Conjicit Roald. *venenariae.* Vid. Not. Var. —4 Bertin. *dilatatione.* Scipian. in Symb. *Elmenh.*—5 Pith. *pansus.* Oud. —6 Pal. Guelf. sec. *illa.* *Id.*—7 Idem, et certe bestiis. Colvius. Hinc Scriverius effinxit ediditque *exerte.* Sed male. De vi *roû* certe adi ad l. vi. p. 110. et alibi. *exerte* hic locum habere nequit. *Oud.*—8 *Matrimonium confarraturus.* Fux. *conferraturus.* Ulpian. l. Reg. Plin. et alii. *Roald.* Flor. et Bert. *confarraturus.* Nuptiae fiebant farre, usu et coemtionem, sicuti dixi ad Arnobium Fol. 86. *Elmenh.* Abest a D'Orvill. vox *matrimonium*, et cum Guelf. pr. dat *confortaturus.* Oxon. Guelf. sec. *confartaturus*, Pith. et Edd. veteres *confarraturus*, Ed. Colv. *conferreaturus.* Sed recte Palat. cum Edd. Junt. post. Vulc. et seqq. *confarreaturus.* Adi Beroaldum, et notata ad l. vi. p.

#### NOTE

<sup>d</sup> *Confestim cubiculariis mulieris attractis, vi tormentorum, &c.*] Testimonia, ac probationes criminum apud Romanos in tres potissimum partes distributae sunt, nempe in quaestiones, testes, et tabulas. Tabularum nomine omne genus scripturarum intelligebatur, quo causa confirmari poterat. Testes erant liberi homines; qui testimonia extra tormenta dicebant. Quaestiones vero fuerunt testimonia servorum, in domesticis criminibus, quae alias vix sciri possunt, vi tormentorum expressa. Itaque Accusator servos Rei in quaestionem postulare solebat, et datos in tormentis habebat, ut veritatem ab eis erueret. Vide Ciceronem Oratt. pro Cluentio, et pro Milone. Idem Cicerone, in Oratione pro Deiotaro, et in

Partitionibus, ait servos contra dominos torqueri non potuisse, excepta causa incestus, et conjurationis. At tamen Apuleius noster traditas ait tormentis ancillas in hac causa, quae veneficii erat. Stewechius hunc locum sollicitat, sed male.

† *Matrimonium confarreaturus*] Tribus modis apud Antiquos uxor habebatur, ut ait Boethius in Commentariis Topicatorum: usu, farre, coemtionem. Sed confarreatio solis Pontificibus conveniebat. Erat autem solennitas quaedam vinculi maritalis, qua novae nuptiae farreum praeferebant; sic enim cibi genus ex farre factum nuncupant, &c. Simpliciter intelligi vult, foeminam publice destinatam quasi uxorem Asino, quae publico spectaculo cum Asino perinde ac

pensus, expectabam<sup>9</sup> diem muneris: sæpius quidem mortem mihi metu volens consciscere,<sup>1</sup> priusquam scelerosæ † mulieris contagio macularer,<sup>2</sup> vel infamia publici spectaculi depudescerem.<sup>3</sup> Sed privatus humana manu, privatus digitis, ungula<sup>4</sup> rotunda atque mutila, gladium stringere nequaquam poteram. Plane, ut potui, tenui specula<sup>5</sup> solabar clades ultimas, quod ver<sup>6</sup> in ipso ortu jam gemmulis<sup>7</sup> floridis cuncta depingeret, et jam purpureo<sup>8</sup> nitore prata vestiret: et commodum<sup>9</sup> dirupto spineo tegmine, spirantes cinnameos odores,<sup>1</sup> promicarent rosæ, qui me

*pectabam diem spectaculi: volens quidem sæpe mihi inferre necem propria manu, antequam \* \* \* vel infumarer dedecore spectaculi publici. Sed cum essem destitutus manu humana, destitutus etiam digitis, nullatenus poteram evaginare ensem ungula mea rotunda et trunca. Et tantum recreabam me in meis extremis miseris, quod ver jam incipiens pingeret omnia flosculis gemmantibus, et jam induceret prata splendore purpurantium florum: et quod rosæ tunc primum aperientes suos caliculos spinosos erumperent exhalantes odores suavissimos, quibus ego resti-*



106. 'Confarreatis nuptiis.' Oud.—9 Angore op. susp. expectabam. Haud comparant illa in D'Orv. Id.—1 Mortem mihi mea volens manu consc. Vulg. metu mortem mihi volens consc. Colvius. Flor. et Bert. mihi metu volens mortem c. Elmenhorstius. Oblitus sui Auctor? Sed metu leg. cum Oxon. &c. Wass. Immo Oxon. cum Lips. Fux. Reg. Pal. D'Orv. Guelf. habet mea v. manu, ut temere omnes Colvin sequentes dididerunt. Quasi nesciret Lucius, sibi manum deesse. Sed mortem mihi metu volens c. exhibent Florent. ut reposui. In Pith. et Edd. Vett. hic est ordo, metu mortem mihi volens c. Ipse Auctor, non vides, subdit, se privatum humana manu. Oud.—2 Guelf. pr. macularer. Id.—3 Ed. Bas. pr. fama. D'Orv. publicitus. Oxon. depudescere. Id.—4 Guelf. pr. privatus ungula. Id.—5 Plane tenui specula. Fux. pl. ut potui t. sp. Roaldus. In Ms. Fulvii, plane, ut potui, tenui sp. Wow. Sciopp. in Symb. Elmenh. Consentiant D'Orv. et Reg. ut bene addiderunt Wower. Scriv. et Pricæus, quem vide ad l. III. p. 59. 'Quod solum potui.' Burm. ad Ovid. Ep. VIII. 5. 'Quod potui, renui.' Cic. I. Cat. 7. 'superiora illa, ut potui, tuli.' Auct. de Mundo p. 731. 'Ut possum, breviter absolvam.' Sic enim legendum e Florent. Mss. Oud.—6 Pith. quidem vel. In Fux. etiam, Guelf. D'Orv. Pal. Oxon. vel. Id.—7 Guelf. pr. ramulis. Id.—8 Alii purpurato.—9 Pith. commode, vitiose. Oud.—1 Oxon. Guelf. pr. odore. Id.—2 Pri-

#### NOTÆ

uxor cum marito concumberet. Be-  
roald.

† Scelerosæ] Scelerosus est multorum scelerum, sceleratus unius, &c. Nigidius Figulus homo, juxta M. Varonem, doctissimus; hoc, inquit, inclinamentum in 'osus' significat co-

piam quandam immodicam rei super qua dicitur: idcirco in culpam cadit: ut 'scelerosus' merito dicatur, qui immodicis multisque sceleribus est coopertus. Idem.

° Specula] Diminutivum a nomine spes, de quo jam monuimus.

priori meo Lucio<sup>2</sup> redderent. Dies ecce muneri destinatus aderat. Ad conseptum caveæ,<sup>3</sup> prosequente populo, pompatico favore deducor.<sup>4</sup> Ac dum ludicris scenicorum choreis primitiæ spectaculi<sup>5</sup> dedicantur; tantisper ante portam constitutus, pabulum lætissimi graminis,<sup>6</sup> quod in ipso germinabat aditu, libens affectabam: subinde curiosos oculos,<sup>7</sup> patente porta, spectaculi prospectu gratissimo reficiens.<sup>8</sup> Nam puelli puellæque virenti florentes ætatula, forma conspicui, veste nitidi, incessu gestuosi,<sup>9</sup> Græcanicam saltantes pyrrhicham,<sup>1 f</sup> dispositis ordinationibus<sup>2</sup>

*tuerer in meam pristinam formam Lucii. Tandem advenerat dies destinatus spectaculo, et ego deducor in arcnam cum plausu triumphali, plebe me sequente. Dumque initium spectaculi datur saltationibus facietis histrionum, ego interim collocatus ante portam libenter depascebar gramen virentissimum, quod pullulabat in ipso ingressu: identidem recreans meos oculos curiosos jucundissimo aspectu spectaculi, quia porta erat aperta. Namque pueri virginesque vigentes florida juventa, spectabiles pulchritudine, vestimentis splendentes, gesticulantes inter gradiendum, saltantes Pyrrhicham Græcam, peragebant pulchros circuitus dispositi per ordines:*



ori meo Lucio. Vulg. me priori meo L. Colvius. Flor. q. me priori meo L. Elmenhorstius. Pith. Reg. Fux. Lips. Edd. Colv. Vulc. Wow. Pric. q. priori meo L. vel qui me priori L. Sed rectius Mss. reliqui et Edd. ceteræ mecum exhibuerunt: qui me priori meo Lucio r. Sic l. III. p. 58. 'Ad meum redibo Lucium.' l. XI. p. 239. 'Redde me meo Lucio.' Contra 'meus asinus,' de quo vide ad l. VII. p. 142. 'honoribusque plurimis asino meo tributis.' ubi itidem turbarunt. Oud.—3 Ms. d. &c. erat ad conspectum. Colvius. Pal. conspectum c. Elmenhorstius.—4 Idem, deducebant. Colvius. Fux. conducor. al. ded. Tum D'Orvill. at dum. Oud.—5 Oxon. Guelf. pr. spectaculis. Id.—6 Fux. germinis. Id.—7 Edd. Junt. pr. Ald. curioso oculo. Id.—8 Guelf. Oxon. Pal. speculi. Edd. Vic. Ven. prospecto. Oxon. in marg. al. prospiciens. Id.—9 Oxon. formæ, et mox a pr. m. incestuosi. Guelf. pr. incestu testuosi. Non ineleganter dicitur formæ conspicuus; de quo Genitivo adjectivis juncto multa multi collegerunt, eoque creberrime utitur Auctor. Vide ad l. I. p. 16. v. p. 90. VIII. p. 153. et alibi sæpe. Nilominus hic librarii aberrationem censeo. Dein gratiosi conjecit Burm. Sec. in Add. ad Catal. t. I. p. 745. Sed Gell. l. I. c. 5. 'manus argutæ et gestuosæ.' Id.—1 Idem Ms. Græcanico s. ipirrica. Abhibe Cujac. Observat. lib. XIII. cap. 10. Cote. Flor. Græcanica saltatura p. Elmenhorstius. Palat. etiam et Guelf. dant Græcanico s. in pirrica. Fux. Reg. Oxon. Guelf. pr. Græcanica s. in pirrica. Pith. Græcanica saltant pyrrica. D'Orv. Græcanica s. pyrrhica. Item Edd. aliquot pyrrhica. Lateatne quid, nescio. Alioquin Latinissimæ elegantia est vulgatum. Suet. Cæs. c. 39. 'Pyrrhicham saltaverunt Asiae Bithyniæque principum liberi.' Græce Dio Cass. l. LX. p. 680. πυρρίχην Ἀσισανὸς παῖδες ὠρχήσαντο. Oud.—2

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Græcanicam saltantes Pyrrhicham] Pyrrhicha seu Pyrrhiche saltatio erat armatorum, ab auctore Pyrrho quodam Cretensi, ut vult Plinius, aut etiam Pyrrho Achillis filio, quem Aristoteles tradit omnium primum Pyr-



decoros ambitus inerrabant: <sup>3</sup> nunc in orbe rotarum flexuosi, <sup>4</sup> nunc in obliquam seriem <sup>5</sup> connexi; <sup>8</sup> et in quadratum patorem <sup>6</sup> cuneati, <sup>h</sup> et in catervæ discidium <sup>7</sup> separati. At ubi discursus reciproci multimodas ambages <sup>8</sup> tubæ

*modo gyranes in orbem ad instar rotæ, modo coherentes manibus in ordinem obliquum, postea dispositi in cuneum patentem apertura quadrata. Deinde separati in duas turmas. Sed postquam clangor tubæ finem imponentis solvit multiplices cir-*



Fux. ordinationes. Id.—3 D'Orv. *inhærebant*. Claudian. in Pyrrhichæ descriptione, VI. Cons. Honorii vs. 624. 'Et pulchras errorum artes jucundaque Martis Cernimus:' ubi nihil fuerat mutandum. Id.—4 Repone ex Ful. et Pal. Cod. vocem Apuleio familiarem: *rotatim flexuosi*. Wowerius. Scribo ex Ms. *rotatim*. Scioppius in Symbola. *Rotatim*. Vulgo, *rotatum*. Elmenhorstius. Pal. Guelf. sec. *nunc etiam in, &c.* *Rotatum* in eodem Guelf. sec. Pith. Edd. Juntinis et Aldi. *Rotarum* D'Orv. Guelf. pr. Lips. Fux. Flor. et Edd. Vett. aliæ. Sed haud male *rotatim* exhibuere Wower. et seqq. nisi potius legendum censerem, *in orbem rotatum*. Quem obliquæ seriei opponit. Glomerari, currere, redire et similia in orbem, passim Virgilio, Ovidio, aliis. *Out.*—5 Fux. *in aliquam s.* Id.—6 Al. *partem.*—7 Al. *dissidium.*—8 *Multimodes ambages*. Sic Ms. Nunc magis placet vulgata lectio, *multinodes*. Colvius. Aldus et Flor. *multinodes a.* Elmenhorstius. De voce 'multinodis' vel 'multinodus' vide ad l. VIII. p. 173. 'sese multinodis commulcat ictibus.' Atque ita Edd. O. ante Colvium. Sed cum hæc ambages non perpetuo connexæ fuerint in nodum; sed et obliquæ in longum, et cuneatæ in quadratum; immo in catervas divisæ, patet clare, hic eam vocem admitti non posse, ac Colv. Vulc. Wow. Pric. rectius edidisse *multimodes*: quod ostentant etiam Pith. Fux. Reg. Guelf. Pal. eoque facit Oxon. *multimodis*. Ipsum enim hoc adverbium recipi huc nequit. De quo alias. Magis vero arridet lectio Ms. D'Orvill. et Ed. Vulc. sec. Elmenh. Scriv. Flor. *multimodas*. Sic enim de Dogm. Plat. p. 577. Ed. Fl. 'Multimoda potestatum coitione.' Apud Claudian. de nuptiis Honorii vs. 103. in Mss. nonnullis, 'Multimodum discrimen:' quod tamen illic non amplector: multo minus in Livio, ex cujus l. XXI. c. 8. citant 'Multimoda arte,' pro Mss. lectione multifila-

#### NOTÆ

rlicham saltasse ad rogam Patrocli: sive denique a Pyrrhichæo Lacedæmonio quodam, ut volunt Aristoxenus, Strabo, et Solinus.

<sup>8</sup> *Connexi*] Ejusmodi saltantium connexio, quæ per manus fiebat, dicebatur restis; et qui sic connexis ac consertis manibus saltabant, ii restim ductare dicebantur. Terent. Adelphor. Act. IV. Scen. 7. 'Tu inter eas restim ductans saltabis?' Nos dicemus *danseur un branle*. Funem revera per manus transmitti solitum in ea saltatione innuere videntur hæc

Livii verba Decad. I. lib. VII. 'et per manus reste data virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt.' Græcis *κόρδακα ἔλκειν* dicitur, et *κορδακίζειν*.

<sup>h</sup> *Cuneati*] De cuneo militari ordinatione jam diximus, cui similis erat hic cunens saltatorius; nisi quod ille densus erat, et militum ordinibus interius refertus; hic vero duobus tantum constabat saltatorum ordinibus, qui in angulum coeuntes cuneum efficiebant, relicta anteriore et posteriore parte vacua et aperta.

terminalis<sup>9</sup> i cantus explicuit, aulæo subducto<sup>1</sup> et complicitis sipariis, scena disponitur.<sup>2</sup> Erat mons ligneus, ad instar inclyti montis illius, quem vates Homerus Idæum cecinit, sublimes instructus [233] fabrica,<sup>3</sup> consitus viretis et vivis arboribus<sup>4</sup> summo cacumine, de manibus fabri fonte manante, fluviales aquas eliquans.<sup>5</sup> Capellæ pauculæ tondebant herbulas: et, in modum Paridis Phrygii pastoris<sup>6</sup> barbaricis amiculis<sup>1</sup> humeris defluentibus, pul-

*cuitus discursionis alternæ; dimoto aulæo, et velis complicatis, representatio Paridis instruitur. Erat mons ligneus factus ad exemplum illius montis celebris, quem poeta Homerus vocavit in suis carminibus Idæum, fabricatus alta structura, plantatus viridariis, et arboribus vivis, evomens undas flumineas ex supremo suo jugo, per fontem fluentem opera artificis. Aliquot capellæ depascebantur gramina: et juvenis quidam egregie vestitus, vestimentis Phrygio opere pictis dependentibus*

//////////

riam. Vide Drakenb. *Oud.*—9 *Terminalis*. Vet. *terminales*. Colvius.—1 *Aulæo subducto*. *Aulæo* legit Beroaldus ex pag. 60. *Roald.* *Aulæo*. Flor. 2. et Rom. *alæo* s. male. *Elmenh.* *Alæo* inepte dant Pith. Fux. Guelf. D'Orv. Pal. Oxon. et Edd. Vett. præter Beroald. Colin. Colv. &c. *Oud.*—2 *Complicitis sipariis Paridis scena disponitur*. *Paridis* non erat in vulgatis. *Colv.* Tò *Paridis* non est in Flor. *Elmenh.* Perperam vocem *Paridis* Colvius cum seqq. intrusit natam vel ex glossa vel ex corrupto *sipariis*, sicut Fux. dat *sypharis Paridis*. Hinc alii eiecerunt *sipariis*, præbentes, *A. subducto et complicato, Paridis* s. ut D'Orv. Pal. Oxon. Guelf. in quorum sec. est *complicato*. Recte Pith. Bertin. cum Edd. Vett. *complicitis sipariis, scena d.* Proprium nomen hic nondum habet locum. Qualis ea scena fuerit, et cuius argumenti, voluit demum Auctor lectori e seqq. apparere. Uncis igitur inclusam ab *Elmenh.* et *Scriverio* vocem denuo delevi. *Aulæum* et *siparia* eodem modo junxit Auctor l. i. p. 7. 'Aulæum tragicum dimoveto, et siparium scenicum complicato.' *Oud.*—3 Pith. *sublimis*. Abest a Palat. *Fabula* Ed. Bas. pr. *Id.*—4 *Directis et vivis arbor*. Ald. *Roald.* Ms. *virentis*. Colvius. Pith. Guelf. pr. *virectis* cum Ed. Vicent. hinc *directis* Edd. Junt. Ald. Sed vide ad l. iv. p. 63. 'lætissima vireta.' *Et viv. arb.* desunt in Oxon. ac Guelf. pr. *Oud.*—5 Vid. Not. Var.—6 Ed. Vicent. *pristygii*, Ven. *phryii*. Guelf. pr. *frigidii*. Tò *Phrygii pastoris* uncinulis inclusit *Scriverius*. Malim ego deleri τὸ *Paridis*, ut e glossa insertum, et nenum interpretamentum illorum, 'Phrygii pas-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Tubæ terminalis*] Terminum seu finem saltandi faciendum esse denuntiantis. Alias Terminalis significat aliquid ad Deum Terminum pertinens, ut Terminalia festa, sacra, &c. Horatius: 'Aut agna festis cæsa Terminalibus.'

<sup>k</sup> *Phrygii pastoris*] Trojani. Phrygia enim est Asiæ minoris regio, in qua Troja sita erat, et mons Ida quoque.

<sup>1</sup> *Barbaricis amiculis*] Festus: 'Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Græcis. Unde Plautus Nævium poetam Latinum, Barbarum dixit. Et de se, cum transferret fabulam ex Græco, dixit: M. Accius vortit barbare.' Hinc Barbarica vocaverunt, quæ extra Græciam essent, aut fierent, ut apud Plautum, Capt. Act. iv. Sc. 2. Barbaricæ vocantur urbes quædam Italæ: et Bar-

chre indusiatus<sup>7m</sup> adolescens, aurea tiara<sup>n</sup> confecto capite, pecuarium simulabat magisterium.<sup>8</sup> Adest luculentus puer nudus,<sup>9</sup> nisi quod ephebica chlamyda<sup>1</sup> ° sinistrum tegebat<sup>2</sup> humerum: flavis crinibus usquequaque<sup>3</sup> conspicuus: et, inter comas, ejus aureæ pinnulæ cognatione simili sociatæ, prominebant,<sup>4</sup> quem caduceum et virgula Mercurium indicabant. Is saltatorie præcurrens, malum-

*ex humeris, operto capite tiara aurea in formam Paridis pastoris Phrygii, fingebat se esse pastorem pecorum. Ecce venit formosus puer, nudus, præterquam quod chlamys puerilis velabat ipsi lævum humerum; undique spectabilis flavo capillitio: et parvæ atæ aureæ inter se æquales et copulatæ eminebant inter ejus crines, quem puerum caduceum et virga ostendebant esse Mercurium. Hic accurrens ad numeros,*



toris.' *Oud.*—7 Vid. Not. Var.—8 Al. *magistrum.*—9 *Nudus* abest Ed. Bas. pr. *Oud.*—1 *Ephebia chlamyda.* Fux. *ephebica chlamyde.* Roaldus. Ms. *chlamyde.* Colvins. *Ephebica chlamide.* Alii, *ephebia c.* Maitianus Capella de Nuptiis Philol. p. 3. 'Ac jam pubescentes genæ seminudum eum incedere, chlamydeque indutum parva, invelatumque cetera, humerorum cacumen obnubere sine magno risu Cypridis non sinebant.' *Elmenh.* Edd. Junt. pr. Ald. *ephebia*, nec male; si suffragarentur Mss. Dein *chlamyde* vel *clamide* Fux. Reg. sed frustra. Amat Auctor hanc vocem Latina terminatione exprimere. Lib. xi. p. 256. 'Humeris dependebat pone tergum, talorum tennis, pretiosa chlamyda.' Flor. N. 15. 'Chlamyda velat brachium.' Varro apud Non. p. 539. Ed. Merc. 'Cubo in chlamyda.' Eam autem videte cum tiara Paridis Phrygia ceterisque in monumentis supra citatis. Et de ephebica puerili chlamyde plura ad Sneton. Tiber. cap. 6. D'Orvill. ad Charit. lib. iv. c. 3. *Oud.*—2 Guelf. sec. *degebat.* Id.—3 Fux. *usque qm̄.* Id.—4 Rom. *societate*, male. *Elmenh.* D'Orv. *areæ.* Fux. *premlæ.* Tum *societate*, licet e Mss. correxerit jam Beroaldus, male cum Edd. primis expressere Junt. utraque, Ald. Bas. *societæ* Pith. *sonate* Guelf. pr. *præminebant* Fux. haud recte. *Oud.*—

#### NOTÆ

barica amicula hic intellige vestes Phrygias, nempe acu pictas; Phryges enim primi vestes acu pinxerunt: unde etiam ejusmodi vestium artifices vulgo vocati sunt Phrygiones et Barbaricarii, qui ex auro et coloratis filis hominum atque animalium effigies in vestimentis exprimerent.

<sup>m</sup> *Pulchre indusiatus*] Ab indusio, quod est interior tunica, fit 'indusiatus,' quod proprie tunica illa interiori indutum, latius tamen (ut hoc in loco) quavis veste amictum, significat.

<sup>n</sup> *Tiara*] Genus galeri est Trojanis ac Phrygibus usitati. Juvenalis Sat. vi. de Sacerdote Cybeles: 'Et Phry-

gia vestitur bucca tiara.'

<sup>o</sup> *Ephebica chlamyda*] Nominativus casus est; cum tamen vulgo dicatur *chlamys*, et *chlamyda* sit ejus accensativus ritu Græco. Sic etiam Cassida in recto, pro cassis, dixit Virgil. *Æneid.* xi. 'Aureus ex humeris sonat arcus, et aurea Vati Cassida.' *Ephebica chlamys* ea est quam juvenes gestabant, dum erant ephebi. Tempus ephebiæ Censorinus de Die Natali cap. 5. ita distinguit: ut decimo quinto ætatis annō, cum primum pueritiam egressi sumus, dicamur *μελλέ-φηβοι*, hoc est, futuri ephebi: decimo sexto *ἐφηβοι*: decimo septimo *ἐξέφηβοι*, quasi ephebiam egressi.

que bracteis <sup>5</sup> inauratum dextera <sup>6</sup> gerens, ei, qui <sup>7</sup> Paris videbatur, porrigit: quid mandaret <sup>8</sup> Jupiter, nutu significans, <sup>9</sup> et protinus <sup>1</sup> gradus scitule referens, <sup>2</sup> e conspectu <sup>3</sup> facessit. Insequitur puella vultu honesta, in Deæ Junonis speciem similis. Nam et caput stringebat diadema candida. <sup>4p</sup> Ferebat et sceptrum. Irrupit <sup>5</sup> alia, quam putares Minervam, caput contacta <sup>6</sup> fulgenti galea, et oleagi-

*et ferens manu dextra malum deauratum bracteis aureis, offert illi, qui videbatur esse Paris, nuntians ei signis, quid Jupiter præciperet: et statim retro ferens decenter vestigia, discedit e conspectu. Puella sequitur decora facie, referens speciem Deam Junonem. Habebat enim caput cinctum diademate albo. Gestabat quoque sceptrum. Alia ingressa est, quam crederes esse Palladem, habens caput opertum*



5 Al. *blacteis*.—6 D'Orv. Edd. Ber. Col. Bas. *dextera*. Oud.—7 Non compareret *τὸ εἰ* in Mss. Flor. Pith. D'Orv. Fux. Pal. Oxon. Guelf. *Id.*—8 Pith. *qui*, Edd. ante Colv. *quæ*. Guelf. pr. *manderet*. *Id.*—9 Oxon. *sacrificans*. *Id.*—1 Copulam addidi auctoritate Mss. Flor. Pith. Fux. D'Orv. Pal. Guelf. Oxon. et Edd. Vett. Male ommissa erat in Colvii editione, quam ceteri perperam sunt secuti. *Id.*—2 Fux. *gradum scitule r.* Roaldus. *Gradus citule*. Idem Ms. *gradum scitule referens*, non male. Colv. *Gradum scitule*. Aldus, *gradus citule*. Elmenhorstius. Pluralem numerum firmare quis posset loco Ovidii lib. II. Fast. vs. 502. 'Retulit ille gradus: horrueruntque comæ.' Sed *gradum* etiam præbent Mss. Flor. D'Orv. Guelf. Oxon. Reg. cum Edd. Elmenh. Scriv. Ac Noster passim cum aliis in hac locutione singularem numerum prætulit. Sic 'celerare, dirigere, tolerare gradum.' Confer Indicem. Mox *citule*, quod est in Edd. pp. item Ber. Junt. Ald. Colv. Vulc. pr. Scriv. malo judicio amplexus est Pricæus contra Mss. qui nunc comparent, omnes; in quibus ceterisque Edd. *scitule*: de qua voce vide ad lib. VII. p. 140. 'Apponit scitule,' i. e. decenter, venuste. Celeritatem Auctor indicavit per vocem 'protinus.' Ad hæc *citule* probabo usquam, si mihi prolatum sit adjectivum 'citulus.' Corruptioni huic ansam dedit lineolæ omisso *graduscitule*. Hinc fecere editores *graduscitule* pro *gradum scit.* Oud.—3 Guelf. sec. et c. *Id.*—4 Non sequor Ms. qui legit, *diadema candidum*. Pomponius Satyra: 'Cujusvis leporis Liber diademam dedit.' Latius de his similibus Priscianus lib. VI. *Colv.* Flor. d. *candidum*. Elmenhorstius. Accedit D'Orvill. Sed vide et Voss. lib. V. Inst. Orat. c. 1. In Pith. hæc voces cum seqq. usque ad *contacta* desunt. Pal. Guelf. sec. *strigebat*. Oud.—5 *Irrupit*. Fux. *irrupit*, et Ald. *Roald.* Sola Ed. Bas. pr. vitiose *irrupit*. Oud.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Diadema candida*] Observa hic 'diadema' feminino genere positum. Eodem modo Plautus in Prologo Amphitri. 'schema' usurpavit: 'Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini, Quod ego huc processi sic cum servili schema.' Ubi ex usu communi dicere debuit *schemate*. Quin et

'diademam' reperias in Fragmentis Lucii Pomponii Atellanarum poetæ. Sic enim habet Fragmentum Satiræ: 'Blanda, fallax, impotens, superba, discordis Cujusvis leporis liber diademam dedit.' De hac forma nominum vide plura apud Priscianum, l. VI.

nea<sup>7</sup> corona tegebatur ipsa galea ; clypeum<sup>9</sup> attollens, et hastam<sup>8</sup> quatiens, et qualis illa cum pugnat.<sup>9</sup> Super has<sup>1</sup> introcessit alia visendo decore, et præpollens<sup>2</sup> gratia coloris ambrosii,<sup>3</sup> designans Venerem : qualis fuit Venus, cum fuit virgo,<sup>4</sup> nudo et intecto<sup>5</sup> corpore perfectam formositatem professa ; nisi quod tenui pallio bombycino inumbrabat<sup>6</sup> spectabilem pubem. Quam quidem<sup>7</sup> laciniam curiosulus ventus<sup>†</sup> satis amanter nunc lasciviens reflabat ;<sup>8</sup> ut dimota, pareret flos ætatulæ :<sup>9</sup> nunc luxurians<sup>1</sup> aspira-

*casside micanti, et cassis ipsa inumbrabatur corona oleaginea : attollebat scutum, et concutiebat hastam, et talis erat, qualis est illa, quando præliatur. Post has alia intravit præcellens pulchritudine spectabili, representans Venerem decore coloris divini, qualis erat Venus, quando erat virgo, manifeste ostendens pulchritudinem omni ex parte absolutam, corpore nudo, et discooperto, excepto quod tegebat pudenda subtili amiculo serico. \* \* \* Ipse vero color Deæ diversus erat ad*



—6 Ms. *capite cont.* Colvius.—7 Palat. Ed. Ber. Bas. pr. *oleagina*, ut statim *cærulæ*. Vide ad lib. III. p. 48. ‘ramos oleaginos.’ *Oud.*—8 Oxon. *hasta*. Id.—9 Pith. D’Orv. *equalis*. Tum iidem et Pal. *comp.* Id.—1 Abest sua a Cod. Palat. Id.—2 Idem Ms. *de colore*. Colvius. In Palat. *visi*. Guelf. D’Orv. *et præp.* Quod multum præfero, sic distincto loco: *Introcessit alia visendo decore, et præpollens gratia col. amb., designans Venerem.* Eamque lectionem probavit eximius Codicis possessor ad Charitonis initium, Ἀφροδίτης παρθένου. Visendo decore est spectabili pulchritudine. In Floridis N. 15. ‘Adolescens vivenda pulchritudine.’ ac N. 9. ‘cultu visendus.’ *Oud.*—3 Sic D’Orv. et plures Mss. In aliis et Edd. vulg. *ambrosii* ; unde Pricæus hic et ad lib. VI. p. 125. malebat, *col. rosei*, perpetuo Venerei corporis epitheto. Sed consule notata ad p. 226. ‘labias ambrosio rore purpurantes.’ Si quid mutandum, mallet *corpore*. Lib. VIII. p. 159. ‘Odor cinnamæus ambrosii corporis.’ Verum sequitur ‘nudo corpore.’ *Id.*—4 Pith. *q. sum.* Suspecta mihi est vox *Venus*. Immo forsân scripserat Auctor modo, *Qualis fuit virgo*. Nihil tamen innovari suadeo. *Id.*—5 Copula deest D’Orvilliano. Cave tamen, ne hinc putes, unam vocem hic e glossa ortam. Sed confer Pric. et scripta ad lib. III. p. 56. ‘Intecti atque nudati.’ *Id.*—6 *Inumbrabat*. Guelf. pr. *vibrabat*. Id.—7 Palat. Guelf. sec. *et quid*. Guelf. pr. *quæ q.* Id.—8 Ms. cod. *miro lasciv. reflabat*. Colvius. Bert. *lassivia*. Elmenhorstius. Palat. *refragrat*, Guelf. sec. *reflagrat*. Perperam. Vide ad lib. II. p. 22. ‘Veste reflata.’ *Oud.*—9 Idem, *pareret*. Colvius. Alii, *pareret*. Elmenhorstius. Adde Fuxensem et Palatinum, ut tacite ediderunt Wower. et Pricæus. Verissime. Respice ad lib. I. p. 11. ‘si mane paruerit.’ ‘Patere’ minus aptum hic est verbum. Quod habet locum, si quando mulier se ultro dare vult, nec coitum renuit. *Præstaret* Guelf. pr. *Oud.*—1 D’Orv. *et nunc l.* Id.—2 Vid. N.

#### NOTE

<sup>9</sup> *Clypeum*] Ægida intellige, cum Medusæ capite in medio.

<sup>†</sup> *Curiosulus ventus*, &c.] Non inveniste refert ventum quoque ipsum, quasi amasium, vestis laciniam re-

flasse, rejecissetque suo spiritu a corpore Veneris, ut flos ille, expetitus omnibus, esset in propatulo, dimota pallii bombycini lacinia. *Beroald.*

bat; ut adhærens pressule, membrorum voluptatem † graphice \* liciniaret.<sup>2\*\*</sup> Ipse autem<sup>3</sup> color [234] Deæ diversus in speciem:<sup>4</sup> corpus candidum, quod cœlo demeatur; amictus cœrulus, quod<sup>5</sup> mari remeat.<sup>†</sup> Jam singulas virgines, quæ Deæ putabantur, sui obibant comites.<sup>6</sup> Junonem quidem Castor et Pollux,<sup>5</sup> quorum capita cassides

*visus: nam corpus ejus erat album, quia descendit ex calo; et velamen cœruleum, quia emergit e mari. Præterea unaquæque puellarum, quæ credebantur esse Deæ, stipata erat suis comitibus. Juno quidem Castore et Polluce, quorum capita*

\*\*\*\*\*

Var.—3 Flor. duo, ipse tunc. Oud.—4 Color deæ divisus in sp. Sequentia ostendunt emendandum, ut in lib. Fulv. legitur, *diversus in speciem*. Wowerius. Corrige ex Ms. *diversus*. et probant sequentia. *Sciopp. in Symb.* In Ed. Bas. pr. est *Deæ visus*, hinc Stewech. ad lib. xi. p. 252. legit modo, ‘color Dei visus,’ sive ‘c. divisus.’ Verissime emendavit Wower., sequentibus ceteris, et astipulantibus Reg. D’Orv. Pal. Guelf. sec. Pallii color diversus est color corporis Deæ. Id enim candidum, hic cœrulus. Oud.—5 Vid. Not. Var.—6 Absunt hæc, *sui obibant*, a Ms. Cod. *Colv. Sui obibant*. Has voces non habent Pal. et Flor. 2. *Elmenh.* Neque legas eas in Pith. Fux. D’Orv. Oxon. Guelf. et Ed. Junt. post. cui vir doctus ascripsit, *sui assistebant*, videns scilicet, ejus sensus verbum deesse, sive stipabant vel comitabantur: quam significationem non habet τὸ obire. An ob præcedens ‘putabantur’ excidit *continuabantur?* de quo verbo vide me omnino ad lib. v. p. 109. ‘Eam

#### NOTÆ

† *Membrorum voluptatem*] Voluptas sedem habet in membris genitalibus, &c. Scite autem venusteque dixit ‘membrorum voluptatem,’ intelligi volens, genitalium: nam membra, ut supra diximus, genitalia significantur. Unde illud, ‘membrosior æquo,’ &c. *Id.* Pro *voluptatem membrorum* non male *venustatem* legas. *Pricæus.*

\* *Graphice*] Decenter, venuste, concinniter, quasi ex picturæ venustate. Verbum Græcum est γράφω, quod significat, pingo et scribo, &c. *Beroald.*

\*\* *Liciniaret* [*laciniaret*] A lacinia ductum verbum, quasi inflexu lacinia inunbraret. *Id.* τὸ *laciniaret* formaverunt ex scriptura vet. codd. in quibus *laciniaret* scriptum. Fortasse *linearet*, i. e. exprimeret, scribendum. Tacitus de Germanis: ‘Locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante, sed stricta et singulos artus exprimente.’

*Linearet* autem pro, delinearet: cuiusmodi ἀνοκοῦσαι in Glossis sæpissime occurrunt. *Pric.*

† *Corpus candidum, quod calo demeat; amictus cœrulus, quod mari remeat*] Sic habet Oxon. Ms. referente *Pricæo*, item *Florent. Bert. et Pal.* referente *Elmenhorstio*. Editio quoque *Beroaldi*, et aliæ veteres. *Colvius* ex sua editione sustulit τὸ *amictus*, et pro *cœrulus*, legit *cœrulum*: quo jure, ipse viderit. Posthabita ejus depravatione, priori lectioni inhaerebimus. Apertus sensus est. Puella nempe, Venerem repræsentans, habebat corpus candidum, quo colore cælestis origo Veneris designatur, amiculum vero cœruleum (qui color est marinus) eoque ostenditur, Venerem ortam esse ex mari.

\* *Castor et Pollux*] Hi cum sorore Helena fuerunt Jovis et Ledæ filii: vel, ut alii volunt, Pollux et Helena

ovatae<sup>7t</sup> stellarum apicibus insignes contegebant.<sup>8</sup> Sed et isti Castores erant scenici<sup>9</sup> pueri. Hæc<sup>1</sup> puella, va-

*operta erant galeis rotundis, quæ conspicuæ erant stellis positis in vertice. Sed hi Castores quoque erant juvenes histriones. Hæc virgo progrediens cum gestu tran-*

//////////

Juno et Ceres continuabantur.<sup>7</sup> *Oud.*—7 *Capita cassides æratæ.* Sic Ms. Al. *bata.* Vulg. *orbata.* Alii legunt, *obbatæ.* Colvius. Fulv. Cod. *obbatæ.* Alius, *bata.* In Pal. *cassides obatæ,* hoc est, ovata. Cassides forma ovata. Hæreo, quid potissimum sequar; nisi quod hæc diversitas Pal. libri scripturam veriore præstet. Tale etiam illud: ‘procedens quieta,’ &c. ubi in Palat. *præ ceteris quieta.* Wowerius. Ms. *obbatæ,* id est, obbæ instar formata. Sic Flor. 2. Bert. et Palat. Rom. *q. c. c. orbata.* Vulgo, *æratæ.* Elmenhorst. Ego lego *jobatæ.* Scriptum fuerat *jobatæ:* vel potius *orbitæ:* ut apud Varro nem ‘motus orbitus’ apud Non. Alii legunt *obbatæ.* Brant. Gr. *ovata.* Respicit ova Castoris et Pollucis. *Lindembrog.* *Obitæ D’Orv. obactæ Oxon. obatæ Pith. Fux. Guelf.* Certo certior est emendatio Salmasii in Plin. p. 392. cui sublegit Floridus, *ovata,* quam in textum recepi, suffragantibus, ad exemplorum suorum marginem, itidem Grutero, Cantero, Wasseo, Tollio, et late illustrante Hemsterhusio ad Lucian. tom. 1. p. 281. *Oud.*—8 *Fux. contegebat.* Id.—9 *Pith. sceneci, D’Orv. senici. Oxon. sceni.* Id.—1 *Fux. Reg. heu vel*

#### NOTÆ

tantum: Castor vero et Clytemnestra Tyndari, qui Ledæ maritus fuit, quem Castorem ita adamavit frater Pollux, ut immortalitatem ratione suæ divinæ originis sibi debitam, cum ipso ex æquo voluerit participare. Unde Virgil. Æneid. vi. ‘Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itque reditque viam toties.’ Hi fratres Jasonem in expeditionem Colchicam secuti sunt. Cumque, ingrante maxima tempestate, ac de salute sua jam desperantibus Argonautis, vota Orpheus ad Deos Samothracæ fecisset; stellæ duæ supra capita amborum fratrum astiterunt, fuitque sedata tempestat. Hinc est, quod cassides eorum stellarum apicibus insignitas fuisse hic ait Apuleius. Sed non satis dispicio cur eos hic Junoni assignet comites, cum ea Jovis filios ex pellicibus natos solita fuerit summo odio prosequi: nisi ad physicum sensum recurramus, et dicamus Junoni, per quam aër significatur, ideo Castorem et Pollucem comites dari, quia insignes, quos ferunt nautis prospera

omnia significare tempestatesque sedare, in aëre gignuntur et conspiciuntur.

<sup>t</sup> *Cassides ovata [obbatæ]* Veteres editiones, et Ms. Rom. habent *orbata.* Mss. Codd. Florentini duo Bert. et Pal. apud Elmenhorstium, *obbatæ.* Colvius introduxit *æratæ,* quod expungendum puto, et alterutram aliarum lectionum substituendam. Si *obbatæ* legas, intellige formatas fuisse illas cassides ad instar obbarum. Erat autem obba genus poculi capacioris: hanc a gravitate sua et fundi capacitate Persins sessilem dicit Sattir. v. ‘Veientanumque rubellum Exhalet vapida læsum pice sessilis obba.’ Quod si *orbata* legas, ne a verbo orbo putes derivatum, sed ab orbe, idemque esse *orbata* ac *orbiculata:* quam vocem etiam nonnulli substituere voluerunt hoc loco, pro *orbata,* ut sensus esset planior. Quid si *obata* pro *ovata* scriptum fuerit mutatione literarum *v* et *b,* satis frequenti? Certe cassides illæ, quibus ornati conspiciuntur in veteribus nu-

rios modulos lasciva<sup>2</sup> concinente tibia, procedens quieta et inaffectedata gesticulatione,<sup>3</sup> nutibus honestis pastori pollicetur, si sibi præmiū decoris addixisset; et sese<sup>4</sup> regnum totius Asiæ tributuram. At illam, quam cultus armorum Minervam fecerat, duo pueri muniebant, præliaris Deæ comites armigeri, Terror et Metus,<sup>u</sup> nudis insultantes<sup>5</sup> gladii. At pone tergum tibicen Dorium canebat bellicosum;<sup>6 w</sup> et permiscens bombis gravibus tinnitus acutos,<sup>7</sup> in

*quillo et simplici ad cantum tibiæ mollis personantis diversos modulos, promittit pastori modestis gestibus, se ei daturam imperium totius Asiæ, si adjudicasset sibi palmam pulchritudinis. Verum duo pueri, qui referebant Terrorem et Metum comites armigeros Deæ bellicæ, saltantes cum districtis ensibus, circumstabant illam puellam, quam arma, quibus ornata erat, formaverant in Palladem. Tibicen vero pone ipsam modulabatur canticum bellicosum: et admiscens tinnitus acutos gravi-*



hen. Id.—2 Al. *lastia*.—3 Pal. *præ cetris*. Elmenhorstius. Atque sic edidit Scriverius, dubitante Wowerio, quid præstet, ad v. ‘cassides ovatæ.’ Sed inde incertum redditur, cujus partis in corpore gesticulatio intelligatur. Auctor vero de Deæ incesso loquitur. Ut statim p. 235. de Venere: ‘cœpit incedere, et tibiārum sono delicatis respondere gestibus:’ ubi male *græssibus* reponere tentavit Pricæus, quem ipsum consule supra p. 232. ‘Incesso gestuosi.’ Dein D’Orvill. p. *eqnōta et inaff.* Oxon. Guelf. pr. *inaffectate*. Ond.—4 *Si s. p. d. addixisset, sese, &c.* Flor. *addidisset, et sese*. Elmenhorstius. Tò et addunt etiam Pith. D’Orv. Fux. Palat. Guelf. Oxon. et Ed. Scriverii. Quos secutus sum. ‘Et’ valet ‘etiam,’ ‘vicissim.’ Neque sane opus, cum viro docto hic per pleonasmum, alibi quamvis occurrentem, inculcare τὸ εἰ. Ond.—5 Bert. *insultantes*. Elmenhorstius. Sic quoque Pith. Pal. Oxon. Guelf. sec. Vide ad p. 223. Ond.—6 *Tibicen hornūum canebat b.* Vetus scriptura in membrana, *l’cenorium canebant*. Ro. *tibicen orthyum*. Beroald. *orthrium*. Pro vulgata lectione facit Lucianus de Saltatione: ὁ δὲ ὄρμος ὄρχησις ἐστὶ κοινὴ ἐφήβων τε καὶ παρθένων, παρ’ ἑνα χορευόντων, καὶ ὡς ἀληθῶς ὄρμος εὐκίτων καὶ ἡγεῖται μὲν ὁ ἐφήβος, τὰ νεανικὰ ὄρχουμένος, καὶ ὄσοις ὕστερον ἐν πολέμῳ χρῆσεται. Suam etiam verisimiliter tnetur hic Philippus. Colv. Manuscrip. *ædior norium c. b.* Fulvius conjecit *hortium, ὄρβιον*. Sciopp. in *Symb.* Flor. *Orium*. γρ. *Doricum*. Infra p. 302. Vide Athen. Deipnos. lib. xiv. *Lindenbr.* *Dorium canebat b.* Sic emendavi hunc locum ex Flor. et Pal. in quibus erat, *Orium c. b.* Alii *Orcium* et *Hormium* legunt. In Floridis: ‘seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.’ Arnobius adversus gentes lib. v. ‘Conclamant exterriti ad Dorium Phryges.’ Sic hunc locum ex Mstis recte constituunt vlrī eruditi. *Elmenh.* *Tubicen* in marg. habet Fux. Sed tunc inepte subderetur, *in modum tubæ. t’cen* Palat. Dein *Hormum* præ-

#### NOTÆ

mismatis Dioscuri, referunt omnino ovorum, e quibus orti perhibentur, putamina.

<sup>u</sup> *Terror et Metus*] Servius ad Æneid. xi. ‘Terror est proprie qui alii infertur, &c. Metus autem quem ha-

bent timentes.’ Valerius Flaccus eos facit Martis equos lib. iii. Argon. versu 98. ‘Terrorque, Pavorque Martis equi.’

<sup>w</sup> *Dorium canebat bellicosum*] Dorius modus est musicus, bello aptus.



modum tubæ, saltationis agilis vigorem<sup>8</sup> suscitabat.<sup>9</sup> Hæc inquieto capite, et oculis in aspectu minacibus,<sup>1</sup> citato et intorto genere<sup>x</sup> alacer<sup>2</sup> demonstrabat Paridi, si sibi<sup>3</sup> for-

*bus sonis, excitabat vigorem saltationis alacris ad instar tubæ. Hæc agitans caput, et aspiciens oculis minantibus, incedensque celeriter, et flexuose, signifi-*



bent Pith. Bertin. cum Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Ald. Col. Bas. Colv. Vulc. pr. *Orthium* edidit Vulcan. Ed. sec. quod et placebat Grutero, ex Suida, aliisque. Vide ad Gell. lib. xvi. c. 15. 'Carmen, quod Orthium dicitur.' In Oxon. est *Tritonium* sine voce *tibicen*. Guelf. pr. *tricenonum*, et in marg. a manu recent. *buccinorum*. In ceteris Mss. *tibicen orium* vel *tibicinorium*. Sed *Dorium* jam exhibuit Ed. Junt. post. quod etiam Sopingius, G. Vossius et Wassenus margini alleverunt; et probavit quoque Floridus. Bene. Solet enim sic absolute dici, ut exemplis allatis liquet. Confer etiam dicta ad lib. iv. p. 86. 'sonus tibiæ Zygia mutatur in querulum Lydium.' Eratque *Dorium* antiquissimum et grave maxime. Vide omnino Vignolium de Musica Veterum in Nov. Bibl. Germanica tom. x. p. 154. &c. a. 1752. *Oud.*—7 Flor. 2. *innutus*, male. *Elmenh.* Sic etiam prave Fux. Pal. Guelf. D'Orv. *Oud.*—8 Ms. *vigore*. Colvius. Item Pith. Frustra Pricæus legi voluit *agilem*. Stat. lib. iv. Silv. 3. 32. 'Cursus agiles.' *Oud.*—9 *Scitebat*. In editione Paris. incitati suasu Beroaldi restituere *vigorem suscitabat*. Tu lege meo periculo, *vigorem citabat*; vel, si mavis, *ciebat*. Similiter enim optimi quique alia frequentarunt, ciere bellum, arma, pugnam. Virgilius sexto *Æneid.* 'Quo non præstantior alter Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.' *Stewech.* Immo vero Mss. et Edd. recte dant *suscitabat*, pro quo vitiose Ed. Beroaldi *scitabat*, et Bas. pr. *scitebat*. Lib. viii. p. 172. 'Incitante tibiæ cantu lymphaticum tripudium;' et alibi. *Suscitabant* Oxon. *Oud.*—1 *Oculis inspectu minacibus*. Fux. o. in *aspectum m.* ut et supra p. 129. est in Aldo. *Rould.* Apage istud. Repone, in *aspectum minacibus*, omnibus libris jubentibus. Colv. Bertin. et Pal. Cod. *oculis in aspectu min.* Wowerius. In *aspectu*. Ita recte Bertin. Et paulo post, *præclare congruebant*. Scioppius in *Symbola*. O. in *aspectum micacibus*. Sic Flor. Pal. et Bert. o. i. *aspectu*. Vulgo, o. *inspectu minacibus*. Rom. o. i. a. *micantibus*. Elmenhorstius. In *adspectum* vel in *adspectu* habent Mss. tantum non omnes, et Edd. Vett. ac Scriv. Elm. cum Heinsio ad Ovid. lib. xi. Met. 522. Cum Wow. Scioppio, Pricæo, aliisque malim, in *adspectu*. Intelligit enim aspectum ipsius Palladis, non spectatorum, ut habent optimi libri lib. ii. p. 21. 'Oculi in aspectu micantes, prorsus aquilini;' ubi vide. *Inspectu* perperam est in Edd. Bas. Colv. Vulc. Flor. Non vero in Mss. est *micacibus*, ut forsitan operarum vitio, scripsit Elmenhorstius, eoque Heinsius et me olim decepit. Servant enim *minacibus*. Et recte. Tales enim Palladi Deæ bellicæ jure merito ascribuntur. Sic de canibus lib. ii. p. 22. 'His oculi minantur, aures rigent.' De apro lib. viii. p. 155. 'Oculis aspectu minaci flammeus.' *Oud.*—2 Vid. Not. Var.—3 Ms. *si ci.*

#### NOTE

Noster in Floridis: 'Seu tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicolum.'

<sup>x</sup> *Intorto genere*] Wower. legit, in-

*torto femore*. Colvius, *gradu*. Hanc posteriorem lectionem in Interpretatione expressi. Si *genere* retineas, supple 'saltationis,' aut 'incessus,' aut aliquid simile.

mæ victoriam tradidisset,<sup>4</sup> fortem, tropæisque<sup>5</sup> bellorum inclytum suis adminiculis futurum.<sup>6</sup> Venus ecce<sup>7</sup> cum magno favore cavæ, in ipso meditullio scenæ, circumfuso populo lætissimorum<sup>8</sup> parvulorum, dulce subridens, constitit amœne.<sup>9</sup> Illos teretes et lacteos puellios<sup>1</sup> diceres tu Cupidines, et Cupidines veros,<sup>2</sup> de cœlo vel mari commodum<sup>3</sup> involasse. Nam et pinnulis et sagittulis<sup>4</sup> et habitu

*cabat Paridi gestibus promptis cum suo auxilio futurum strenuum, et clarum trophæis bellicis. Tum Venus stetit decenter in media scena cum magno applausu spectatorum, circumdata turba puerorum hilarissimorum, et suaviter renidens. Diceres illos pueros obesulos et candidos, esse Cupidines, et veros quidem Cupidines, qui modo illuc advolassent ex cœlo, aut ex mari. Erant*



Colvius. Ita quoque Fux. Pal. Oxon. Guelf. Oud.—4 Mss. Pith. D'Orvill. *victoriæ formam*, quod dictum esset pro *forma victrice*, de qua vide ad lib. vi. p. 129. 'Exemplo veritatis.' Sed hoc loco nequaquam admittendum. Quid enim esset 'tradere formam?' *Id.*—5 Edd. Vett. rursus *trophæis*, vel *tropæis*. *Id.*—6 Guelf. pr. *facturum*. *Id.*—7 *Venus æque*. Vulgo, *V. ecce*. Elmenhorstius. Sic rescribi jussit Elmenhorstius, eique paruit Scriverius, e solo Cod. Bertiniano. Sed male. Nam de cavæ favore erga Junonem et Minervam nihil dixit Auctor. Locum itaque habere nequit τὸ *æque*. Cum reliquis idcirco *ecce* edidi. Præpositio cum exulat a Palat. Oud.—8 Casaubonns libri sui oræ ascripsit *circumfusa*. *Populorum* Fux. Pro *lætissimorum* Vulc. margini allevit *lætissimorum*. *Id.*—9 Fux. *constituta pene*. Roaldus. *Idem, surridens constituta pone*. Colvius. Flor. *constituta pene*. Lege, *constituta pene*. Elmenhorstius. Immo Fux. et Flor. ut in Lipsii libris, item Reg. Pal. Oxon. D'Orv. Guelf. est *pone*: at Lindenbrogius margini addidit, γρ. *pene*. Sic ergo *pone* adverbialiter poneretur, vel locus interpungendus esset, *constitit pone illos teretes et lacteos pueros*. *Diceres tu Cupid.* ut fere edidit Scriverius. Verum, præterquam quod tunc verbum desit, Venus non potest dici constituta post Cupidines, quorum populo erat circumfusa et cincta. Lindenbrogius, *pene* legens, videtur intellexisse, Venerem dulce subrisisse, simul ac constituta ibi foret. At nullum mihi dubium est, quin recte se habeat constitit, sive quieta stetit; donec se placide, ut mox subdit Auctor, commovere et leniter ad Paridem incedere cœperit. Variæ mihi subnatæ sunt conjecturæ. Omnium verisimillima, videtur: *At bene illos, &c.* Oud.—1 Nihil muto: quamvis in scripto Fulvii, *teneros et lacteos*, ut sæpe alias Apuleius. *Wower*. *Terentes* Guelf. pr. Ursini libro consentit D'Orvill. Et sic sæpe cum aliis Auctor, p. 126. 'Tenera et lacte confecta membra.' Sed vide Beroald. ex Horatii Epod. xi. 41. recte excitantis, 'Aut teretis pueri Longam renodantis comam.' Jungit Auctor 'teneras et teretes Cupidinis genas,' l. v. p. 97. Passim confunduntur voces. Vide Salm. ad Solin. p. 502. Oud.—2 *Cupidines et Cupidines veros*. Elegans hæc iteratio, quam nunc primum ex vet. lib. reposuimus. *Colv.* *Et Cupidines Pal.* et Flor. inducunt. *Elmenh.* Is hinc eas voces rursus inclusit lunulis, et Scriverius pejus delevit, exulantes quoque a Pith. Bertin. et Edd. ante Colv. Sed habent eas alter Florent. Pal. Fux. Reg. D'Orv. Oxon. Vide de ista repetitione ad l. vii. p. 141. Si vel semel *Cupidines* respueres, copula tamen et magnam vim, suavemque venustatem habet; de qua alibi. Vox *veros* exulat item ab uno Florent. *Vero* in Oxon. Oud.—3 Guelf. pr. *commode*. *Id.*—4 Oxon. Guelf.

cetero formæ præclare<sup>5</sup> congruebant: et, velut nuptiales epulas obituræ,<sup>6</sup> dominæ coruscis prælucebant facibus. Et influunt<sup>7</sup> innuptarum<sup>8</sup> puellarum decoræ soboles.<sup>7</sup> Hinc Gratia gratissimæ; inde Horæ<sup>9</sup> pulcherrimæ,<sup>2</sup> quæ jaculis floris serti et soluti<sup>a</sup> [235] Deam suam propitiantes, scitissimum construxerunt chorum,<sup>1</sup> dominæ voluptatis<sup>b</sup> Veneris coma<sup>c</sup> blandientes.<sup>2</sup> Jam tibiæ multiformes<sup>3</sup> d cantus Lydios<sup>4</sup> e dulciter consonant. Quibus spectatorum

*enim similes ipsis, parvis alis, parvis sagittis, et reliquo ornatu: ac præferrebat lætas lucentes ante suam dominam, quasi ea itura esset ad convivium nuptiale. Et pulcher chorus virginum innuptarum illuc confluit: hinc Charites jucundissimæ, illinc Horæ formosissimæ, quæ litantes Deæ suæ, projectionibus florum contextorum et solutorum, instituerunt choram elegantissimam, abblandientes Deæ voluptatum coma veris. Jam tibiæ caratæ multis foraminibus suaviter edunt mo-*

//////////

pr. *pinolis et sagittis*. Id.—5 Sic Mss. cum Beroaldo, Vulcan. Wow. Scriv. ac Scioppio in Susp. II. 16. In aliis Edd. *præclare*. Minus recte, nec clare. Id.—6 Vulg. *obituri*. Colvius. Pith. Edd. Vic. Ber. Bas. pr. *nuptialis*. Tum *obituri* est in sola Bas. sec. Ed. In reliquis, ut debet, *obituræ*. Mox in Ed. Flor. *chor. dum*. In Pith. *fascibus*. Guelf. pr. a m. pr. *faucibus*. Oud.—7 Stewechius ad l. ix. p. 190. conjecit: *Ecce infl.* Si quid mutandum, malim. *Et ecce*. Sic enim amat Auctor initio periodi. Vide ad l. iv. p. 78. ‘Et ecce plurimi.’ Id.—8 Pith. Oxon. *innuptiarum*. Id.—9 D’Orv. *oræ*. Id.—1 Ms. *construxerant*. Et post ex eodem scripsimus *Veneris*, pro *veris*. Colv. Inserit Ed. Junt. post. *prop. scite, scit, &c.* In Flor. itidem et Guelf. ntroque, *construxerant*, Oxon. *exstruxerant*. D’Orv. *quorum*. Oud.—2 Vid. Not. Var.—3 Al. *Jamque t. multiformes*.—4 Pith. *Lydios*. Edd. Ber. Bas. pr. male

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Innuptarum puellarum decoræ soboles*] Id est, innuptæ puellæ, quæ erant decoræ soboles.

<sup>2</sup> *Horæ pulcherrimæ*] Has poëtæ Gratiis et Veneri adjungunt sæpe comites. Vide supra lib. v. pag. 369.

<sup>a</sup> *Floris serti et soluti*] A serendo servix et serti dicta sunt: item serti flores, qui in serti colligati, aut in corollas implexi sunt, opponunturque soluti.

<sup>b</sup> *Dominæ voluptatis [voluptatum] Veneri*.

<sup>c</sup> *Veneris [Veris] coma*] Sic omnino legendum est, non *Veneris coma*, ut male Colvius, aut *veris dono*, ut minus recte Wowerius et Elmenhors-

tius. Per ‘*veris comam*’ quid hic aliud intelligas, nisi herbas et flores? Hac metaphora plena sunt Poëtarum carmina.

<sup>d</sup> *Multiformes*] Melius fortasse legas *multiformes*. Rudibus adhuc Musicæ sæculis non multiformes tibiæ in usu erant, sed simplices, quatuor tantum foraminibus distinctæ. Horatius de Arte Poëtica: ‘*Tibia non, ut nunc, orichalco juncta, tubæque Æmula: sed tenuis, simplexque foramine paucis*,’ &c.

<sup>e</sup> *Cantus Lydios*] In Floridis, ‘*sen Lydium querulum*,’ Cassiodor. ‘*Lydium*’ (modus) ‘*contra curas animæ tædiæque repertus, remissione reparat, et oblectatione corroborat*,’ Ly-

pectora suave mulcentibus, longe suavior Venus placide commoveri, contantique lente vestigio,<sup>5</sup> et leviter fluctuante spinula,<sup>6f</sup> et sensim annutante<sup>7</sup> capite cœpit incedere, mollique tibiaram sono<sup>8</sup> delicatis respondere gestibus:<sup>9</sup> et nunc mite conniventibus,<sup>1</sup> nunc acre<sup>2</sup> comminantibus gestire pupulis;<sup>3</sup> et nonnunquam saltare solis oculis. Hæc ut primum ante iudicis<sup>g</sup> conspectum facta<sup>h</sup> est, nisu brachiorum<sup>4</sup> polliceri videbatur, si fuisset Deabus ceteris antelata,

*dulos Lydios. Quæ dum oblectant jucunde animos spectatorum, Venus multo jucundior capit se movere placide, et progredi lento et tardo gradu, et leviter quatiens spinam dorsi, et paululum notans caput, conformare delicatos gestus ad mollem cantum tibiaram: et modo leniter connivere oculis, modo iisdem acriter minari, et aliquando saltare solis oculis. Ubi primum illa pervenit ad conspectum Iudicis, videbatur promittere motu brachiorum, se daturam Paridi uxorem præstantem pul-*

\*\*\*\*\*

*Lydicos. Oud.*—5 Ms. *cantantique*. Colvius. *Fux, cunctatimque*. Mss. alii nonnulli et Edd. Vett. de more, *cunctantique*. Tum D'Orv. *lenti*. Edd. Ber. Bas. pr. *lenta*: quod pro conjectura ad libri sui oram quoque ascripsit vir quispiam eruditus. *Oud.*—6 *Et leviter perf fluctuantes pinnulas*. Bert. et editi quidam, *leviter fluctuantes*. Assentior iis, qui conjiciunt: *fluctuante spinula*. Scioppius in Symbola. Recte Scickeradus, *fluctuante spinula*. In Bertino est, *f. primulas*. in Flor. *f. pinnulas*. Elmenhorstius. *Et deest Palat. Guelf. et Oxon. Leviter fluctuantes pinnulas* est in Mss. omnibus, et Edd. primis ac Junt. post. vel *pinulas*, sine sensu. Modius aliquid reponendum putavit, quod comas a fronte pendulas denotet, teste Scioppio in Susp. l. ii. Ep. 16. Beroaldus, quem plerique secuti sunt, adjecit *per*, et Cupidines intellexit. Vir doctus Ed. Vicent. oræ allevit, *fluctuantibus pinnulis*. Sed sine ullo dubio verissima est Scickeradi emendatio, quam tacite jam receperat Woverius, cumque eo Scriverius, et Pricæus, recte citans l. ii. p. 25. de Fotide: 'Et simul membra sua leniter' (sic et hic legi potest) 'illubricans, lumbis sensim vibrantibus, spinam mobilem quatiens placide, decenter inundabat:' ubi vide plura, et p. 32. Afranius apud Nonium v. 'fluctuatim,' p. 111. Ed. Merc. 'magnifice volo fluctuatim ire ad illum.' Deminutivo *spinula* usi quoque sunt alii. s. vocis *spinula* perperam adhæsit præcedenti. *Oud.*—7 Al. *admitante*.—8 *Fux, sonororum*. *Oud.*—9 Male divinavit Pricæus *gressibus*. Vide ad p. 746. *Id.*—1 Idem Ms. *non mire*. Colvius. Bert. *convenientibus*. Elmenhorstius. Palat. quoque et Guelf. sec. *non mire*. *Oud.*—2 D'Orv. *et nunc ac*. Pal. Guelf. sec. *citre*. *Id.*—3 *Gestire pupillis*. Vulg. *pupulis*: ut sæpius. Colvius. *G. pupulis*. Alii, *g. pupillis*. Elmenhorstius. Cum Mss. Flor. Pith. Pal. D'Orv. Oxon. Guelf. Edd. ante Colvium, item Scriverii prætuli *pupulis*. Adi me ad l. iii. p. 57. 'Defricit pupulis.' *Oud.*—4 *Fux.*

#### NOTÆ

dios modos invenisse fertur Amphion.

<sup>f</sup> *Fluctuante spinula*] Lectionem hanc Scickerado debemus, quam esse sinceram ostendit cum ablativus absolutus, qui sequitur, 'et sensim annutante capite,' tum sensus evidentia et elegantia: sic enim optime ex-

primitur mollis et infractus Veneris incessus.

<sup>g</sup> *Judicis*] Paradis illius scenici.

<sup>h</sup> *Facta*] Græcum est, 'ante Iudicis conspectum facta,' pro constituta, vel cum pervenisset.

daturam<sup>5</sup> se nuptam Paridi forma præcipuam,<sup>6i</sup> sui que consimilem. Tunc animo volenti Phrygius juvenis, malum, quod tenebat, aureum, velut victoriæ calculum, puellæ tradidit. Quid ergo miramini, vilissima capita,<sup>k</sup> immo forensia pecora,<sup>7</sup> immo vero togati vulturii,<sup>8l</sup> si toti nunc iudices sententias suas pretio nundinantur?<sup>9</sup> cum rerum exordio,<sup>m</sup> inter Deos et homines<sup>t</sup> agitatam iudicium corruerit<sup>2</sup> gratia: et originalem<sup>3</sup> sententiam<sup>n</sup> magni Jovis consiliis electus iudex, rusticanus et opilio, lucro libidinis

*chritudine, et sibi persimilem, si ipsam prætulisset reliquis Deabus. Tunc Phrygius adolescens dedit, libenti animo, virgini malum aureum, quod habebat præ manibus, tanquam suffragium, quo ipsi addicebat victoriam. Quare igitur admiramini, o abjectissimi homines, vel potius pecora forensia, immo vero vultures togati, si omnes Iudices nunc vendunt argento suas sententias? Cum primis temporibus favor corruerit iudicium agitatam inter Deos et homines, et juvenis agrestis ac pastor, assumtus Iudex consiliis supremi Jovis, vendiderit primam omnium senten-*

//////////

nisi brachiorum. Ald. vero *nixu*. Et Beroald. *nisu*. Roaldus. Immo *nixu* legas in Edd. Ber. Junt. pr. Ald. et Colin. uti in Ms. Oxon. In sub Gneif. pr. *Visu* in Edd. Rom. Vic. Bas. sec. Bene *nisu* reposuit Ed. Junt. post. Bas. pr. Colv. &c. *Oud.*—5 Pal. *dituram*. Id.—6 Oxon. *f. præcipua*. Id.—7 Forte, *f. pecua*. Wass. Cur ita voluerit vir doctissimus, non video; nisi quod *pecua* alibi. Vide ad l. II. p. 20. Sed et *pecoris pecori*, *pecoribus* est apud Nostrum. Immo hoc ipsum *pecora* in Apolog. p. 548. Ed. Flor. *Oud.*—8 Coll. Voss. *vulturii*. Id.—9 *Non dignantur*. Fux. *nundinantur*, eleganter; quod vidit interpres. *Roald*. In sola Bas. Ed. see. exprimitur tam vitiose. Vide Salmas. ad jus Att. p. 173. Gron. Obs. l. IV. c. 11. ‘jus nundinari’ Cic. l. I. in Verr. c. 46. Oxon. *nundinantur*. *Oud.*—1 Ibid. *Deum*. Colvius. *Deas* in Oxon. *Deum* Pith. et Edd. Colvio prioribus. Beroaldus coniecit *inter Deos* sive *Deas tres*, et *hominem*, unum *Paridem*. *Loeus* procul dubio est corruptus. Istud enim iudicium non agitatam est *inter Deos et homines*, sed *inter solas Deas*, uti statim ‘inter inclytos Achivorum duces.’ Quomodo vero sanitati sit restituendus, nescire me fateor; nisi quod inciderit conjectura, *inter Deos non homines*, vel simile: vel et *homines* pro glossa inserta habeas. Per ‘rerum exordium’ intelligit tempus obscenum et fabulosum. Vide Floridum. *Oud.*—2 Fux. Reg. *corruptit*. Id.—3 Coniecit Brantius *virgina-*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Forma præcipuam*] Ea fuit Helena Menelai uxor.

<sup>k</sup> *Vilissima capita*] Apostrophe ad causicos, oratoresque forenses.

<sup>l</sup> *Togati vulturii*] A rapacitate.

<sup>m</sup> *Rerum exordio*] Iudicium Paridis rerum exordio fuisse Apuleius dicit, cum tamen ex Chronologorum supputatione Trojanum excidium, quod paucis post illud iudicium an-

nisi contigit, cadat in annum Periodi Julianæ 3530. hoc est, conditi orbis 2800. diluvii Noë 1147. diluvii vero Deucalionici 330. At ideo rerum exordium ad illius iudicii tempora refert; quia, quæ excidium Trojanum præcesserunt, tempora parum nota Ethnicis fuere.

<sup>n</sup> *Originalem sententiam*] Iudicium quod veluti primum celebratum est.

vendiderit, cum totius etiam suæ stirpis<sup>4</sup> exitio? Sic hercules et aliud sequius<sup>5</sup> iudicium,<sup>o</sup> inter inclytos Achivorum duces<sup>6</sup> celebratum: <sup>7</sup> vel cum falsis<sup>8</sup> insimulationibus eruditione doctrinaque præpollens Palamedes<sup>p</sup> proditionis damnatur;<sup>9</sup> vel virtute Martia præpotenti præferatur Ulixes modicus<sup>10</sup> Ajaci maximo. Quale autem et illud iudicium<sup>2</sup> apud legiferos Athenienses,<sup>r</sup> catos illos<sup>3</sup> et omnis scientiæ<sup>4</sup> magistros? Nonne diviniæ prudentiæ<sup>5</sup> [236]

*tiam pretio libidinis, etiam cum clade totius sui generis? Simili modo profecto aliud iudicium posterius redditum est inter claros Imperatores Græcorum: vel quando Palamedes, excellens eruditione et doctrina, condemnatus est falsis accusationibus, quasi proditor: vel cum Ulysses mendicus antepositus est Ajaci maximo præpollenti laude bellica. Cujusmodi autem fuit illud iudicium, quod celebratum est apud Athenienses illos legum latores, et prudentes, et doctores universarum disciplinarum? Nonne senex ille præditus prudentia divina, quem Apollo anteposuit*

~~~~~

lem, improbante Oud.—4 Exulat pronomen a Fux. Oud.—5 Sic, hercules et al. sequens. Ms. s<sub>3</sub> herc. Lipsius scribit, aliud sequius. Colvins. Sequius. Rom. sequens, male. Elmenh. Verum non solum Ed. Rom. sed Edd. O. ante Vulcanii secundam, quin etiam Mss. O. habent sequens; nisi quod forsan in Flor. legatur sequius, ut expresserunt cum Vulcanio Elmenh. ac Scriverius, sive pejus magisque perversum. Quod ego quoque lubens præferrem. Immo ea vox in sequens abiit quoque per nonnullos librarios lib. ix. p. 197. Oud.—6 Palat. Guelf. sec. Archivorum. Scripsisset saltem Argivorum. Oxon. iudices. Id.—7 Pal. celebrantur. Id.—8 Deest cum in Pith. Id.—9 Oxon. damnatui. Id.—1 Vid. Not. Var.—2 Palat. haud male istud. Oud.—3 Recte hic Elmenh. ante catos omisit copulam et, qua carent Mss. Florent. Guelf. Pith. Fux. D'Orv. Pal. Oxon. quamque idcirco in contextu delevi. Legiferos Guelf. sec. caros Guelf. pr. Id.—4 Pith. Omniscientiæ. Id.—5 Al. providentiæ.—

#### NOTÆ

<sup>o</sup> Aliud sequius [sequens] iudicium] Duo iudicia attingit: alterum, quo Palamedes innocens, Ulyssis artibus, tanquam proditor ad mortem damnatus est a Græcis: alterum, quo mortui Achillis arma, Ajace, cui debebantur, contempto, Ulyssi ab iisdem Græcis delata sunt. Vide Ovid. lib. XIII. Metamorphos.

<sup>p</sup> Palamedes] Ovid. lib. XIII. Metam. 'Vellet et infelix Palamedes esse relictus, Viveret, aut certe lectum sine crimine haberet, Quem male convicti nimium memor iste furoris Prodere rem Danaum finxit, fictumque probavit Crimen, et os

tendit, quod jam præfoderat, aurum.'

<sup>q</sup> Ulixes modicus [Ulysses mendicus] Plautus Bacchid. Act. iv. Scen. 9. 'Nam illic item audivi Ulysem, ut ego sum, fuisse et audacem et malum. Dolis ego deprehensus sum: ille mendicans pæne inventus interiit, Dum sibi exquirat fata Iliorum.' Vide Odys. lib. VIII. et XVII.

<sup>r</sup> Apud legiferos Athenienses] Cicero in Oratione pro L. Flacco: 'Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur.'

senex,<sup>4</sup> quem sapientia prætulit cunctis mortalibus Deus Delphicus,<sup>5</sup> fraude et invidia nequissimæ factionis<sup>w</sup> circumventus,<sup>6</sup> velut corruptor adolescentiæ, quam frænis coërcebat,<sup>7</sup> herbæ pestilentis succo noxio peremptus est, relinquens civibus ignominia perpetuæ<sup>8</sup> maculam?<sup>9</sup> cum nunc etiam egregii Philosophi<sup>x</sup> sectam ejus sanctissimam præoptent, et summo beatitudinis studio jurent in ipsius nomen.<sup>y</sup> Sed ne quis indignationis meæ reprehendat<sup>z</sup>

*sapientia omnibus hominibus, oppressus dolo atque invidia scelestissimæ conspirationis, quasi esset corruptor juventutis, quam retinebat frænis, extinctus est venenoso succo herbæ mortiferæ, relinquens suis civibus labem æternæ infamiæ? cum etiamnum præstantes Philosophi eligant præ ceteris ejus sectam sanctissimam, et jurent in ipsius nomen ex maximo desiderio felicitatis. Verum ne aliquis vitupe-*



6 Guelf. pr. *nequissime circ.* Oud.—7 Relativum non comparet in Pal. *Id. Succo.* Sic rursus edidi cum Fux. Guelf. pr. Edd. pp. et Ber. non *succo.* Sopingius et hic volebat *succu.* Id.—8 Guelf. pr. *perpetuam.* Id.—9 Ms. *maculas.* Colvius.—1 Guelf. pr. *et ips. n.* Oud.—2 Fux. Guelf. pr. *reprendat.* Id.

#### NOTE

<sup>s</sup> *Catos illos*] Idem Cicero de Facto: 'Athenis tenne cælum est, ex quo acutiores etiam putantur Attici.'

<sup>4</sup> *Divinæ prudentiæ senex*] Socrates, qui apud populum Atheniensem accusatus et condemnatus, coactus est cicutam bibere. Cujus mortem ipsi postea Athenienses, qui eum damnaverant, tam graviter tulerunt, tantaque ejus facti penitentia eos incessit, ut palæstras ac gymnasia clauderent.

<sup>5</sup> *Quem sapientia prætulit cunctis mortalibus Deus Delphicus*] Respicit ad oraculum, quod Pythia Chæreponti Socratis discipulo se consulenti, Delphis reddidit. Illud autem, teste Laërtio, in Vita Socratis tale erat, 'Ἀνδρῶν ἀπάντων Σωκράτης σοφώτατος. id est, 'Socrates sapientissimus est omnium hominum.'

<sup>w</sup> *Invidiæ nequissimæ factionis*] Hujus factionis conspirationisque, ut refert Plato in Apologia, principes erant Anytus, Lycon, et Melitus, quorum Anytus quidem opificum, ad-

ministratorumque reipublicæ partes tuebatur, Lycon vero oratorum, ac denique Melitus poetarum: quia nimirum eos omnes carpebat Socrates. Accusationem detulit Melytus, quæ erat ejusmodi, referente Laërtio ex Phavorini Metroo: 'Ἄδικεῖ Σωκράτης, οὗς μὲν ἡ πόλις νομίζει Θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ κατὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος' ἄδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων. τίμημα θάνατος. Id est, 'jus violat Socrates non existimans eos esse Deos, quos civitas tales judicat, sed alia nova dæmonia introducens: jus etiam violat juvenes corrumpendo: pœna illi sit mors.'

<sup>x</sup> *Egregii Philosophi*] Inter illos, qui successerunt Socrati, et appellantur Socratici, nobilissimi sunt Plato, Xenophon, et Antisthenes, teste eodem Laërtio.

<sup>y</sup> *Jurent in ipsius nomen*] Id est, ejus placitis firmissime inhæreant, studio nempe beatitudinis, quam confidunt, ejus præcepta sectando, se consecuturos.

impetum, secum sic reputans: <sup>3</sup> Ecce nunc patiemur philosophantem <sup>4</sup> nobis asinum? rursus, <sup>5</sup> unde discessi, <sup>6</sup> revertar ad fabulam. Postquam finitum est illud <sup>7</sup> Paridis iudicium, Juno quidem cum Minerva tristes, et iratis <sup>8</sup> similes e scena redeunt, <sup>9</sup> indignationem <sup>1</sup> repulsæ gestibus professæ: Venus vero <sup>2</sup> gaudens et hilaris, lætitiâ suam <sup>3</sup> saltando, toto cum choro, <sup>4</sup> professa est. Tunc de summo montis cacumine, per quandam latentem fistulam, <sup>5</sup> in excelsum prorumpit <sup>6</sup> vino crocus diluta: <sup>7</sup> <sup>2</sup> sparsimque de-

*ret hunc impetum meæ indignationis, sic apud se cogitans: An nunc tolerabimus asinum nobis philosophantem? revertar iterum ad narrationem meam, ex qua digressus sum. Postquam illud iudicium Paridis peractum fuit, Juno quidem et Pallas discedunt ex theatro mæstæ et indignabundæ, ostendentes suis gestibus iram, quam conceperant ex illa repulsa: at Venus læta et hilaris ostendit gaudium suum saltando cum toto choro. Tunc vinum mixtum croco salit in altum ex supremo vertice montis, per quandam tubum occultum: et decidens in guttas aspergit pluvia*

—3 Al. *crepitans*. Vid. Not. Var.—4 D'Orvill. *philosopharent*. Oud.—5 Oxon. *rursum*. Id.—6 Guelf. pr. *decessi*. Id.—7 Palat. *istud*. Id.—8 Pith. *irati*. Id.—9 Vulg. *scena redeunt*. Colvius. Oxon. *cedunt*. Forte simpl. *scena cedunt*. Wassius. In mea coll. est *recedunt*. Nihil muto. Lucius adhuc stabat extra portam caveæ. p. 232. *E deest* Pith. Bert. et Edd. ante Colvium. Oud.—1 Oxon. *indignatione*. Id.—2 Fux. *V. ergo*. Roaldus.—3 *Tò suam deest* Vulg. *Colv.* Item Bertin. Pith. neque est necessarium. Oud.—4 Palat. *animi ch.* Id.—5 Ms. *fristillam*. Seneca Epistola xc. 'Qui invenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat.' *Colv.* D'Orv. *latentem*. Pal. Guelf. sec. *fristillam*. Ridicule. Vide Commentarios ad Lucan. l. ix. 808. 'totis se effundere signis Corycii pressura croci:' ubi est qui *virgis*, alter *lignis*, aut *sinis* legat. Oud.—6 Vitiose Edd. Wow. Pric. *in excelsam*. Oxon. Fux. Guelf. pr. *in excelso prorupit*. Id.—7 *Unda croco diluta*. Fux. *vino crocus diluta*. Quam agnoscit Beroaldus, licet non probet. Sed eam sane bene constituit ingeniosissimus Lipsius. *Rould.* *Vino crocus d.* Sic scribo cum amicissimo Lipsio. Vetus impressus, *imo croco: scriptus, iuno crocus*. Beroaldus correxerat *unda croco diluta*. Colv. Vid. Not. Var.

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Vino crocus diluta*] Mos fuit in theatris et spectaculis crocum, dulci vino aut aqua dilutum, per siphones miro artificio exprimere, et scenam pretioso illo imbre conspergere, totum vero theatrum jucundissimo odore perfundere. Plin. lib. xxi. cap. 6. de croco ait: 'Sed vino mire congruit præcipue dulci, tritum ad theatra replenda.' Ejusmodi crocens imber 'sparsio' proprie dicebatur.

Propert. lib. iv. Eleg. 1. 'Pulpita solennes non oluere crocos.' Ad quem versum videnda sunt, quæ dicit Scaliger in commentariis suis ad Propertium. Ex Cilicia maxime crocum Romam adveli solitam testantur vel hæc loca duo: alter Lucretii lib. ii. 'Et cum scena croco Cilici perfusa recens est.' Alter Martialis, de Spectaculis, Epig. iii. 'Et Cilices nimbis hic maduere suis.'



fluens, pascentis circa capellas<sup>8</sup> odoro perpluit imbre;<sup>9</sup> donec in meliorem maculatæ<sup>1</sup> speciem, canitiem propriam luteo colore mutarent. Jamque tota suave fragrante<sup>2</sup> cavea, montem illum ligneum terræ vorago decepit.<sup>3</sup><sup>a</sup> Ecce quidam miles per mediam plateam dirigit cursum,<sup>4</sup> petiturus populo jam postulante<sup>4</sup> illam de publico carcere mulierem, quam dixi, propter multiforme scelus bestiis esse damnatam, meisque præclaris nuptiis destinatam. Et jam,<sup>5</sup> torus

*suave olenti capras circum pascentes, donec, tinctæ in pulchriorem formam, mutarent suam albedinem in colorem croceum. Cumque jam totum theatrum exhalaret jucundum odorem, hiatus terræ absorpsit illum montem ligneum. Tunc quidam miles currit per mediam plateam, ut accerseret ex publica custodia illam fæminam, quam dixi addictam fuisse bestiis sententia præsidis, ob plurima flagitia; quia populus jam posebat eam.* \* \* \* \*



—8 *Pascentis circa e.* Edd. Elmenhorstio priores et Pric. *pascentis* cum aliquot Mss. veteri more. *Circa* male deest Edd. Vulc. pr. Wow. Pric. Adverbialiter ponitur, ut passim. *Oud.*—9 Pal. Oxon. Guelf. sec. *odore.* Perperam rursus Edd. Vulc. pr. Wow. Pric. præcedente jam τῶν *defluens*, et contra Mss. O. exhibuere *perfluit*. Crebro ‘pluere’ cum compositis active sumi docuerunt aliquoties viri docti. Propert. l. II. 16. 3. ‘lacrymas depluit:’ ubi vide Passerat. et Bronkhuis. Ac de confusione ‘pluo’ et ‘fluo’ vide quos collegit Heyn. ad Tib. 1. 10. f. ‘perpluat et pomis:’ ubi etiam Mss. 6. a me visi *perfluat* vel *profluat*; et certe *sinui* ibi melius convenit τὸ *fluere*, quam *pluere*. Id.—1 Scil. capellæ. Vitiose in iisdem Edd. *maculata*. Pro *lutco* in Pal. Guelf. *lucteo*. Id.—2 Flor. et Rom. *fragrante*, male. *Elmenh.* Necnon Edd. Vic. Junt. Ald. ex perpetua confusione. *Oud.*—3 *Montem terræ vorago decepit*. Fux. *decepit*, et Aldus. Roald. *Decepit*. Sic Ms. Ven. Ald. Alii, *decepit*. Nobiscum sentit hic Lips. Colv. *Decipit*. alii, *decepit*. Elmenhorstius. Forte *decipit* vel *depressit* vel *deperdit*, vel *caperit*. Nihil tamen horum affirmo. Videriut, quibus abunde et ingenii et otii et verborum est. *Brant*. In mea Oxon. Cod. Coll. non est *recepit*; sed consonat ceteris Mss. et Edd. Vett. item Junt. ac Groslotius notavit in V. C. Giselini optime legi, *decepit*, atque a Lipsio conjici *recepit*. Furto ac citissime abstulit et depressit montem. *Oud.*—4 Sic melius Lips. D’Orv. Pith. et Edd. ante Colvium, quam *jam pop.* in Ed. Bas. pr. p. j. *populante*. Id.—

#### NOTÆ

Id est, crocea sparsione, quam nimum eleganter vocat. Beroaldus legebat hic *unda croco diluta*, quæ lectio ferri potest. Sic enim Seneca lib. II. Natural. Quæst. c. 9. ‘Aqua autem siue spiritu quemadmodum posset intendi? Numquid dubitas quin sparsio illa, quæ ex fundamentis mediæ arenæ crescens, in summam altitudinem amphitheatri pervenit, cum intensione aquæ fiat?’ Glossæ: ‘spar-

sio, κρόκος ὁ βαίνόμενος.’ Vide Lips. De Amphith.

<sup>a</sup> *Decepit*] Absorpsit, Ms. Oxon. teste Pricæo, habet *recepit*, melius, meo quidem iudicio. Male Beroaldina editio, et quædam aliæ *decepit*. Laus est machinatoris, qui montem illum ligneum tali artificio disposuerat, ut, peracta fabula, veluti repentino terræ hiatus absorberetur.

genialis scilicet noster<sup>6</sup> futurus,<sup>7</sup> accuratissime disternebatur<sup>8</sup> lectus, Indica testudine perlucidus,<sup>9</sup> plumea congerie tumidus,<sup>1</sup> veste serica floridus. At ego, præter pudorem obeundi publice<sup>2</sup> concubitus, præter contagium scelestæ<sup>3</sup> [237] pollutæque foeminae, metu etiam mortis cruciabar maxime,<sup>4</sup> sic ipse mecum<sup>5</sup> reputans: Quod, in amplexu Venero scilicet nobis cohærentibus,<sup>6</sup> quæcumque ad exitium mulieris bestia fuisset inmissa, non adeo vel prudentia solers, vel artificio docta, vel abstinencia frugi, posset provenire: <sup>7</sup> ut adjacentem lateri meo laceraret mulierem; mihi vero, quasi indemnato<sup>8</sup> et innoxio, parceret. Ergo<sup>9</sup> igitur non de pudore<sup>1</sup> jam, sed de salute ipsa sollicitus, dum magister meus lectulo probe coaptando districtus<sup>2</sup> inservit; tota familia<sup>3</sup> partim ministerio vena-

*Ego vero maxime torquebar quoque timore mortis, sic apud me cogitans: Quod \* \* quæcumque fera inmissa fuisset ad necem mulieris, non futura esset ita prudens ac solers, aut ita erudita arte, aut tam frugalis, ac temperans, ut dilaniaret mulierem positam juxta me, mihi autem ignosceret ut innocenti et indemnato. Igitur ego tunc anxius non de verecundia mea, sed de ipsa vita, dum dabatur mihi libertas exequendi quæ cogitaveram, hero meo incumbente toro apte sternendo, servis omni-*

~~~~~

5 Vulg. et, τῆ jam omisso. Colv. Omittunt etiam Bert. Pith. Fux. D'Orv. Oud.—6 Guelf. pr. *noster scil.* Id.—7 D'Orv. *refuturus.* Id.—8 *Desternebatur.* Sic Ms. Cod. Vulg. *discernebatur.* Malim, *disternebatur*, ut supra lib. II. 'Humi quam procul distratum fuerat.' Colv. *Disternebatur.* Bert. *discerrebatur*: male. Vide Notas ad Arnob. lib. II. f. 63. *Elmenh.* Pith. *diffetebatur*, D'Orv. Guelf. pr. cum Edd. Vett. *discern.* Palat. Guelf. sec. cum Edd. Colv. Vulc. Wow. Pric. *destern.* In ceteris Codd. et Edd. ut debet, *disterneb.* Vide ad l. II. p. 30. Oud.—9 Pal. Oxon. a m. pr. *perlucida.* Ambo Guelf. *perlucide.* Id.—1 Palat. *tumide*, Guelf. pr. *tumidus*, sec. *tumidis.* Id.—2 Al. *publico.*—3 Bertin. *scelerosæ.*—4 Bert. *præ maxime.* Lege, *permaxime.* Elmenhorstius. Scriv. *permaximè* edidit. De quo ad Falsterum Supplem. L. Lat. Ita 'perdin' in Florid. N. 9. valet 'valde diu.' ubi Brantius et Pricæus p. 599. male legunt *perdius.* Præco enim, de quo illic agitur, non perstat per totum diem. Nullus addicit codex. Sed Pith. Fux. D'Orv. Guelf. ordinem invertunt *maxime cruc.* Vox *mortis* exulatur ab Edd. Junt. Ald. Oud.—5 Male deest Fux. Vide supra. Id.—6 *Coëuntibus.* Vulgo, *cohærentibus.* Colvius. *Cohærentibus.* Vulgo, *coëuntibus.* Elmenhorstius. Bene vestustiorum Colvio Editionum lectionem revocavit Elmenhorstius, confirmatam Mss. ceteris, excepto Palat. et Guelf. sec. In Pith. est *cbentibus.* Adi Pricæum, et nos ad l. I. p. 6. 'ab unico connexu.' In D'Orv. *Venerio.* Oud.—7 *Vel artificio, &c. provenire.* Desunt hæc omnia Ms. codici. Colv. Item a Pal. et Oxon. ac Guelf. utroque. Pro *frugi* in D'Orv. *frigidi.* Oud.—8 D'Orv. *indamnato.* de quo alibi. Id.—9 Male Casaub. *ego.* Vide Pric. et me ad l. I. p. 4. Id.—1 Exulatur de a Pith. Id.—2 Ms. (Ürs.) *districtus.* Scioppius in Symb. D'Orv. *discretus*, Edd. Junt. Ald. *destrictus.* Sed in specie Beroaldum, et me ad l. IX. p. 188. 'lanificio districtam.' Deest hoc participium Fuxensi. Oud.—3 Mss. Florent. Pith. Bert. Fux. D'Orv.

tionis occupata, partim voluptario spectaculo attonita,<sup>4</sup> meis<sup>5</sup> cogitationibus liberum tribuebatur arbitrium. Nec magnopere<sup>6</sup> quisquam custodiendum tam mansuetum putabat asinum. Paulatim fugitivum pedem proferens, porta, quæ proxima est, potitus,<sup>7</sup> jam cursu me celerrimo proripio: sexque totis passuum<sup>8</sup> millibus perniciter<sup>9</sup> confectis, Cenchreas<sup>1</sup> b pervado: quod oppidum audit quidem<sup>c</sup> nobilissimæ coloniæ<sup>2</sup> Corinthiensium, alluitur autem Æ-

*bus partim districtis ministerio venationis, partim intentis jucundo spectaculo: neque ullus credebatur tam mitem asinum esse valde custodiendum. Paulatim me subducens occulta fuga, cum pervenissem ad portam proximam, jam aufugio cursu citatissimo: cumque velociter emensus fuisset sex solida millia passuum, pervenio Cenchreas: quæ quidem urbs dicitur esse nobilissima colonia Corinthiorum: adjacet*

Oxon. Palat. item Edd. ante Colv. uti et Elmenhorstii ac Scriv. præbent, et tota. Colvius scilicet delevit; quia putavit easum esse Ablativum, nec vidit tribuebatur potius mutandum fuisse in tribuebat; ut recte ascripsit suo exemplari Salmas. et patet fere e sequenti 'putabat.' Nil not. e Gnelf. Id. —4 Spectaculo attonita. Vulg. attonita, excepto Ald. Colv. Alii, attonita. Elmenhorstius. In meo Ald. Ed. exemplo, ut in ceteris Edd. Vett. est adtonita, confirmaturque a Mss. Pith. Fux. D'Orv. Pal. Oxon. Gnelf. pr. Coll. Voss. ac bene revocari jussit Pricæus; ut feci. Eum consule, et notata ad l. iv. p. 79. 'Huic me operi adtonitum,' i. e. unice attentum, et quasi ad cetera stupidum. Oud.—5 Pith. nostris. Id.—6 Oxon. Gnelf. pr. magno opere. Vide ad l. ii. p. 32. Id.—7 Al. petitus.—8 Gnelf. pr. passum. Oud.—9 Palat. Gnelf. sec. perniciem. Id.—1 Idem vet. Erycheas. Ald. Cenchreas. Basil. Cenchras. Adi Beroaldum. Colv. Flor. Cenchreas, male. Est portus Corinthi. Lactantius ad iv. Thebaidos Statii. Pausanias lib. ii. f. 86. et 88. Fit et ejus mentio Actor. xviii. vs. 18. Rom. xvi. vs. 1. Elmenh. Ineptè quoque D'Orv. et Edd. Junt. Conchreas, Gnelf. pr. conchurcas. Vide ad Liv. l. xxviii. 8. xxxii. 17. 'Cenchreas, Corinthiorum emporium petierunt.' Hic vero Ægyptiorum numina, de quibus lib. seq. culta fuisse, ex Pausania constat. Vide Ampl. Cnper. in Harpocr. p. 130. Oud.—2 Quod oppidum advenit. Fux. quod oppidum est. Roaldus. Adeunt q. nobilissimæ coloniæ. Loquendi genus rarum: adeunt pro accolunt. Bertin. audit. Wowerius. Audit q. nobilissima colonia. Ita rectissime ex Bertin. correxi. Audit, id est, celebratur, dicitur, cluit. Sciopp. in Symb. et Susp. ii. 16. Adeunt. Flor. 2. Pal. Ald. et Bert. audit q. recte. Vide Indicem. Elmenh. Q. o. est legas quoque in Oxon. D'Orv. Gnelf. Reg. Petr. Coll. Voss. et marg. Flor. e glossa pro audit: quod servatur item a Pitheæano: ut edidere jam Elmenh. Scriv. Flor.

## NOTE

b Cenchreas] Cenchreæ portus est Corinthiorum, ad sinum Saronicum, sicut et Lecheæ alter portus ad sinum Crissæum sive Corinthiacum, qui portus Isthmum hinc atque illinc claudunt.

c Quod oppidum audit quidem, &c.] Ita plane legendum est, ex fide Ms.

Codd. Florr. 2. Pal. Ald. et Bert. referente Elmenhorstio, non autem advenit, ut vulgatæ pleræque editiones Beroald. Est autem hic 'audire' idem quod 'esse,' aut 'dici esse.' Scrivieriana editio habet sensu adhuc apertiore: quod oppidum audit quidem nobilissima Colonia Corinthiensium.

gæo et Saronico<sup>3</sup> mari.<sup>d</sup> Ubi portus etiam,<sup>4</sup> tutissimum navium receptaculum,<sup>5</sup> magno frequentatur populo. Vitatis ergo turbulis,<sup>6</sup> et electo<sup>7</sup> secreto littore,<sup>8</sup> prope ipsas fluctuum aspergines, in quodam mollissimo arenæ gremio<sup>9</sup> lassum corpus<sup>1</sup> porrectus<sup>2</sup> refoveo. Nam et ultimam dici metam curriculum Solis deflexerat: et vespertinæ me quieti traditum dulcis somnus oppressit.<sup>3</sup>

*vero mari Ægæo et Saronico: ubi etiam portus est, tutissimum receptaculum navium, et celebratur magna populi frequentia. Fugiens ergo cætus hominum, eligo littus solitarium prope ipsas eluviones fluctuum, et refugio corpus fessum, recubans in mollissimo strato arenæ: currus enim Solis declinaverat ad extremum terminum dici: et cum me dedissem quieti vespertinæ, gratus sopor me corripuerat.*

atque ita aliquoties Noster adhibuit verbum illud. Vide ad l. II. p. 26. 'Ornata possit audire.' A Palat. exulat. *Audient* Edd. Ber. Bas. pr. *adrenit* Ed. Bas. sec. In ceteris *adeunt*. Sed insuper Scioppius in Susp. ait, in Bertin. esse *nobilissima colonia*; et sic margini allevit Salm. expressitque Scriverius. Verum cum ceteri codices retineant Genitivum, nihil hic temere muto. 'Cenchreæ audit oppidum coloniæ.' i. e. censetur esse oppidum colonorum Corinthiensium. *Oud.*—3 Oxon. Guelf. pr. *alluditur*. Palat. at ego at S. Guelf. sec. at Sar. Id. Pal. et Rom. *Sardonico*; male. Vide Beeroaldum. *Elmenh. Sardonico* Ed. Vic. *Scionico* Par. *Oud.*—4 Haud male Pricæo præplacuit *ibi*; ut alibi. *Etiam* deest Pithæano. *Id.*—5 Ms. Cod. *tutissimus*. Colvius. Ms. *munitissimum*. Sciopp. in Symbola. Alii, *munitissimum*. Elmenhorstius. *Cunctissimus* Guelf. pr. *tutissimus* etiam D'Orv. Fux. Palat. Oxon. ut referas ad 'portus.' Ursiniani Cod. lectionem firmes ex Hirtii B. Afric. c. 9. 'Oppida ad classium receptacula munire.' Sic enim legendum. Hic vero nihil muta. Confer Pricæum. *Oud.*—6 Reg. *igitur*. Pith. *turbillis*, Palat. Guelf. Oxon. a m. pr. *tribulis*. Vide ad l. III. p. 62. *Id.*—7 Guelf. pr. *elemento*. *Id.*—8 Pith. *seculo l. frustra*. *Id.*—9 Bert. *mobilissimo*. Elmenhorstius. Sic et Pal. Guelf. sec. Perperam. *Oud.*—1 D'Orv. Guelf. pr. *lapsus*: et mox *foreo*; quod et habet Pith. *Id.*—2 Par. Pith. Guelf. pr. *porrectum*. Malim vero, si Mss. addicerent, *projectus*. Vide tamen ad l. v. p. 101. 'Jamque in lecto porrectus.' *Id.*—3 *Me quieti traditum somnus obpreerat*. Vulg. *oppressit*. Ms. *oppresserat*. Al. *obrepserat*. Colvius. *Oppressit*. Vulgo, *oppresserat*. Elmenhorstius. *Me* exulat a Fux. Dein Coll. Voss. *obrepserat*. Somno proprium esse obrepere, vide ad l. II. p. 35. Sed Auctor voluit significare, se protinus simulac se in molli arena deposuerat, somno captum victumque fuisse. Passim autem somnus aliquem ejusque oculos premere dicitur a poetis. Ac præsertim opprimere dicitur celerime invadens. Consule Comm. ad l. IV. p. 79. 'Huic me operi attonitum clara lux oppressit.' L. XI. p. 236. 'Rursus animum sopor circumfusis oppressit.' Ceterum in solo Bertin. et Edd. ante Colv. est *oppressit*, quod revocaverunt Elmenh. et Scriverius, et ego quoque malim. Relictumne est ab Auctore, *oppressit*. At circa, &c. *Oud.*

## NOTE

<sup>d</sup> Ægæo et Saronico mari] Nisi, sub nomine Ægæi maris, ipsum quoque Saronicum sinum comprehendas, qui revera ipsius est quasi quædam πα-

ρέγχυσis, seu effusio; non potest dici Cenchreas allui Ægæo mari. Hoc enim oppidum in extremo sinu Saronico situm est.

## APULEII MADAURENSIS

# METAMORPHOSEON

### LIBER XI.

---

---

[238] CIRCA primam <sup>1</sup> ferme noctis vigiliam expectatus pavore subito, video præmicantis <sup>2</sup> Lunæ candore nimio completum orbem, commodum marinis emergentem fluctibus. Nactusque opacæ noctis silentiosa secreta, certus etiam <sup>3</sup> summam Deam <sup>4a</sup> præcipua majestate pollere, resque prorsus humanas ipsius regi providentia : <sup>5</sup> nec tantum pecuina <sup>b</sup> et ferina, verum inanima etiam divino <sup>6</sup> ejus

*Expergefactus repentino metu circiter primam vigiliam noctis, conspicio plenum discum Lunæ splendentis miro fulgore, exeuntem tunc ex undis maris. Oblataque tacita solitudine noctis umbrosæ, cum etiam scirem illam primariam Deam vulere numine præcellenti, et res humanas omnino gubernari ejus providentia; neque solum pecora et feras corroborari divina potentia lucis, et divinitatis ejus, sed etiam*

//////////

1 Circa primam. Ab his verbis incipit liber x. in Ms. Fux. *Roald.* Et Regio. *Oud.*—2 Fux. *primic.* Guelf. pr. *præmicante.* Id.—3 Guelf. pr. *in.* Id.—4 Ms. lib. *summatam D.* Colvius. Pal. et Flor. *summatam D.* Elmenhorstius. Sic quoque Pith. Fux. Oxon. Guelf. pr. *prave.* Vide Ind. Flor. et Elmenh. l. iv. p. 79. ‘*summatem ejus regionis puellam.*’ *Oud.*—5 Idem, *humana.* Colvius. Cum Palat. et Guelf. sec. Dein *ipsi* Pith. *ipsam* Fux. cum D’Orv. *regis* Ed. Junt. pr. *rei.* Tandem Palat. *prudencia.* Vide ad l. x. p. 235. *Oud.*—6 Bert. *inanima et divina.* Elmenhorstius. D’Orv. *etiam inanima.* Edd.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Summatem Deam*] Lunam, quæ et Hecate et Isis est, atque (ut patet ex iis quæ infra dicit Noster) omnia femina numina continet, quemad-

modum Osiris omnia masculina. Unde eam summam Deam vocat.

<sup>b</sup> *Pecuina*] Ab antiquo, pecu.

luminis numinisque<sup>7</sup> nutu vegetari: ipsa etiam corpora terra,<sup>8</sup> cœlo, marique, nunc incrementis consequenter<sup>9</sup> augeri; nunc decrementis<sup>c</sup> obsequenter imminui,<sup>1</sup> Fato scilicet jam meis<sup>2</sup> tot tantisque cladibus satiatio, et spem salutis,<sup>3</sup> licet tardam, subministrante, augustum specimen Deæ præsentis<sup>4</sup> statui deprecari. Confestimque discussa pigra quiete, alacer exsurgo: meque protinus, purificandi studio, marino lavacro trado:<sup>d</sup> septiesque<sup>5</sup> submerso fluc-

*res inanimatas: ipsa quoque corpora quæ sunt in terra, in cœlo, et in mari, modo crescere, ipsa crescente; modo decrescere, ipsa decrescente, ei obsequendo: de-  
crevi orare venerandam faciem Deæ præsentis, Fortuna nempe jam satiata tot ac  
tantis meis calamitatibus, et offerente spem salutis, quamvis seram. Excussoque  
statim sopore inerti, surgo promptus: et confestim eo me ablutum aqua maris, cu-  
piens me purgare: et capite immerso aquæ septies, quia divinus ille Pythagoras*

//////////

Vic. Ven. *jam jam et. Oud.*—7 A Vulcanii Ed. p. abest numinisque. Male. Vide ad p. 341. *Id.*—8 D'Orv. *corpus.* Oxon. Guelf. pr. *terreu.* *Id.*—9 Oxon. *consequenter.* *Id.*—1 Idem, *decrementis.* Colvins. Bert. et Flor. *decrementis.* Elmenhorstius. Vide Firmicium. *Idem in Add. Absequenter.* Flor. et Pal. *obsequenter.* *Id.* Nec aliter ceteri Mss. et omnes Edd. ut debent, præter Ed. Vulc. sec. operarum errore. Res obsequuntur et obediunt auctui vel decremento Lunæ. *Obsequanter* Oxon. *Oud.*—2 Alii libri legunt insuper, *jam meis, &c.* Sciopp. in Symb. Intelligit Ms. Ursini. *tam Pith.* In Ed. Floridi etiam, male. *Oud.*—3 Rom. *speciem s.* Elmenhorstius. Sic et Vicent. Ven. vel *specie.* Sed vere emendavit Beroaldus. Perpetua harum vocum confusio. Vide ad l. III. p. 74. *Oud.*—4 *Speciem d. præsentis.* Guelf. sec. *crimen.* Palat. *sæpecrinam.* Oxon. Guelf. pr. *præsentis.* *Id.*—5 Abest que

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Nunc incrementis consequenter augeri; nunc decrementis, &c.*] Plin. lib. II. Natural. Hist. cap. 41. 'Jam quidem Lunari potestate ostrearum, conchyliorumque, et concharum omnium corpora, augeri ac rursus minui, quin et soricum fibras respondere numero Lunæ exquisivere diligentiores,' &c. Manilius Astron. lib. II. ' Sic, submersa fretis, concharum et carcere clausa Ad Lunæ motum variant animalia corpus.' Medullas quoque animalium in ossibus augeri minui ad incrementa et decremента Lunæ, sicut et humorem in arboribus, a Veteribus proditum est, atque hac etiam nostra ætate vulgo creditur: observanturque ea de causa a rusticis Lunæ tempora tum in serendis oleribus,

tum in putandis, inserendis, et inoculandis arboribus, ceterisque id genus agricolationis muniis obeundis. Quamquam permulti, rerum naturæ studiosi, multis accuratisque experimentis deprehenderint ejusmodi incrementa ac decremента ostrearum medullarumque absque ullis certis legibus, modo crescente, modo decrescente Luna fieri: jamque apud omnes fere doctos constat illos effectus aliosque innumeros, qui Lunæ tribuebantur, in alias singulares causas esse refundendos: Lunaresque illæ observationes in serendis seminibus, putandisque arboribus, ut vanæ et inutilis ab iis repudiantur.

<sup>d</sup> *Meque protinus purificandi studio, marino lavacro trado*] In more fuit

tibus capite,<sup>e</sup> quod eum<sup>6</sup> numerum præcipue religionibus aptissimum<sup>7f</sup> divinus ille Pythagoras<sup>g</sup> prodidit, lætus et memoria tradidit illum præsertim numerum convenientissimum esse religioni,

~~~~~  
 ab Editionibus Ber. Bas. pr. *Id.*—6 Guelf. sec. *quid cum. Id.*—7 *Religionis aptissimum.* Fux. *religionibus.* Roaldus. *Religioni apt.* Ms. *regionibus aptissimum.* Et post: *divinitus ille Pyth.* Colvius. Flor. et Bert. *religionibus.* Pal. *divinitus.* Elmenhorstius. In Editionibus Bas. sec. Colv. Vulc. sec. *religionis.* Bas. pr. Vulc. pr. Wow. Pric. *religionis.* Sed Mss. O. et Edd. reliquæ dant *religionibus.* Quod operarum errore male depravatam est. Amant sexcenties Antiqui eam vocem in plurali efferre. Cic. v. Verr. 13. 'divinæ et humanæ religiones.' Suet. Cæs. c. 86. 'Quæ religiones monerent.' Drak. ad Liv. l. v. 55. 'Quæ ad religiones pertinebat.' Nostro in Apol. p. 446. Ed. Flor. 'leges cærimoniarum, fas sacrorum, jus religionum.' Et sæpe. *Artissimum* Guelf. pr. Mox Pith. *diutius,* Guelf. pr.

## NOTÆ

apud populos fere omnes ejusvis religionis, ut, antequam sacris darent operam, aut templa ingrederentur, aqua se abluerent purgarentque. Liber Leviticus et traditiones Judæorum innumerabiles habent ejusmodi baptismos. De Ægyptiis idem refert Herodotus in Euterpe. Romanos idem fecisse ostendat vel hic locus Persii Satyr. 11. 'Hæc sancte ut poseas, Tyberino in gurgite mergis Mane caput bis terque, et noctem flumine purgas.' Mahumetani quoque nunc, Indi, aliæque barbaræ nationes ablutionibus se purificant, priusquam sacris suis vacent. Quin et Christianos quoque, antequam templum ingrederentur, aquam manibus lavandis sumsisse Tertull. in Apologetico, aliique Patres docent; quem morem etiam nunc aliquatenus servamus, dum, templa ingredientes, digitum aquæ lustrali intingimus, frontique allinimus. Purificationibus illis aquam de flumine vivo hauriebant, aut de mari. Aquæ enim marinæ maximam ad purgandum inesse vim, ob salsam et igneam portionem, crediderunt. Unde fluxit hæc paræmia: Θάλασσα κλύζει πάντα τὰνθρώπων κακὰ, 'Mare universa proliuit hominum mala.'

<sup>e</sup> *Septiesque submerso fluctibus ca-Delph. et Var. Clus.*

*pite*] Sic lib. 4. Regum qui Hebræis secundus est Melachim cap. v. Eliæus Propheta Naamani Syro leproso per nuntium dicit: 'Vade, et lavabis te septem vicibus in Jordane.' Persius loco supra citato 'ter' tantum habet, sicut et Juvenalis: 'Ter matutino Tiberi mergetur, et ipsis Vorticibus timidum caput abluet.'

[*Religionibus aptissimum*] Sic legendum est ex Codd. Flor. et Berth. non autem *religionis*, ut habent vulgatæ editiones. Septenarii dotes et mysteria fusc recenset Macrobius lib. 11. in somnium Scipionis, toto capite 5. et, ut ex multis aliquid huc afferam, hunc numerum ait naturæ hominis in primis convenire: constare enim ex ternario et quaternario; quorum hic ad corpus pertinet, utpote constans quatuor elementis; ille vero ad animam tribus suis partibus absolutam: quarum prima est ratio, quam λογιστικὸν appellant: secunda animositas (philosophi nostri appetitum irascibilem dicerent) quam θυμικὸν vocant: tertia cupiditas (appetitus concupiscibilis) quæ ἐπιθυμητικὸν nuncupatur. Sed et Pythagoreos ait quaternarium, quem τετρακτὸν vocant, ad animæ quoque perfectionem pertinere putasse, eumque inter arcana fuisse veneratos, ita ut ex eo et iurjurandi

alacer, Deam præpotentem lacrymoso vultu <sup>s b</sup> sic apprecabar: 'REGINA cœli, sive tu Ceres, alma<sup>i</sup> frugum [239] parens originalis, quæ repertu<sup>9</sup> lætata filiæ, vetustæ<sup>1</sup> glandis ferino remoto pabulo,<sup>k</sup> miti commonstrato cibo,<sup>l</sup> nunc Eleusiniam glebam<sup>2</sup> percolis: <sup>m</sup> seu tu cœlestis Ve-

*hilaris et impiger sic orabam Deam potentissimam facie lacrymis madente: Regina cœli, sive tu sis alma Ceres, primordialis parens frugum, quæ, exhilarata inventionem tuæ filiæ, sustulisti belluinum cibum priscae glandis, et ostendisti alimentum mitius, et nunc habitas agros Eleusinos: sive tu sis Venus cœlestis, quæ*

//////////

*divinitus. Oud.—8 Pith. letam p. Pal. Oxon. Guelf. ambo, alacrisimo v. Id.—9 Pal. Guelf. sec. reperta. Id.—1 Al. vesculæ: sed vid. Not. Var.—2 Vulg. Eleusinam. Colvius. Eleusina. Ald. Eleusiniam. Elmenhorstius. Quid velit sibi istud Eleusinea, nescio. In Mss. plurimis, Edd. primis, Colv. &c. Eleusiniam. Paræan. elemissiman. Guelf. pr. a m. s. Eleusiam. Sed Ms. D'Orv. a m. pr. Eleusinis, a ni. sec. Eleusinam, cum Edd. Ber. Junt. Ald.*

#### NOTÆ

religionem sibi fecerint: Οὐ γὰρ τὸν ἀμετέρα ψυχῆ παραδόντα τετρακτὺν, 'non, per eum, qui dat animæ nostræ quaternarium numerum.' Hoc est, per Deum, qui dat animæ nostræ suas quatuor perfectiones, puta fortasse intellectum, voluntatem, memoriam, et imaginationem. Sed de septenario satis. Plura vide apud eundem Macrob.

<sup>s</sup> *Divinus ille Pythagoras*] Cui ideo impositum Pythagoræ nomen Diogenes Laërtius in ejus Vita ex Aristippo Cyrenæo refert, quod veritatem perinde ac Pythius ipse loqueretur: ὅτι τὴν ἀλήθειαν ἠγόρευεν οὐχ ἤπτονον τοῦ Πυθίου. Unde merito eum Noster divinum appellat.

<sup>b</sup> *Lætus et alacer, Deam præpotentem lacrymoso vultu, &c.*] Mirum sane mihi videtur, quod, quamvis lætus esset et alacer, lacrymoso tamen vultu Deam precaretur. Quid enim lætitiæ et alacritati cum lacrymis? fortasse, lætitiæ suam corde premens, faciem componebat ad fletum, quo facilius Deam sibi propitiaret. Notum supplicis orationem lacrymæ quantum adjuvent, et quam usitatum

apud Veteres, Deos humano more credere externis signis capi, nec pervadere intima cœrdium.

<sup>1</sup> *Sive tu Ceres, alma*] Observandum (quod jam monuimus, cum de Dea Syria ageremus) secundum abstrusioris Veterum theologiæ peritos, non esse nisi unum Deum et unam Deam, quæ pro ratione officiorum diversorum diversis nominibus appellatur. Hinc est quod eundem Solem, eundem Liberum, eundem Apollinem, Osirim et Serapin vocant. Item Lunam eandem Cere rem appellant, eandem Dianam, eandem Junonem, eandem Proserpinam, Isidem, &c. Virgil. lib. 1. Georgic. 'Vos, o clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum, Liber et alma Ceres.' Vide Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 18.

<sup>k</sup> *Vetustæ glandis ferino remoto pabulo, &c.*] Virgil. eodem loco: 'Vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista,' &c.

<sup>l</sup> *Miti commonstrato cibo*] Frumento.

<sup>m</sup> *Eleusiniam glebam percolis*] Solum Eleusinium. Est autem Eleusin Straboni l. 1x. urbs, in qua templum



nus,<sup>n</sup> quæ primis rerum exordiis,<sup>3</sup> sexuum diversitatem generato amore sociasti,<sup>4</sup> et æterna sobole humano genere<sup>5</sup> propagato, nunc circumfluo Paphi sacratio<sup>o</sup> coleris:<sup>6</sup> seu Phœbi soror, quæ<sup>p</sup> partu foetarum<sup>7 q</sup> medelis lenientibus<sup>s</sup>

*initio mundi conjunxisti diversos sexus, producto in eis amore, et propagato genere humano prole perpetua, nunc adoraris in delubro Paphio, quod circumalluitur mari: sive sis soror Apollinis, quæ, levato partu gravidarum mulierum remediis mulcenti-*



Colin. Bas. Atque ita Virg. l. r. Georg. 163. 'Eleusina mater.' Lactant. l. r. c. 21. 'Eleusina Ceres.' Vide me ad Sueton. Claud. c. 25. 'sacra Eleusinia.' Oud.—3 Ms. *p'us rer.* Colvius. Est qui hinc *prius* vel *parris* coniecit. Male. Vide Pric. et ad l. r. p. 28. Oud.—4 Gueif. pr. *satiasti*. Id.—5 Pal. *generi*. Id.—6 *Circumflui, &c. coleris*. Par. Gueif. pr. *circumfuso colens*. Id.—7 *Partu ferarum*. Omnino legendum cum Beroaldo: *partu fatarum*. Glossæ veteres: foeta, ἐγκύμων, πλήρης. Varro: 'Mensæ apponebantur cum culigna et vino: quo, quæ veniebant ad foetam amicæ gratulatum, Diis macabant.' Arnobius lib. 111. 'Puerperis Juno præposita est, et auxiliatur genitricibus foetis.' *Colv. Fætarum*. Ald. et Rom. *ferarum*. Male. *Elmenh. Ferarum* habent Mss. Lips. Pal. Gueif. Oxon. Par. Pith. Bertin. cum Edd. O. ante Vulc. sec. unde suspicari possis, scriptum fuisse *fætarum*, et hinc corrigendum *feminarum*. Sicut inde 'feræ' et 'feminæ' sunt alibi confusæ. Adi ad Cæs. l. r. B. Civ. c. 84. 'pæne ut feras, circummunis.' Sil. Ital. l. r. 569. 'Saucia dum castris clausa est fera.' In D'Orvill. vix discerni potest, *ferarum*, an *fetarum* scribatur; sicut opinor in reliquis, Flor. Fux. Reg. qui *fetarum* circumferre creduntur. Quod cum Viris doctis quoque amplector. Oud.—8 Bert. *medelis lenicibus*. Scioppius in Symb. et Susp. II. 12. Bert. *lenicibus*. Rom. *lenientibus*, inepte. *Elmenh. J. Isacius* Pont. Anal. l. r. c. 15. *elicibus* (ex Nonio et Festo) F. *delenificis*, quod Plantinum est. *Soping. Bertin.* Codex tanti mihi non est, ut ideo ceterorum Codd. probam lectionem sollicitari velim. Sol. l. v. p. 104. 'permulcet verbis lenientibus.'

#### NOTÆ

est Eleusiniæ Cereris, et mysticum delubrum, turbæ, quanta in Theatro solet esse, capax, opus Ictini, qui etiam Parthenonem Minervæ in arce fecit, Pericle operum procurationem sustinente; quam urbem in demis seu pagis curiisve Atticis numerari quoque ait.

<sup>n</sup> *Cælestis Venus*] Uranie. Macrobian. Saturnal. lib. r. cap. 7. 'Philochorus quoque in Atthide eandem [Venerem] affirmat esse Lunam,' &c.

<sup>o</sup> *Nunc circumfluo Paphi sacrario, &c.*] Vide quæ diximus lib. iv. ad hæc verba 'Paphum nemo.' Ideo autem circumfluum vocat Paphi sacrarium, quia Paphos in Insula Cy-

pro sita est, quæ mari undique alluitur.

<sup>p</sup> *Seu Phæbi soror, quæ, &c.*] Juno Lucina. Macrobian. Saturnal. lib. VII. cap. ultimo: 'Hinc est quod Diana, quæ Luna est, Ἀρτεμις dicitur quasi ἀερότεμις, hoc est, ærem secans. Lucina a parturientibus invocatur; quia proprium ejus munus est distendere rimas corporis, et meatibus viam dare, quod est ad celerandos partus salutare,' &c. seu potius Lucina dicitur, eo quod foetus ope ejus in lucem edatur: Ilithyia vero Εἰλείθυια, quia præsto adest parturientibus, ἀπὸ τοῦ ἐλθεῖν.

<sup>q</sup> *Partu fatarum*] Ita legendum est,

recreato, populos<sup>9</sup> tantos educasti, præclarisque nunc veneraris<sup>r</sup> delubris Ephesi:<sup>s</sup> seu nocturnis ululatus horrenda Proserpina, triformi facie<sup>t</sup> larvales<sup>1</sup> impetus comprimens,<sup>u</sup> terræque claustra cohibens,<sup>2</sup> lucos diversos inerans,<sup>3w</sup> vario cultu propitiaris:<sup>4</sup> ista luce fœminea<sup>x</sup> colustrans cuncta mœnia, et udis<sup>5</sup> ignibus nutriens læta semina, et Solis ambagibus dispensans<sup>6</sup> incerta lumina:<sup>y</sup>

*bus, edidisti in lucem tot populos, et nunc coleris in pulcherrimo templo Ephesi: sive tu sis Hecate, formidabilis ululatus nocturnis, quæ sub triplici vultu cohibes furores larvarum, et claudis septa telluris, ac discurrens per varia nemora coleris diversis ritibus: illuminans omnes urbes tuo fulgore muliebri, et alens germina cœcæ tuo lumine humido, et effundens lucem instabilem propter cursum solis: sub*

\*\*\*\*\*

Ac passim de remediis, apud omnes. Ipsa Lucina seu Ilithyia ubivis lenis et mitis audit. *Oud.*—9 *Pal. populi*, Guelf. sec. *populo*. *Id.*—1 *Annalis Guelf.* pr. a. m. sec. *Id.*—2 *Par. cohiberis*. *Id.*—3 *Oxon. Guelf. inerrans*. *Id.*—4 *Par. Guelf. pr. propinaris*. *Id.*—5 *Al. nudis*. *Vid. N. Var.*—6 *Ms. Palat. Guelf.*

#### NOTÆ

non autem ferarum, ut habent quædam exemplaria.

<sup>r</sup> *Veneraris*] Passive, ut apud Virgil. ‘Venerata Sacerdos.’

<sup>s</sup> *Delubris Ephesi*] Celebratissimum fuit templum Dianæ Ephesi, quæ urbs erat Ionix primaria, ab Amazonibus condita, ut refert Strabo lib. xi. vel, ut idem ait initio lib. xiv. ab Androclo, Codri Atheniensium regis filio, qui dux erat coloniæ Ionum. Templum illud Ephesinum inter septem mundi miracula numeratum est. In eo faciendo tota Asia (Minorem intellige) per ducentos et viginti annos insudavit. At mirum illud duorum sæculorum opus temerarius Herostratus, nominis immortalitatem ex sacrilegio quærens, incendit eadem nocte, qua natus est Alexander Magnus; quæ fuit anno primo centesimæ sextæ Olympiadis secundum Petauium.

<sup>t</sup> *Triformi facie*] Virg. *Æneid.* iv. ‘Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.’ Charicledes poeta quidam apud Athenæum lib. vii. Δέσπωιν’ Ἐκάτη τριοδίτι, τρίμορφε, τρι-

πρόσωπε, τρίγλαις κηλευμένη] Domina Hecate trivialis, triformis, tres habens vultus, quæ propitiaris triglis; (piscis sunt, nulli dicti) sed propitiabatur etiam canibus, unde canicida et canivora dicta est. Sacra ejus noctu fiebant, cum ululatus, ad imitandam Cererem, quæ raptam Proserpinam in triviis clamans requirebat.

<sup>u</sup> *Larvales impetus comprimens, &c.*] Dea enim Inferorum et Manium erat, Larvasque ac phantasmata pro arbitrio suo coërcebat, aut immittebat.

<sup>w</sup> *Lucos diversos inerrans*] Virgil. *Æneid.* lib. vi. ‘Jam subeunt Triviæ lucos,’ &c. Eodem libro: ‘Sed me cum lucis Hecate præfecit Avernis.’

<sup>x</sup> *Ista luce fœminea*] Plin. lib. ii. cap. 100. ‘Itaque solis ardore siccat liquor, et hoc esse masculinum sidus accepimus, torrens cuncta, sorbensque.’ Et cap. 101. ‘E contrario ferunt Lunæ fœmineum ac molle sidus atque nocturnum solvere humorem,’ &c.

<sup>y</sup> *Solis ambagibus dispensans incerta*

quoquo nomine, quoquo ritu, quaquā facie<sup>7</sup> te fas est invocare; tu meis jam nunc extremis ærumnis subsiste, tu fortunam<sup>8</sup> collapsam affirma; tu sævis exantlatis casibus<sup>9</sup> pausam pacemque tribue. Sit satis laborum, sit satis periculorum. Depelle quadrupedis<sup>1</sup> diram faciem. Redde me conspectui meorum; redde me meo Lucio.<sup>2</sup> Ac si quod<sup>3</sup> offensum numen inexorabili me sævitia<sup>4</sup> premit; mori<sup>5</sup> saltem liceat, si non licet vivere.<sup>7</sup> Ad istum modum fuis precibus, et astructis miseris lamentationibus,<sup>6</sup> rursus mihi marcentem animum in eodem illo<sup>7</sup> cubili<sup>2</sup> sopor circumfusus oppressit. Nec dum satis connixeram:<sup>8 a</sup> et ecce pelago<sup>b</sup>

*quocumque nomine, sub quibuscumque carimoniis, sub quacumque forma licet te invocare; tu nunc succurre meis gravissimis miseriis; tu fulci meam fortunam, quæ corrui; tu jam concede mihi requiem et tranquillitatem post superatos tot duros casus. Sit satis ærumnarum, sit satis periculorum. Remove a me funestam formam asini; restitue me aspectui meorum; reforma me in meum pristinum Lucium. Et, si aliquis Deus a me violatus persequitur me crudelitate inaplacabili; saltem concedatur mihi mori, si non conceditur aliter vivere. Ejusmodi facta oratione, et adjectis insuper lamentationibus miserandis, somnus offusus sopivit iterum mihi in eodem toro arenæ animum merore languentem. Vix clauseram oculos, cum di-*

//////////

sec. Edd. Vic. Ber. Bas. pr. *dispensas*. Oud.—7 Lips. Pith. Fux. Guelf. Oxon. cum Edd. ante Bas. sec. *quaque*. Male. *Id.*—8 *Perperam tu hinc abest in Oxon.* Guelf. pr. *Id.*—9 Fux. *exantlatis* cum Edd. Vett. ut supra sæpe. Pal. Guelf. sec. *exinclatis*, D'Orv. *exhaudatis*. An *exauritis* pro *exhaustis*? Vix puto. *Id.*—1 Guelf. sec. *quadrupedis*. *Id.*—2 Fux. *Lucio meo*. *Id.*—3 D'Orv. non male, *At si*. Pith. *Ac si quod est*. *Id.*—4 Contra mentem Apuleii *exorabili* Palat. *Sautia* Oxon. *Id.*—5 Guelf. pr. *morti*. *Id.*—6 *Adstructis lamentationibus*. Fux. a *miseris* l. Roaldus. *Miseris* addidimus. In nullo ante vulgatorum erat. *Colr.* Tò *miseris* abest a Flor. et Romano et Veneto. *Elmenh.* Immo vero legitur in Florent. et hinc jam in Ed. Junt. post. uti et in ceteris Mss. O. Bene eam vocem inseruit Colvius. *Oud.*—7 Oxon. *marocatem*. Guelf. pr. a m. s. *merocantem*. Pith. illi. *Id.*—8 *Compresseram*. Hæc lectio Beroaldi est. Ante eum editi, *compseram* Ms. Cod. *psseram*. etiam quidam e vulg. *consoperam*. Tentavi olim, *consopiteram*. Lucret. lib. II. 'Nidore offendit nares, consopit ibidem.' *Colr.* *Connipseram*. Sic Flor. Rom.

#### NOTÆ

[*lumina*] Ex diversitate cursus solaris et lunaris, fit ut Luna aliquando pleno orbe fulgeat, aliquando dimidiato, aliquando falcato tantum: atque hæc vulgo dicuntur Lunæ phases, Nostro incerta lumina.

<sup>2</sup> *In eodem illo cubili*] Molli scilicet arenæ gremio.

<sup>a</sup> *Connixeram* [*Connixeram*] Elenc-

horstius habet ex Ms. Florent. *connipseram*, Rom. *compseram*: unde Beroaldus formaverat *compresseram*; supple, palpebras. At ex *connipseram* melius conjicias *connixeram*, nisi tamen retinere malis ipsum *connipseram*, tanquam præteritum plusquam perfectum antiquum verbi 'connivco.'

medio<sup>9</sup> venerandos Diis etiam vultus attollens,<sup>1</sup> emergit divina facies. Ac dehinc<sup>2</sup> paulatim toto corpore prælucidum simulacrum,<sup>3</sup> excusso pelago, ante me constitisse visum est.<sup>4</sup> Ejus mirandam speciem<sup>5</sup> ad vos etiam referre [240] connitar;<sup>6</sup> si tamen mihi disserendi tribuerit facultatem<sup>7</sup> paupertas oris humani: vel ipsum numen ejus dapsilem copiam<sup>c</sup> elocutilis facundiæ<sup>8</sup> subministraverit. Jam pri-

*vina forma prodit e medio mari extollens faciem, venerabilem ipsis etiam Diis. Deindeque imago splendidissima toto corpore visa est stare coram me, mari paulatim superato. Conabor etiam vobis exponere admirabilem ejus formam: si tamen egestas humani eloquii mihi fecerit copiam narrandi: aut ipsa ejus divinitas mihi suppeditaverit largam ubertatem eloquentiæ. Et primum quidem capilli den-*

//////////

*compseram.* Bert. *conseram.* Pal. et Aldus, *compresseram.* Male. *Elmenh.* Non primus Floridus *conniveram* conjecit. Sic jam tacite ediderant Wower. Scriv. et Pric. Atque ita sæpe Auctor. Vide ad lib. iv. p. 80. 'Commundum conniverat,' vel *conquierat*: ut ibi videtur rectius. Certe hoc loco aliud legendum suadent Mss. omnes. In plerisque est *cōpseram*, vel *compseram*, vel *comperam*; ut Fux. Reg. Pal. D'Orv. Edd. pp. *conseram* Bert. Oxon. Guelf. pr. Conjecturam Beroaldi, quam adoptarunt Edd. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. refellit ellipsis, quæ hic durior statui deberet. Eadem ratio est cur spernenda sit Colvii conjectura, ascita ab Ed. Vulc. ser. *consopiveram*. Ex lectione marginali Ed. Bas. pr. *consoperam*. In Flor. est *conipseram*. Forsan latet vetus *conquæxeram*, sive caput inclinaram, ex Varrone apud Prisc. p. 885. Verum tum rectius dictum fuisset *vix dum satis*, quam *nec dum satis*. Congrunum magis fore videtur *conquieram*. At nequaquam spernenda lectio Edd. Junt. post. *conmixeram*. A 'niveo' enim non venit 'nipsi,' sed 'nixi,' unde 'nictus,' non 'niptus.' Immo Turpilinus ait, 'dum ego connixi somno,' teste Prisciano p. 866. lib. ix. Obstat tamen litera *p* in omnib. Codd. quorum Pithæannus habet *corrupseram*. Sed *x* et *ps* fuere confusa. Vide ad lib. iii. p. 57. in f. *Oud.*—9 Oxon. *meo*. Id.—1 *Venerandos Diis et vultus*. Emendare conati alii: *Diis etiam*: metuo, et formido male, ne ponere debuerint, *venerandos, et dios vultus attollens*. Testimonia Virgil. Horatii, aliorum adderem; sed pueris sat nota. *Stewech.* *Diis etiam*. Ms. *Deæ etiam*. Colvius. Istud et vitiose exaratur in solis Edd. Bas. ex quo male refingere tentat Stewechius vulgatam lectionem, quæ bene se habet. Hecates enim faciem venerantur Diî. 'Divina facies' et 'dii vultus' esset unum idemque. Pal. dat *dis*, Oxon. D'Orv. Fux. *dei*, Pith. *dei is*. Olim scil. fuerat *deis*. *Oud.*—2 *Vulg. ut dehinc*. Colv. Omnes Mss. confirmant ac. *Oud.*—3 *Vid. N. Var.*—4 Verbum non comparat in Bertin. *Oud.*—5 *Vet. Cod. qui mir. sp.* Colvius. Vir clarissimus, *qui mirandam*: lego, *quam mirandam*. Brantius. In Palat. et Guelf. utroque itidem est *qui*. Hinc G. Vossius conjecit *quin*. Sed Fux. Reg. Oxon. D'Orv. *qui ejus*. Scripseratne Auctor, *Quojus* sive *cujus mir. spec.*? *Oud.*—6 *Guelf. pr. conitar*. Oxon. *enitar*. Id.—7 *Guelf. pr. deserendi*. Malebat Pricæus *edisserendi*. Sed adi ad l. vii. p. 134. *Tribuit* Pith. *tribuerunt* Bertin. Id.—8 *Idem, loquutilis*. Colv. Oxon. *dasilem*. In eodem, *Guelf. pr.*

#### NOTE

<sup>b</sup> *Et ecce pelago*] Somnium narrat. *δαψιλῆς*, abundans.

<sup>c</sup> *Dapsilem copiam*] Græcum est

num<sup>9</sup> crines uberrimi<sup>1</sup> prolixique, et sensim<sup>2</sup> intorti, per divina colla<sup>3</sup> passive dispersi,<sup>4</sup> molliter defluebant.<sup>5</sup> Corona multiformis,<sup>6</sup> variis floribus sublimem distrinxerat<sup>7</sup> verticem: cujus media quidem super frontem plana rotunditas, in modum speculi, vel immo argumentum Lunæ, candidum lumen emicabat.<sup>8</sup><sup>d</sup> Dextra lævaque sulcis insurgentium viperarum cohibita,<sup>e</sup> spicis etiam Cerealibus desuper porrectis. Multicolor, bysso tenui pertexta;<sup>9</sup> nunc albo candore<sup>f</sup> lucida;<sup>1</sup> nunc croceo flore lutea; nunc

*si, at longi, paulatim cincinnati, temere sparsi per divinam cervicem, erant molliter promissi. Corona diversæ formæ ex variis floribus circumdabat summum ejus caput: quæ habebat quidem in media fronte orbem planum instar speculi, vel potius lumen candidum refulgens, quod argumento erat eam esse lunam. Viperæ insurgentes in modum sulcorum coërcebant eum a dextra et sinistra, et aristæ Cereales extendebantur etiam desuper. Erat ei vestis multicolor ex lino subtili, nunc refulgenti albedine candens, nunc flava flore croci, nunc ardens rubore roseo:*

et Pal. loquitulis, vel loquitilis, D'Orv. locuturis. Oud.—9 Jamque pr. Vulg. Jam primum. Colv. Enni secuti sunt Vulc. Wower. et Pric. de more, sed ultimus recte monet, rursus legendum, jam primum; ut est in Mss. omnibus, excepto Lipsiano, ceterisque Edd. Oud.—1 Fux. uberrime. Id.—2 D'Orvill. ut et sensim. Id.—3 Ms. Lips. devia. Id.—4 Passim dispersi. Fux. passive; ut et Ald. et Beroald. Roald. Nescio quomodo hic me fugerit reponere ex notæ melioris libris, passive dispersi, ut et in Ms. est. Colv. Omnes libri, passive dispersi, voce Apuleiana. Wower. Passive. Alii, passim. Elmenhorstius. Istud passim non videas, nisi in Edd. Bas. Colv. Vulc. Vide ad lib. vi. p. 116. 'passivam congeriem.' Oud.—5 Al. diffuebant.—6 D'Orv. c. multiformiter. Oud.—7 Al. distinxerat.—8 Vid. Not. Var.—9 Conjicit Soping. prætexta.—1 Abest a scripto libro. Colv. Item ab Oxon. Palat. Fux. et

## NOTÆ

<sup>d</sup> Vel immo argumentum Lunæ, candidum lumen emicabat] Codex Ursin. habet, vel in modum semestris Lunæ, &c. quod non probatur a doctis, cum præsertim adeo discrepet ab aliorum omnium lectione. Omissis Pricæi conjecturis, nihil in textu muto; sed virgulam expungo, quæ inter 'candidum' et 'lumen' posita est; atque hæc verba 'argumentum Lunæ' duabus virgulis includo, quæ vicem præstent parentheses, ut sit sensus quem in interpretatione expressi.

<sup>e</sup> Sulcis insurgentium viperarum cohibita] Isidi, quæ et Luna est, et

Proserpina, et Ceres, viperas circa caput adlit Apuleius; sive quod sulci interdum tortuosi viperas imitentur, sive quod frænatis curruque admotis serpentibus Ceres sulcavit cælum, et per aëra vecta est. Minucius in Octavio serpentem Cerei dat pro cingulo: 'Ceres facilius accensis et serpente circumdata.' Quid si hic pro sulcis legas fuleris? ex Pignorio in Mensæ Isiacæ Expositione pag. 10.

<sup>f</sup> Nunc albo candore, &c.] His coloribus vestis designantur varii Lunæ colores. Cum enim exoritur, rubra videtur ob interpositos vapores:

roseo rubore flammida. Et, quæ longe longeque<sup>2</sup> etiam meum confutabat obtutum, palla nigerrima,<sup>3</sup> splendescens atro nitore:<sup>4</sup> quæ circumcirca remeans,<sup>4</sup> et sub dextrum latus ad humerum lævum recurrens, umbonis vicem,<sup>5</sup> dejecta parte lacinia, multiplici contabulatione<sup>6</sup> i depen-

*et palla nigerrima, fulgens nitore atro, quæ perstringebat quoque aciem meorum oculorum, quæ circumcirca rediens, et transiens sub dextrum latus, ascendensque ad humerum sinistrum, loco umbonis demissa parte vestis pendente in multas rugas,*

//////////

Guelf. utroque. *Oud.*—2 D'Orvill. *l. lateque.* Male. Vide ad lib. II. p. 42. Gell. lib. XII. 1. XIII. 28. 'Longe longeque esse amplius.' *Id.*—3 Ms. lib. *pella nig.* Plutarchus de Iside et Osiride: Τὴν δὲ Ἴσιν οὐχ ἑτέραν τῆς σελήνης ἀποφαίνοντες, ἐν καὶ τῶν ἀγαλμάτων αὐτῆς, τὰ δὲ κερασφόρα τοῦ μνηροειδοῦς γεγονέναι μῦθματα, τοῖς δὲ μελανοστόλοισι ἐμφαίνουσι τὰς κρύψεις καὶ τοὺς περισκισμοὺς, ἐν οἷς διώκει ποθοῦσα τὸν ἥλιον. Bene igitur vulgatum, *palla nigerrima.* Colvius. Ineptissime *pella* exaratur quoque in Oxon. et Pal. et Guelferb. Sed in primo tantum a m. recentiore. *Oud.*—4 Pith. *qui c. r. Oxon. quod c. r. Tum dexterum* Edd. Scriv. *Id.*—5 *Umbonis vice.* Aldus, *umbonis vicem.* Elmenhorstius, et in Add. *Umbonis vicem dejectu parte lacinia.* Sic legendus est hic locus, sublata distinctione post *vicem*, uti rectissime præbent Pith. et Edd. omnes ante Basil. sec. cum Scriveriana. Unde vitiose etiam *partem* dant idem et D'Orvill. cum nescio qua editione apud Ruben. lib. II. de re Vest. c. 11. *parte emendantem.* Sed quod est in ceteris Mss. et omnibus, quas vidi, Editionibus, ni fallor. De 'vice,' 'vicem,' 'in vicem,' vide ad lib. I. p. 9. In Pal. corrupte, *ut bonis vite.* Oudendorpius.

#### NOTE

cum jam aliquantum supra finitorem ascendit, crocea apparet: denique, cum cælum medium tenet, terrenis jam liberata vaporibus, candidum lumen refundit.

<sup>2</sup> *Palla nigerrima, splendescens atro nitore*] Quædam corpora tametsi nigra, ob lævorem tamen superficiencularum, quibus extima eorum superficies contexta est, splendicant: qualia sunt marmor nigrum, et ebennum, cum polita sunt: vestes etiam nonnullæ sericæ. At raro admodum videas ejusmodi nigrorum corporum nitore perstringi oculorum aciem (quod de palla Deæ illius Noster hic ait). Julianus tamen, in Cæsariis, id affirmat de ebena lecti Saturni. Plutarchus de Iside et Osiride sic nigras Isidis vestes explicat, ut designari illis velit occultationes Lunæ,

et obumbrationes, quibus Solem, desiderans, sectatur.

<sup>h</sup> *Umbonis vicem* [*vice*] Umbo proprie clypei centrum est, reliquo clypeo magis prominens, aliquando in acumen desinens. Propter hujus similitudinem, centrum rugarum seu plicarum collectarum in toga, umbo dictus est.

<sup>i</sup> *Multiplici contabulatione*] Ne de hujus vocis sincera lectione dubitem, facit Tertulliani locus, de Pallio, c. 5. 'Adeo nec artifice necesse est, qui pridie rugas ab exordio formet, et inde deducat in tilias, totumque contracti umbonis figmentum custodibus forcipibus assignet; dehinc diluculo, tunica prius cingulo correpta, quam præstabat, moderatiorem texuisse, recognito rursus umbone, et, si quid exorbitavit, reformato, partem qui-

dula, ad ultimas oras nodulis fimbriarum decoriter fluctuabat.<sup>7</sup> Per intextam extremitatem,<sup>8 k</sup> et in ipsa ejus planitie, stellæ dispersæ coruscabant: earumque media semestris Luna<sup>9 l</sup> flammeos spirabat ignes. Quaqu tamen<sup>1</sup>

*habebat parvos nodos fimbriarum pulchre fluctuantes in suis extremitatibus. Stellæ fulgebant sparsæ per oram ejus intextam, et per totum ejus campum. Et Luna plena, posita in medio earum, emittebat splendorem flammeum. Quicumque tamen*

//////////

—6 Al. *contubulatione*.—7 *Nodulum f. d. confluctuabat*. Fux. *nodulis fimbr.* Aldus vero, *modulis fimbr.* Roaldus. *Modulis fimbr.* Rom. *nodulis fimb.* Elmenhorstius. Ut debet. Nam prave Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. dedere *modulis* contra Mss. O. et Apuleii mentem. Intelligit fimbrias cirratas, et distinctas nodulis, ne fila dissolverentur, et carperentur, aut effluerent, ‘Nodos fimbriarum,’ sed in alia re, sive flagella talis pecuninis distincta, vide lib. viii. p. 173. De vestium fimbriis adi, quos laudant ad Phædri lib. ii. f. 5. Dein in Oxon. *decenter*, Palat. et Guelf. Coll. Voss. *confluctuabat*. Oud.—8 *P. intectam e.* Ald. Roald. Ms. Cod. *intestam*. Ven. *intectum*. Colvius. *P. i. e. et in ipsa ejus planitie*. Non temere discedo a vulgatis, neque tamen prorsus negligam recensere, quæ aut meliora in manu exaratis, aut ad meliora viam aperiunt. Legitur autem in Cod. Bertin. *per injunctum extremitatem, et in ipsa oris planitie*. Limbum pallæ describit. Ea prætexta erat, ideoque malim *intextum*, quam *injunctum*. Legendum vero, *et in ipsa oræ planicie*. Wowerius. *P. injunctum ex. in ipsa oris planit.* Sic Bertin. *Sciopp. in Symbola*. Flor. *intectam*. Bert. *per interjectam e. e. i. i. oris planicie*. Bene. *Elmenh.* Venetus, *per intectam*. Idem in Add. *Inrectam* Guelf. pr. *intectam* præbent Pith. Palat. et Edd. primæ cum Junt. et Ald. sive apertam et oculis obviam. Sed præstat multum *intextam*, quod jam in quibusdam legi monuit Beroaldus, ac de nostris servarunt Fux. D’Orvill. sive limbum floribus et stellis intextis, (non acu pictis, ut interpretatur quoque Floridus) distinctum ac variegatum, ut mox p. 241. ‘Solea: felicibus palmæ foliis intextæ.’ Sil. Ital. lib. x. 571. ‘auro Intextam chlamydem.’ Dein *oræ* in contextum e conjectura receperunt Wower. Scriver. et Pric. Sed *ejus* servant Mss. ceteri. Ac res eodem redit. Elmenhorstii nota nullius est assis. Oud.—9 Flor. *semestris Luna*, male. *Elmenh.* Vera est scriptura Flor. Cod. *semestris*. Glossæ: ‘semenstre, ἐμμήστριον.’ Glossæ Isidori: ‘Luna semenstris, Luna medii mensis.’ *Idem in Add.* Rursus Pricæus legi voluit *medio*. Frustra. Luna inter stellæ erat media. De scriptura *semestris* adi me ad Sueton. Cæs. c. 80. ‘Trimestrique consule.’ Oud.—1 Fux. *quancum tamen*. Roaldus. Sic et Pith. Lips. Pal. Guelf. sec. de more. Vide ad lib. ii. p. 22.

#### NOTÆ

dem de læva promittat: ambitum vero ejus, ex quo sinus nascitur, jam, deficientibus TABULIS, retrahat a scapulis, et exclusa dextera, in lævam adhuc congerat, cum alio pari TABULATO in terga demoto, atque ita hominem sarcina vestiati.’ Ubi vides ‘tabularum,’ et ‘tabulati’ nomine significari strias vestis, quæ ex umbone, oras versus extenduntur, sibi-

que mutuo insident, quemadmodum domorum tabulata seu contignationes.

<sup>k</sup> *Per intextam extremitatem*] Per oram vestis, quæ erat pieta, aut opere Phrygio, id est, acu, aut opere textorio.

<sup>l</sup> *Semestris Luna*] Luna plena, qualis est post dimidium mensem, a sua conjunctione cum Sole: itaque ‘se-

insignis illius pallæ perfluebat ambitus, individuo nexu corona totis floribus, totisque constructa pomis,<sup>2</sup> adhærebat. Jam gestamina longe diversa. Nam dextera<sup>3</sup> quidem ferebat æreum crepitaculum:<sup>m</sup> cujus per angustam laminam in modum baltei recurvatam,<sup>4</sup> trajectæ mediæ paucae virgulæ,<sup>5</sup> crispante brachio trigeminos<sup>6</sup> jactus,<sup>n</sup> reddebant argutum sonorem.<sup>7</sup> Læva vero cymbium<sup>o</sup> pendebat<sup>8</sup> aureum: cujus ansulæ,<sup>9</sup> qua parte [241] conspicua est, insurgebat aspis,<sup>p</sup> caput extollens<sup>1</sup> arduum, cervicibus late<sup>2</sup> tumescentibus. Pedes ambrosios tege-

*ora illius præclaræ pallæ circumferebatur, corona facta ex floribus et fructibus omnis generis adhærebat ei connexionem indivisa. Ea vero quæ gestabat multum varia erant. Nam manus ejus dextra gestabat quidem sistrum æneum: per cujus mediam laminam angustam, inflexam instar baltei, aliquot virgæ transmissæ edebant sonum acutum, dum brachium ejus vibraret triplices jactationes. Scaphium vero aureum pendebat ex ejus sinistra: super cujus ansa, ea parte, qua eminent, surgebat aspis attollens erectum caput, collo valde intumescente. Calcei intexti ex foliis*



Tum Guelf. pr. Oud.—2 Ms. (Urs.) *constricta*. Scioppius in Symbola. Sic D'Orv. Guelf. pr. Pith. Oxon. male, uti a Fux. prave abest *totisque*. Oud.—3 Abest *nam* ab Oxon. Guelf. pr. Tum D'Orv. et Edd. ante Colv. *dextra*. Id.—4 Fux. *curvatam*. Id.—5 Bertin. *ungulæ*. Scioppius in Symbola. Bert. et Rom. *ungulæ*. Elmenhorstius. Venetus, *ungulæ*. Idem in Addendis. Oxon. *transjectæ*. D'Orv. *medio*. Lips. *paucule*; ut alibi. Ed. Vic. etiam *ungulæ*. In aliis *undulæ*. Sed recte cum Mss. ceteris Beroaldus emendavit *virgulæ*, sive sistri fila. Oud.—6 Al. *tergeminos*.—7 Arg. *sonum*. Fux. *a. sonorem*. ἀρχαῖσμός, ut 'canor,' et alia. Roald. *Sonorem*. Vulgo, *sonum*. Florid. III. (N. 17.) 'Mentorum animalium immeditatos sonores.' Colv. Bertin. Rom. et Ald. *sonum*, male. Flor. *anim. inmed. sonores*. Elmenhorstius. *Sonorem* in Mss. præter Bert. omnibus, item in Ed. Junt. post. ut bene restituit Colvius. De Dogm. Plat. lib. I. p. 587. 'Percipere sonores.' Sic et Lucret. Virg. alii. Oud.—8 Vid. N. Var.—9 Ms. Cod. *ansulæ*. Colvius. Sic et Palat. *ampsulæ* Oxon. Oud.—1 Al. *attollens*.—2 Ridicule Lips. Pal. Guelf. sec.

#### NOTÆ

mestris<sup>7</sup> hic, non, ut fere semper, a sex mensibus, formatum est, sed a semimense.

<sup>m</sup> *Æreum crepitaculum*] Describit sistrum, cujus figuram et explicationem ex Plutarcho, vide supra, sub finem libri II.

<sup>n</sup> *Crispante brachio trigeminos jactus*] Id est, brachio tres illas virgulas, quæ in sistro erant mobiles, agitante; sicque tribus ictibus tres sonos, licet unica jactatione, exprimente.

Hæc sistri jactatione significari voluerunt Nili accessus et recessus.

<sup>o</sup> *Cymbium*] Vasculum oblongum in modum cymbæ, quod ex mysticis Ægyptiorum cærimonis, Isidi tribuitur, ad fluentiam lacunarum, et inundationem Nili significandam, juxta Plutarchum, lib. de Iside et Osiride.

<sup>p</sup> *Aspis*] In pompa Isidis Ovidius lib. IX. Metamorphos. serpentem etiam ponit: 'Plenaque somniferis serpens peregrina venenis.'



bant soleæ, palmæ victricis foliis intextæ.<sup>3</sup> <sup>q</sup> Talis ac tanta <sup>4</sup> spirans Arabiæ felicia germina,<sup>5</sup> <sup>r</sup> divina me voce dignata <sup>6</sup> est: En<sup>7</sup> adsum, tuis commota, Luci, precibus,<sup>8</sup> rerum Natura <sup>9</sup> parens,<sup>s</sup> elementorum omnium<sup>t</sup> domina, sæculo-

*palmæ, quæ insigne victorum est, operiebant pedes ejus immortales. Talis, ac tanta Dea exhalans odorem plantarum Arabiæ Felicis, dignata est me alloqui voce divina: Ecce ego permota tuis precibus, o Luci, adsum tibi Natura mater rerum omnium, Domina universorum elementorum, primordialis soboles temporum, suprema*



lacte, e vitioso librariorum more, c ante t scribentium, de quo alibi dixi. Ambroseos mox D'Orv. Pith. Fux. Oud.—3 Fux. palmæ victricibus foliis. Roaldus. Idem Ms. tegebant sole palmæ victricibus f. Colvius. Palmæ teg. Lips. Pal. Guelf. sole etiam in Pal. Guelf. et D'Orv. palmæ soleæ Oxon. Tum victricibus legas etiam in Reg. Oxon. Guelf. pr. Par. D'Orv. Quod Apuleii sapit stylum, ut videbimus pluribus statim. In Par. Cod. intectæ, male. Oud.—4 Tales ac tanta. Talis ac tanta Ald. Roald. Ac deest Lips. Guelf. sec. Oud.—5 Spirans Arabiæ felicia germina. Fux. felicia germ. Roaldus. Pauciora in eodem Vet. Cod. Talis tanta spirans felicia germina. Colvius. Flor. et Bert. Ar. felicia. Elmenhorstius. Exulant τὰ Arabiæ felicis ab Oxon. D'Orv. et utroque Guelferb. sed felicia exaratum quoque est in Pith. Reg. Edd. pp. et Junt. post. quod male mutarunt alii e conjectura Beroaldi. Sic 'glebæ felices' lib. i. init. Licet vero intelligat Auctor Arabiæ Felicis odores, nihilominus per quamdam hypallages speciem ipsi amatam alteri Substantivo junxit Adjectivum, ut modo habuimus 'palmæ victricia folia.' p. 242. 'reliqua vitæ tuæ curricula,' non reliquæ, ut quidam volunt. Vide ad lib. i. p. 15. 'Annis vicinia sempiterna.' Lib. ix. p. 189. 'cohibita equorum curuli rabie,' non curulium. Infr. p. 253. 'sobriæ religionis observatio.' Oud.—6 Idem, vocare. Colvius. Vocare etiam D'Orv. Guelf. pr. Pal. Oxon. vocante Guelf. sec. d. voce me vocare d. Fux. Forte e var. lect. ore hoc natum. Dignatus Palat. Guelf. sec. Oud.—7 Guelf. pr. Hem. Id.—8 Pith. Oxon. Guelf. pr. tui. A Fux. Reg. abest Luci. Guelf. pr. pretium. Id.—9 Al. Naturæ.—1 Idem, elementorum et omnium. Forte, elementorum etiam omnium. Colvius. Et inserunt quoque Fux. D'Orv. Oxon. Pal. Guelf. Sed, excepto

#### NOTÆ

<sup>q</sup> Soleæ, palmæ victricis foliis intextæ] Lib. ii. 'Et cum dicto juvenem quempiam linteis amiculis intectum, pedesque palmeis baxeis indutum, et adusque deraso capite, producit in medium.' Ubi vides palmea calceamenta Isiaco Prophetæ assignari, quemadmodum et hic ipsi Isidi. Vocat autem 'palmam victricem;' quia victoriæ est symbolum, et victorum gestamen.

<sup>r</sup> Arabiæ felicia [felicis] germina] Gratos odores atque aromata, quæ nascuntur in Arabia Felici. Celebrata est Arabiæ divisio in Felicem, quæ

εὐδαίμων, ἀρωματοφόρος, et λιβανοφόρος dicitur: Petræam, quæ πετρῶδης, a Petra vetustissimo oppido: et Desertam, quæ ἔρημος, quam incolunt scenitæ Arabes in tentoriis degentes.

<sup>s</sup> Rerum Natura parens] Macrobi. Saturnal. lib. i. cap. 20. 'Isis juncta religione' (cum Scrapide scilicet) 'celebratur: quæ est vel terra, vel natura rerum subjacens Soli. Hinc est, quod continuatis uberibus corpus Deæ omne densetur; quia vel terræ, vel rerum naturæ alimento nutritum universitas.'

rum progenies initialis, summa numinum, regina Manium, prima cœlitum,<sup>2</sup> Deorum Dearumque facies uniformis: <sup>3</sup> quæ cœli luminosa culmina, maris salubria flamina,<sup>4</sup> Inferorum <sup>5</sup> deplorata silentia,<sup>w</sup> nutibus<sup>6</sup> meis dispenso. Cujus numen unicum, multiformi<sup>7</sup> specie, ritu vario, nomine multijugo totus<sup>8</sup> veneratur <sup>9</sup> orbis. Me primigenii<sup>t</sup> Phry-

*Deorum, regina Umbrarum, prima calicolarum, repræsentans in me una Deos Deasque omnes: ego, quæ rego meo arbitrio lucida cacumina cœli, salubres ventos maris, et defleta silentia Inferorum: cujus universus orbis terrarum colit divinitatem unicum sub forma multiplici, diversis carimoniis, et plurimis nominibus.*



D'Orvilliano, illi omiserunt male *domina*. Forsan et aliis Mss. exciderat vox *originum*. Sopingius emendabat itidem *etiam*, obvia conjectura. *Oud.*—2 Vid. Not. Var.—3 Tò *Deorum* delet Bert. *Elmenh.* In Pithœano exaratur *Dearum, Dearumque*. Mihi nullum est dubium, quin *Deorum* inreperit e glossa vocis *calitum*, cum qua Edd. primæ male *Deorum* construxerunt. Isis ipsa in seqq. nominat 'omnes Deas,' quarum nominibus et facie ipsa sola intelligatur, at 'nullum Deorum,' qui comprehenduntur sub Osiride. Non opus ergo hic est refugere ad ἀρσενοθήλεις Deos; ut vulgo fit. *Ouden-dorp.*—4 M. *maris salubria flumina*. Puteanus.—5 Idem Manuscriptus, *i'florum*. Vulgo, *inferum*. Colvius. Pal. *inferum*. Elmenhorstius. *Inferum* legas quoque in Pith. Fux. Oxon. D'Orv. Guelf. pr. et Edd. prioribus Colvio, qui male innovavit. Amat hanc syncopen Auctor. Supra habuimus 'nummum,' 'denarium,' passim 'Denm.' Infra 'pastophorum' p. 250. 262. 'ariolum' de Deo Socratis p. 676. Ed. Flor. Immo p. 246. h. libri: 'ille Superum conmeator et Inferum.' p. 254. 'Inferum claustra.' Tum *deploratu* Guelf. sec. *Oud.*—6 Al. *motibus*.—7 Al. *multiforme*.—8 Guelf. pr. *totas*. *Oud.*—9 Par. Ms. *veneratur*. Id.—1 Vulgo, *Inde primig.* Colvius. Bert.

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Deorum Dearumque facies uniformis*] Hinc manifeste apparet unicum esse Deum rerum omnium conditorem, qui variis Deorum Dearumque nominibus appelletur: quin et prisci Deos omnes ἀρσενοθήλεις esse, id est, masculo-fœminas, et utrumque sexum participantem, putaverunt. Unde Calvus 'pollentem Deum Venerem' dixit. Apud Virgilium Æneid. II. Æneas: 'Descendo, ac, ducente Deo, flammam inter et hostes Expedior.' Ubi per 'Denm' intelligenda est Venus, quæ modo ipsi apparuerat, moueratque ut domum rediret, suam ei pollicens opem, 'nusquam abero, et patris te limine sistam.' Ms. Bert. apud Elmenhorstium delet τὸ *Deo-*

*rum*, et habet tantum *Dearumque facies uniformis*, et hoc quidem melius ad mentem Auctoris nostri, qui videtur fœminina tantum nomina et numina Isidi attribueret, cum contra masculinum Deum faciat Deorum regnatorem Osirin, cujus sacra peragebant Isidis ministri: sed initiationem ejus tele-tamque diversam facit ab Isidis tele-ta, ut infra patebit.

<sup>u</sup> *Maris salubria flamina*] Meursius in Exercit. Criticis legit *aëris*, non *maris*.

<sup>w</sup> *Inferorum deplorata silentia*] Id est, umbras silentes, in Inferis degentes, quæ jam apud homines defletæ sunt.

ges<sup>x</sup> Pessinunticam nominant Deum matrem; <sup>2</sup>y hinc Autochthones Attici<sup>z</sup> Cecropiam<sup>3</sup> Minervam; <sup>a</sup> illinc<sup>4</sup> fluctu-

*Phryges, qui primogeniti sunt mortalium, vocant me Pessinunticam matrem Deorum: hinc Athenienses indigenæ suæ patriæ, nominant me Palladem Cecropiam;*

*Inde p. p. Vide Herodotum lib. II. num. 2. Elmenh. Inde etiam in Pith. et Edd. ante Colv. Oud.—2 Pessinunticam nominant domini matrem. Fux. Pess. n. dom. matrem, id est, Deum m. probat Beroald. et est in II. Aldi. Roald. Nominant Ms. al. vocant. Colvius. Bert. Bessinunticam. Elmenhorstius. Mss. habent pesimum, pesinum, pessimum, pessimon, pessim, pessi, et pro nominant Pal. Oxon. Guelf. ambo, numitant, Fux. mittant, Lips. mittunt a m. pr. Hinc suspiceris, verbum hoc, quod ignorant Pith. Pal. Guelf. sec. insititium esse, et casum referendum, ut ceterorum, ad seq. ‘appellant.’ Vel legendum potius verbo Lucretiano nominant. Quis vero præter Nostrum hoc gentile extulerit per cus, Pessinunticus, nescio. Certe si Manuscripti addicerent, mallet cum Wowerii et Pricæi Editionibus. Pessinuntiam. Herodian. lib. I. cap. 11. ἡ Πessinονυρία θεός. Inepte vero Edd. pp. et Bas. domini pro Deum formarunt. Deam Guelf. pr. Vide ad Obs. c. 104. Drak. ad Liv. I. xxxvi. c. 36. Phil. a Turre de Taurobolio t. III. Th. Salengr. p. 858. Oud.—3 Pal. Fux. D’Orv. Edd. ante Colv. Cecropjam. In Par. Athiethenes pro Autochthones, Gaelf. pr. Antracthones.*

## NOTÆ

<sup>x</sup> *Primigenii Phryges]* Herodotus lib. II. num. 2. refert Psammetichum Ægypti Regem, cum scire cuperet quinam primi hominum extitissent, pueros duos recens natos pastori educandos tradidisse, et vetuisse ne quis ullam coram eis vocem ederet: jus- sisse præterea, ut diligenter observa- retur, quam vocem primam pronun- tiarent. Biennio itaque elapso, pas- tore ad casam, in qua caprino lacte alebantur, accedente, et aperiente januam, ambos pueros clamare cæ- pisse Becchus, eamque vocem sæpius iterasse: quod cum ad Regem pastor retulisset, ipseque Rex accersitos eos coram audisset illam vocem pronun- tiantes, et inquiri jussisset quinam homines aliquil hoc nomine Becchus vocarent; compertum fuisse Phrygas sic panem appellare. Quo argumen- to Phrygas primigenitos, primosque hominum, Ægyptiisque priores, agni- tos esse: cum antea Ægyptii primos se mortalium dicerent: qua etiam in opinione manens Lucianus ait: Αὐ- γύπτιοι λέγονται πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων.

Hanc Psammetichi historiam tangit Claudianus lib. II. in Eutropium: ‘Dat cuncta vetustas Principium Phrygibus, nec Rex Ægyptius ultra Restitit, humani postquam puer ube- ris expers In Phrygiam primum laxa- vit murmura vocem.’

<sup>y</sup> *Pessinunticam nominant Deum ma- trem]* A Pessinunte, oppido Phrygiæ, in quo Templum habuit maximum. Ex eo oppido simulacrum Deæ bello Punico secundo Romanum translatum est ex Sibiyllæ oraculo, et hospitio receptum per Scipionem Nasicam, qui optimus a Senatu est judicatus.

<sup>z</sup> *Autochthones Attici]* Ἀυτοχθόνες, qui dicuntur etiam ἰθαγένεις, Latine Aborigines, Solino, cap. 15. ‘genni- ni terræ,’ a pronomine αὐτὸς ipse, et nomine χθὼν, quod terram significat, quasi dicas, ex ipsa terra, seu regio- ne natos. Epitheton est perpetuum Atheniensium, eo quod non aliunde in Atticam, quam incolunt, advenisse, ut multi alii populi, sed in ea semper fuisse dicantur. Euripides in Ione, ἐλθὼν λαὸν εἰς αὐτόχθονα Κλειῶν Ἀθη-

antes Cyprii<sup>b</sup> Paphiam Venerem;<sup>6</sup> Cretes sagittiferi<sup>7</sup> Dictyanam Dianam;<sup>d</sup> Siculi trilingues<sup>e</sup> Stygiam Proserpinam; Eleusinii<sup>8</sup> vetustam Deam Cererem:<sup>9</sup> Junonem alii,<sup>f</sup> Bellonam alii, Hecatam<sup>g</sup> isti,<sup>1</sup> Rhamnusiam illi;<sup>h</sup>

*alia ex parte Cyprii siti in medio mari, Venerem Paphiam; Cretenses sagittarii Dianam Dictynnam: Siculi tribus linguis loquentes Proserpinam infernalem: Eleusinii antiquam Deam Cererem: alii Junonem, alii Bellonam, alii Hecaten, alii*



Id.—4 Pith. Fux. D'Orv. *illic*. Id.—5 Pal. *Cyprum*. Id.—6 Idem, *Paphyam*. al. *Palaphiam*. Colvius. *Phalaphia* Pith. Fux. *Phlaphiam* Guelf. sec. *Phalphiam* pr. *Paphiaphicam* D'Orv. *Oud*.—7 *Sagittiferi* D'Orv. *Id*.—8 Edil. Ber. Bas. pr. præmittunt τὸ nam, e præcedentis vocis syllaba repetitum. Pith. D'Orv. *Eleusuli*, Guelf. pr. Edd. ante Colv. *Eleusini*, ut p. 239. *Id*.—9 Scriverius rursus edidit, *vesculam D. Cer.* Vide ibidem. *Id*.—1 *Junonem alii, alii Bellonam, alii Hecatam, Rhamnusiam alii*. Fux. *Junonem alii, Bellonam alii, Hecatam misti* (forte *mystæ*) *Rhamnusiam illi*. Roaldus. Idem, *Thramisiam*. al. *rahamusian*. Colvius. Lege ex Flor. *Hecatam alii, R. isti*. Elmenhorstius. *Hecatam* Flor. ut Arnob. p. 94. Plaut. Cist. i. 1. 50. *Wass. Mss.* Flor. Fux. Reg. Pith. Guelf. Pal. D'Orv. Oxon. Lips. carent semel τῶ alii ante *Bellonam*, iidemque præbent, *B. alii, Hec. isti, Rhamn. illi*. Optime, uti jam edidit Elmenhorstius. Nam prave hinc Scriverius retinuit ubique *alii*, et omnibus postposuit. Vide ad l. x. p. 212. 'Modo istud, modo illud.' Ad hæc Palat. D'Orv. Fux. Guelf. etiam clare habent *Hecatam*. Verissime. Ad ad l. ii. p. 23. Totum igitur locum expressi hoc modo: *Junonem alii, Bello-*

#### NOTE

ῥῶν. 'Cum venisset in populum indigenam inclytarum Athenarum.'

<sup>a</sup> *Cecropiam Minervam*] Attica ipsa Cecropia quoque regio dicta est, a Cecrope rege, qui Athenas instauravit, et de Minervæ nomine, quæ Græcè Ἀθήνη dicitur, appellavit.

<sup>b</sup> *Fluctuantes Cyprii*] Quia Cyprus insula Mediterraneo in Mari sita, eo undique alluitur.

<sup>c</sup> *Cretes sagittiferi*] Pomp. Mela lib. ii. 'Celebrantur arte sagittandi Cydon, Gortyna, et Gnossum Cretæ urbes.' Lucan. lib. iii. Pharsal. 'Jam dilecta Jovi centenis venit in arma Creta vetus populis, Gnossumque agitare pharetras Docta, nec Eois peior Gortyna sagittis.'

<sup>d</sup> *Dictynnam Dianam*] Eo quod Diana retia invenerit, quæ Græcè δίκτυα vocantur. Diodorus tamen, lib. vi. Bibliothecæ, Dictynnam alii

am facit a Diana, atque eam ex Jove genitam in Creta, consuetudine Dianæ familiarissime usam esse; quæ res causam præbuit, ut quidam Dictynnam et Dianam eandem esse existimarent. Illi Dictynnæ nomen fuit Britomartis, ferturque Gortynia fuisse, et matrem habuisse Charmen.

<sup>e</sup> *Siculi trilingues*] Cælius Rhodiginus, antiq. lect. lib. iii. cap. 32. 'Siculos ab Apuleio dici trilingues animadverto, quod barbare' (Sicula nimirum Lingua) 'initio sint locuti; Græce mox; postremo etiam Latine.'

<sup>f</sup> *Junonem alii*] Ut Samii, qui Junonem singulari cultu prosequantur.

<sup>g</sup> *Bellonam alii, Hecatam isti*] De his jam diximus.

<sup>h</sup> *Rhamnusiam illi*] [alii] Erat hæc Nemesis, Rhamnusia dicta a Rhamnunte Atticæ pago, in quo templum

et, qui<sup>2</sup> nascentis Dei Solis inchoantibus illustrantur radiis Æthiopes,<sup>i</sup> Ariique,<sup>3</sup><sup>k</sup> priscaque doctrina pollentes + Ægyptii,<sup>1</sup> cærimoniis me propriis percolentes,<sup>5</sup> appellant vero

*Nemesin: et Æthiopes, qui collustrantur primis radiis Dei Solis exorientis, Ariique, et Ægyptii periti doctrinae antiquæ, nominant me vero meo nomine Reginnan*

nam alii, Hecatam isti, Rhamnusiam illi. In D'Orv. *Thammisionem*, Palat. Guelf. sec. *Thramisian*, pr. *Travusiam*. Oud.—2 In Ms. est, *Illi quique*. Colvius. *Illi* scil. ut dixi, pertinet ad superiora. Copula et deest D'Orv. Fux. Reg. Guelf. et Palat. Vide Fabri Semestr. l. III. 44. Oud.—3 Vid. Not. Var.—4 *Priscam d. pollentem* Pith. Oud.—5 *Cærimoniis me prorsus propriis perc.* *Prorsus* jam primum ex eodem Ms. additum. Colv. *Td prorsus recte delent Bert. et Flor. Elmenh.* *Prorsus* abest ab aliis, at jam primum ex Cod. manuse. addidit Colvius. Forte scriptum, *propriis propitiis*, ut illud alterum sit glossema. Vide notata ad lib. v. si tamen tanti. *Brant.* Credat, qui volet, *propitiisque* capiat pro *propriis*. Innuit Brantius, verba, 'Dei propitia tela,' l. v. p. 103. Verisimilius conjiceret *td prorsus*, quod agnoscit itidem Palat. et Guelf. sec. natum esse ex voce *pravis*, ut ejus glossa fuerit *propriis*, pro quo etiam *pravis* divinavit legendum Sopingius. Sed vide ad l. VIII. p. 173. 'Quod semiviris illis proprium gestamen est.' Quicquid sit, auctoribus reliquis Mss. expunxi rursus istud *prorsus*. In Fux. *cærimoniisque propriis p.* A Guelf. pr. exulat quoque *me*, isque habet *præcellentes*. Oud.—

## NOTE

habet, et simulacrum egregium, Agoracriti, Phidiae discipuli, manu elaboratum. Credita est Nemesin ultrix scelerum, præmiatrix bonorum, arbitra rerum, Justitiæ filia, ex abdita quadam æternitate, terrena omnia despectans. Pinnas ei tribuerunt Antiqui, item gubernaculum, et rotam, ut summa velocitate eam singulis adesse, cunctaque ejus numine regi significarent. Martianus Nemesin putat eandem esse ac Fortunam.

<sup>i</sup> *Æthiopes*] Orientales intellige. Videtur hic Apuleius ex priscorum sententia loqui, qui, teste Strabone lib. I. Geograph. Æthiopiam vocabant regiones omnes illas Meridionali Oceano adjacentes ab ortu hyberno ad hybernum occasum, quales sunt Mogoli Imperium, Persis, Arabia, et ea, quam Æthiopiam nunc dicimus, cum Mauritaniam parte: ita ut sinus Arabicus Orientalem Æthiopiam, secundum mentem Veterum, dirimat ab Occidentali. Eodem modo regiones

omnes Septemtrionales Scythiæ nomine a Veteribus fuisse appellatas, idem Strabo refert. Ad veterem illam Æthiopiæ acceptionem et divisionem respexisse videtur Apuleius, et Æthiopum nomine intellexisse Indos.

<sup>k</sup> *Ariique*] Arianae incolæ. Ariana autem secundum Eratosthenem, referente et probante Strabone, lib. Geogr. xv. regio est, quæ, ab Oriente, Indo fluvio terminatur: ab Austro, mari magno: ab Aquilone, Paropamisso, aliisque Caucasi rupibus usque in Caspias portas: ab Occidente iisdem finibus, (vel montibus: scripti enim codices, ut ad marginem annotavit Casanbonus, habent *Ἰπείσι*, cum vulgata editio præ se ferat *Ἰπείσι*) quibus Parthia a Media, Carmania a Parætacena et Perside distinguitur.

<sup>1</sup> *Priscaque doctrina pollentes Ægyptii*] Herodotus, lib. II. num. 121. et 160. sapientissimos mortalium eos vocat. Vide quæ diximus lib. II. pag.

nomine Reginam Isidem.<sup>6</sup> Adsum tuos miserata casus, adsum favens et propitia. Mitte jam fletus, et lamentationes omitte:<sup>7</sup> depelle mœrorem. Jam tibi providentia mea illucescit<sup>8</sup> dies salutaris. Ergo igitur imperiis istis meis animum intende<sup>9</sup> sollicitum. Diem, qui dies ex ista nocte nascetur, æterna mihi nuncupavit<sup>1</sup> religio: quo sedatis hybernis tempestatibus, et lenitis maris procellosis fluctibus,<sup>2</sup> navigabili jam pelago,<sup>m</sup> [242] rudem dedicantes carinam,<sup>n</sup> primitias commeatus<sup>o</sup> libant mei sacerdotes. Id sacrum<sup>3</sup> nec sollicita, nec profana mente debebis ope-

*Isidem, colentes me ritibus plane propriis. Ecce me affectam miseratione tuarum calamitatum, ecce me tibi benevolam et propitiam. Missas nunc facito lacrymas, et lamenta: abige tristitiam. Mox dies salutaris illucebit tibi mea providentia. Præbe igitur animum attentum his meis mandatis. Perpetuo cultu consecratus est mihi dies, qui oritur post hanc noctem: quo die mei Sacerdotes mihi offerunt primitias navigationis, dedicantes mihi novam navem, cum jam procellæ hyemales pacate sunt, et undæ tempestuosæ pelagi sunt compositæ, ipsumque mare jam factum est navigabile. Debebis expectare illud sacrum animo neque anxio, neque irreligioso.*



6 *Isidem* Pal. et Guelph. sec. *Id.*—7 *Mitte j. flet. et lament. omitte.* Hæc non habet idem vetus codex. *Colv. Obmitte* Guelph. sec. *Oud.*—8 *Illucescet.* *Vulg. illucescit.* *Colvius. Flor. illucescit.* *Elmenhorstius.* Præsens tempus, quod futuri beneficii certitudinem magis indicat, retinuerunt quoque *Mss. Pith. Bertin. D'Orv. Fux. Oxon. veterumque Edd. scripturam* revocarunt jam *Elmenh. et Scriver. Oud.*—9 *Ms. animum impende.* *Colvius. Palat. impende.* *Elmenhorstius.* Sic etiam *Guelph. sec.* Acute et nervose dictum foret *impende*, sive toto animo incumbere in meorum imperiorum observationem. *Belg. zyn gemoed besteeden.* 'Preces impensæ' in *Apol. fine.* Haud tamen temere vulgata, quæ multo usitatior et magis *Apuleiana* est, et ab optimis *Codd.* confirmatur, est sollicitanda. *Oud.*—1 *Pal. D'Orv. Oxon. Guelph. nuncupabit.* *Id.*—2 *Vox fluctibus* non est in *Bertin.* 'procellosa maris' *elegantior.* *Sciopp. in Symb. et Susp. II. 12.* Tò *fluctibus* abest a *Bert. Elmenh.* Sic ejus varietatis mentionem faciendo sat declaravit *Elmenh.* eam sibi haud placere. *Abrupta illa non conveniunt luxurioso et florido Apuleii stylo.* *Oud.*—3 *Bert. ad*

#### NOTÆ

62. ad hæc verba: 'Zachlas adest Ægyptius.'

<sup>m</sup> *Navigabili jam pelago*] Verno tempore, cum jam elapsa est hyems, et sedatæ tempestates. 'Ver' (ait *Plinius*) 'aperit navigantibus maria, quæ hyberno tempore hyemant, et sævitia tempestatum concluduntur.'

<sup>n</sup> *Rudem dedicantes carinam*] *Novam*, et mare nondum expertam. *Fortassis hæc navis dedicabatur a Corinthiis in Isidis memoriam, quam navi-*

gio in Ægyptum vectam esse constat, non autem tranavisse. Hoc sacrum tangit *Lactantius lib. 1.* his verbis: 'Certus dies habetur in festis, in quo *Isidis* navigium celebratur.'

<sup>o</sup> *Primitias commeatus*] *Navigatio-* nis. Sic *Cæsar*: 'Dnobis commeatibus exercitum reportare constituit.' Alias 'commeatus' sumitur pro frumento, aliisque cibariis, quæ in castra ad milites comportantur: item et pro abundi venia, *congé.*

riri.<sup>4</sup> Nam meo monitu sacerdos, in ipso procinctu pompæ,<sup>5</sup> roseam manu dextra sistro<sup>6</sup> cohærentem gestabit coronam.<sup>7</sup> Incontanter ergo, dimotis turbulis, alacer continuare pompam meam, volentia fretus:<sup>8</sup> et de proximo clementer,<sup>9</sup> velut manum sacerdotis deosculabundus,<sup>1</sup> rosis decerptis,<sup>2</sup> pessimæ mihi que detestabilis jam dudum<sup>3</sup> belluæ istius corio te protinus exue.<sup>4</sup> Nec quicquam rerum earum<sup>5</sup> reformides,<sup>6</sup> ut arduum. Nam hoc eodem momento, quo tibi venio,<sup>7</sup> simul et tibi præsens,<sup>8</sup> quæ sunt consequentia,<sup>9</sup> sacerdoti meo per quietem facienda præci-

*Sacerdos enim admonitus a me, feret coronam roseam in manu dextra adhærentem sistro in ipso apparatu pompæ. Sequere igitur sine mora pompam dispulsis turbis, confusus mea benevolentia: et cum ad Sacerdotem accesseris, decerpe rosas leniter, quasi volens osculari manum ejus, ac protinus exue pellem pessimæ istius belluæ, et mihi jam pridem odiosæ. Neque pertimescas quicquam mearum rerum tanquam difficile. Nam hoc ipso puncto temporis, quo ad te venio, simul etiam illic præsens, impero meo sacerdoti per somnum ea, quæ debet facere posthac. Densæ turbæ*

\*\*\*\*\*

sacrum. Hic autem deficit Guelferb. prim. *Id.*—4 *Opperiri*. Flor. *operiri*. Elmenhorstius. B. *operam*. M. *operari*. Puteanus. Unico *p* in Mss. habetur, non significans expectare, ut interpretatur Floridus, sed attente conspiciari. Adi me ad l. i. p. 14. *Oud.*—5 Bert. *protractu*, id est, dum protrahitur, dum procedit pompa. *Sciopp. in Symb. et Susp.* ii. 12. Elmenh. Probarunt id Scriverius et Pricæus, qui insuper malebat legi illo. Nil ego mutem, et cum Beroaldo ac Schegkio ad Vellei. l. ii. c. 5. ipsum pompæ apparatus intelligam. *Oud.*—6 Edd. Junt. post. *Scriv. dextera*, Pith. Mss. *dextram*. Pro *sistro* inepte *sinistra* Par. Ed. Bas. pr. *Id.*—7 Pith. Pal. Guelf. sec. *gestabat*. Salm. hinc legit *gestat*. *Id.*—8 Rectius legas, *continuare pompam, mea volentia fretus*. Colvius. *Scribe, pompam, mea volentia fretus*. Wowerius. *Pompam, mea v. f.* Sic Modius hunc locum recte distinguit. Msti et Editi legunt *continuare pompam meam v. f.* Elmenhorstius. In Mss. O. est *meam* vel *meū*. Nihilominus *volentia*, pro quo pessime *volentia* exaratur in 6 Mss. de more (Vide Salm. ad Solin. c. 36. 'ad promptam residendi volentiam') requirit illud possessivum. Forte scripserat Auctor, *c. p. meam: mea vol. fr.* In Oxon. *fletus*. *Oud.*—9 Palat. Oxon. Guelf. sec. et proxima. Vide l. ix. p. 206. *elementis* Fux. *Id.*—1 *Manum s. osculabundus*. Palat. *osculabundis*. Sed ati ad l. iv. p. 74. In Pith. D'Orvill. exaratur *deosculat*. Quod verum existimo, et mere Apuleianum. Consule notata ad l. iv. p. 71. 'Gladium deosculatum.' *Id.*—2 Bert. *rosis vel dec.* *Id.*—3 Fux. *jun det. dudum*. *Id.*—4 Vulg. *exuo*. Ut vetus noster, sic etiam legendum conjecerat Beroaldus. *Colv.* Imperativum habent cum Ed. Junt. post. et Edd. post Colvium vere Mss. O. nisi quod in Oxon. pro var. lect. sit *exuet*. *Oud.*—5 *Rerum mearum*. Quid hic faciat *rd mearum*, non video. Scriverius optime, ut reor, edidit *rerum earum*, quas jubebat fieri. *M* adhæsit e præc. voce. *Id.*—6 Abest præpositio a D'Orv. Cod. Utroque 'formidare' et 'reformidare' usus est Auctor. *Id.*—7 Ed. Bas. pr. *q. ubi v.* *Id.*—8 *Scribo, simul et ibi, præsens quæ sunt conseq. &c.* Ms. *sequentia*. Colvius. *Tibi mordicus retinent* Mss. et Edd. si excipias Vule. Wower. Pric. Flor. quas tamen non secutus sum. *Td ibi* enim otiosum et languidum foret. *Oud.*—9 *Td sunt* non est in Flor. *Colv. sequentia*. Elmenhorstius. Scaberrima hæc sunt, nec sana, ut opinor. In D'Orv. est *quæ subse-*

pio. Meo jussu tibi constricti comitatus decedent populi.<sup>1</sup> Nec inter hilares cærimonias et festiva spectacula,<sup>2</sup> quamquam deformem istam, quam geris,<sup>3</sup> faciem perhorrescet: vel figuram tuam repente mutatam,<sup>4</sup> sequius interpretatus<sup>p</sup> aliquis,<sup>5</sup> maligne criminabitur. Plane memineris, et penitente conditum<sup>6</sup> semper tenebis, mihi reliqua vitæ tuæ curricula<sup>7</sup> adusque terminos ultimi spiritus vadata. Nec injurium,<sup>8</sup> cujus beneficio<sup>9</sup> redieris ad homines, ei totum debere, quod vives. Vives autem beatus,<sup>1</sup> vives in mea tutela gloriosus: et cum spatium sæculi tui permensus ad Inferos demearis, ibi quoque in ipso subterraneo semiro-tundo,<sup>q</sup> me, quam vides Acherontis tenebris interlucentem,

*populi dabunt tibi spatium ad transeundum, meo jussu. Et per læta illa sacra, et festiva spectacula, nemo odio habebit turpem istam formam, quam geris: neque quisquam te maligne accusabit, explicans in deteriolem partem subitam mutationem tuæ formæ. Memento tantum, et habe semper repositum in intimis præcordiis, reliquum vitæ tuæ cursum mihi esse obstructum ad extremum usque spiritum. Neque iniquum est te debere totam tuam vitam ei Deæ, cujus ope reversus fueris inter homines. Porro vives felix, vives gloriosus sub meo protectione: et cum, peracto ævi tui tempore, descenderis ad Inferos; ibi etiam in ipso hemisphærio subterraneo, tu ipse, habitans in campis Elysiis, me, quam nunc cernis, sæpe veneraberis fulgentem*



quentia, in Fux. Pal. Oxon. Guelf. quæ sunt sequentia. Oud. Vid. Not. Var. —1 Fulvius conjicit: *t. constipati comiter decedent populi*. In Bertin. pro comitatus est *commeatu*. Scioppius in Symb. et Susp. II. 12. *Elmenh.* Malim, *constrictæ commeatu d. populus*, i. e. dense congregatus. Sic Sisenna apud Nonium, 'populus conventus.' Sic 'limite transmeato,' l. vi. p. 98. Ed. Colv. *Soping*. Est etiam qui legat, *constricti commeatu*. In Pith. est *commeatu descendent*. Omnia incassum. Comitatus constricti populi sunt turbæ et conjuncta frequentia populi condensæ et constipati; ut bene explicat Sciopp. in Suspectis, cum Beroaldo et Pricæo. P. 244. 'Qua sacer incedebat comitatus?' ubi *sacri incedebant* in nonnullis. Passim Cæsar in plurali dixit ita *comitatus*. Vide ad Hirt. B. G. l. VIII. 30. quo loco nunc tamen *commeatu* præfero. Creberrime enim hæ voces confunduntur. Vide ibid. et supra ad l. VIII. 165. In Pith. quoque *descendent*. Oud.—2 Flor. *festina sp.* *Elmenh.*—3 Pal. *gerio*. Oud.—4 Id. *mutuatam*. Id.—5 Bert. Pith. *aliquid*. Id.—6 *Conditum*. Idem, al. *cognitum*. Colvius. D'Orv. *penica*. Item Fux. et D'Orv. *cognitum*. Oud.—7 Bert. *reliquæ v.* *Elmenhorstius*. Id placuit viro docto in Misc. Obs. Vol. II. p. 399. Sed perperam; ut vidimus ad p. 241. 'Arabix felicia germina.' Sic æque mox pro *terminos ultimi spiritus*, possis scribere *ultimos*. Abest mihi a Pith. Oud.—8 Bert. *mirum*. Id.—9 *Exulat τὸ cujus* ab Oxon. Pal. Guelf. Id.—1 Idem Ms. *beate*. Colvius. Edd.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Sequius interpretatus*] Quasi tu sis magus, magicisque artibus te in asinum mutaveris ad aliqua flagitia perpetranda.

<sup>q</sup> *In ipso subterraneo semiro-tundo*] In hemisphærio inferiori, in quo habitant Antipodes, quodque Inferis assignabatur ab Antiquis.



Stygiisque penetralibus regnantem, campos Elysios<sup>r</sup> incolens ipse, tibi propitiam<sup>2</sup> frequens adorabis. Quod si sedulis obsequiis<sup>3</sup> et religiosis ministeriis, et tenacibus<sup>4</sup> castimoniis numen nostrum promerueris,<sup>5</sup> scies ultra statuta Fato [243] tuo spatia,<sup>5</sup> vitam quoque tibi prorogare mihi tantum licere.<sup>6</sup> Sic oraculi venerabilis sine prolato,<sup>7</sup> numen invictum<sup>8</sup> in se recessit.<sup>t</sup> Nec mora, cum somno protinus absolutus,<sup>9</sup> pavore et gaudio, ac dein sudore nimio<sup>1</sup> permixtus<sup>2</sup> exsurgo: summeque<sup>3</sup> miratus Deæ potentis<sup>4</sup> tam claram præsentiam,<sup>5</sup> marino rore respersus, magnisque im-

*inter tenebras Averni, et regnantem in secretioribus usque Inferni locis, ac tibi faventem. Quod si tibi devinxeris meam gratiam tuis accuratis obsequiis et ministeriis religiosis, et castitate inviolabili; noveris me solam posse quoque tibi extendere vitam ultra tempus decretum tuis fatis. Sic finito venerando oraculo, potentissima Dea recondidit se in seipsam. Statimque ego expegefactus surgo correptus timore, et lætitia, ac deinde multo sudore: et maxime admirans tam manifestam præsentiam Deæ potentis, abhinc me aqua maris, et attendens ad magna ejus jussa,*



Vic. Ven. vivere. Oud.—2 Bert. ipsi t. Elmenhorstius. Ed. Vic. prospiciam, de qua voce vide ad l. vi. p. 122. 'Turris illa propitia.' Oud.—3 Oxon. sedulus, Guelf. desulis. Id.—4 Edd. Junt. Ald. carent τῶ et. Id.—5 D'Orv. promeruis. Id.—6 Bert. mihi enim vero l. Elmenhorstius. 'Tantum' valet mihi solummodo, et non alii, ut siderum reginæ. Adi Pricæum. Notabilis tamen hic est Bert. Cod. lectio enimvero; ut capiamus pro omnino. Confer Misc. Obs. V. ii. p. 400. Sic Flor. N. 20. 'Enimvero universas.' De Mundo p. 742. Ed. Flor. 'Enimvero ad summum locum quæque properabunt.' Oud.—7 Bert. f. perlitto. Elmenhorstius. Immo perlato, ut Pith. Utrumque bene. De iis aliquoties supra. Oud.—8 Al. invisum.—9 Fux. absolutus. Id.—1 Idem, dein, id est, deinde. Colvius. Pal. quoque deinde. Par. s. mutuo. Oud.—2 Edd. Vic. Ber. Bas. pr. promixtus. Sed vide lib. ix. p. 191. Id.—3 Edd. Vett. summæque. Id.—4 Bert. præsentis. Id.—5 Tam præclaram præsentiam. Flor. Rom. et Ald. tam claram pr. Elmenhorstius. In Pith. etiam aliisque Mss. cunctisque ante Colvium Edd. cum Elm. Scriv. Pric. modo exhibetur, tam claram. Sed D'Orv. Fux. Lips. Pal. Bert. Reg. præ agnoscunt; quam et ego expungi malim. Vide ad lib. x. p. 225. 'præclara micantes luce.' Oud.

## NOTE

<sup>r</sup> Campos Elysios] Ἠλύσιον πεδίων Græcis, ἀπὸ τῆς λύσεως, a solutione curarum.

<sup>5</sup> Ultra statuta Fato tuo spatia, &c.] Infra in Oratione ad eandem Isidem: 'Et depulsis vitæ procellis, salutarem porrigas dexteram, qua Fatorum etiam inexplicabiliter contorta re-

tractas licia, &c.'

<sup>t</sup> Numen invictum in se recessit] Cum enim hæc Dea sit 'rerum natura parens,' ut supra dixit, nusquam poterat recedere nisi in seipsam. Ovidius, lib. Metamorphos. ii. de Tellure. 'Summe Retulit os in se.'

periis intentus, monitionis<sup>6</sup> ordinem recolebam. Nec mora, cum noctis atræ fugato nubilo, Sol exsurgit aureus: et ecce<sup>7</sup> discursu religioso, ac prorsus triumphali, turbulæ complent totas plateas. Tantaque hilaritudine præter peculiarem meam<sup>8</sup> gestire mihi cuncta videbantur, ut pecua etiam cujuscemodi,<sup>9</sup> et totas domos, et ipsum diem serena facie gaudere sentirem. Nam et pruinam pridianam<sup>1</sup> dies apricus ac placidus<sup>2</sup> repente fuerat insecutus: ut canoræ etiam aviculæ,<sup>u</sup> prolectante<sup>3</sup> verno vapøre, concentus suaves assonarent, matrem siderum, parentem temporum,<sup>w</sup> orbisque<sup>4</sup> totius dominam blando mulcentes<sup>5</sup> affamine.

*recoleram unimo seriem mandatorum ejus. Et paulo post Sol aureus exoritur, discussa caligine noctis obscuræ, continuoque turbæ populi implent omnes vias incensu religioso, ac penitus triumphali. Et omnia mihi videbantur exultare tanta lætitiâ præter eam, quam ego apud me peculiariter sentiebam, ut existimarem pecora etiam omnis generis, et omnes domos, ipsumque diem lætari vultu sereno. Dies enim clarus et tranquillus exceperat subito gelu diæ præcedentis: ita ut ares etiam vocales ederent dulces concentus, tepore veris eas invitante: suavis suis cantibus ablandientes matris stellarum, parenti sæculorum, et dominæ universi mundi. Quid? quod ipsæ etiam*



—6 *Monitionis ejus.* Ejus non est in eodem Vet. lib. *Colv.* Tò ejus non est in Flor. *Elmenh.* Apage istam ingratham τού ejus repetitionem. Induxit jam Ed. Junt. post. nec comparet in Mss. Pal. Oxon. Petrarchæ. Uncis inclusit Scriverius. Delevi ego. *Oud.*—7 *Abest et a Flor. et Fux. male.* Vide Indicem. *Id.*—8 *Scil. hilaritudinem.* Vitiose erat in Edd. Wow. *Pric. eam,* ut monuit de sua *Pricæus. Id.*—9 *Vulg. hujuscemodi.* Jam notavimus supra ad lib. ix. *Colc.* Ut non legas in D'Orv. qui male dat *hujuscemodi* cum Pith. et Edd. Vett. *ejusmodi* Oxon. Intelligit enim omnis generis pecua. Vide ad lib. viii. p. 164. *Oud.*—1 *Pridianam* non est in Edd. Junt. pr. Ald. *Id.*—2 *Coll. Lips. apertus.* Oxon. *placitus.* *Id.*—3 *Fux. prolectate v. v.* Lego, *prolectatæ.* Roaldus.—4 *Coll. Lips. orbisque par. temp.* *Oud.*—5 *Pith. mulcens.*

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Ut canoræ etiam aviculæ, &c. matrem siderum, &c. blando mulcentes affamine]* Lucret. lib. i. de rerum Natura. ad Venerem, quæ hic Isis est: 'Te, Dea, te fugiunt venti, te nubila cœli, Adventumque tuum: tibi suaves Dædala tellus Summittit flores: tibi rident æquora ponti, Placatumque nitet, diffuso lumine, cælum. Nam simul ac species patefacta est verna diæ, Et reserata viget genitabilis aura Favouî: Aëriæ primum

volucres te, Diva, tumque Significant initum percussæ corda tua vi,' &c.

<sup>w</sup> *Parentem temporum]* At supra se vocat ipsa Isis 'sæculorum progeniem initialem,' quod sane primogenitam filiam temporum, non autem matrem videtur significare: nisi 'progeniem,' quæ vox vulgo passive sinitur pro eo quod gignitur, active eo loco sumamus pro eo quod gignit.

Quid? quod arbores<sup>6</sup> etiam, quæ<sup>7</sup> pomifera sobole fecundæ, quæque earum tantum umbra contentæ,<sup>8</sup> et steriles, austrinis laxatæ flatibus,<sup>9</sup> germine foliorum reidentes,<sup>1</sup> clementi motu brachiorum dulces strepitus obsibilabant. Magnoque procellarum sedato fragore,<sup>2</sup> ac turbido fluctuum timore posito, mare quietas alluvies<sup>3</sup> temperabat: cælum autem, nubilosa caligine disjecta, nudo sudoque<sup>4</sup> luminis proprii splendore candebat. Ecce pompæ magnæ paulatim procedunt anteludia,<sup>5</sup> votivis cujusque studiis<sup>6</sup> exornata pulcherrime. Hic incinctus balteo militem gerebat; illum succinctum chlamyde copides<sup>x</sup> et venabula<sup>7</sup> vena-

*arbores, tum quæ ferunt poma, tum quæ ex illis steriles sunt, et tantum umbram fundunt, resolutæ flatibus Noti, lactæ germine frondium, obstrepunt jucundis sibilis leni agitatione ramorum: et mare, jam pacato ingenti murmure tempestatum, et depressa turbulenta tumiditate undarum, leniter allucebat litus: cælum vero nitēbat claro et sereno fulgore suæ lucis, fugatu obscuritate nubium. Tunc præludia magnæ pompæ sensim progrediuntur, ornata decentissimè secundum vota et studia uniuscujusque. Hic incinctus balteo repræsentabat militem; ille indutus chlamyde, et*

~~~~~

Id.—6 Al. aures, arbores.—7 Coll. Lips. et Palat. caret τῶ quæ. Oud.—8 Tantum umbra contentæ steriles. Ms. quæque ear. tant. umbr. contenta est, heriles austr. laxare flat. Colvius. Pal. tantam. Ed. Aldi, et umbra. Guelf. umbra contenta est st. D'Orv. umb. cont. tantum steriles, sine copula ante steriles, quæ deerat omnibus ante Colvium Edd. Contenta est heriles in Oxon. Fux. contentæ steriles in Pith. Oud.—9 Ed. Vicent. austerinis. Fux. lassatæ, Oxon. laxata. Oud.—1 Germine fol. renitentes. Sic Pal. Alti, germ. fol. revidentes. Elmenhorstius. Pal. filiorum. dein renitentes itidem in Guelf. D'Orv. Edd. Elmenh. et Scriv. pravo iudicio. Adi me ad lib. iv. p. 63. 'rosarum niveus color renidebat.' Oud.—2 Pal. Guelf. flagore. Id.—3 Idem, adlubias. Colvius. Probabat Lipsius, ut pallacias. Pal. Guelf. allubias. Oud.—4 Idem, suo deque. Colvius. Pith. desita. Nudo deest Oxon. Oud.—5 Bert. præcedunt. Elmenhorstius. Item Edd. Vic. Ber. Coliu. Bas. prave. Antelucida inepte Pith. Oud.—6 Vocibus cujusque studiis. Non sana hæc lectio. Forte reponendum, vobis cujusque stud., id est, omnibus: unde natus error videri possit. Colv. F. rotitis, vel etiam rotivis. Brantius. Prima vox male exulat ab Edd. Wow. et Pricvi. In Mss. omnibus est vocibus. Hinc Schukeradius conjecit, vocibus cujusque studii. Verum voces hic minime conveniunt. Anteludia hæc erant adornata vario apparatu secundum studia cujusque, adcoque et vota. Hinc verissime ex Brantii, ut et Vulcanii, divinatione Scriverius et Floridus edidere rotivis. Scriptum erat rotitis, hinc degeneravit in vocibus. Auctoris mentem unice illustrent sequentia. Utramque vocem junxit Tib. lib. i. 3. 29. 'votivas persolvat Delia voces.' ubi male contra Mss. reponere noctes. Voces votivæ sunt vota, ut 'voces precantes' apud Pœtas sunt preces. Oud. Gruterus Suspici. Ined. xv. cap. 4. pro vocibus, vel, ut nunc legitur, rotivis, conjicit vestibibus cujusque studii, ut sensus sit, vestibibus

#### NOTE

\* Copides] Gladii venatorii. Q. gladios leniter curvatos, falcibus si- Curtius lib. viii. 'Copides vocant niles, quibus appetebant belluarum

torem fecerant: [244] alius soccis obauratis,<sup>y</sup> indutus serica veste,<sup>8</sup> mundoque<sup>9</sup> pretioso, et attextis<sup>1</sup> capite crinibus, incessu perfluo<sup>2</sup> foeminam<sup>3</sup> mentiebatur. Porro alium ocreis, scuto,<sup>4</sup> galea, ferroque insignem, e ludo putares gladiatorio procedere.<sup>5</sup> Nec ille deerat,<sup>6</sup> qui magistratum fascibus<sup>7</sup> purpuraque luderet: nec qui pallio, baculoque,<sup>8</sup>

*gestans copides, et spicula, ornatus erat in morem venatoris: alius calceatus soccis deauratis, amictus veste serica, et pretioso ornatu muliebri, et affixis capillis capiti, simulabat mulierem gressu molli: alius autem spectabilis erat ocreis, clypeo, casside et gladio, et eum diceres exire e schola gladiatoria. Erat quoque qui magistratum referret fascibus virgarum et veste purpurata; et qui representaret philosophum pal-*

//////////

quemque indutum fuisse, quæ conveniebant iis personis, quas repræsentabant, quod sequitur apud Apul. *Idem in Addend.*—7 Quidam, *crepidæ et venabula*. Ms. Ven. Rom. *crepides*. Rectissima est, quam expressimus, scripti codicis Beroaldini lectio. Copidas venatori attribuit etiam Oppianus lib. 1. *Colv.* Flor. Pal. et Rom. *crepides*. Alii, *crepida*, male. Vide Indicem. *Elmenh.* Mss. O. et Edd. pp. *crepides*, Edd. Junt. Ald. Colin. Bas. *crepidæ*. Sed hæc minime venatoriæ. Quare cum Beroaldo, Lips. *Colv.* ceterisque *copides* sen cultros incurvos servo, distinctos a venabulis. Confer omnino Commentarios Ulitii aliorumque ad Gratii Cyneg. vs. 338. 'tegat imas fascia suras, Sit famulis vitulina tuis aut tergore fulvo Mantica, curta chlamys, canaque e Mele galeri: Ima Toletano præcinctant ilia cultro: Terribilemque manu vibrata falarica dextra Det sonitum,' &c. *Oud.*—8 Flor. *inductus serica v.* *Elmenhorstius*. In Pith. *abaur*. In Oxon. quoque *inductus*. Recte, si jungas, 'soccis obaur. inductus, ser. v.' Respice dicta ad l. 11. p. 39. 'palmeis baxeis inductum.' Pal. *vesta*. *Oud.*—9 Pal. *Guelf. nudoque*. Id.—1 Palat. *a dextris*, *Guelf. addexteris*. Vide *Pric. Id.*—2 Ambigo, an præferenda quorundam librorum scriptura, *incessu superfluo foeminam ment.* Woverius. *Superfluo* in nullis est libris, sed conjectura J. Isacii Pontani l. 111. Anal. c. 10. quam unice infirmat nota Des. Heraldi ad Arnob. l. vi. p. 197. 'Liquoris foeminej dissolutissimus laxitate:' cui addas *Pricæum*, ac Beroaldum. In D'Orv. *profluo*. *Oud.*—3 Pal. *Guelf. faminata*. Id.—4 D'Orv. *scato*. Id.—5 Fux. *e dolo p. g. præcedere*. Vulgata antestat. Ceterum in hoc ludi verbo corrigendi loci in Glossis Philoxeni col. 25. Auctoratus, *αὐθαίρετος εἰς λουδὸν ἐαντὸν βάλλων, καὶ μονόμαχος*. et col. 542. *μυσθὸς εἰς λουδὸν*, auctoramentum. Col. enim 129. lanista interpretatur *λουδότηρος*. Vulgo, his locis legitur, *εἰς δοῦλον*, perperam. *Roald.* *Me ludo* *Guelf. Oud.*—6 Ed. Junt. post. n. *iste d.* Id.—7 Flor. *fascibus*, male. *Elmenh.* Sic et *Guelf. Oud.*—8 Palat. *perallia bac.* An *pera*, *pallio*, b. Cur enim *peram* hic omittit, maximum philosophorum, certe Cynicorum insigne? quod iis tribuit sæpius in Apolog. et Flor. N. 14. 'Peramque cum baculo et pallium humi

#### NOTÆ

manus,' id est, elephantorum proboscides. Suidæ *κοπίς* machæra est. Pollux vero *κοπίδα* accenset culinario instrumento. Noster hic ornatus varios recenset, quibus personati

histriones ludicra pompæ præludia obibant.

7 *Soccis obauratis*] Soccus hic accipere pro foeminarum calceamentis. Alias sunt calcei Comædorum.

et baxeis,<sup>9</sup> et hircino<sup>1</sup> barbitio<sup>2</sup> philosophum fingeret: nec qui, diversis harundinibus, alter aucupem cum visco, alter piscatorem cum hamo indueret.<sup>2</sup> Vidi et ursam<sup>3</sup> mansuem,<sup>a</sup> quæ cultu matronali, sella vehebatur;<sup>4</sup> et simiam pileo textili, crocotisque Phrygiis,<sup>5</sup> b catamiti pastoris specie,<sup>c</sup> aureum<sup>6</sup> gestantem poculum: et asinum pinnis agglutinatis<sup>7</sup> adambulantem cuidam seni debili: ut illum<sup>8</sup> quidem Bellerophontem,<sup>9</sup> hunc autem diceret<sup>1</sup> Pegasum; tamen

*lio, baculo, et crepidis, ac barba caprina. Erant quoque qui cum dissimilibus arundinibus representarent, hic aucupem cum visco, ille piscatorem cum hamo. Vidi etiam ursam cicurem, quæ gestabatur in sella, ornata matronæ: et simiam indutam pileo textili, et veste Phrygia crocei coloris, ferentem calicem aurcum sub forma Ganymedis pastoris: et asinum, cui alæ erant affixæ, incedentem juxta quendam senem infirmum: ita ut diceret hunc quidem esse Bellerophontem, illum vero Pega-*



posuisset.<sup>7</sup> Vide et Anson. Ep. 53. ac passim alios. *Id.*—9 Inepte quidam sui libri margini allevit *baxeis*, sive poculis e buxo. Fux. *baxiis*. *Id.*—1 Pal. Guelf. *hircine*. *Id.*—2 *Induceret*. Legi aliquando, *indueret*. Colvius. *Indueret*. Flor. *induceret*. Elmenhorstius. Mss. O. cum Edd. O. si excipias Vulc. sec., mordicus retinet *induceret*; scilicet in pompam, et hance scenam. Multo tamen elegantior est Colvii conjectura, merito per Pricæum probata. L. III. p. 58. ‘cum avem induero.’ Vide me ad l. II. p. 41. ‘Materiam indueret.’ Idem ait, quod Ovid. l. VIII. Met. vs. 854. ‘Induit et cultus piscem capientibus aptos.’ *Oud.*—3 *Abest et Ed. Junt. pr. Id.*—4 *Tò quæ non agnoscit Bertinus. Elmenh.* Relativum pronomen non comparat quoque in Mss. Pith. D’Orvill. nec Edd. Vicent. Beroald. Juntinis, Aldi, aliisque. Verissime, quasi per parenthesis. Atque ita sæpe cum optimis loquitur Auctor; sed hic illic a novatoribus intrusum pronomen docui jam ad l. I. p. 18. ‘Demonstro seniculum. In angulo sedebat.’ In D’Orv. exaratum est, *celsa veh. Guelf. vexabatur. Oud.* Male alii, *cultu matrimoniali*. Vide Brissonium Selectar. Antiquit. lib. I. cap. 4. *Colv.*—5 *Croceisque Phryg. Ald. Rould.* Sic recte *crocotisque* scribi etiam censet Beroald. Non repeto, quæ supra scripsi. *Colv.* Alii, *crocotiisque*. Vide indicem. *Elmenh. Simcam Fux. pileo D’Orv. otiisque Fux. crocotiisque Pal. Guelf. Edd. pp. Ber. Bas. croceisque Junt. Ald. Colin. e glossa. Vide ad l. VIII. p. 172.* ‘mitellis et crocotis et carbasinis et bombycinis injecti.’ De Catamito seu Ganymede adi Comment. ad Catal. p. 547. Ed. B. *Oud.*—6 Fux. *aurum. Id.*—7 Fux. *agglutinatum. Id.*—8 *Ut illumq. D’Orv. et illumq. Pith. illi. Id.*—9 D’Orv. Guelf. *Belloroph.* *Id.*—1 Pith. *dicens.*

## NOTE

<sup>a</sup> *Pallio, baculoque, et baxeis, et hircino barbitio*] Ornatus Philosophorum describitur, maximeque Cynicorum, quibus pallium, pera, et sacculus erat omnis supellex.

<sup>a</sup> *Mansuem*] Antiquè pro ‘mansue-tam.’ Festus ex Catone, et ex Varone Nonius.

<sup>b</sup> *Crocotisque Phrygiis*] Crocotæ, et per diminutionem crocotulæ, sunt vestes crocei coloris, quarum infectores dicuntur infectores crocotarii Plauto in Aulularia.

<sup>c</sup> *Catamiti pastoris specie*] Vide lib. I. Notas, pag. 76.

rideres<sup>2</sup> utrumque. Inter has oblectationes<sup>3</sup> ludicras popularium,<sup>4</sup> quæ passim vagabantur, jam sospitatricis Deæ peculiaris pompa moliebatur.<sup>5</sup> Mulieres candido splendentes amicimine, vario lætantes<sup>6</sup> gestamine, verno florentes coronamine, quæ de gremio per viam, qua sacer incedebat comitatus,<sup>7</sup> solum sternebant flosculis: aliæque<sup>8</sup> nitentibus speculis pone tergum reversis, venienti Deæ obvium commonstrarent obsequium: <sup>9</sup><sup>d</sup> et quæ pectines eburneos<sup>1</sup> ferentes, gestu brachiorum,<sup>e</sup> flexuque digitorum, ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent: illæ etiam, quæ ceteris unguentis et geniali balsamo guttatim excusso, conspergebant<sup>2</sup> plateas. Magnus præterea<sup>3</sup> sexus utriusque numerus,<sup>4</sup> lucernis, tædis, creis, et alio ge-

*sum; et tamen ambos derideres. Inter hujusmodi ridicula oblectamenta plebis, quæ huc illuc discurrebant, jam pompa singularis Deæ conservatricis progrediebatur. Mulieres nitentes amictu albo, exultantes variis gestibus, ornatae coronis intextis floribus vernis, quæ spargebant humum floribus eductis e suo gremio, per iter, quo sacra turba incedebat: aliæ erant, quæ, positis post tergum suum speculis, ostendebant Deæ turbam illum obsequiosam, quasi veniret ipsi obviam: erant etiam quæ gestantes pectines eburneos, imitabantur ornatum, et pectinationem comarum regiarum motu brachiorum, et inflexione digitorum: aliæ quoque erant, quæ conspergebant vias balsamo suavi, quod excutiebant stillutim, et aliis unguentis. Præterea ingens erat multitudo virorum, ac mulierum, qui supplicabant Deæ filiæ astro-*



Id.—2 D'Orv. cum r. Pith. Pal. t. *ridens*. Id.—3 Edd. Ber. Bas. pr. *obligationes*. Id.—4 Guelf. *popularium*. Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Palat. Guelf. *lutantes*. Ond.—7 Palat. *quam*: ut et hic 'incedere viam' dicatur. *Sacer* deest Fux. *sacri incedebant* bene exaratum est in Coll. Voss. Lips. v. p. 242. 'Constricti comitatus decedent populi.' Id.—8 Ed. Flor. *aliæ quæ*: ut conjecit Sal. in marg. Id.—9 Flor. *obivum o. male. Elmenh.* Sic passim ea vox scribitur in Mss. Suetonii Memmiano et Mediceis, et aliis auctoribus. Ond.—1 *Oburnos* Guelf. Id.—2 In Pith. et D'Orv. *conspergebant*. De hoc etiam supra dictum. Id.—3 Oxou. *prætamen*. Id.—4 Pith. *meis*. Id.—5 *Et alio genere ficti lumini*. Fux.

#### NOTE

<sup>d</sup> *Aliæque* [*Aliæ, quæ*] *nitentibus speculis, &c. venienti Deæ obvium commonstrarent obsequium* Hoc sic fiebat. Mulieres specula pone tergum gestantes priores incedebant, in quibus speculis tota subsequentium pompa cernebatur, vultibus ad Deam conversis: ita ut qui ante eam revera incedebant, obviam ipsi venire in

illis speculis viderentur.

<sup>e</sup> *Gestu brachiorum, &c.* Seneca lib. contra superstitiones: 'Sunt quæ Junoni ac Minervæ capillos disponant: longe a templo, non tantum a simulachro stantes, digitos movent ornantium modo: sunt quæ speculum teneant,' &c.

nerē facium, lumine<sup>5</sup> siderum cœlestium stirpem<sup>f</sup> propiti-  
antes. Symphonix<sup>6</sup> dehinc suaves, fistulæ [245] tibixque<sup>7</sup>  
modulis dulcissimis personabant.<sup>8</sup> Eas amœnus lectissi-  
mæ juventutis<sup>9</sup> veste nivea et cataclista<sup>1</sup> s<sup>8</sup> prænitens se-  
quebatur chorus, carmen venustum<sup>2</sup> iterantes: quod Ca-  
mœnarum favore solers poëta modulatus, edixerat: <sup>3</sup> quod  
argumentum referebat interim majorum antecantamenta  
votorum.<sup>4</sup><sup>h</sup> Ibant et dicati magno Serapi<sup>i</sup> tibicines: <sup>5</sup> qui

*rum cœlestium, lucernis, tædis, cereis, et alio genere lucis artificialis. Deinde dulces  
concentus resonabant suarissimis modulationibus fistularum, et tibiærum. Pulcher  
chorus exquisitissimorum juvenum splendentium veste alba, et undique clausa, cus  
sequebatur, canens sapius lepidum carmen, quod poëta ingeniosus musarum ope com-  
posuerat, quod explicabat argumentum pompæ. Inter cantica prævia majorum roto-  
rum ibant etiam tibicines consecrati magno Serapi, qui canebant modulationem con-*

~~~~~

*et alio genere facium, lumine, quod probo. Roaldus. Facium, lumine. Vulg.  
ficti luminis. Colvius. Bert. Rom. et Venet. a. g. ficti luminis. Elmenhorst-  
tius.—6 Symphonæ. Fux. symphonix. et Aldus. Roaldus. Solæ Edd. Ber.  
Bas. symphonæ. Oudend.—7 Negligentia operarum vox tibix excidit Edd.  
Elmenhorst. Scriv. Flor. quam O. Mss. ceteræque Edd. præbent. Id.—  
8 Ms. personabata. Colvius. Rescribendum, nisi animi fallor, personitabant.  
Brantius. Guelf. personabantque. Oxon. D'Orv. personabatque, sine seq. cas.  
Fux. Is parabat. An atque excidit? Oud.—9 Flor. Bert. Pal. lætissimæ j.  
Elmenhorstius. Nec aliter Pith. Fux. D'Orv. Guelf. perpetua fere varia-  
tione. Jurenis Pal. Guelf. D'Orv. Oxon. Lips. Oud.—1 Forte, cataclita.  
Tertullianus de Pallio: 'Quanquam et pavo pluma vestis et quidem de cata-  
clitis.' Nec dum tamen definire nobis est, quid vestis cataclita. Colv. Vide  
Indicem. Elmenh. Oxon. cataclista, Fux. D'Orv. Guelf. cathaclista. Oud.—  
2 F. vetustum. Wass. Verum vulgatum esse sanum, clamant seqq. Oud.—  
3 Vid. N. Var.—4 Majorum antecantamina v. Vulg. antecantamenta. Colvius,*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Alio genere facium, lumine [ficti  
luminis] siderum cœlestium stirpem, &c.]*  
Per fictum lumen intellige artificiale,  
quale est cereorum, tædarum, &c.  
quod diversum facit a naturali, id  
est, Solis et siderum. Porro quem-  
admodum lib. iv. dicit de Psyche,  
quam, ut novam Venerem colebant  
homines: 'vel certe rursus novo  
cœlestium stellarum germine, non  
maria, sed terras Venerem aliam vir-  
ginali flore præditam pullulasse.'  
Quia fabulantur Venerem ex Cœli  
genitalibus præcis, et in mare pro-  
jectis, natam fuisse: ita hic Isidem  
(quæ eadem Venus est) siderum cœ-  
lestium stirpem appellat.

<sup>8</sup> *Et cataclista]* Beroaldus exponit  
cataclistam 'vestem undique claus-  
sam' κατακλειστων, a Græco verbo  
κατακλείω, quod est claudo. Vel, ex  
mente aliorum, 'vestem mutilam, et  
sine manicis,' quæ et colobium dicitur.  
Colvius *cataclita* fortasse legen-  
dum ait, firmatque conjecturam suam  
hoc Tertulliani loco, in de Pallio:  
'Quanquam et pavo pluma vestis,  
et quidem de cataclitis.' Nec tamen  
definit quid sit *cataclita*, sicut nec  
qui post Colvium scripsit Elmen-  
horstius. Malim primæ expositioni  
stare.

<sup>h</sup> *Interim majorum antecantamenta  
[antecantamina] votorum. Ibant et,*

per obliquum calamum<sup>k</sup> ad aurem porrectum dextram,<sup>6</sup>

*suetam Dei illius et ejus templi, tibia obliqua extensu ad aurem dextram. Erant ac-*



*Antecantamenta.* Alii, *antecantamina.* Elmenhorstius. Solus Ms. Lips. et Edd. Colv. Vulc. Wow. Pric. dant *antecantamina.* Quare alterum restitui. In Ms. D'Orv. *malorum antecunctamenta.* Guelf. quoque *malorum.* Pith. *cantamenta ante.* Oud.—5 Ms. *edicati.* Num *dedicati.* Sed parum refert, utro modo legas. Lucianus de Dea Syria: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο πλῆθος ἀνθρώπων ἱρῶν, αὐλητῶν τε καὶ συριστῶν, καὶ Γάλλων, &c. Colv. D'Orv. Pal. Guelf. *edicati.* Nil muta. Et valet etiam, ut passim. Dein Guelf. *sarapti,* Oxon. *sarapidi,* D'Orv. *satrapi.* Græci semper Σάραπισ, sed Latine æque Serapis ac Sarapis: ut docent innumeræ inscriptiones. *Sarapis* etiam Mss. aliquot p. 261. Hi tibicines dicti quoque sunt Σαραπίωνες. Vide Ezech. Spanhem. de Præst. Numism. t. II. p. 63. D'Orv. *tibucines.* Oud.—6 Oxon. *porrectam.*

### NOTÆ

§c.] Alia exemplaria habent *antecantamenta*, sed idem est. Locus hic corruptus est proculdubio. Recte mihi videtur eum emendavisse Stewechius: cum ipso igitur repono *Inter majorum antecantamenta* (vel *antecantamina*) *votorum ibant et dicati magno Serapi, §c.* Sublata interpunctione, quæ vulgo ponitur inter has voces *votorum, et ibant*; quo facto, sensus est apertus. Per 'antecantamina' quid intelligas aliud, nisi carmen illud, quod a choro canebatur? Quid per 'majora vota,' nisi ea vota quæ postea Deæ nuncupata sunt, pro novi commeatus prospera navigatione, cum novum navigium pelago redditum est? ut infra dicit.

<sup>i</sup> *Magno Serapi*] Serapis vocatus etiam fuit Apis, et Osiris, et a Persis Mithra, qui Sol erat Ægyptiis, ut testatur Macrobius, lib. I. Saturnal. c. 20. supra laudato. Verba ejus sunt: 'Accipe nunc quid de Sole vel Serapi pronuntietur oraculo. Nam Serapis, quem Ægyptii Deum maximum prodiderunt, oratus a Nicocreonte Cypriorum rege, quis Deorum haberetur, his versibus sollicitam religionem regis instruxit: Εἰμι θεὸς τοιάδε μαθεῖν, οἶον κ' ἐγὼ εἶπω. Οὐράνιος κόσμος κεφαλῆ, γαστήρ δὲ θάλασσα, Γαῖα δὲ μοι πόδες εἰσὶ, τὰ δ' οὐρα' ἐν

αἰθέρι κέτται. Ὅμμα τε τηλαυγές, λαμπρὸν φάος ἡελίοιο. Ex his apparet Serapis et Solis unam et individuum esse naturam: hactenus Macrobius. Sed tamen, ex relatis ab ipso oraculi versibus, Serapis videtur fuisse non tantum Sol, sed tota rerum omnium universitas. Eorum enim sensum sic Latine reddas: 'Deus sum talis cognitum, qualem me dico esse. Mundus cælestis mihi caput est, mare autem venter, terra vero pedes: at aures meæ sunt in æthere, et oculus meus late lucidus est clarum jubar Solis.' Diodorus, Eusebius, et alii multi aiunt Solem quidem Osirim, Lunam vero Isin significare. 'Hinc' (inquit Macrobius lib. I. cap. 21.) 'Osirin Ægyptii, ut Solem esse asserant, quoties hieroglyphicis literis suis exprimere volunt, insculpunt sceptrum: inque eo speciem oculi exprimunt, et hoc signo Osirin monstrant; significantes hunc Deum Solem esse, regalique potestate sublimem cuncta despiciere.' Quidam tamen Osirin esse Jovem dixerunt, quibus assentiri videtur Noster infra, alii Nili Genium. Sed hæc de Osiri satis sint: nunquam profecto finem scribendi fecerim, si omnes Ægyptiorum de Osiri et Iside Fabulas persequi velim.



familiarē templi Deique modulum frequentabant:⁷ et plerique,¹ qui⁸ facilem sacris viam dari prædicarent.⁹ Tunc influunt turbæ sacris divinis initiatæ,¹ viri fœminæque omnis dignitatis et omnis ætatis,² linteæ vestis candore³ puro luminosi: illæ limpido tegmine⁴ crines madidos⁵ obvolutæ; hi⁶ capillum derasi⁷ funditus, vertice prænitentes:⁸ n

*censi, qui clamabant, ut daretur iter commodum sacris. Tunc turbæ initiatæ sacris Deæ incedunt, viri et mulieres omnis gradus atque omnis ætatis, micantes nitido candore linei vestimenti: hæ habebant capillos unctos, involutos tegmine pellucido; illi erant crinibus penitus rasis, et capite splendicanti, et illa astra terrestria magnæ*

//////////

D'Orv. et Edd. quædam dexteram. Id.—7 Pith. frequentarent. Id.—8 Elegantissimus Dousa legendum putat: *Et præciæ, qui* argute et acute. *Colv. Præciam.* Ita Dousa. In Mss. et vulgatis est, *plerique.* Vide Festum in 'præcia.' *Elmenh.* Malebat Dousa, quem vide ad Plaut. l. ii. c. 24. expuncto et legere *præciæque*; in Edd. Vulc. sec. et *Elmenh.* sine sensu legas, et *præciam.* Constantissime Mss. retinent *Et plerique* corrupte; nec tamen *præciæque* verum puto. *Oud.*—9 Bert. *viam præpararent.* Pal. *viam præmandarent.* *Elmenhorstius.* Minus accurate *Elmenh.* enotavit horum Codicum varias lectiones. Nam in Bertin. erat *sacris præmandarent,* in Pal. *perfacilem s. mandari prædic.* In Guelf. itidem *sacris mandari.* Ceterum rationem nullam video, cur hic subjunctivus modus *prædicarent* adhibeatur: cum cetera omnia præcedentia, et subsequentia indicativo modo enarrentur. An ergo scripsit Auctor, *frequentabant,* ut plerisque, *perfacilem sacris viam dari, prædicarent:* vel simile quid? *Oud.*—1 *Initiatæ* Bert. *mitratæ.* *Elmenh.*—2 Guelf. *ætatis omnis.* *Oud.*—3 D'Orv. *candee.* Id.—4 Ed. Vic. *lympico.* Ms. Reg. *linteo t. al. limpido tegimine.* Id.—5 Pith. *madidos.* Id.—6 Ms. *hic.* *Colvius.* Item Pith. Guelf. Pal. D'Orv. Oxon. *hinc* Fux. *Oud.*—7 Fux. *detersi.* *Roaldus.* Ms. *cap. detersi.* *Colvius.* Vide Notata ad Minnt. fol. 30. *Elmenh.* Oxon. etiam, Guelf. et Palat. *detersi,* perperam. Vide Rigalt. ad Artemidor. Oneirocr. l. i. c. 23. et Comm. ad l. ii. p. 39. 'Linteis amiculis intectum, adusque deraso capite.' *Oud.*—8 Pal.

#### NOTE

<sup>k</sup> *Per obliquum calamum*] Tales sunt fistulæ, quas Germanicas dicimus, quæ non extrema sui parte ori admoventur, sed foramen habent ad latus, ad quod tibicen os admovet.

<sup>l</sup> *Et plerique [præciæ]* Vulgo *plerique* legitur: sed absurdum plerosque illius pompæ clamavisse, ut facilis via sacris daretur: cum illud paucorum munus esse debuerit. Sic tamen Mss. et editiones omnes. Dousa legebatur *præciæ,* cui accesserunt editiones *Scrivieriana* et *Elmenhorstiana.* Ego quoque libens accedo. Sic enim Festus: 'Præcias dicebant, qui a

Flaminibus præmittebantur, ut denuntiarent opificibus, manus abstinere ab opere: ne, si vidisset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur.' Idem Festus eos 'Præciamitatores' vocat: vel potius (ut habet Paulus Diaconus) 'Præclamitatores.' Ego 'accensos' exposui in interpretatione: hi tamen ab acciendo dicti sunt, teste Varrone, illi vero, ut ipsum vocabulum præ se fert, a præciendo.

<sup>m</sup> *Hi capillum derasi funditus, vertice prænitentes*] Isiacos rasisse verticem, et lucis vestibus fuisse amictos jam

magnæ religionis terrena sidera,<sup>1</sup> æreïs et argenteïs, immo vero aureïs etiam sistris argutum tinnitum constrepentes. Sed et antistites sacrorum, proceres illi,<sup>2</sup> candido linteamine<sup>1</sup> cinctum pectoralem,<sup>2</sup> adusque vestigia,<sup>3</sup> strictim intecti,<sup>4</sup> potentissimorum Deum<sup>5</sup> proferebant insignes exuvias.<sup>6</sup> Quorum primus lucernam claro præmicantem<sup>9</sup>

*religionis edebant sonitum acutum sistris æneis, et argenteis, atque etiam aureis. At primarii illi viri, præsules sacrorum, qui induti erant stricta veste pectorali ex lino albo, pendente usque ad imos pedes, gestabant inclyta spolia Deorum potentissimorum. Atque horum primus ostendebat lampadem præfulgentem claro lumine, non*

*verlicem pr. Elmenhorstius. Verticem malo ob varietatem syntaxeos. Wass. Sic etiam Pith. Fux. D'Orv. Oxon. Edd. Vic. Ald. Junt. utr. Colin. Adi ad l. viii. p. 170. 'Faciem pigmento deliti.' In Pith. præmittes. Oud.—9 Sed antistites sacrorum, proceres illi. Vulg. Et antistites. Colvius. Et præbent Pith. Bert. Fux. cum Edd. Vett. sed Mss. plurimi cum Ed. Junt. post. et recentioribus. Verissime D'Orvill. sed et. Quod rescripsi. Antistes prave D'Orv. et Ed. Bas. pr. Perperam etiam quædam Edd. jungunt sacrorum proceres. Sacrorum antistites et præsules erant Corinthii proceres et magistratus; ut bene advertit Pricæus. Oud.—1 Par. luciamine. Id.—2 Al. pectorale. Vid. Not. Var.—3 D'Orv. vestia. Oud.—4 Al. injecti.—5 Potentissimorum domini: Fux. p. dm. i. e. Deum. Quod probat Beroald. et est apud Ald. Roald. Oxon. potissimorum. Ineptissime rursus Edd. pp. et Bas. domini: ut sæpissime supra. Vide Bert. Oud.—6 Bert. præferabant. Elmenhorstius. Malebat Pricæus, progerebant, ex l. iv. p. 85. 'Sub oculis dominæ speculum prægerit.' Nam illic in nonnullis est progerit; ut l. vi. p. 128. 'sinu serico progestans nucleos.' Infra p. 250. 'Carbasus literas votivas progerebat: et mox: sacerdos maximus, quique divinas effigies progerebant.' Ego tamen præfero scripturam Bert. Pal. Coll. Lips. præferabant, verbo pompæ et sacrorum processui proprio. Vide Virg. Æn. xi. 249. Cæs. l. ii. B. Civ. c. 39. Liv. l. vii. 27. Suet. Cæs. c. 84. Tih. c. 44. 'Præferens acerram minister.' Vide plura apud Cl. Burm. ad Gratii Cyneg. vs. 488. 'viridi fumantia liba feretro Præveniunt.' et me ad Hirt. B. Alex. c. 32. 'Sacrisque omnibus prælatis.' ubi eadem, ut passim, confusio, et supra ad l. vi. p. 113. 'Adventum Deæ prænuntiant.' Item Drakenb. ad Sil. l. xvii. 56. In D'Orv. proferbat. Fux. D'Orv. Ed. Vic. insignis. Idem Mss. et*

## NOTÆ

observavimus, lib. ii. ubi de Zachla Ægyptio. Dicit autem eos vertice prænitentes fuisse, quia nimirum glabri erant, neque capillorum color nativam verticis albedinem obtegebat. Sic Valerius Maximus de Æschylo poëta: 'Elnsa' (aquila) 'splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi illisit' (testam scilicet testudinis.)

<sup>1</sup> Magnæ religionis terrena sidera]

Sic Isiacos honoris et religionis causa vocat.

<sup>2</sup> Cinctum pectoralem [pectorale] Vestem lineam talarem intellige, quæ pectus arcte circumdaret.

<sup>3</sup> Insignes exuvias] Symbola pecuniaria Deorum.

<sup>4</sup> Lucernam præmicantem] Hæc vel symbolum erat Vulcani, ignis inventoris, quem primum in Ægypto regnasse affirmant Ægyptii sacerdotes:

porrigebat lumine,<sup>7</sup> non adeo nostris illis consimilem,<sup>8</sup> quæ vespertinas illuminant epulas;<sup>9</sup> sed aureum cymbium<sup>1</sup> medio sui patore<sup>2</sup> flammulam suscitans largiorem.<sup>3</sup> Secundus, vestitu<sup>4</sup> quidem similis, sed manibus ambabus gerebat altaria, id est, auxilia:<sup>5</sup> <sup>1</sup> quibus nomen<sup>6</sup> dedit proprium Deæ summatis auxiliaris<sup>7</sup> providentia. Ibat

*similem illis nostris, quæ lucent in nocturnis conviviiis; sed erat aureum scaphium, quod emittebat flammam satis magnam ex media apertura. Secundus erat quidem vestitus eodem modo, sed ferebat utraque manu aras (hoc est, auxilia,) quibus providentia opitulatrix supremæ Deæ imposuit hoc primum nomen. Tertius incedebat*



Guelf. Pal. Coll. Lips. *excubias*. Oud.—7 *Lucernam præmicantem porrigebat lumen*. Fux. l. *claro pr. p. lumine*: et Ald. quod probo. Roald. Ms. *prænitentem*. Colvius. Repone ex Bertin. et Palat. *præmicantem claro porrigebat lumine*. Quanquam in Palat. *prænitentem*. Wowerius. *Claro p. lumine*. Sic Bertin. et statim, *medio sui pectoris flammulam factitans largiorem*. Scioppius in Symb. et Susp. 11. 12. *Claro præm. por. lumine*. Ita Bertin. A Flor. vox *porrigebat* abest. Palat. autem pro *præmicantem, prænitentem* legit. Elmenh. Mss. ad unum omnes, item Edd. primæ, Junt. Ald. Colin. *lucernam claro pr. p. lumine*. ut restituere Wower. et seqq. Vitiosissima Colv. Vulc. lectio, *luc. præm. porr. lumen*, profluxit ex corruptis Beroaldi et Bas. Editionibus. Male tamen posteriores *τὸ claro* postposuerunt suo participio. *Prænitentem* extat item in Fux. Reg. Par. Guelf. Oxon. Sed confer Pricæum, et l. v. p. 101. ‘*lucernamque claro lumine præmicantem subde.*’ Sic putem legendum in Ausonio c. iv. parent. cognatorum vs. 26. ‘*Amissum flecti post trina decennia natum Saucius, o! (vel ac) claro lumine cassus eras.*’ In vetustissimo Cod. *ocleuro*. Variæ hic tentantur viri docti. Inspice Comment. ac N. Heins. Advers. p. 601. Oud.—8 Ab Oxon. Edd. Junt. Ald. exulat *τὸ illis*. Pith. *consimiles*. Id.—9 Fux. *quod v. i. e.* Ald. vero *qua*. Ego vero *quæ*. Roaldus. Edd. quoque Junt. *qua*. Nil mutandum. In Flor. est *vespertina*. An *Vespertino*, sc. tempore, vesperi? De quo alibi. Sed hand opus. Oud.—1 Pith. *cybium*, Flor. *lymbium*. Id.—2 Bert. *in medio sui pectoris*. Elmenhorstius. Præpositionem addunt O. Edd. Colvio priores; sed a Mss. meis O. abest. Dein *pectore* Pith. et Edd. ante Beroald. qui bene rescripsit Apuleianam vocem *patore*. Nam nimis Bertiniano Cod. obsecutus Scriverius temere innovavit *patoris*. Apuleianum stylum magis sapit *sui pator*. Vide ad l. v. p. 89. ‘*sui fatigationem diluit.*’ Oud.—3 Bert. *flammulas largiores*. Elmenh. Id rursus arripuit Scriverius, refragantibus Mss. et Edd. reliquis. Oxon. *fanulam*. Bert. *factitans*. Oud.—4 Pith. *vestitus*. Id.—5 *Altaria, idem auxilia*. *Alt. id est, auxilia*, Ald. recte. Quod vidit etiam Beroald. eoque modo sæpe erratum in libris. Roaldus. Glossæ H. Stephani: *Auxilia*, ‘*ἱερῶν λήτρα*. Colv. In plerisque, *idem auxilia*. Fortasse, *item ancilia*. Wow. Vid. N. Var.—6 Ms. *nihilominus*. Colv.—7 Reg. *auxilians*. Oud.—8 Pal. *Mercuriale cadu-*

#### NOTÆ

vel symbolum Osiridis, qui Sol est, et recte per ardentem lucernam representatur.

hæc symbola erant auxilii Isis: unde etiam ‘auxilia’ appellata fuisse Noster ait.

<sup>1</sup> *Altaria, id est, auxilia*] Altaria

tertius, attollens palmam auro subtiliter foliatam,<sup>3</sup> necnon Mercurialem etiam caduceum.<sup>3</sup> Quartus Æquitatis ostendebat indicium,<sup>9</sup> deformatam manum sinistram porrecta palmula: quæ genuina pigritia,<sup>1</sup> [246] nulla calliditate, nulla solertia prædita, videbatur æquitati magis aptior<sup>2</sup> quam dextera. Idem gerebat et<sup>3</sup> aureum vasculum, in modum papillæ rotundatum,<sup>4</sup> de quo lacte libabat.<sup>5</sup> Quintus<sup>5</sup> auream vannum<sup>6</sup> aureis congestam ramulis:<sup>7</sup> et alius ferebat amphoram.<sup>8</sup> Nec mora, cum Dei, dignati pedibus humanis incedere,<sup>9</sup> prodeunt; hic, horrendum! ille Supe-

*sustollens palmam auream, cujus folia solerter ducta erant, atque una caduceum Mercurii. Quartus ostendebat symbolum Justitiæ, manum nempe sinistram effictam cum expansa vola: quæ videbatur magis conveniens justitiæ, quam dextra; quia nempe a natura pigra est, et caret omni industria. Idem gestabat etiam vas aureum rotundum instar mammillæ, ex quo effundebat lac. Quintus ferebat vannum auream plenam ramulis aureis: et alius amphoram. Et post hos statim Dii progrediuntur, non dedignant incedere pedibus hominum; hic horrendo modo extol-*

*ceum.* Elmenhorst. *Mercuriale* habent quoque D'Orv. Fux. Oxon. Par. Guelf. Nec male. Sic enim ipse Auctor lib. x. p. 233. 'Quem caduceum et virgula Mercurium indicabant.' Gell. lib. x. c. 27. 'Caduceum et hastæ simulacra fuere incisa.' De similibus vide ad lib. i. p. 4. 'caseum recens.' Oud.—9 Pal. Guelf. *equitalis*. Edd. Scriv. *judicium*, male. *Id.*—1 Pal. Guelf. *palmæque gemutia p.* Pith. *gemina*. *Id.*—2 Fux. *æquitate*. Pal. Guelf. *magis actor*. Tum Edd. *quædam, dextra*. *Id.*—3 Male τὸ et exulat ab Ed. Floridi. *Id.*—4 Idem Ms. *rudundatum*. Colvius. D'Orv. *rotundum*, Guelf. *rudundatum*. Ond.—5 Pal. Guelf. *cunctis* corrupte e *quinctus*. *Id.*—6 Palat. Guelf. Coll. Voss. sive Lips. *manum*. Hinc coniecit G. Vossius *mannam*. Quod non intelligo. Vannus Osiris et Bacchi mystica notissima est. Hinc et p. 250. 'Vannos onustas aromatis.' *Id.*—7 Vid. Not. Var.—8 *Hic horrendum, ille Superum*

## NOTE

\* *Palmam auro subtiliter foliatam*] Symbolum victoriæ, et argumentum palmiferæ regionis: magna enim palmarum in Ægypto est copia.

<sup>1</sup> *In modum papillæ rotundatum*] Vas illud symbolum erat ubertatis naturæ (quæ, ut jam dixi, Isis est) aut etiam Niloticæ fecunditatis.

<sup>2</sup> *Lacte libabat*] 'Lacte' accensatus casus est. A veteri recto 'lacte' de quo jam pag. 552.

<sup>3</sup> *Auream vannum*] Virg. Georg. 'Et mystica vannus Iacchi.' Hæc vannus significabat sacris Liberi patris (qui et Osiris est, omnia masculina numina

in se complectens) animos hominum purgari, quemadmodum vannis frumenta purgantur. Potest etiam hæc vannus ad illam fabulam pertinere, qua ferunt dilaniati Osiris membra, ab Iside post diutinam investigationem reperta, vanno seu cribro fuisse superposita. Vide Plutarchum, de Iside et Osiride.

<sup>4</sup> *Amphoram*] Amphora hæc fortasse symbolum fuerit augmentorum Nili, et ejus exundationis in Ægyptis agros.

<sup>5</sup> *Dei, dignati pedibus humanis incedere*] Intellige Deorum effigies ab

rum commeator et Inferum,<sup>82</sup> nunc, atra<sup>9</sup> nunc aurea facie sublimis, attollens canis cervices arduas,<sup>12</sup> læva<sup>2</sup> caduceum gerens, dextera<sup>3</sup> palmam virentem quatiens. Hujus<sup>4</sup> vestigium continuum<sup>5</sup> sequebatur bos, in erectum levata sta-

*lens altum caput caninum; ille nuntius Superiorum et Inferorum, erectum habens vultum partim nigrum, partim aureum, gestans manu sinistra caduceum, et concutiens manu dextra palmam viridem: cujus gressibus bos erecta in pedes mox insis-*

//////////

*commeator et Inferum.* Hæc loco suo mota substituenda illis verbis: *attollens canis cervices arduas: ille superum, &c.* Wowerius.—9 Pro *atra* in Guelf. *aurei*. Ms. Palat. Edd. Juntinæ, Aldi haud agnoseunt voces, *nunc atra*, pessime. Cum enim commeat Mercurius, seu Anubis, ad Superos, aurea facie, cum ad Inferos descendit, furva facie est visendus: ut bene exponunt Interpretes. Qualia itidem de Hecate tradi, notum est. Dubitem vero, an non rectius τὸ 'sublimis' referas ad seqq. 'attollens,' &c. Vide de hoc loco Paul. Ern. Jablonskium Epist. Lactozian. t. r. p. 169. *Oud.*—1 Sic Aldus. Vulg. *canes cervices arduas Anubis*. Et certe τὸ *Anubis* glossematum videtur fuisse τὸ 'canis.' *Colv. Att. c. cavius ardua anulis*. Sic Bertin. *Sciopp. in Symbola*. Pal. et Flor. a. c. c. a. *Anubis*. Bert. c. *ardua anulis*, male. *Elmenh.* Ms. etiam Pitheæus cum omnibus Edd. ante Colvium addunt vocem *Anubis*, nec dubium est Cel. Wesselingio, quin ita scripserit Auctor, ad Diod. Sicul. lib. I. § 87. Τοῖς Ἰσείοις προσορεύεσθαι τοὺς κόβας. Mihi secus videtur. Ex insignibus enim satis patet, quis Dens intelligatur, sicut etiam non dixit mox 'bos Isis,' sed e descriptione eam intelligendam dedit. Errat quoque *Elmenh.* cum scribit in Palat. esse *Anubis*. Ab eo, sicut a Fux. Florent. altero, *D'Orv. Oxon. Guelf. abest*. E vitiosa Bertin. Codicis scriptura divinavit vir doctus: *alt. canis capita ardua Anubis*. *Oud.*—2 Palat. *læve*, Fux. *lerem læva*. *Id.*—3 Sic Mss. et Edd. pleræque, non *dextra*, ut in Ed. Floridi. *Id.*—4 *Quatiens, &c.* Hæc usque ad finem periodi desunt Codd. Pal. Oxon. Par. nisi quod agnoseunt participium *levata*, vel *levatam*, ut est in Oxon. Guelf. Par. *Id.*—5 *Cujus vestigium continuum*. Flor. *hujus rest*. *Elmenhorstius*. Sic quoque Fux. Reg. quod cum Scriverio prætuli. Dein *continuum* exulat a Coll. Voss. Pro eo Wower. tacite reposuit *continuo*, sequentibus eum Edd.

#### NOTE

Isiacis sacerdotibus gestatas, non autem homines Deorum habitu incedentes, ut Beroaldus, qui sane non respexit ad hunc Apuleii locum, lib. iv. 'Consequi vestigio me pedibus fugientem alienis,' ubi sermo est de puella rapta, atque asportata latronum humeris.

<sup>2</sup> *Ille Superum commeator et Inferum*] Mercurius, qui eam ob rem ab Ægyptiis fingebatur facie partim atra seu cærulea partim anrea et clara, ut per atrum colorem Inferorum commeator, per aurem vero Superiorum nuntius declararetur.

<sup>3</sup> *Attollens canis cervices arduas*] Hic erat Anubidis simulacrum. Ovidius 'Latratorem' eum vocat lib. ix. *Metamorphos.* 'Inachis ante torum pompa comitata sacerum Aut stetit, aut visa est: inerant lunaria fronti Cornua, cum spicis nitido flaventibus auro, Et regale decus: eum qua latrator Anubis,' &c. Item Virgilius, *Æneid. viii.* 'Omnigenumque Deum monstra, et latrator Anubis.' Hunc Osiridis et Nephthys filium e furtivo concubitu facit Plutarchus, eumque ait apud Ægyptios eam obtinere vim, quam apud Græcos obtinet Hecate,

tum, et bos,<sup>6</sup> omniparentis<sup>7</sup> Deæ<sup>b</sup> fœcundum simulacrum:<sup>8</sup> quod residens humeris suis, proferebat<sup>9</sup> unus e ministerio beato,<sup>1</sup> gressu gestuoso. Ferebatur ab alio<sup>2</sup> cista secretorum capax,<sup>3</sup> c penitus celans<sup>4</sup> operta magnificæ religionis.

*tebat. Illa bos erat effigies fœcunda Deæ omnium rerum matris, quam unus e sacro famulatio gestabat impositum suis humeris, gesticulans inter incendendum. Alius ferebat canistrum, quod continebat arcana, et tegebat sacra admirandæ religionis*



Pric. et Floridi. *Oud.*—6 *Bos in rectum levata statum, bos.* Fux. *b. in erectum l. s. erat et bos.* et Ald. recte. *Roald.* Liber Vet. et Rom. *in erectum:* quod reponendum puto. *Colv.* *Bos in rectum l. s. bos omniparentis Deæ.* Ita idem Bertin. *Sciopp. in Synbola.* *In erectum l. s. Erat et bos.* Vulgo, *in rectum l. s.* Plinius Natur. Histor. lib. vii. cap. 16. *Elmenh.* *Erectum* constanter dant Mss. et Edd. O. præter Bas. Colv. et Vulc. lib. iv. p. 63. ‘de jumentis incurvo gradu erectus in hominem, resurgerem:’ ubi vide. Inf. p. 247. ‘In erecta porriguntur officia.’ Dein Colvius cum Vulc. Elm. Scriv. edidit: *statum. Erat et bos.* Atque ita citat Doct. Jablonskius in Misc. Nov. Lips. vol. vi. p. 90. intelligens Venerem Athor. Quasi alia hæc esset bos, quam quæ præcesserat, et hæc lata sit, illa ipsa pedibus iverit. Atque ita habent aliquot Mss. sed male. Describitur enim una eademque. Idque perspicuus Wowerius tacite exhibuit: *Erat ea bos.* atque ita dederunt quoque Pric. et Flor. Sed optimi Codd. Florentini, Bertin. Pith. et Edd. Colvio priores non agnoscunt *tà Erat et.* Rectissime per elegantem epizeuxin, quam amat Noster. Vide ad lib. ix. p. 182. Merito itaque id probavit Sciopp. in Susp. lib. ii. ep. 12. Si quis tamen omnino retinere velit, ita distinguat; *sequebatur bos.* *In erectum levata statum erat et bos sive etiam,* scilicet ut præcedens Anubis. *Oud.*—7 Ms. et vulg. *omnia parentis.* Illud prius a Beroaldo est. *Colv.* Flor. et Bert. *omnia parentis,* male. *Elmenh.* *Omniparentis, non parentis* habent Flor. Pith. Fux. Pal. D’Orv. Guelf. Oxon. &c. et Edd. primæ cum Basil. Atque ita Mss. et Edd. Vett. exhibent de Mundo p. 734. ‘Omniparentis mundi.’ Sciopp. l. ii. Susp. ep. 12. ait in Bertin. esse, probatque, *omniparentis.* Beroaldo cum ceteris sequi malo. Alibi ‘Jupiter, terra omniparens’ apud Poëtus, et in Glossis. *Oud.*—8 Vitiose Parean. Edd. Wow. Pric. *secundum s. Id.*—9 In Fux. *ferebat.* Id.—1 Bert. *mysterio.* Elmenhorstius. In D’Orvill. *beatus.* *Oud.*—2 Pal. Guelf. *illo.* Id.—3 Fux. *s. caput.* *Roald.*—4 D’Orv. *celos.* *Oud.*—5 *Summi numinis.* Ita Mss. Flor. Lips. Fux.

#### NOTÆ

numen scilicet terrestre et cœleste. Sed vide plura apud eundem Plutarchum supra laudato opusculo, de Iside et Osiride.

<sup>b</sup> *Et [erat ea] bos omniparentis Deæ, &c.]* Isidis, quæ prius Io fuit, mutataque in bovem, cui Argus præpositus custos, deindeque, cum in Ægyptum transisset, humanæ formæ restituta, sub Isidis nomine adorata est. Potuit nihilominus esse simulacrum Apis, sen Osiridis, quem sub bovis figura venerabantur: quia et vivum

bovem Apim habebant, quibusdam notis distinctum, quem, post certos vitæ annos, in sacerdotum fonte mersum necabant, quæsitura cum luctu ac mœrore alium, quem ei substituerent. De Api bove, vide Pün. lib. viii. cap. 46.

<sup>c</sup> *Cista secretorum capax]* Hæc cista sacra occultabat Cereris, quæ et Isis est. Supra lib. vi. Psyche Cererem orat ‘per tacita sacra cistarum:’ ad quem locum vide quæ annotavimus pag. 379.

Gerebat alius felici suo gremio summi sui numinis<sup>5</sup> venerandam effigiem,<sup>d</sup> non pecoris, non avis, non feræ, ac ne hominis quidem ipsius consimilem;<sup>6</sup> sed solerti repertu, etiam ipsa novitate reverendam,<sup>7</sup> altioris utcumque<sup>8</sup> et magno silentio tegendæ religionis argumentum<sup>9</sup> ineffabile; sed et<sup>1</sup> ad istum plane modum fulgente auro figuratum. Urnula faberrime cavata,<sup>2</sup> fundo quam rotundo,<sup>3</sup> miris extrinsecus

*interius abscondita. Alius portabat in suo beato gremio reverendum simulacrum supremi Dei, quod non erat simile pecudi, neque volucri, neque feræ, ac ne homini quidem; sed venerandum subtili sua inventione, et novitate, quod certe erat argumentum omni sermone majus religionis sublimioris, et celandæ magna taciturnitate: sed erat hæc effigies hoc prorsus modo formata: erat parva urna ex auro splendente, solertissime excavata, fundo rotundissimo, insculpta exterius admirandis imaginibus*



Pal. D'Orv. Guelf. Oxon. et Edd. Junt. post. Elm. Scriv. Flor. Alii inserunt sui. Id.—6 Vnlg. quid. *consimile*. Colvius. Nempe Edd. Ber. Colin. Bas. *Ac ne h. quidem* desunt Ed. Ber. Oud.—7 *Solerti repertum e. i. n. reverendum*. Fux. s. *repertu et ipsa n. reverenda*. et est in lib. Ald. Roald. *Repertum* vitiose Edd. pp. et Bas. cum Ms. Pith. *reperta* D'Orv. Adi Indicem. Tunc malim et cum Palat. Guelf. Oxon. Edd. Juntinis et Aldi. *Reverenda* Coll. Lips. Oud.—8 Ms. et Bas. 1. *utrumque*. Colvius. Item Pal. Pith. inepte. Oud.—9 Pal. et Flor. *tegente*. Elmenhorstius. *Tegentem* Oxon. recte. Wass. Itemque Guelferb. Eodem modo legit Pricæus, quo facit omnino plurimorum Codd. in quibus et Fux. D'Orv. Lips., et primarum Edd. scriptura, *tegente*. Verum sic et constructio et sensus loci redduntur intricatissima. Quare ceteris Edd. accedo, qui Beroaldinam emendationem admiserunt, præsertim cum ea confirmetur a Mss. Pith. et Bert. Effigies illa non texit tantum et abscondit per invisitatum suam figuram religionis argumentum sen *μυστήριον*; sed illa ipsa tam mira fuit argumentum ineffabile religionis altioris et summo silentio tegendæ. Oud.—1 Copula et deest Mss. Pith. Fux. D'Orv. Edd. ante Colvium. Id.—2 Scribe et distingue ex Palat. *figurata urnula, faberrime cavata*. Woverius. Accedit Oxon. Guelf. cum Edd. Elmenh. Scriv. Pric. Floridi, qui tamen post *figurata* plenam ponit distinctionem, explicans, 'sed erat hæc effigies ita formata. Erat parva urnula.' In ceteris Mss. et Edd. est *figuratum*, scil. argumentum. Malim tamen *figuratum*, sc. effigiem. In Fux. est *fulgentem*. Oud.—3 Scribe, ut supra ex emendatione mea: *fundo ultra quam rot.* Brantius. Inepte: nec bene Pith. Fux. *fundoque*. Auget significationem *rd quam*, docetque poni pro *rotundissimo*; ut bene observavit Beroald. Vide me ad lib. III. p. 46. In Coll. Voss. modo erat *faberrime*. Dein Oxon. por-

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Summi sui numinis venerandam effigiem*] Simulacrum aliquod Isis, aut Osiridis, sed *μυστικότερον*, et arcani abstrusiorisque significatus, qualis erat hæc urna, quam mox describit, per quam fortasse exundationem Nili, fluentiamque omnium lacunarum significabant, quam, ut maximum

Ægypti bonum, magno suo numini, Isis nempe, aut Osiridi, acceptam referebant.

<sup>e</sup> *Urnula faberrime cavata*] Insolita sane hæc erat numinis facies: sed et Quintus Curtius tradit Jovis Ammonis effigiem umbilico similem fuisse. Et Tacitus simulacrum Veneris Pa-

simulacris Ægyptiorum<sup>f</sup> effigiata. Ejus orificium non altiuscule levatum, in canalem porrectum, longo rivulo prominebat. Ex alia vero parte<sup>4</sup> multum recedens spatiosa dilatazione,<sup>5</sup> adhærebat ansa:<sup>6</sup> quam contorto nodulo<sup>7</sup> supersedebat aspis, squameæ cervicis striato<sup>8</sup> tumore sublimis. Et ecce præsentissimi numinis promissa nobis accedunt beneficia, et fata: salutemque ipsam [247] meam gerens sacerdos appropinquat, ad ipsum præscriptum divinæ promissionis ornatum,<sup>9</sup> dextera proferens sistrum Deæ, mihi coronam, et hercules coronam consequenter;<sup>g</sup> quod<sup>1</sup>

*Ægyptiorum. Os ejus, non multum elevatum, porrigebatur longo rivulo in tubulum protensum. Ex altera autem parte unsa adhærebat recedens ab ipsa urna dilatazione ampla: cui aspis erigens collum squameum, rugosum, et tumidum, insidebat, ipsam complectens uno sui corporis volumine. Et ecce beneficia, et fata, quæ potentissima Dea mihi pollicita erat, appropinquant: et sacerdos accedit portans meam ipsam salutem, prorsus ornatu, ut mihi Dea promiserat, gestans manu dextra sistrum Deæ, mihi vero coronam: et jure quidem coronam; quia maxime Dea provi-*

*rectam. Oud.—4 Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. pr. ex alia parte vero. Id.—5 Al. recens . . . dilatazione.—6 Oxon. ampsa. al. ansula. Oud.—7 Pal. Reg. Gueff. cum l. D'Orv. modulo, pessime. Vide ad lib. v. p. 99. Id.—8 Al. stricto.—9 Male in plerisque editionibus post ornatum ponitur major quædam distinctio. Dein dextera edidi cum Mss. et Edd. melioribus, non dextera. Oud.—1 Sistrum Deæ coronam, mihi etiam hercules coronam consequ. quod. Ms. coronam et hercules coronam, nts. Colvius. Mendosa hæc sunt, et restituenda ex Fulv. Cod. hoc modo: sistrum Deæ, mihi coronam; et coronam hercules consequenter: quod tot ac tantis exantlatis laboribus sacrissimam Fortunam superaram. Vere, inquit, mihi coronam, post tam grave tot laborum et periculorum certamen. Wover. Mendum huic loco inhære, non est dubium. Quomodo enim sistrum est Deæ corona? Rescribo manuscripti secutus ductum: sistrum Deæ, mihi coronam, et coronam hercules consequenter quod, &c. Et probabit lector intelligens. Sciopp. in Symbola. Mihi coronam et coronam h. consequ. Sic locus iste ex Mss. legendus. Elmenh. Deæ, mihi coronam, et hercules coronam præbent Mss. Urs. Florent. Pal. D'Orv. Oxon. Pith. Fux. Gueff. et Ed. Junt. post. Quare nescio, cur Elm. et ceteri coronam postposuerint. Pro etiam jam et legas in Ed. pr. Junt. immo τὸ et abest quoque a Flor. et Bert. Putem ideo veris, hoc ordine voces constituendas, proferens sistrum Deæ, et coronam; mihi hercules coronam. Nam corona non soli Lucio proprie proferebatur, sed Isidi quoque et aque ac sistrum, verum nunc præcipue in*

## NOTÆ

phiæ non humana fuisse forma, sed orbem continuum latiore initio tenuem, in ambitum metæ modo exurgentem. Cujus rei rationem in obscuro esse dicit.

<sup>f</sup> *Simulacris Ægyptiorum]* Characteribus et hieroglyphicis.

<sup>g</sup> *Mihi coronam, et hercules coronam consequenter, &c.]* Sic reponit Elmenhorst. ex fide Mss. *mihi coronam, &c.* coronam ex rosis quas ederem, quæ corona mihi vere erat, qui, post tot tantosque exantlatos labores, totque pericula superata, videbar tunc tem-



tot ac tantis<sup>2</sup> exantlatis<sup>3</sup> laboribus, tot emensis periculis,<sup>4</sup> Deæ maximæ providentia, alluctantem mihi sævissime<sup>5</sup> Fortunam superare. Nec tamen gaudio subitario commotus, inclementi me<sup>6</sup> cursu proripui, verens scilicet, ne repentino quadrupedis<sup>7</sup> impetu, religionis quietus turbaretur ordo: sed placido ac prorsus<sup>8</sup> humano gradu cunctabundus, paulatim obliquato corpore, sane divinitus decedente populo, sensim irrepo.<sup>9</sup> At sacerdos, ut reapse<sup>1</sup> cognoscere potui, nocturni commonefactus oraculi,<sup>2</sup> miratusque congruentiam mandati muneris, confestim restitit:<sup>3</sup> et ultro porrecta dextera,<sup>4</sup> ob os ipsum meum coronam exhibuit.<sup>5</sup> Tunc ego trepidans, assiduo pulsu micanti<sup>6</sup>

*dentia vincebam crudelissimam fortunam contra me pugnantes, post tot labores superatos, et tot pericula evitata. Neque tamen cucurri cursu violento, quamvis percitus essem repentina lætitia: timebam enim ne tranquilla series sacrorum turbaretur cursu subitario asini: sed paulatim me penetra gressu quieto, ac penitus humano, hæsitans, et obliquans tantillum corpus, cum plebs mihi eum daret, nuda Deæ proculdubio. Sacerdos vero, (quemadmodum revera potui advertere,) recordatus oraculi nocturni, et admirans convenientiam officii sibi commissi, substitit statim: et extendens manum sponte sua obtulit ipsi meo ori coronam. Tunc igitur*

Lucii utilitatem. In Bert. consequentem, quæ. Oud.—2 Pith. D'Orv. tot et l. Id.—3 Rursus aliquot Mss. et Edd. Vett. exantlatis, D'Orv. exhaustis, ut supra, et paulo infra bis vitiose. Id.—4 Emersis periculis. Idem Ms. emsis periculis. Quod esse potest, emensis. Colvius. Sic vire rescipit Vulcan. Ed. sec. et sequentes. Confirmatur enim emensis a Flor. Guelf. Pal. Bert. D'Orv. Ox. Petr. V. l. i. p. 2. 'post globosa camporum emensa.'—5 A. m. sævissimam F. Idem, sævissime. Colvius. Sævissime. Ita Ms. Vulgo, sævissimam. Elmenh. Expressit Auctor rursus, quamvis nunc in malam partem, τὸ προσπαλάειν, ut in bonam vel ludicram l. x. p. 223. Sicut et Græcum verbum utroque sensu adhibetur. Glossæ: Allucto, προσπαλάειν. Sævissime firmant Flor. Fux. Guelf. Reg. Pal. Oxon. Ed. Junt. post. Elm. Scriv. Ceterum male in Edd. Vule. pr. Merc. Wow. sequentibus excusum est superaram contra Mssos et Edd. Vett. mentemque Auctoris. Nondum enim superarat Lucius Fortunam: sed mox superaret, simulac rosas gustavisset. Oud.—6 Fux. inclementissime. Roald. Idem, inclementissime. Colvius. Sic quoque D'Orvill. incrementi me Bertin. incl. ricæ Palat. Guelf. Omnes perperam. Oud.—7 Guelf. quadrip. Id.—8 D'Orv. aut pr. Id.—9 Idem, irrepto, et pro ut, ac: quod sequitur. Colvius. Accedunt Pal. Guelf. Oxon. idque frequentativum irrepto bis apud Statium occurrere docuit Falsterus. Ac talia amat Madaurensis. Ac s. Pith. Guelf. Oud.—1 Oxon. rease, Guelf. Edd. primæ rease. Ad marg. Ed. Vic. re ipsa, male. Vide ad l. i. p. 9. Id.—2 Vid. Not. Var.—3 Idem, restituit. Colvius. Cum Fuxensi. Oud.—4 Sic rursus Mss. meliores, non dextra. Id.—5 Exulat ab Oxon. in quo mex, Tunc ergo tr. Id.—6 Al. mutanti et nutanti.—7 Idem,

## NOTE

poris ipsam Fortunam superare adversus me certantem.

corde, coronam, quæ rosis amœnis intexta fulgurabat,<sup>7</sup> arido ore susceptam, cupidus cupidissime<sup>8</sup> devoravi. Nec me fefellit cœleste promissum. Protinus mihi delabitur<sup>9</sup> deformis et ferina facies. Ac primo quidem squalens pilus defluit, ac dehinc cutis crassa<sup>1</sup> tenuatur; venter obesus residet, pedum plantæ per ungulas<sup>2</sup> in digitos exeunt. Manus non jam<sup>3</sup> pedes sunt, sed in erecta<sup>4</sup> porriguntur officia; cervix procera cohibetur; os et caput rotundantur;<sup>5</sup> aures enormes repetunt parvitatem pristinam;<sup>6</sup> dentes saxei<sup>7</sup> redeunt ad humanam minutiem: et, quæ me potissimum<sup>8</sup> cruciabat ante, cauda nusquam comparuit.<sup>9</sup> Populi

*ego tremens, corde saliente continua palpitatione, cepi ore cupido coronam, quæ mihi cabat, implexa rosis jucundis, et avidus voravi ipsam avidissime. Nec promissio divina me decepit: turpis, et belluina forma statim mihi excidit: et primum quidem villi sordidi mihi cadunt, postea crassum corium attenuatur; lata alvus arctatur; plantæ pedum extenduntur in digitos per ungulas. Manus desinunt esse pedes; sed extenduntur, et eriguntur ad ministeria sua: collum longum breviatur; facies et caput contrahuntur in orbem; vastæ aures redeunt ad suam priorem brevitatem; dentes lapidei fiunt minutiores, et quales sunt hominum; et cauda, quæ antea me angebat maxime, prorsus evanuit. Populi admirantur, pii adorant tam*



*coronamque roseis.* Colvins. Oxon. in *dextere f.* Fux. *fulgorabat.* Oud.—8 Idem, al. *cupidus promissi.* Colvius. *Tò cupidissime* ignorat Flor. *Elmenh.* Altera harum vocum, præcedenti jam *arido ore*, sine ullo sensus aut elegantia detrimento abesse posset; ac *cupidus* tunc excludere mallet. Ea enim vox, non sequens, comparet in vetustissimo Florentino: quam etiam uncis circumsepsit Scriverius. At Palat. Oxon. Par. Guelf. Ed. Junt. post. dant *cupidus promissi*: sed subjicitur *cæleste promissum*: quæ rursus exulant a Palat. Inmo, quia similia nonnunquam per pleonasticum paremnon usurpavit Auctor, nihil novare, tutius est. Sic p. 250. 'navem quam purissime purificatam.' L. iv. p. 71. 'nulli nostrum parricidium suadens persuadere possit.' L. viii. p. 169. 'fugiens an fugere:' et alia. Forte p. 262. 'disseminationes serebat.' Quin et Plant. Cas. ii. 3. 49. 'cupide cupere.' Oud.—9 Fux. D'Orv. Guelf. Palat. *dilab.* Id.—1 Fux. *cr. cut.* Id.—2 An *pro ungulis?* Id.—3 D'Orv. *jam non.* Id.—4 D'Orv. Fux. Reg. Par. male in *erepta.* Id.—5 *Rotundatur.* Pith. Pal. *rotundantur.* Bene. Id.—6 Pith. D'Orv. Fux. Guelf. *prist. parv.* Id.—7 Offendit hæc locutio Piccartum, in Peric. Crit. c. 16. conjicientem *maximi.* Sed perperam omnino. Dentes intelligit saxorum magnitudinem habentes. L. x. p. 226. 'labiasque modicas tam amplo ore tamque enormi et saxei dentibus deformi saviari.' Id.—8 *Et quæ potiss.* Fux. q. *me p.* et Ald. *Roald.* A solis Edd. Bas. *me prave abest.*—9 Verbum *comparuit* in Bertiniano Codice non comparet. Recte, velut apud Florum lib. iv. cap. 2. 'Primum de Gallia triumphum transmiserat Rhenus, Rhodanus, et Oceanus: alterum Nilus, Arsinoë, et Pharus: tertius de Pharnace currus et Ponto: quartus Jubam et Mauros, et his subactam ostendebat Hispaniam. Pharsalia et Thapsus et Munda nusquam. Et quanto majora erant, de quibus non triumphat!' Sciopp. in *Symb. et Susp.* ii. 12. *Comparuit* non est in Flor. et Bert. *Elmenh.* Neque etiam in Pithæano. Uncinulis quoque inclusit Scriverius. Neque nego, elegans esse abruptum istud loquendi genus.

mirantur, religiosi venerantur tam evidentem maximi numinis potentiam, et consimilem nocturnis imaginibus [248] magnificentiam, et facilitatem reformationis: claraque et consona<sup>1</sup> voce, cœlo manus attendentes, testantur<sup>2</sup> tam<sup>3</sup> illustre Deæ beneficium.<sup>4</sup> At ego, stupore nimio defixus, tacitus hærebam, animo meo tam repentinum tamque<sup>5</sup> magnum non capiente gaudium: quid potissimum præferer primarium, unde<sup>6</sup> novæ vocis exordium caperem, quo sermonem, nunc renata lingua, felicius auspicarer,<sup>7</sup> quibus quantisque verbis tantæ Deæ gratias agerem. Sed sacerdos, utcumque divino monitu cognitis ab origine cunctis cladibus meis, quanquam et ipse insigni permotus miraculo, nutu<sup>8</sup> significato prius præcepit, tegendo mihi linteam dari laciniam.<sup>9</sup> Nam me cum primum nefasto tegmine<sup>1</sup> despoliaverat<sup>2</sup> asinus; compressis in arctum<sup>3</sup> feminibus, et superstrictis accurate manibus,<sup>4</sup> quantum nudo licebat, ve-

*manifestam potentiam supremæ Deæ, et miraculum simile somniis nocturnis, et facilitatem meæ immutationis; et tendentes manus ad cælum, prædicant voce clara et unanimi tam insigne beneficium Deæ. Ego vero supra modum attonitus silēbam, cum non possem capere animo tantum, et tam subitam latitiam, dubitans quid præsertim, ac primum dicerem, unde sumerem initium novi sermonis, unde felicius auspicarer orationem, lingua jam mihi reddita, quibus, et quam magnificis verbis grates agerem tantæ Deæ. At sacerdos, qui nempe monitione Deæ cognoverat omnes meus calamitates ab initio, quonvis ipse quoque percitus esset illo insigni miraculo, signo ante per nutum facto, jubet dari mihi vestem linteam ad me cooperiendum. Statim enim atque exutus fueram turpi velamine asinincæ formæ, pulchre me contexeram tegmine naturali, quantum nudus poteram, coarctatis coxis et manibus*

Verum Auctori nostro est insolens, qui sæpius eum aliis ' nusquam comparere ' conjunxit: unde etiam Apuleio hic vindicavit Pricæus, quem et vide ad l. viii. p. 167. ' Nec usquam senem comparere. ' Oud.—1 Fux. clara consonaque. Id.—2 Testatur Oxon. Guelf. Id.—3 Deest tam in Pith. Id.—4 Guelf. benef. Deæ. Id.—5 Ms. quamque. Colv. Et Pal. ac Guelf. Oud.—6 Idem, quod potiss. Colvius. Est qui distinguat, præferer, primarum unde, &c. Oud.—7 Al. sermone et auspicarem.—8 Exulat vox nutu a Palat. Oud.—9 Præcipit. Pith. D'Orv. Flor. Edd. Vulc. sec. Elm. Scriv. præcepit. Petr. linteam. Oxon. dare. Pith. laciniam. Id.—1 Nefando tegmine. Fux. nefasto. Roaldus. Ms. nefasto. Sciopp. in Symbola. Pal. et Flor. nefasto t. Elmenhorstius. Sic et Pith. Pal. Reg. D'Orv. Guelf. Oxon. verissime, pro nefario, infausto. Consule Fabri Thes. et Pric. Rursus quoque tegmine. Reg. Oud.—2 D'Orv. dispol. Id.—3 Alii in altum. Pricæus malebat multum.—4 Et superstrictis acc. manibus. Desunt hæc Paræano. Edd. Vic. Ber. Junt. Ald. Bas. superstrictus: unde pronum est reponere, superstructis, quod Pricæo præplacbat. Sed minus eleganter, ut arbitror. Non tantum vult indicare Auctor, se pendendis superinjecisse manus; verum etiam illas arte complicavisse et connexas habuisse. Vide de ' strictis ' vel ' substrictis manibus ' plura ad l. vii.

lamento me naturali probe<sup>5</sup> muniveram. Tunc e cohorte religionis unus, impigre superiorem exutus tunicam, super-texit me celerrime. Quo facto, sacerdos vultu geniali,<sup>6</sup> et hercules perhumano in aspectum meum attonitus,<sup>7</sup> h sic affatur :<sup>8</sup> Multis et variis<sup>9</sup> exantlatis<sup>1</sup> laboribus, magnisque Fortunæ tempestatibus et maximis actus procellis, ad por-

*studiose superinjectis. Tunc unus ex turba sacerdotum, exuta promte veste superiore, operuit me ea velocissime. Quo facto, sacerdos hilari facie, et certe stupens, quod me videret jam esse humana forma, sic loquitur : O Luci, venisti tandem ad portum quietis, et aram Misericordiae, superatis plurimis et diversis arumnis, et*

//////////

p. 151. 'subsertis manibus : ' ac Pricæum ad l. III. init. 'Palmulas super genua connexas.' Hinc vincula passim 'astringere manus, palmas' a Poëtis dicuntur. Oud.—5 Al. *propere*.—6 Pith. *gen. vul.* Oud.—7 Malo ex Bertin. *in aspectu meo attonitus.* Wower. Bertin. *in humano.* Malim *in aspectu meo*, more Apuleiano. Sciopp. *in Symb.* Bert. et Flor. *inhumano*, probe. Vide Indicem. Elmenh. *Inhumano* pro cælesti, ut inquit Elmenh. Nugæ. Sed recte divisim, *in humano m. aspectu.* ut lib. IV. 'In aspectu alioquin attonitum.' Wass. Variis modis hic falluntur viri docti, aliosque fefellerunt. Constans Mss. et Edd. lectio usque ad Wowerium hæc est : *perhumano in aspectum meum attonitus.* Nisi quod in uno Florent. tantum sit *humano*, et in Bertino ac Pith. *inhumano*, quod Sciopp. l. II. Susp. Ep. 12. exponit per 'valde humanum.' Malim certe tunc intelligere divinum, cælestem vultum. Vide ad lib. V. p. 93. 'Inhumanæ mensæ.' Errat vero Wowerius, et cum eo Pricæus ceterique scribentes, in Cod. Bertin. esse *in humano aspectu meo*, et tamen edentes *perhumano in aspectu meo*. Nam *in aspectu meo* est mera Scioppii conjectura, ut *in abundet* Apuleiano more. Neque etiam hic facit locus, male citatus a Pricæo, quem hand inspecto loco secuti sunt alii, lib. IV. p. 72. 'In prospectu alioquin attonitum,' i. e. intentum prospiciendo, ut sæpe vox 'attonitus' Nostro usurpatur. Vide ad lib. IV. p. 79. 'Operi attonitum.' Nec magis valet locus, quem affert Scioppius e lib. X. in f. p. 234. 'Oculis in aspectu minacibus.' Ibi enim *aspectus* est Palladis, active. Hic passive sumi debet, ac significat, stupeus ad aspectum meum quod me videret hominem. Vide ad l. III. p. 57. 'In amentiam attonitus.' Quare si quid mutandum est, malim simpliciter legere, *humanum in aspectum meum*. Sed obstant præcedentes voculæ *et hercules*: quæ suadent ceterorum Codd. lectionem retinere, ut *perhumano* ad Sacerdotis vultum referatur. Interpolate nimis edidit Scriverius et ex eo Flor. *in humano jam as. meo.* Fux. *inde aspectum.* Oud.—8 Al. *effatur.* Vid. Not. Vaf.—9 *Et variis.* Desunt Pal. Oxon. Guelf. Oud.—1 *Exantlatis.* Fux. *exantlatis*: et ita fere semper scriptum observavi. Roald. Bene, ut supra sæpissime t restituit Colvius. In Pith. Pal. Guelf. et aliis, ac Vett. Edd. *exantlatis.* D'Orv. rursus, ut p. 246. *exhauda-*

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Et hercules perhumano in aspectum meum [in humano jam aspectu meo] attonitus*] Ita exendatur ex fide et Ms. Bert. et editione Scriverii. Similiter dixit l. IV. 'et in aspectu alioquin attonitum.' Quodsi legas, ut vulgata hæ-

bent editiones, *perhumano in aspectum meum attonitus*, interpunge post vocem *perhumano*, eamque refer ad verba præcedentia, ut sit, *vultu geniali, et Hercules perhumano.*

tum quietis et aram Misericordiæ<sup>2</sup> tandem, Luci, venisti. Nec tibi natales,<sup>3</sup> ac ne dignitas<sup>4</sup> quidem, vel ipsa, qua flores, usquam doctrina profuit: sed lubrico virentis ætatu- læ,<sup>5</sup> ad serviles delapsus<sup>6</sup> voluptates,<sup>k</sup> curiositatis impros- peræ sinistrum præmium<sup>l</sup> reportasti. Sed utcumque For- tunæ cæcitas, dum te pessimis periculis discruciat, ad reli- giosam istam beatitudinem<sup>7</sup> improvida produxit ma- litia.<sup>8</sup> Eat nunc, et summo<sup>9</sup> furore sæviat, et crudelitati [249] suæ materiam quærat aliam.<sup>l</sup> Nam<sup>2</sup> in eos, quorum sibi vitas servitium<sup>3</sup> Deæ nostræ majestas vindicavit,<sup>4</sup>

*jactatus magnis Fortunæ turbidibus, et maximis tempestatibus: neque nobilitas tui generis, ac ne dignitas quidem tua, aut ipsa scientia, qua polles, ullo modo tibi profuit: sed collapsus in libidinosos amores ancillæ, propensione viridis juventæ, retulisti infaustum mercedem tuæ infelicis curiositatis. Verum cæcitas Fortunæ, dum te vexat difficillimis periculis, deduxit te utique sua imprudenti malignitate ad hunc religiosam statum. Eat nunc, et sæviat maxima rabie, et quærat aliam materiam suæ særiticæ. Adversa enim fortuna nihil potest adversus eos, quorum vi-*

//////////

*tis. Oud.—2 Male misericordiæ abest Oxon. Par. qui præbet nunc tandem. Pith. D'Orv. et Edd. Vett. M. Luci, tandem. Id.—3 Fux. natali. Id.—4 Mem- branacens liber, dignitatis. Colvius. Item Palat. Oud.—5 Flor. florentis æt. Elmenhorstius. Receperunt flor. Elmenh. et Scriv. Temere nimis. Na- tum enim videtur e præcedenti, 'qua flores.' De flore ætatis passim in usu est τὸ vîvere. Auctor noster lib. x. p. 232. 'virenti florentis ætatura.' Claud. Cons. Prob. et Olyb. vs. 63. 'Prima cum parte viresceret ævi.' Oud. —6 Pal. delapsu. Id.—7 Ad rel. ist. habitudinem. Vulg. beatitudinem. Col- vius. Rom. Ald. et Flor. beatitudinem. Elmenhorstius. Non tantum iste codex, æque Edd. sed et Pith. Fux. Reg. D'Orv. et omnes Edd. Colvio priores exhibent beatitudinem, seu felicitatem. Quam vocem male loco cedere jussit Colvius pro habitudinem, sive statum et conditionem, ut alibi. Recte Elmenh. et Scriv. veterem scripturam restituerunt. Oud.—8 Leg. ex Pal. perduxit. Woverius. Pal. perduxit. Elmenhorstius. Atque ita Fux. D'Orv. et Edd. Woveriana posteriores. Oud.—9 Ms. Eat, et nummo. Col- vius. D'Orv. ea. Abest nunc a Fux. Pal. Guelf. Oxon. Oud.—1 Flor. ma- teriem. Elmenhorstius. Sic quoque Fux. Oxon. Guelf. ut henc ediderunt Elmenhorstius ac Scrivierus: ut in Thuan. ac Fulv. Mss. de dogm. Plat. p. 574. Ed. Flor. et passim alibi. In Pith. alias. Oud.—2 Pith. nemo. Id.—3 In eos, q. sibi vita. Fux. quorum sibi vitas consuetudo jam fecit. et est in libro Aldi. Roald. Vitas scrvitium. Sic script. Cod. et Ven. Alii, vita servi-*

#### NOTE

<sup>i</sup> *Aram Misericordiæ*] Alludit ad ἑλέου βωμόν, misericordiæ aram, quam Heraclidæ, impetrato ab Athenien- sibus adversus Eurystheum auxilio, Athenis consecrarunt: quæ misero- rum erat perfugium. De hoc vide Statium, libro ultimo Thebaidos.

<sup>k</sup> *Ad serviles voluptates*] Amorem scilicet Fotidis Milonis ancillæ.

<sup>l</sup> *Sinistrum præmium*] Funestam in Asinum Metamorphosin.

<sup>m</sup> *Beatitudinem* [*Habitudinem*] Ex- posui, statum. Quid, si legas, cum quibusdam editionibus, *beatitudinem?*

non habet locum casus infestus. Quid latrones, quid feræ, quid servitium, quid asperrimorum<sup>5</sup> itinerum ambages reciprocæ, quid metus mortis quotidianæ nefariæ Fortunæ profuit? In tutelam jam receptus<sup>6</sup> es Fortunæ, sed videntis: <sup>7</sup><sup>n</sup> quæ suæ lucis splendore ceteros etiam Deos illuminat. Sume jam vultum<sup>8</sup> lætiorem, candido isto habitu tuo<sup>9</sup> congruentem: comitare pompam Deæ sospitatrixis, in ovanti gradu.<sup>1</sup> Videant irreligiosi; <sup>o</sup> videant,<sup>2</sup> et

*tam, et famulatum nostra veneranda Dea sibi mancipavit. Quid prædones, quid feræ, quid servitus tua, quid varii anfractus viarum difficillimarum, quid timor mortis, quo afficiebaris quotidie, profuit Fortunæ injustæ? nunc receptus es in protectionem Fortunæ, sed Fortunæ oculatæ: quæ etiam collustrat reliquos Deos fulgore sui luminis. Nunc indue faciem hilariorum, convenientem isti tuæ vesti albæ. Comitare gressu triumphanti pompam Deæ servatrixis tuæ. Videant impii; videant, et agnoscant*

\*\*\*\*\*

tium. Unde legebam, ita servitium. Lipsius ex scriptura veteri, *vitas servitio*. Colvius. *Vitas sibi et servitium*. Sic lego cum Flor. Alii, *in eorum vitas, quorum q. s. serv.* Elmenhorstius. *In eos quorum sibi vitas servitium*. Hæc constans est Msstorum et Edd. Vett. lectio, (nisi quod in Edd. Colin. et Bas. sit *vita*) ut *servitium* durissime dicatur per appositionem pro in servitium aut servitio. Nam quid sibi velit Roaldus, nescio; et errat Elmenhorstius, asserens in Florentino interponi *et*, ut edidit Scriverius; et amplecterer quoque, si verum foret. Audacissime Vulc. Ed. sec. cum Wow. Pric. Flor. exhibent, *in eorum vitas, quorum sibi servitium*, ac negligentissime Elmenh. in sua Ed. omisit *vitas*. Existimo, *servitium*, quod salvo sensu abesse potest, huc irrepisse ex seq. versu 'quid servitium,' vel legend. *servientum*. Oud.—4 In Pith. est *manifestas*. Palat. Guelf. *m. indicavit*. Id.—5 Guelf. *asperrimum*. Id.—6 Deest τδ jam Oxon. Id.—7 Bert. *s. sævientis*. Elmenhorstius. Oxon. *sevidentis*, Par. *sementis*, Pith. *sevientis*. Ineptissime. Vide Macrobr. 1. s. 19. citatum a Beroaldo. Oud.—8 Ed. Ber. *multum*. Id.—9 Vulgariter vulgati, *c. isti*. Colvius. Immo *isti* non est nisi in Ed. Bas. sec. De hac forma dativi *isto* vide supra. A D'Orv. et Pith. abest *tuos*. Oud.—1 *Inovanti gradu*. Sic scripsi, una dictione. Vet. *inovandi*. Vulgo, *in ovanti*. quod Beroaldi est. Colv. Ms. *in novando gradu*. Scioppius in *Symbola*. Flor. *in novanti gr.* Beroald. *in ovanti g.* Alii, *inovando g.* Bertin. *in oanti gradi indece*. Inepte. Elmenh. Palat. Fux. Guelf. Reg. *in novandi*, D'Orv. Oxon. *in ovandi*, Pith. Ed. Vicent. *innovanti*, sive instaurato. Quia nunc iterum inciperet Lucius ingredi more humano. Non cepisse tamen librarios locutionem puto *in ovanti gradu*, sive lætissimo, et ut solet victor ovans. Ita enim malo cum Beroaldo et Editoribus eum secutis per solitum Apuleio pleonasmum τδ *in*, quam cum vulgaribus post Colvinum junctim *inovanti*, seu valde ovanti. Ad id p. 239. 'In udis ignibus nutriens semina.' Oud.—2 Bert. *indeceat*. Id.—

#### NOTÆ

<sup>n</sup> Fortunæ, sed videntis] Macrobr. Saturn. lib. 1. cap. 19. 'Luna' (quæ Isis est) 'τύχην,' (nascentium,) 'quia corporum præsul est, quæ fortuito-rum varietate jactantur.' Isis igitur Fortuna est, non cæca illa, quam vulgo homines colunt, sed videns, et bo-

na malaque hominibus secundum me-rita dispensans.

<sup>o</sup> Videant irreligiosi] Te magnæ Isis providentiæ et beneficio asininæ formæ ereptum, et humanæ restitutum.

errorem suum<sup>p</sup> recognoscant. En ecce<sup>3</sup> pristinis ærumnis absolutus,<sup>4</sup> Isidis magnæ providentiâ gaudens,<sup>5</sup> Lucius de sua Fortuna<sup>6</sup> triumphat. Quo tibi tamen tutior sis,<sup>7</sup> atque munitior, da nomen huic sanctæ militiæ,<sup>q</sup> cujus non olim sacramento etiam rogaberis:<sup>r</sup> teque jam nunc obsequio<sup>9</sup> religionis nostræ dedica,<sup>1</sup> et ministerii jugum subi<sup>2</sup> voluntarium. Nam, cum cœperis Deâ servire, tunc magis senties fructum tuæ libertatis. Ad istum modum vaticinatus sacerdos egregius, fatigatos anhelitus trahens,<sup>s</sup> conticuit. Exinde<sup>3</sup> permixtus agmini religioso procedens,

*suum errorem. Ecce nunc Lucius liberatus suis prioribus miseriis, gaudens providentiâ magnâ Deâ Isidis, triumphat de sua fortuna. Ut tamen sis securior, et melius protectus, amplectere hanc sanctam militiam, quam gaudebis aliquando te esse amplexum: et consecra te nunc jam obsequio nostræ religionis, et subde te sponte tua jugo hujus famulatus. Cum enim inceperis servire Deâ, tum maxime fructus tua libertate. Sic effatus præclarus ille sacerdos, ducens fessos suspiritus, tacuit. Ego postea incedens permixtus turbæ religiosæ, comitabar sacram pom.*

//////////

3 Ms. et ecce. Colvius.—4 Fux. *primis ær. absolutis*. Roaldus.—5 Ms. item: *Isidiis magnæ prudentia*. Colvius. *Providentiâ*. Bert. *prudentiâ*. Elmenhorstius. Sic ejus nota est legenda. Vulgo corrupte concipitur. *Prudentia* est quoque in Pith. Fux. Pal. D'Orv. Oxon. et Edd. ante Beroaldum, perpetua fere variatione. Sed vide ad l. x. p. 235. Sæpius hoc libro: 'Deâ maximæ providentiâ.' In marg. Ed. Bas. pr. *prudentiâ*, Junt. post. *providentiâ*, ut 'gaudere voti' lib. i. p. 18. Sed alia ibi res est. *Insidiis m.* Pith. *Is magæ Guef. Oud.*—6 Fux. *de fort. sua*. Oxon. *de sua forma*. Male. Considerat enim Lucium tota hæc periodo, ut victorem sævæ, sed eacæ et improvidæ Fortunæ. *Id.*—7 *Quo t. tutior sit*. Fux. *t. sis*. et Ald. *Roald.* *Quo tibi t. tutior*. Tò tibi in nullo vulgatorum est. *Colv.* Dele τὸ tibi ex Florent. et Bert. *Elmenh.* Colvium seenti sunt Vulc. Wow. Pric. Sed voculam tibi in Mstorum nullo, si Lipsianum excepias, inveni. Pro *sis atque* in Edd. Ber. Bas. pr. *sisque*. Oud.—8 *Et rogaberis*. Ms. *rogaberis* cum aliquot vulg. *Colv.* Flor. *rogaberis*. Elmenhorstius. Vid. inf. et Not. Var.—9 Pal. Guef. *obsequium*. Oud.—1 Pith. *dicata*. *Id.*—2 Vitiose Fux. *ministerium j. sibi*. *Id.*—3

#### NOTE

<sup>p</sup> *Errorem suum*] Quo putant nullos esse Deos: aut, si sint, res humanas non curare.

<sup>q</sup> *Da nomen huic sanctæ militiæ*] Id est, initiare his sacris. Metaphora est a re militari ducta: quasi sacerdotalis vita militiæ genus sit.

<sup>r</sup> *Cujus non o . . . rogaberis* [eujus olim sacramento etiam letaberis] Sic habet Pricæana editio, quam lectionem in interpretatione expressi. Aliæ habent, *cujus non olim sacramento eti-*

*am rogaberis*: quas sequi si velis, 'non olim,' expone 'haud ita pridem: nempè nocte superiore, qua Isis, ut supra habetur, Lucium in somnis sic affata erat: 'Plane memineris, et penita mente conditum semper tenebis, mihi reliqua vitæ tuæ curricula adusque terminos ultimi spiritus vadata,' &c.

<sup>s</sup> *Fatigatos anhelitus trahens*] Ejusmodi impostores se anhelos simulabant, ut divino spiritu afflati vide-

comitabar sacrarium: <sup>t</sup> totæ civitati<sup>u</sup> notus ac conspicuus; digitis hominum nutibusque notabilis. Omnes <sup>s</sup> in me populi fabulabantur.<sup>6</sup> Hunc omnipotentis hodie Deæ numen augustum reformavit ad homines.<sup>7</sup> Felix hercules, et ter beatus!<sup>8</sup> qui vitæ scilicet præcedentis innocentia fideque meruerit <sup>9</sup> tam præclarum de cœlo patrocinium; ut renatus quodammodo, statim sacrorum obsequio desponderetur.<sup>1</sup> Inter hæc, et festorum votorum tumultum,<sup>2</sup> paulatim progressi, jam ripam maris [250] proximamus: atque ad ipsum illum locum,<sup>3</sup> quo pridie meus stabulaverat <sup>4</sup>

*pam: notus, et spectabilis toti civitati, designatus digitis, et capitis gestibus hominum: tota plebs de me loquebatur, dicens: Venerabile numen Deæ omnipotentis restituit hunc formæ humanæ. Profecto ille felix est, et ter beatus, qui nempe meruerit innocentia, et probitate suæ antea vitæ, tam insignem protectionem cælitus: ut quadam ratione renatus, illico assumeretur ad ministerium sacrorum. Dum hæc dicuntur, et populus perstrepat, vota lata nuncupando, sensim procedentes, jam accedimus ad littus maris: et pervenimus ad eum ipsum locum, in quo ego pridie ja-*



Pith. Fux. Oxon. Edd. ante Colvium *exin*, ut alibi. *Id.*—4 Flor. *toti c.* Elmenhorstius. *Toti* quoque Fux. Reg. D'Orv. cum Ed. Scriv. Sed supra sic ἀρχαϊκῶς isto. Infra p. 251. 'Equiti totoque R. populo.' ubi vide. Mss. multi in Auct. ad Herem. iv. 48. 'ies tota totæ rei similis.' *Oud.*—5 Expiscari nequeo, cur et unde Scriverianæ Edd. habeant, *d. omnium n. n. Cuncti.* In Pal. Fux. Guelf. Oxon. *nutisque.* *Id.*—6 *Fabulantur.* Ante ubique, *fabulabantur.* Colvius. Flor. *fabulabantur.* Elmenhorstius. Præsens est in Pal. Pith. Lips. D'Orv. et Edd. Colv. Vulc. Wow. Pric. Ceteri servant imperfectum; cuius mutandi nulla erat causa. Præcedit 'comitabar.' *Oud.*—7 Oxon. *deform.* D'Orv. *ad hominem.* Sed p. 243. 'Cnjus beneficio redieris ad homines:' et alibi. *Id.*—8 *Et tibi beatus.* Fux. *et ter beatus:* quod agnovit Beroald. vere. *Rould. Ter.* Vulgo, *tibi b.* Beroald. *sibi b.* Colvius. *Ter.* Alii, *Et tibi b.* Elmenhorstius. Abest et a D'Orv. Cod. *Ter* recte coniecit Beroaldus, ut servarunt Mss. O. et jam Ed. Junt. post. *tibi*, quod vitiose edebatur in Edd. primis, male secuti sunt Junt. pr. Ald. Bas. sec. *sibi*, quæ fuit altera Beroaldi conjectura, adoptaverunt Colin. Bas. pr. *Oud.*—9 Pal. D'Orv. *meruit.* *Id.*—1 Ms. Cod. *responderetur.* Colvius. Item Guelf. Fux. Pal. *redderetur* Oxon. Par. male. *Oud.*—2 D'Orv. *confestorum vot. tum.* *Id.*—3 Pith. D'Orv. *loc. ill.* *Id.*—4 Ed. Junt. pr. *stabularat.* *Id.*—

#### NOTE

rentur. De iis Tertullianus in Apologetico: 'Ructando conantur, anhelando profantur.' Sic lib. viii. Gallorum Deæ Syriæ antistes 'crebros anhelitus referens simulabat sanciam vecordiam.'

<sup>t</sup> *Sacrarium*] Pompam sacrorum. Alias sacrarium est adytum, locus

nempe secretior, in quo sacra reconduuntur.

<sup>u</sup> *Totæ civitati*] Veteres 'toto' et 'totæ,' 'solo' et 'solæ,' et similia in dativo dixerunt, pro toti, soli, &c. sic Terent. Euncho: 'mili solæ ridiculo fuit.' Infra Noster: 'totoque populo Romano.'



asinus, pervenimus. Ibi Deum simulacris<sup>w</sup> rite dispositis,<sup>5</sup> navem faberrime factam, picturis miris<sup>x</sup> Ægyptiorum circumsecus variegatam,<sup>6</sup> summus sacerdos tæda lucida, et ovo, et sulfure,<sup>y</sup> sollemnissimas preces de casto præfatus ore, quam purissime purificatam, Deæ nuncupavit, dedicavitque. Hujus felicis alvei nitens carbasus,<sup>7</sup> littore votum ingestans progerebat. Ecce literæ<sup>z</sup> votum instaurabant,<sup>a</sup> de novi commeatus prospera navigatione. Jam malus insurgit, pinus rotunda, splendore sublimis, insigni carchesio conspicua:<sup>8</sup> et puppis, intorta chenisco,<sup>9</sup><sup>b</sup> bracteis aureis vestita,

*cueram, dum adhuc essem asinus. Imaginibus ibidem collocatis ex more, sacrorum antistes dedicavit, et consecravit Deæ navem artificiosissime fabricatam, varie ornatam undique mirabilibus picturis Ægyptiorum, mundissime purificatam tæda ardente, et ovo, et sulfure, prolatis suo sancto ore precibus valde sollemnibus. Velum nitidum hujus beati navigii gestabat votum scriptum magnis characteribus. Ii characteres renovabant votum, pro fausto crentu nove navigationis. Jam malus illius navigii erigitur, qui erat pinus rotunda, excelsa, et splendens, insignis carchesio spectabili. Et puppis insignita uncre, cui collum intortum erat, micabat ob-*



5 *Ibidem simulacris rite disp.* Idem cod. *riete*. Colvins. *Ibi simulacris Deum r. d.* Ita malim ex Bertin. *Sciopp. Susp.* 11. 4. *et Symb. Flor. ibidem.* Bert. *s. Deum r. d. recte.* Elmenh. Edd. *Scriv. Ibi dum s. Deum r. disp.* Sed vacat *rd dum*. Verissime Pithecanus, ut edidi: *Ibi Deum sim. r. disp.* Oud.—6 *Al. circumseptus.* Vid. Not. Var.—7 Hoc ordine voces hæ locantur in Mss. Pith. Fux. D'Orv. Palat. Ed. Junt. post. Vulgo *alc. fel.* Palat. Guelf. *abaci.* D'Orv. *nitens.* Oud.—8 *S. s. insignis, carchesio conspicua.* Lege, *insigni.* Wowerius. *Sublimis.* Vulgo, *sublimi.* Elmenhorstius. Nemppe Vulcan. Ed. sec. *sublimi* ediderat: quia scil. videbat, rem quampiam non posse dici sublimem esse splendore. Quid enim splendor facit ad sublimitatem? Hinc etiam vir doctus ascripserat: *Ἵως spl. sublimi, insigni carch.* In Flor. N. 22. 'procero malo, insigni carchesio, splendentibus velis:' aliusque ad Lucian.

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Simulacris*] Quibus onusti erant Isiaci Sacerdotes.

<sup>x</sup> *Picturis miris*] Hieroglyphicis.

<sup>y</sup> *Tæda lucida, et ovo, et sulfure*] Hæc Instrationibus et purificationibus adhiberi solita testantur Servius ad Æneid. vi. 'Lustratio a circumlatione dicta est, vel tædæ, vel sulfuris.' Ovid. *Metamorphos. lib. vii.* 'Terque senem flamma, ter aqua, ter sulfure lustrat.' Idem in libris de *Arte Amandi*: 'Et veniat, que lustrat anus lectumque locumque, Praferat et tremula sulfur et ova manu.'

<sup>z</sup> *Carbasus, littore v. ingestans p.* Ecce l. [*t. literis v. ingentibus p. Eæ literæ, &c.*] Sic emendavit ex veterum codicum vestigiis Pricæus: ait scilicet votum pro novi commeatus prospera navigatione magnis characteribus in velo navis fuisse scriptum.

<sup>a</sup> *Votum instaurabant*] Quia jam a sacerdotibus in littore factum, priusquam navis mari redderetur, et carbasus, patefaciente vento illud sibi inscriptum ostendendo, renovare videbatur.

fulgurabat :<sup>1</sup> omnisque<sup>2</sup> prorsus carina citro limpido<sup>3</sup> perpolita florebat. Tunc cuncti<sup>4</sup> populi, tam religiosi, quam profani, vannos onustas<sup>5</sup> aromatis et eujuscemodi suppliciis<sup>6</sup> certatim congerunt; et insuper fluctus libant<sup>d</sup> intritum lacte confectum;<sup>e</sup> donec muneribus largis, et devotionibus faustis completa navis, absoluta strophiiis<sup>7</sup> anchoralibus,<sup>f</sup> peculiari<sup>8</sup> serenoque flatu, pelago redderetur.<sup>9</sup>

*ducta bracteis aureis: et carina tota omnino fabricata ex citro nitente splendebat. Tunc omnis plebs, tam religiosi, quam profani, injiciunt certatim vannos plenas aromatibus, et omnis generis rebus ad supplicationes pertinentibus, et infundunt in mare intritum factum ex lacte, donec navis repleta copiosis donis et faustis precationibus, soleretur funibus anchorarum, et in mare impelleretur vento singulari et*

//////////

tom. III. p. 253. emendavit: splendore sublimi insignis, carchesio consp. sive splendens in sublimitate seu cacumine. Insigni Salm. ascripsit quasi e Pith. Ego malim insuper vocum ordinem invertere, splendore insignis, sublimi carchesio consp. Est enim carchesio in summitate mali. Vide Lucan. lib. v. 428. 'summi carchesia mali.' et Schaeffer. de Re Navali p. 144. et 330. Oud.—9 Cerucho legit Beroald. quod etiam est in Ald. Roald. Sic Ven. et Bas. 1. Ms. chenasco, al. theuisco. Beroaldus reposuit cerucho. Lipsius, taniis cum. Sed postea etiam nihil verius lectione, quam vulgavimus, se anteferre indicavit. Colv. Caelius Rhodigin. Antiq. Lect. lib. xxx. c. 1. cherucho legit. Lipsius Elect. II. c. 21. puppis intorta taniis cum bracteis aureis. Sed vulgatam retinet, et recte explicat Gyrardus de navigiis fol. 597. Elmenh. Oxon. chrusco, Edd. Junt. Ald. Col. Bas. cerucho. Schenisco Groslot. prave. Oud.—1 Alii fulgebat.—2 Abest que a D'Orv. Oud.—3 Fux. Reg. citro limpida. sc. arbore, hand male. Plin. lib. XIII. c. 5. 'laudatissimam fert citrum.' Oxon. inepte atro. Adi Beroald. Id.—4 Exulat a Pith. Id.—5 D'Orv. banos. Pal. Gueif. onustos. Id.—6 Et hujuscemodi suppliciis. Lego, eujuscemodi, ut alibi, hoc ipso lib. 'pecunia etiam eujuscemodi,' pro quo vulgo, hujuscemodi. Brantius. Sic et Pric. alique recte. Vide ad lib. VIII. p. 164. Oxon. hujusmodi. Tum suppliciis Fux. Pal. Oxon. Oud.—7 Vid. Not. Var.—8 Quis ille peculiaris sive singularis ventus fuerit vel esse potuerit, non percipio.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Intorta chenisco*] Cheniscus χηνίσκος Bayfio pars est proræ unde anchoræ dependent. At videtur potius fuisse anser insigne navis hujus in puppe pictum aut sculptum, intorto collo, ut vulgo pinguntur anseres; χην enim Græcis est anser: unde diminutivum χηνίσκος. Ejusmodi porro anser sæpissime navibus pro insigni erat: unde Lucianus in veris narrationibus: ὁ, τε γὰρ ἐν τῇ πρόμυρῃ χηνίσκος ἄφρω ἐππερέξατο καὶ ἀνεβόησε, 'qui enim erat in puppe anser repente cœpit alas quater, et clamare.'

Huc accedit quod navem Isidi dedicatam maxime decernerit pro insigni habere anserem, quæ ales est Isidi sacra. Unde Ovidius: 'Nec defensa juvant Capitolia, quominus anser Det jecur in lanceas, Inachi lanta, tuas.'

<sup>c</sup> *Suppliciis*] Rebus sacrificialibus, et supplicationibus Deorum accommodatum. Alias 'supplicium' pœnam significat.

<sup>d</sup> *Libant*] Effundunt sacrificii ergo.

<sup>e</sup> *Intritum lacte confectum*] Genus aliquod pultis, aut condimenti lactei.

<sup>f</sup> *Strophiiis anchoralibus*] Strophium

Quæ postquam cursus spatio prospectum sui nobis incertat,<sup>1</sup> sacrorum geruli, sumtis rursum, quæ quisque detulerant,<sup>2</sup> alacres ad fanum reditum capessunt similis ritu pompæ<sup>3</sup> decori. At cum<sup>4</sup> ad ipsum jam templum pervenimus; sacerdos maximus, quique divinas effigies progerebant,<sup>5</sup> ei qui venerandis penetralibus pridem fuerant initiati, intra cubiculum Deæ recepti, disponunt rite simulacra spirantia.<sup>6</sup> Tunc ex his unus, quem cuncti Grammatea di-

*sereno. Quæ postquam tam longe processit, ut dubius jam nobis esset ejus aspectus, qui sacra gestabant, resumunt singuli quæ attulerant, et incipiunt redire alacriter ad templum decenter, eodem ordine pompæ, quo venerant. Ubi autem jam pervenimus ad ipsum delubrum, antistites sacrorum, et qui ferebant divina simulacra, quique jam dudum initiati erant arcanis caerimoniis, ingressi sacrarium Deæ, reponunt ordine effigies illas faberrime factas in suis locis. Tunc unus ex illis, quem omnes*



Nec magis tamen intelligo, quis sit *ἀνεμος ἀγγευστακός*, seu *piacularis*; quomodo hic corrigendum existimat acutissimus Markland. in Epist. Crit. p. 59. *Oud.*—9 Pal. *redderent*. Sed cur redderetur navis pelago, quæ nunquam navigarat, nec mari commissa fuerat? Malim itaque *crederetur*. Passim poëtæ aiunt, 'credere navem mari, ventis,' sexcentis locis. *Id.*—1 Palat. Guef. *in nobis inc.* *Id.*—2 Fux. Pal. D'Orv. *detulerat*, minus eleganter. Vide ad lib. iv. p. 70. 'Quisque decurrunt.' *Id.*—3 *Simili ritu pompæ*. Fux. s. *strictu* p. Roaldus. *Simili structu* p. Bertin. *servili ritu pompæ dec.* Scioppius in *Symbola*. Scribe: *similis ritu pompæ dec.* Woverius. Flor. *simili strictu* p. *decor.* at Bert. *servili ritu* p. Woverius. *similis ritu* p. recte. Elnenh. Ista Woverii emendatio, quam præceperunt Elm. Scriv. Pric. multum adjuvatur istis codicibus, qui habent *simili strictu*, in quibus sunt Palat. Guef. Millies enim a librariis e præpositum fuisse τῶ t, crebro monitum. Supra hoc ipsum *ritu* pro *ritu* in Cod. Lips. et alibi. Infra, 'sacrorum ritu vetusto.' Pith. D'Orv. et alii cum Edd. Vett. ac Floridi, *simili ritu*. Nequaquam tamen spernenda fuerat Lipsiani codicis lectio, quam contra consuetudinem tacite recepit Colvins, *structu*, sequente enim Vulcanio. Nam eadem est in Oxon. ac Paræano, et Reg. pro apparatu, sive instructu, ut optimi quoque loquuntur. Non raro 'struere' pro 'instruere' occurrit. Vide ad lib. vi. p. 112. 121. 'Strictus' et 'structus' passim confunduntur. Vide ad Liv. lib. iii. 50. Alio tamen exemplo destituitur simplicis nominis hæc declinatio, seu structura. *Oud.*—4 *Ac cum*. Vulg. *ut cum*. Colvins. At multum præfero, confirmatum a Pith. Fux. Pal. Oxon. et Edd. Vett. *Oud.*—5 Ms. *progerebat*. Colvins. Bert. *effigias*. Elnenhorst. Glossæ: *effigium*, ἀποτόπωμα. *Effigia* non legitur. *Wass.* Dictum esset, ut rabia, scabia, et similia supra in Mss. nonnullis. Vide Misc. Obs. V. ii. p. 396. At puto librariis ascribendum: hinc in aliquot est Codicibus lib. de Deo Soer. pag. 685. et Ms. Harlem. Val. Max. lib. ii. cap. 10. Ext. 1. *Progerebat* etiam Fux. *prægerebat* Reg. Vide ad pag. 245. *Diversas* in D'Orv. *diritius*

#### NOTÆ

vulgo fascia est pectoralis, qua mulieres papillas colhibebant: at hic nihil aliud sunt strophia quam vincula, seu rudentes, quibus navis ad ancho-

ras erat alligata. *στροφίον* Suidæ est *στρογγύλον ζωνάριον*, zona teres.

§ *Simulacra spirantia*] Imagines illas Deorum, quæ tanta arte erant

cebant, pro foribus<sup>7</sup> assistens, cœtu Pastophorum,<sup>h</sup> quod sacrosancti collegii nomen est,<sup>8</sup> velut in [251] concionem vocato, indidem de sublimi suggestu, de libro, de literis<sup>9</sup> fausta vota<sup>1</sup> præfatus: PRINCIPI MAGNO, SENATUIQUE, ET EQUI TI, TOTOQUE<sup>2</sup> ROMANO POPULO, nauticis, navibus,<sup>3</sup> quæque sub imperio mundi nostratis<sup>i</sup> reguntur,<sup>4</sup> renuntiat, sermone rituque Græciensi,<sup>5</sup> ita, ΛΑΟΙΣ<sup>6</sup> "ΑΦΕΣΙΣ.<sup>6</sup><sup>k</sup> Qua voce,<sup>7</sup> feliciter cunctis evenire,<sup>1</sup> signavit<sup>8</sup>

*vocabant scribam, stans ante fores, advocato veluti in concionem grege Pastophorum, quod nomen est cætus illius sacrosancti, cum inde ex alta cathedra pronuntiasset vota prospera ex libro, in quo scriptu erant: Pro magno Imperatore, Senatuque, et Equestri Ordine, universoque Populo Romano, navibus nauticis, et iis omnibus, quæ reguntur sub imperio hujus nostri mundi, ita pronuntiat lingua, et more Græco: Λαοῖς ἄφεσις, missio populis. Quam vocem clamor populi*

//////////

Guelf. Oudendorp.—6 Pith. spiranda. Id.—7 Fux. D'Orv. præ foribus, male. Vide ad l. ix. p. 190. 'pro limine.' Id.—8 Pith. quo. Si per Mss. liceret, mallem et hic deleri istud prænomen. Adi ad l. i. p. 18. In Flor. N. 6. 'Est præterea genus præstabile.' Gymnosophistæ vocantur. Substantivo verbo caret D'Orvillians. Id.—9 Pith. de libro, de libris. Id.—In Ms. (Fulv.) vox vota non legitur. Sciopp. in Symb.—2 Al. totique.—3 Nauticis navibus. Vulgo male hæ voces sine distinctione junguntur; cum nullæ sint naves, nisi nauticæ, quas 'pinus nauticas' poëticè dixeris cum Virg. Ecl. iv. 38. Recte igitur Edd. Vulc. sec. Elm. Scriv. exhibuere nauticis, navibus. Nautici sunt tum navium gubernatores, tum omnes socii navales. Vide ad Liv. l. xxx. 25. 'Jussus e nauticis unus:' et passim. Neque nauticæ naves diversæ sunt ab iis, quæ sub Imperio Rom. reguntur. Quare insuper puto legendum, n. navibusque, quæ sub imp. In Oxon. e glossa nautis: uti sæpe hæ voces variantur. Adi Stewech. ad Veget. l. v. 13. 14. 'Ignorantibus nauticis.' Mss. 2. nautis. In D'Orv. n. manibus. Oud.—4 Pal. quoque. D'Orv. imperiis, non male. Doct. Jablonskins in Misc. Berol. vol. vii. p. 441. legi vult vehuntur, sive iter maritimum faciunt. Mutandi nullam video causam. Passim occurrit 'regere navem,' unde 'navis rector' crebro de gubernatore. Pueri sciunt. Id.—5 Palat. D'Orv. Guelf. Græcensi. Vide ad l. iii. p. 48. 'ritu Græciensi.' Ed. Vic. Gratiensi. Id.—6 Vid. Not. Var. Quam vocem feliciter c. evenire. Fux. qua voce. Roald. Qua voce. Vulg. quam vocem. Colv.—7 Al. quam vocem.—8 Ms. significavit. Colv.—9 Fux. cl. pop. Ab

#### NOTÆ

elaboratæ, ut vivere ac spirare viderentur. Arnob. lib. vi. 'Spirantia hæc signa, quorum plantas et genna contingitis,' &c.

<sup>h</sup> Cætu Pastophorum] Pastophori, παστοφόροι, sacerdotes erant ferentes sacerdotale pallium in pompis publicis: et παστοφορέϊον, tabernaculum pastophorum, thalamus, in quo habitat templi præpositus. Venus eti-

am dicta est παστοφόρος, thalamifera.

<sup>i</sup> Mundi nostratis] Ad distinctionem Inferorum, quod 'subterraneum semitotundum' supra dixit.

<sup>k</sup> Λαοῖς ἄφεσις] Michaël Ritins, lib. ii. de Regibus Francorum, pag. 539. 'Antiquitus, in illa vana Deorum superstitione, peracta res divina, conversus ad plebem sacerdos, dicebat: λαοῖς ἄφεσις, id est, populis mis-

populi clamor<sup>9</sup> insecutus. Exin<sup>1</sup> gaudio delibuti populares, thallos, verbenas,<sup>m</sup> corollas<sup>2</sup> ferentes, exosculatis vestigiis Deæ, quæ gradibus hærebat argento formata,<sup>3</sup> ad suos discedunt<sup>4</sup> lares. Nec tamen sinebat me animus<sup>5</sup> ungue latius indidem digredi;<sup>6</sup> sed intentans Deæ specimen<sup>7</sup> pristinos casus meos recordabar. Nec tamen Fama

*subsequens significavit jucunde accidere omnibus. Postea populus perfusus latitia, ferens ramos oleæ, verbenas, et corollas, osculatur vestigia Deæ, quæ adhærebant gradibus facta ex argento, et singuli abeunt in suas domos. Neque tamen animus meus patiebatur me discedere ex illo loco vel latum unguem; sed attentus ad simulacrum Deæ recogitabam meas priores fortunas. Attamen fama velox non cessa-*

Oxon. et Guelf. exulat populi. Ond.—1 Pal. D'Orv. Guelf. exinde, frequentissima variatione. *Id.*—2 Vulg. talos. In Fux. Reg. corollas. *Id.*—3 Quæ gradibus hærebant. Vulg. hærebat. Colvins. Lege, hærebat. Elmenh. Satis inepte Colvius e Lips. Cod. reposuit pluralem numerum, quasi soli Deæ pedes hæsisset templi gradibus argento formata, et non tota ibi stetisset vel sedisset Dea, ut patet e seqq. 'Intentus in Deæ specimen.' Ceteri scripti et Edd. præter Vulc. Wow. dant hærebat. Oxon. quæque h. Guelf. a m. pr. formatus. Ond.—4 Descendunt. Fux. discedunt. et Ald. Roald.—5 Fux. D'Orv. Guelf. n. t. me sin. melius. Coll. Voss. n. me t. s. Ond.—6 Ms. utique ne latius. Colvius. Hinc Sopingius conjecit, utique hoc latius. Sed frustra. L. II. p. 32. 'Invita quod a se ungue latius degrederer.' L. x. p. 230. 'Nec eum ungue latius a se discedere passa est.' Alii 'unguem latum, transversum discedere' aiebant. Vide Manut. ad Cic. I. VII. ad F. Ep. 25. Oxon. *ididem*. Fux. digredi. Ond.—7 Intentus Deæ specimen. Ms. intentans. Forte, intuitans. Colvius. Plerique scripti, intentans. Emendabis, intentus in Deæ speciem. Wowerius. Mamusc. Fulvii et Colvii, intentans. Scioppius in Symbola. Intentus in Deæ speciem. Ita Mss. Vulgo, intuitus d. s. Elmenhorstius. Fallitur vir doctus et cum eo N. Heins. ad Valer. Flacc. I. VII. vs. 114. putans exhiberi in Mss. quod ex mera Wowerii conjectura in textum recepta, ibi remansit. Mss. O. et Edd. priores carent τῶ in. Sed Fux. Reg. D'Orv. Pal. Oxon. Petr. cum reliquis, per eruditos citatis, exhibent *intenu-*

## NOTE

sio, ut est apud Apuleium: quo verbo potestatem faciebat abeundi volentibus.' Simile habemus exemplum in solenni hoc versiculo, quem sacerdotes nostri post peractum sacrum ad plebem conversi dicere solent: 'Itc: missa est: ubi 'missa' est missio, ἀφῆσις, quemadmodum et sanctus Cyprianus 'remissa' pro 'remissione' dixit I. ad Fortunatum, de exhortatione martyrii: 'In aquæ baptismo percipitur peccatorum remissa.'

<sup>1</sup> Quæ voce, [Quam vocem,] feliciter cunctis evenire, &c.] Alii legunt, quæ

voce, sed parum interest utro modo legas: utroque enim significatur, hæc voce fausta et læta omnia omnibus portendi, quod nempe Dea Isis per snum scribam renuntiaret unicuique jam licere domum reverti, sacris rite peractis, quibus fuerat propitiata.

<sup>m</sup> Thallos, verbenas, &c.] Θαλλοὶ rami sunt, ac præsertim oleaginei, aut palmei. 'Verbenas' (inquit Servius ad Æneid. XII.) 'abusively vocamus omnes frondes sacratas: ut est laurus, oliva, vel myrtus.'

volucris pigra pinnarum<sup>8</sup> tarditate cessaverat : sed protinus in patria Deæ providentis adorabile beneficium, meamque ipsius Fortunam memorabilem<sup>n</sup> narraverat passim. Confestim denique<sup>9</sup> familiares ac vernulæ, quique mihi proximo nexu<sup>1</sup> sanguinis cohærebant, luctu deposito, quem de<sup>2</sup> meæ mortis falso nuntio susceperant, repentino lætati gaudio,<sup>3</sup> varie<sup>4</sup> quisque munerabundi, ad meum festinant illico divinum<sup>5</sup> reducemque ab Inferis conspectum.

*verat lenta desidia suarum alarum : sed illico narraverat ubique in mea patria adorandum beneficium Deæ providæ, et meos celebrandos casus. Denique domestici, et servuli mei, et ii, qui mihi conjuncti erant proximo vinculo consanguinitatis,posito statim mœnore, quem conceperant ex falsa relatione meæ mortis, exhilarati subita lætitia accurrunt protinus ad videndum me, qui servatus eram divinitus, et quasi reductus ab Inferis, afferentes mihi singuli varia munera. Quorum inspe-*

*tans, quod exponit quidam frequentative 'crebro inspiciens.' Male. Rectius Colvius intuitans, vel Vulcan. Ed. sec. intuitus conjecerunt. Neque enim credo, quenquam in sententiam Pricæi iturum, qui emendabat specimini: quia vox intentus tum Nostro, tum aliis sæpe Dativo jungitur. Hoc non verisimile est ita corrupturos fuisse librariorum. Vide, num legi possit: intentus, Deæ specimen, et pr. m. casus recordabar; sensusque sit, cum attente cum pristinis casibus suis recordatum 'angustum specimen Deæ,' quod ipsi in somnio apparuerat p. 238. et hoc, quod in templi gradibus erat, bene contemplatum, inter se comparasse. Intentas certe aliquoties absolute sine adjuncto casu ponitur. Vide Burm. ad Sueton. Cas. c. 65. 'paratum et intentum.' et Virg. l. v. Æn. 137. 'Intenti expectant signum.' Infra p. 254. 'Intentus miti quiete, &c. obibam ministerium.' Immo et verbum 'intendere' plus semel casu destitutum adhibuit, ut jam monuit N. Heinsius d. l. Pessime vero a Wowerio conjectum esse speciem, advertit Pricæus, ex allatis Auctoris verbis p. 238. Adde Heins. et Burm. ad Valer. Flacc. l. vi. 58. 'Insuper auratos collegerat ipse dracones Matris Horæ specimen.' Auson. Parent. xxiii. 2. 'Amisisti specimen qui genitoris eras.' Gud.—8 D'Orv. pennarum. Vide supra. Id.—9 Abest a Coll. Voss. Id.—1 Pith. quæque. Pal. Guelf. quinque m. proxime. Ed. Bas. pr. sexu, quam typhothetarum mendam turpiter pro ipsa Apuleii manu admisit Stewech. ad Arnobii l. vii. p. 149. Ed. Lugd. Id.—2 Idem cod. quæ de. Colvius.—3 Lætati g. Fux. lætati g. Roaldus. Sic Mss. et Edd. O. ut debent, præter Bas. Oud.—4 Bert. vere. Scioppius in Symbola. Hand vere. Elmenh. item Pith. Munerabundi, Pal. Guelf. minerabundi. Oud.—5 Diutinum. Fux. diuturnum. Roaldus. Divinum Venet. et Bas. l. Rom. diurnum. Colon. diutinum. Ms. durinum. Colvius. Bertin. diurnum, id est, in diem lucinque, ut Modius interpretatur. Sciopp. in Symb. et Susp. II. 4. Diurnum. Ita Mss. omnes. Vulgo, divinum. Modius, d. in lucem. Elmenhorstius. Divinum. Quidam Diutinum, alii diurnum. Manusc. durinum. Mihi accuratius sententiam expendentem placet redixium: quam veram esse lectionem cum quovis mortalium pignus ausim dare. Lucem hæc capient ab iis, quæ affert Joseph. Scaliger ad Fest. actio postliminium. Brantius. Divinum, sive dono divinitus datum, maxime mihi arri-*

## NOTE

<sup>n</sup> *Fortunam memorabilem]* Reditum nempe ex asiniua forma ad humanam.

Quorum desperata ipse etiam<sup>6</sup> facie recreatus, oblationes honestas æqui bonique facio: quippe cum mihi familiares, quoad cultum sumtumque largiter succederet,<sup>7</sup> deferre prospicue curassent.<sup>8</sup> Affatis itaque<sup>9</sup> ex officio singulis, narratisque meis pristinis<sup>1</sup> ærumnis, et præsentibus gaudiis, me rursus ad Deæ gratissimum mihi refero<sup>2</sup> conspectum: ædibusque<sup>3</sup> conductis, intra conseptum<sup>4</sup> templi,<sup>o</sup> la-rem temporarium mihi constituo:<sup>5</sup> Deæ ministeriis adhuc [252] privatis<sup>6</sup> appositus,<sup>7</sup> contuberniisque sacerdotum in-

*rato aspectu ego etiam exhilaratus, gratias ago ipsis de suis honestis muneribus: quia mei domestici provide dederant operam, ut mihi afferrent quod abundanter sufficeret ad ornatum meum, et impensam in victum. Appellato igitur unoquoque, prout debebam, memoratisque meis laboribus præcedentibus, et latitia præsentis, redeo iterum ad conspectum Deæ mihi jucundissimum: et, conductu mercede domo, constituo mihi habitationem ad aliquod tempus intra conseptum templi: adhibitus adhuc privatis ministeriis Deæ, inseparabilis a societate sacerdotum, et adorator*

//////////

deret æque ac Colv. Vulc. Wow. Pric. Flor. vel, ut exponit Burmannus, quasi more Deorum de cælo missum. Sed in nullo est Codice. Constante mei codd. cum Edd. primis, Beroald. Junt. post. Elm. et Scriv. habent *diurnum*, quod me laud intelligere fateor, nisi significet conspectum, quod mihi, ut homini, diem rursus videre liceat. Sed exemplum quaero. Nec placet *diuturnum*, quod est in Petr. Cod. nec *diutinum*, quod edidit Junt. pr. Ald. Colin. Bas. pr. Naturalis maxime et facillimi sensus est optima Brantii conjectura *redivivum*, sive N. Heinsii *recidivum* ad Ovidii Fastos l. iv. 45. 'ille dedit Capii recidiva vocabula Trojæ:' et quos laudat Burm. ad Virg. Æn. iv. 344. Supra l. x. p. 218. 'remeare in diem lucidam' de mortuo credito dixit. *Oud.*—6 Coll. Lips. *ipso et.* Ed. Bas. pr. *ipsa et.* Id.—7 Vid. Not. Var.—8 *Perspicue curassent.* Pal. Oxon. Guelf. Pith. Fux. Ed. Scriv. *prospicue*, ut legendum monuit Pricæus. Verissime. Vide ad l. i. 16. 'Prospicue in me consulit.' Apage igitur Stewechii conjecturam *percurassent.* Oxon. *curassent.* *Oud.*—9 Ms. *ita.* Colvins. Pal. Guelf. *affatisque ita.* *Oud.*—1 Fux. *m. et pr.* Roaldus. Primo loco per polysyndeton, Nostro frequentissimum, addidi *et*, auctoritate Codd. Florent. Fux. D'Orv. Pal. Oxon. Coll. Voss. Vide ad l. i. p. 16. 'Et conjatis sit, et quibus deversetur ædibus.' *Oud.*—2 Fux. *me ref.* Roaldus. D'Orv. *iude r.* non male. *Oud.*—3 Copula male abest Oxon. *Id.*—4 Inepte D'Orv. Oxon. Edd. Ber. Bas. pr. *conseptum*, Junt. pr. Ald. *consumunt*, Fux. Cod. *coceptum.* Confer Curtii descriptionem templi Hammoniaci. De Pastophorio et Pastophoris agam ad p. 261. *Id.*—5 Pal. *temporalium.* Oxon. Guelf. *temporalium.* Idem cum Fux. et Ed. Bas. pr. *constitudo.* *Id.*—6 Ed. Bas. pr. *mysteriis.* Junt. pr. Ald. *privatus.* *Id.*—7 Idem Cod.

#### NOTE

<sup>o</sup> *Intra conseptum templi*] Ruffinus Historiæ Ecclesiasticæ lib. ii. c. 23. in descriptione templi Dei Serapidis: 'Jam vero in superioribus extrema totius ambitus spatia occupant exhedræ, et pastophoria, domusque in ex-

celsum porrectæ: in quibus vel Ædifici, vel hi, quos appellant ἀγυέοντας, id est, qui se castificant,' (talis erat noster Lucius,) 'commanere soliti erant.'

dividuus, et numinis magni cultor inseparabilis. Nec fuit nox una, vel quies aliqua,<sup>8</sup> visu Deæ monituque jejuna;<sup>9</sup> sed crebris imperiis, sacris suis me jam dudum destinatum, nunc saltem censebat initiari. At ego,<sup>1</sup> quanquàm cupienti voluntate præditus, tamen religiosa formidine retrahebar;<sup>2</sup> quod enim<sup>3</sup> sedulo percontaveram,<sup>4</sup> difficile religionis obsequium, et castimoniorum abstinentiam<sup>5</sup> satis arduam, cautoque circumspectu<sup>6</sup> vitam, quæ multis casibus subjacet, esse muniendam.<sup>7</sup> Hæc identidem<sup>8</sup> mecum re-

*individuus magnæ Deæ. Neque transegi ullam noctem, aut ullum somnum expertem visionis et monitionis Deæ: sed præcipibat illa mihi frequentibus mandatis, ut nunc certe initiarer suis sacris, quibus jam pridem fueram destinatus. Ego vero, quamvis id ardentem cuperem, cohibebam nihilominus pio timore: quia nimirum studiose sciscitando cognoveram ministerium religionis esse difficile, et observationem castitatis valde difficilem, et vitam, quæ exposita est plurimis eventibus, defendendum esse prudenti circumspeditione: revolvens sæpe ista apud me, procrastina-*

~~~~~

*infixus. Colvius. Coll. Voss. Guelf. contubernique. Palat. indivisus. Ond. —8 Nox una vel dies aliqua. Alii, n. u. v. requies. Elmenhorstius.—9 Idem, ei, una. Colvius. Lege cum Ms. Fulv. jussu Deæ. Scioppin in Symbola. Ful. jussu Deæ. Flor. ejus una. male. Elmenhorstius. Fortassean vana aut vaciva. Utrum mavis, elige. Floccum non interdum. Brant. Perperam omnino Scioppius præfert jussu. Is nihil differt a monitu et imperiis. Sed optime visu; quia in somnio et quiete sæpe illam videbat, hinc maxime lætatus. Confer seqq. Tum in Pal. etiam et Oxon. a m. pr. eiuma; quales librariorum aberrationes non debent Criticum inducere, ut aliam tentet substituere vocem pro vulgata & bona. Ond.—1 D'Orv. prave ac, ego. Id.—2 Formidine reuñtebar. Idem, recreabar. Colvius. Colvii Ms. recreabar. Fulvianus, retardabar. Lego retinebar, transpositis literis. Sciopp. in Symb. Pal. et Flor. retabar. Scribe ex Fulvii libro retardabar. Elmenhorstius. Forte refugabar. Brantius. Scioppii conjecturam retinebar tacite expresse runt Wower. et Pric. Retardabar, ut est etiam in Cod. Inc. amplexi sunt Elmenh. et Scriv. ut p. 260. 'sumtuum tenuitate contra votum meum retardabar.' Sed in D'Orv. est reuñtebat, in Fux. quoque ac Guelf. retabar, Oxon. et Par. retrahebar: quod mihi præ omnibus placet maxime. Sic passim optimi quique loquuntur. Idemque, quod aliquin aiunt, revocabar. Certe reuñtebar, quod repetiit Floridus, hic in Lucio, 'cupienti voluntate prædito,' locum habere nequit. Ond.—3 Pith. quid enim. Male. Non cepit etiam hanc locutionem Pricæus, postea supplendum censens inaudiveram vel didiceram. Sequentia cuncta pendet a verbo percontaveram. Ex stylo Apuleii quod enim nihil est, nisi quoniam, si quidem, quippe qui. Adi ad lib. ix. p. 184. 'Quod enim rebar.' Minor distinctio ponatur post retrahebar. Id.—4 Al. percunctaveram.—5 Idem, absentiam. Colvius. Cum Pal. et Guelf. In Ed. Flor. est castimoniarum, ut solet alibi Auctor, sed hic contra Mss. O. et Glossas. Verum an abstinentia castitatis est difficilis? Immo ejus seu castimoniarum observatio est ardua: ut interpretatur Floridus. Debuerat ergo dixisse, castim. tenacitatem. ut p. 242. 'Sedulius obsequiis et religiosis ministeriis, et tenacibus castimoniis.' Puto igitur voces et castim. esse trajectas, ac legendum, diff. religionis et castimoniorum obsequium, abstinentiam satis arduam. vel corrig. castam morum abstin. Sed illam continentiam rectius vocasset. Ond.—6 Ed. Bert. tantoque circumvectu. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Indi-*



putans, nescio quomodo,<sup>9</sup> quanquam festinans, differebam.<sup>1</sup> Nocte quadam plenum gremium suum visus est mihi summus sacerdos offerre: ac requirenti,<sup>2</sup> quid utique istud? respondisse, partes illas<sup>3</sup> de Thessalia mihi missas; servum etiam meum<sup>4</sup> indidem supervenisse, nomine Candidum. Hanc experrectus imaginem diu diuque apud cogitationes meas revolvebam, quid rei portenderet; <sup>5</sup> præsertim cum nullum unquam habuisse me servum isto nomine nuncupatum certus essem. Ut ut tamen<sup>6</sup> sese præsagium somni<sup>7</sup> porrigeret, lucrum certum modis omnibus<sup>8</sup> significari partium oblatione<sup>9</sup> credebam. Sic anxius, et in proventum prosperiorem attonitus,<sup>1</sup> templi matutinas aper-

*bam, nescio qua ratione, quamvis avide cuperem. Quadam nocte videre mihi visus sum supremam sacerdotem mihi offerentem suum gremium plenum: et cum interrogarem eum, quidnam esset istud, respondisse mihi illa esse frustra ad me missa ex Thessalia; famulum etiam meum, nomine Candidum, advenisse ex eadem provincia. Postquam evigilavi, agitabam animo diu multumque quid rei visio illa mihi præsigiret; præcipue, quia certo sciebam me nullum unquam habuisse servum vocitatum hoc nomine. Existinabam tamen quæstum haud dubium prorsus designari per oblationem frustorum, quoquo modo præsagium somni se explicaret. Sic sollicitus, et intentus illi abundantiori luero, expectabam templi apertionem, quæ mane fiebat.*

\*\*\*\*\*

*dem Ald. Roald. Male. Elmenh. Sic et Junt. pr. Oud.—9 Exulat modo a Reg. Id.—1 D'Orv. deffer. Edd. Vulc. Wow. Pric. disser. vitiose. Id.—2 Edd. ante Colv. cum Ms. D'Orv. at req. Id.—3 D'Orv. illa. Id.—4 Attendi meretur, in optimis membranis Florentinis ac Pithæanis exarari contra constructionis legem, servus etiam meus. Hinc suspicor, ab Apuleio hoc vel simili modo relictum: servos etiam meos indidem supervenisse, et in iis, vel unum, nomine Candidum. Nam p. 253. subdit: 'superveniunt de patria, quos ibi reliqueram cognatos scilicet famulos meos, nec non et equum illum meum colore Candidum reducentes.' In Edd. Junt. Ald. servum et meum. Id.—5 Fux. hac experrectus imagine. Roaldus. Hac exp. imagine. Vulg. Hanc exp. imaginem. Colvius. Hanc exp. imaginem. Vulgo, Hac exp. imagine. Bertin. q. r. protenderet, male. Elmenh. Ablativum sane cum Lips. et Fux. Cod. ostentant Pal. D'Orv. Reg. cum Edd. Colv. Vulc. Wow. Pric. Sed rectus Elmenhorstius revocavit priorem lectionem accusativi, ut dant Flor. Bert. Pith. alii. Jungit priori verbo revolvebat imaginem, per syllepsin. Subintelligitur enim rursus, quid rei portenderet hæc imago. Sic solent passim pulitissimi scriptores. Consule, quos laudavi ad Hirt. de B. Afric. c. 20. 'Sagittas, uti fierent, curare.' Dein Palat. portenderet, et Oxon. certus esse. Oud.—6 Ut tamen. Ed. Bas. pr. ait t. Reposui autem ex certissima Pricæi, alterinque viri docti ad marg. Ed. Colv. conjectura: Ut ut tamen, sive quoquo modo. Passim 'ut ut sit,' et similia. Id.—7 Al. somni.—8 Petr. Ms. luctum. Edd. Junt. Aldi carent τῶν omnibus. Oud.—9 Ms. lib. patriam. Ven.*

#### NOTE

<sup>p</sup> Partes illas] Quas nimirum in gremio suo habebat.

<sup>q</sup> Attonitus] Idem hic est atque attonitus, quemadmodum et in hoc Ju-

tiones opperiebar. Ac, dum velis candentibus<sup>r</sup> reductis in diversum, Deæ<sup>2</sup> venerabilem conspectum<sup>3</sup> apprecamur, et per dispositas aras circumiens sacerdos<sup>4</sup> rem divinam procurat<sup>5</sup> supplicamentis solennibus, de penetrali fonte petitum<sup>s</sup> spondeo<sup>t</sup> libat.<sup>6</sup> Rebus jam rite consummatis, inchoatæ lucis salutationibus,<sup>u</sup> religiosi primam nuntiantes<sup>w</sup>

*Et, dum retractis in contrarias partes albis sipariis, oramus venerandam faciem Deæ, sacerdos circumiens altaria ordine disposita, dat in iis operam sacro: et cum solitis precibus effundit rase aquam haustam ex fonte, qui in penetralibus templi erat. Sacro illo jam debite peracto, religiosi strepitum edunt, adoratio-*

//////////

*patrium.* Colv. Guelf. *patrium*, Pal. *patrum*, Edd. ante Ber. *patrium*. Guelf. *oblationem*. Oud.—1 Al. *attentus*. Vid. Not. Var.—2 *Velis reductis, in diversum Deæ, &c.* Distingue; *reductis in diversum, Deæ ven. &c.* Wower. Bertin. *dum valris*, male. Vela erant ante aras, quæ adduci solita et reduci. Artemidorus Oneirocrit. c. 262. Lipsius loco prænomiuato, et Colvius in notis. *Elmenh.* A Lipsio optime *velis* emendante et lib. 11. Elect. cap. 10. explicante Colvium sua pleraque hausisse crediderim. *Brant. De ullis Pith. du valris vclis* Ed. Junt. post. lectiones sic jungens varias. Nam in ceteris Edd. ante Colv. *dum valris candentibus*, ineptissime. Oud.—3 *Deo D'Orvill. complexum Palat. complectum* Guelf. *Idem*.—4 *Et dispositas aras circumiens s.* Vulg. et per *dispos.* Colvius. Præpositione carent Mss. Lips. Guelf. Pal. et Florent. ut videtur, cum Edd. Colvii, Vule. Wow. Pric. Sed Pith. Fux. D'Orv. Reg. Oxon. et Edd. priores, item *Elmenh. Scriv. Flor.* eam agnoscunt. Nec causam aut rationem video eam abjiciendi. Non enim jungenda sunt *circumiens*, vel *circuiens*, (ut pro more in nonnullis est Codd.) *aras dispositas*, sed *procurat supplicamentis solennibus* (Non enim distinguendum erat post *procurat.* p. 254. 'quantoque sumtu d. procurare supplicamentis.') *rem divinam per dispositas aras.* Virgil. lib. 11. *Æn.* 501. 'per aras Sanguine frædantem, quos ipse sacraverat, ignes.' iv. 56. 'pacemque per aras Exquirunt.' Codices illi non debuerant omisisse *per*, sed copulam *et*, quæ non comparet in Edd. *Elmenh. Scriv. Flor. Bene*, si quidem eam reponas post *solennibus*, vel *dcque* potius, ut videbimus, legas: alioquin enim hiat, nec coheret oratio. Dum apprecabatur Lucius Deam, Sacerdos procuravit rem divinam, et libavit fontem spondeo. Oud.—5 Palat. *proturat.* Id.—6 Vid.

#### NOTÆ

venalis loco, Satir. vii. 'Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda Attonitæ,' &c. id est, attentæ, aut sollicitæ. Alias 'attonitus' mirandum significat, et veluti tonitru stupefactum.

<sup>r</sup> *Velis candentibus*] Quibus Deæ simulacrum a profanorum aspectu arcebatur.

<sup>s</sup> *Petitum*] Subintellige liquorem.

<sup>t</sup> *Spondeo*] Spondeum vas erat sacrificale, quo aquam aliæve liquores

libabant. Hesychius *Σπονδείον, ἀγγεῖον ἐν ᾧ τοῖς εἰδώλοις οἶνον ἐπέσπενδον.*

<sup>u</sup> *Inchoatæ lucis salutationibus*] Adorationibus, quas prima luce faciebant. Seneca epist. 95. 'Vetemus salutationibus matutinis fungi, et foribus assidere templorum. Humana ambitio istis officiis capitur: Deum colit, qui novit.'

<sup>w</sup> *Nuntiantes*] Strepitu suo significantes? an conceptis verbis horam

horam perstrepunt. Et ecce [253] superveniunt<sup>7</sup> de patria, quos ibi reliqueram famulos;<sup>8</sup> cum me Fotis<sup>9</sup> malis incapistasset erroribus. Cognitis scilicet famulis meis, nec non et equum quoque illum meum reducentibus,<sup>1</sup> quem diverse distractum<sup>2</sup> notæ dorsualis agnitione<sup>3</sup> recuperave-

*nibus matutinis Deæ, annuntiantes primam horam diei. Et subito adveniunt ex mea patria servi, quos ibi reliqueram, postquam Fotis me ad capistrum adegisset improbo suo errore; meis nempe cognatis reducentibus meos servos, atque etiam meum illum equum, quem agnitum ex macula, quam habebat in dorso, recuperaverant, postquam venditus fuisset variis emtoribus: quapropter tunc maxime admirave-*

//////////

Not. Var.—7 Oxon. *veniunt*. Oud.—8 Vulg. *famuli*. Colvius. In solo Bertin. est *famuli*. In ceteris Mss. *famulos*, ut omnes post Colvium reposuerunt, per elegantem nominis constructionem cum Relativo, cui postponitur, de quo et dixi ad lib. v. p. 122. ‘data, quam reservaveras stipem.’ Verum neutrum horum hic est admittendum, et construendum eadem syntaxi, ut statim patebit: *q. ibi rel. cognatos scilicet*. Oud.—9 Mss. Pith. Fux. D’Orv. *Fotidis*. An excidit *pyxis*, vel scrib. *Fotis pyxidis*. Nam respicit ad pyxidis errorem, quo pro ave factus erat asinus, lib. iii. p. 59. ‘Incapistrare’ invenias quoque in Glossis. *Idem*.—1 Fux. *reducentis*. Roaldus. Ms. Cod. *reducentes*. Scribe, *cognatis scil. famulos meos*. Wowerius. *Cognatis sc. famulos meos*. Vulgo, *cognatis scil. famulis meis*, male. Bert. et Flor. *reducentes*. Elmenhorstius. Emendationem Wowerii, vel potius Schiekeradi, cui non nominato illa est sublecta, receperunt omnes Editores, meliorem certe, quam quæ ante vulgabat, *cognatis scil. famulis meis*, et circumfertur ab omnibus Mss. nisi quod in Palat. sit *cognitio*. Sed quod Mss. a viris doctis laudati, quibus adde Pith. Oxon. Reg. Pal. D’Orv. et, ut puto, omnes dent *reducentes*, debuerat eos admonuisse, veram non posse esse lectionem istam, *cognatis reducentibus*. Omnino legi debet, ut dixi, *cognatos scil. famulos meos reducentes*: ut ‘cognatos’ jungamus cum ‘reliqueram,’ deleto illic *famulos*. Vel etiam simplicius, *Cognati sc. nempe superveniunt*. Facillime enim *s* e seq. vocula vel litera *s* huic voci adhæsit. Immo jam video ita emendasse, nescio quem virum doctum, forte Salmas. qui Cod. Pithæanum consuluit, in quo etiam primum *famulos* non comparere videtur. Oud. Gruterus Suspici. Ined. lib. xv. c. 10. legit: *Cognitis scilicet f. m. n. n. equo quoque illo meo...quem diverse distractum n. d. a. recuperabam*. Idem in Addend.—2 Fux. *districtum*. Roald. Edd. quædd. pessime *diversæ*. Oud.—3 *Notæ dorsualis agnitione*. Fux. *agnitione*. Roaldus. *Agitatione*. Vulgo, *cognitione*. Colvius. Lege cum scripto Fulvii, *agnitione*. Wowerius. *Diversæ d. n. d. agitatione*. Hæc Colviana est lectio, in qua neque pes, neque caput. Lege cum Ms. *quem diverse distractum n. d. agnitione recuperaverant*. Lege locum integrum, et assenties. Sciopp. in *Symb.* Bertin. *n. d. cognitione*. Elmenhorstius. Ex *agitatione* fecerim *agnitione*, ut et in Manuscrip. legi, ex eodem Scioppio postea didici. Brant. Pal. Guelf. *noctæ*. Pith. D’Orv. cum vulgaribus Edd. ante Colv. *cognitione*, quæ vox sæpissime intrusa est pro *agnitione*, et contra. Hic ultimum præstat, servatum a reliquis Mss. immo et Edd. Junt. post. ac Vule. sec. quod itaque posteriores sibi arrogare haud debuerant. p. 259. ‘Ut agnitionem mihi scilicet certo aliquo sui signo subministraret.’ Ridiculum est Colv. et Vule. pr. *agitatione* e Lips. Cod. Ceterum notam hanc dorsualiam

#### NOTE

diei primam esse declarantes, ex aliqua consuetudine, quæ inter ipsos vigeret?

rant:<sup>4</sup> quare solertiam somni tum<sup>5</sup> mirabar vel maxime; quod præter<sup>6</sup> congruentiam lucrosæ<sup>7</sup> pollicitationis, argumento servi Candidi, equum mihi reddidisset<sup>8</sup> color<sup>3</sup> candidum. Quo facto idem sollicitus<sup>9</sup> sedulum colendi frequentabam ministerium, spe futura beneficii præsentibus<sup>x</sup> pignerata.<sup>1</sup> Nec minus indies mihi magis magisque accipiendorum sacrorum cupido gliscebat. Summisque precibus primarium<sup>2</sup> sacerdotem sæpissime conveneram, petens, ut me noctis sacratæ<sup>y</sup> tandem arcanis initiaret.<sup>3</sup> At

*bar acumen mei somni, quod præter convenientiam quæstus, quem mihi promise-  
rat, restituisset mihi equum albi coloris sub designatione servi Candidi. Quo facto,  
ego eidem curæ semper intentus fungebatur assidue officio colendi Deam, videns spem,  
quam conceperam de futuris bonis, jam confirmatum esse, præsentibus beneficiis,  
tanquam pignore. Nec eo secius desiderium suscipiendorum sacrorum mihi ange-  
batur quotidie magis ac magis. Et sæpius adiverum antistitem sacrorum, flagi-  
tans instantissimis precibus, ut tandem me initiaret mysteriis noctis sacræ. Sed*



Beroaldus existimat fuisse *naturalem*, Pricæus vero *factitiam*, et inustum scilicet characterem; quod et mihi præplacet. Consulendus est uterque, et Comm. ad Anson. de Cl. Urb. III. 11. 'Qualis inusta solet generis nota certa.' Scalig. ad Varr. de L. L. p. 109. De simili equi redditione, Xenophonti facta, adi eum in Ἀναβ. Κόρον. lib. VII. p. 425. Oud.—4 *Recuperaverunt*. Fux. *recuperaverant*. Roaldus. Sic Mss. et Edd. O. præter Ber. et Bas. Oud.—5 *Abest a Pal. tamen Bert. Id.*—6 *Exulat a Fux. propter D'Orv. Id.*—7 *Al. lucrosque.*—8 *Oxon. reddidissent, Pal. Guelf. respondissent, Bert. respondissentque.* Oud.—9 *Bert. sollicito.* Vera videtur Pricæi aliorumque conjectura *soliciti*, ut in Apol. p. 403. Ed. Flor. 'soliciti cavet.' *Id.*—1 *Ex eodem libro Fulv. recte emendabis, spe futuri.* Wowerius. Lege cum Ms. futuri. Scioppius in Symbola. Prævit jam eos Ed. Bas. pr. ex monitione Beroaldi; ac ceteri parneruat. In reliquis Mss. et Edd. Vett. *futura*. A Fux. Reg. *abest præsentibus*. D'Orv. *pignorata*. Sed vide ad lib. III. p. 51. Oud.—2 *Bert. summarium.* Elmenh.—3 *Noctis societate, t. arcanis init.* Vulg. *noctis sacræ.* Colvius. Hæc ita exhibuerunt recentiores Apuleii editiones. Vulgo: *Ut me noctis sacræ tandem arcanis initiaret.* Pal. *noctis sociatæ.* Sequenda est scriptura antiqua: *ut me noctis societate tandem sacris arcanis initiaret.* Wowerius. Hæc a Colvio sunt, ejus acumen haud raro delirare video. Vulgo legitur: *ut me noctis sacræ tandem arcanis initiaret.* Ms. *ut me noctis arcanæ tandem sacratis (Fulvius sacris) initiaret.* Scioppius in Symbola. *Noctis opacitate* fuisse ab Auctore scriptum, aliquis suspicari posset. *Brant. N. sacratæ.* Ita Flor. In Rom. et Ald. Bert. *n. sacræ t.* Pal. Guelf. *n. sociatæ.*

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Beneficii præsentibus*] Adventu scilicet cognatorum, et recuperatione servorum et equi: quæ omnia tanquam Isis beneficia reputabat.

<sup>y</sup> *Noctis sacratæ*] Ita lege ex fide plurimorum Mss. non: *noctis socie-*

*tate*, ut male habet Colviana editio. 'Nox sacrata' ea est, per quam infra dicit 'se a sacerdote ad sacrarii penetralia deductum accessisse confinium mortis: et calcato Proserpinae limine, per omnia vectum ele-

ille, vir alioquin gravis, et sobriæ<sup>4</sup> religionis observatione famosus, clementer ac comiter,<sup>5</sup> et, ut solent parentes immaturis liberorum desideriis modificari, meam differens instantiam,<sup>6</sup> spei melioris solatiis<sup>7</sup> alioquin anxium, mihi permulcebat animum. Nam et diem, quo quisque<sup>8</sup> possit initiari, Deæ nutu demonstrari, et sacerdotem, qui sacra debeat ministrare, ejusdem providentia deligi: <sup>9</sup> sumtus etiam, cærimoniis necessarios, simili præcepto destinari.<sup>1</sup> Quæ cuncta nos quoque observabili patientia sustinere censebat: quippe cum<sup>2</sup> aviditati contumaciæque summe cavere,<sup>3</sup> et utramque culpam vitare,<sup>4</sup> ac neque<sup>5</sup> vocatus morari, nec non jussus festinare deberem.<sup>6</sup> Nec tamen esse quenquam de suo numero<sup>7</sup> tam perditæ mentis, vel<sup>8</sup> immo desti-

*ille, qui ceterum vir erat severus, et inclytus observatione religionis illius abstinentis, procrastinans meum postulatam mansucte, et leniter, atque eo modo, quo patres solent moderari desideria intempestiva suorum filiorum, delinibat meum animum aliunde sollicitum solamine spei melioris. Dicebat enim diem, quo unusquisque potest initiari, designari voluntate Deæ, et providentiâ ipsius eligi sacerdotem, quem oporteat sacra facere: impensas quoque necessarios cærimoniis designari mandato ejusdem. Quæ omnia suadebat, ut nos etiam expectaremus patientia obsequiosa: cum scilicet deberem magnopere mihi cavere a nimia cupiditate, et pertinacia, et neque esse in moru, cum vocarer, neque properare, nisi mihi imperaretur: neque tamen ullum esse ex numero suorum tam profligati animi, aut potius*

//////////

Vulgati, *n. societate*. Fulvius, *n. arcana sacris*. Elmenhorstius. Verissime Elmenh. cum Scriv. et Flor. restituit, *n. sacrata*. Sic enim habent quoque Pith. Fux. Reg. D'Orv. Oxon. Eam noctem vide p. 256. ut recte monet Floridus. E ceteris Mss. et Edd. ante Colv. in quibus *sacra*, facile videre est, cur exciderit syllaba. *societate* prave edidit Colv. Vulc. *n. arcana sacris* Wow. et Pric. *Oud.*—4 Malit Piccart. Per. Crit. c. 16. *sobria*. Sed vide ad p. 241. *Id.*—5 Oxon. *communiter*; solita variatione. *Id.*—6 *Meam differens* exulant a Palat. et Guelferb. Par. *in eam d. inst.* *Id.*—7 Pal. *solatus*. *Id.*—8 D'Orv. *quisquis*. Eodem redit. *Id.*—9 Alii, *dirigi*. Elmenhorstius. Pal. Guelf. male *dirigi*, Pith. *diligi*. Sed adi ad lib. vii. p. 143. *Oud.*—1 D'Orv. Pith. *sumtis*. Pith. *destinaret*. *Id.*—2 *Censebat, quippe cum*. Sive suadebat eum auctoritate; ut passim Apuleio. Tres hæc voces exciderunt Edd. Bas. pr. *Id.*—3 Alii, *contumaciæque summæ*. Colvius. Flor. *aviditate*, male. Elmenh. In eodem *contumaciæ*. Scilicet vel elapsa est præpositio *ab*, vel lineola pro *m*. Vulgata enim Latina nego. Consule omnino notata ad lib. viii. p. 165. 'Qua potissimum caveremus clade.' In Guelf. et Pal. est *adjudicati*. Mox male in Edd. Bas. sec. Scriv. *summæ*. Vide Indic. *Oud.*—4 Pal. Guelf. *irritare*. *Id.*—5 D'Orv. Fux. *ne*. Vide ad lib. i. p. 12. et alibi. *Id.*—6 Edd. Junt. Ald. *debere*. *Id.*—7 Oxon. *quisquam*. Ed. pr. *quamq.* In Pith. deest *numero*. *Id.*—8 D'Orv. caret perperam τῶ *vel.* *Id.*—9 Forte potius, *jubente*

#### NOTÆ

menta, remeavisse: nocte media So- mine,' &c.  
lem vidisse candido coruscantem lu-

natae mortis, qui non sibi quoque seorsum iubente domina,<sup>2</sup> temerarium atque [254] sacrilegum<sup>1</sup> audeat ministerium subire, noxamque letalem contrahere. Nam et Inferum claustra, et Salutis tutelam in Deae manu posita,<sup>2</sup> ipsamque traditionem<sup>2</sup> ad instar voluntariae<sup>3</sup> mortis et precariae salutis celebrari: quippe cum transactis vitae temporibus, jam in ipso finitae lucis limine constitutos,<sup>4</sup> quis tamen tuto possint<sup>5</sup> magna religionis committi silentia,<sup>3</sup> numen Deae soleat elicere,<sup>6</sup> et sua<sup>7</sup> providentia quodammodo renatos ad novae reponere rursus Salutis curricula. Ergo igitur me quoque oportere caeleste sustinere praecipuum, quanquam perspicua evidentique<sup>8</sup> magni numinis dignatione, jam dudum felici ministerio<sup>9</sup> nuncupatum destinatumque: nec secus quam cul-

*tam addictum morti, qui audeat temere et impie suscipere ministerium, sicque committere culpam morte dignam, nisi etiam Dea ipsi peculiariter imperaverit. Valvas enim Inferni, et custodiam vitae esse positas in manu Deae, et ipsam traditionem sacrorum peragi ad exemplum mortis spontaneae, et vitae precario recuperatae: quia nempe Dea solet eligere viros peracto jam aevio positos in extremo termino suae vitae, quibus tamen magna arcana religionis possint secure credi, et eos restituere stadio novae vitae, quodam modo renatos sua providentia. Oportere igitur ut ego etiam expectarem mandatum caeleste, quamvis jam pridem destinatus essem, et dedicatus beato ministerio, dignatione clara et manifesta mag-*

//////////

*dea.* Compendio scriptum erat *doiā*. Colv. Vid. N. Var.—1 Ms. *sacrilegium*. Colv.—2 Idem, *tutela*. Colv. Fux. Reg. Pal. Oxon. Guelf. quoque *tutela*, *prave*. Contra in Pith. est *positam*, non male. Sed perinde est. *Oud.*—3 Oxon. *voluptariae*. Id.—4 Fux. *f. l. lumine*. Aldus vero, *numine*. Utrumque parum rectum praevulgato. *Roald.* Flor. et Ald. *l. lumine*. Elmenhorstius. *Lumine* exhibent insuper Pal. Oxon. Guelf. Edd. primae, Junt. pr. et Scriv. Ed. sec. sive Blaviana. Quod pravo judicio hic Beroaldinae emendationi, ac ceteris Mss. praetulit Pricæus. *Oud.*—5 V. L. *post sunt*: unde genuinam lectionem puto, *potessunt*. De qua voce adennus Lipsius lib. 1. Var. cap. 14. *Braut.* Oxon. *tam*. Pith. Fux. D'Orv. *possit*. Edd. pp. *post sint*. Nil rursus muta: licet restent *potestur, potesse, &c.* *Oud.*—6 Al. *eligere*.—7 Abest *et a* Fux. Reg. *Oud.*—8 Fux. *praecipua*. *Roaldus.* Bert. et Pal. *prospicua*. Elmenh. In Pal. aequae ac Reg. Oxon. Coll. Voss. et Ed. Junt. post. est *praecipua*. Utrumque hic male. Vide ad lib. iv. p. 85. 'perspicua pulchritudine,' et de synonymorum copula frequenter Apuleio amata ad lib. 1. p. 13. v. p. 93. Pro *dignatione* in Guelf. a m. pr. *indignatione*. *Oud.*—9 Vulg. *felicis ministerio*. Colvius. *Felicis* in Pith. et omnibus Edd. ante Colvium. Rursusne s. signi-

#### NOTÆ

<sup>2</sup> Traditionem] Sacrorum.

<sup>3</sup> Quis tamen tuto possint magna religionis committi silentia] Id est, qui

tamen non sint adeo decrepiti, ut declinent, et commissa suae fidei arcana, animi lenitate, revelent.

tores ceteri, cibus<sup>1</sup> profanis ac nefariis<sup>b</sup> jam nunc temperare; quo rectius ad arcana purissimæ religionis secreta pervaderem. Dixerat sacerdos: nec impatientia<sup>2</sup> corrumpebatur obsequium meum: sed intentus<sup>3</sup> miti quiete, et probabili taciturnitate, sedulum quot dies obibam culturæ sacrorum ministerium.<sup>4</sup> Nec me fefellit, nec longi temporis prolatione<sup>5</sup> cruciavit potentis Deæ<sup>6</sup> benignitas salutaris, sed noctis obscuræ non obscuris imperiis<sup>7c</sup> evidenter monuit,<sup>8</sup> advenisse diem mihi semper optabilem, quo me maximi voti compotiret.<sup>9</sup> Quantoque sumtu deberem procurare supplicamentis, ipsumque Mithram<sup>1d</sup> illum suum

*næ Deæ: et ut jam tunc abstinere a cibus profanis et vetitis, perinde ac ceteri Religiosi; ut melius pervenire ad secretiora arcana sanctissimæ religionis. Cum sacerdos hæc mihi dixisset, obedientia mea non infringebatur impatientia, sed ego attente fungebar quotidie sedulo officio colendorum sacrorum, cum leni tranquillitate, et silentio laudabili. Et bonitas salutaris potentis Deæ non me decepit, neque cruciavit dilatione diuturni temporis: sed me aperte monuit claris præceptis, mihi per noctis obscuræ quietem datis, diem advenisse a me semper expetitum, quo me faceret compotem maximi voti. Et constituit quanta impensa mihi instruendus esset apparatus sacrorum, et simul designat mihi pro ministro sacrorum illum ipsum Mi-*

ficat scilicet? de quo supra sæpius. *Oud.*—1 Pal. *ceteris. Guelf. Cereris. Fux. cibi. Id.*—2 Al. *impatientia. Vid. Not. Var.*—3 Pith. *Edd. pp. Junt. pr. Ald. intentis. Oud.*—4 Fux. *ministeriorum. Id.*—5 Fux. *vel l. t. Roaldus. Ms. vel longi. Colvius. Ms. Fulvianus et Colvianus, vel longi t. Scioppius in Symbola. Pal. Guelf. D'Orv. Oxon. vel. Bene. Sæpe enim Noster, cum aliis, præcedenti nec subjicit vel. Vide me ad lib. III. p. 50. 'Neque tuæ dignitatis, vel etiam,' &c. Probatione in Reg. *Oud.*—6 Inverso ordine Pith. Pal. Fux. D'Orv. *Edd. Vic. Junt. post. Ald. Id.*—7 Homines librariorum nosti, cum in autographo invenissent, *obscuris indeiciis*, perpetua lege, id est, consuetudine inveterata usi. *Stewech.* Nequaquam mutari oportet imperiis. Passim ita et præcepta vocari Deorum monita, quem latet? Sæpissime in hac ipsa narratione occurrit. Vide p. 252. Insana talis est innovandi prurigo. *Oud.*—8 Pal. *admonuit. Id.*—9 Al. *competeret. Vid. Not. Var.*—1 Ms. cod. *Mitham. Colvius. Oxon. Mirthium. Edd. Wow. Pric. Mithiam, pessime, ut p. 258. Vide Beroaldum. Ac nomen hoc non solum de Persarum Deo Sole seu Ægyptiorum Osiride vel Serapide, sed etiam ut proprium hominis nomen in Inscriptionibus occurrit apud Fabretum et alibi. Oud.*—*

## NOTE

<sup>b</sup> *Cibus profanis ac nefariis]* Ciborum delectus non modo apud Judæos locum habuit, sed et apud Ethnicos. Tertull. adversus Psychicos: 'Quales castimoniarum Apim, Isidem, et magnam matrem certorum eduliorum exceptione purificant.'

<sup>c</sup> *Noctis obscuræ non obscuris impe-*

*riis]* Somnio, quo clare et evidenter me monebat, quamvis per obscuram noctem.

<sup>d</sup> *Ipsumque Mithram]* Nomen est Sacerdotis, quo nomine etiam Persæ appellant Solem ipsum, qui Osiris est, seu Serapis Ægyptiorum.

sacerdotem<sup>2</sup> præcipuum, divino quodam stellarum consortio, ut aiebat,<sup>3</sup> mihi conjunctum,<sup>e</sup> sacrorum ministrum decernit.<sup>4</sup> Quibus<sup>5</sup> et ceteris benivolis præceptis summatis Deæ recreatus animi,<sup>6</sup> nec dum<sup>7</sup> satis luce lucida discussa quiete, protinus ad receptaculum sacerdotis contendo: atque [255] eum, cubiculo suo commodum prodeuntem continuatus,<sup>8</sup> saluto. Solito constantius<sup>9</sup> destinaveram jam, velut debitum sacris obsequium, flagitare. At ille, statim ut me conspexit, prior: O mi quidem Luci, inquit,<sup>1</sup> te felicem, te beatum, quem propitia voluntate numen augustum tanto opere<sup>2</sup> dignatur! Et quid, inquit, jam nunc stas otiosus, teque ipsum demoraris?<sup>3</sup> Adest<sup>4</sup> tibi dies votis assi-

*thram suum primum sacerdotem, quem dicebat mihi esse conjunctum caelesti quodam consensu astrorum. Quibus dictis, et reliquis benignis jussis supremæ Deæ, ego reflectus animo, expergefactus die nondum bene claro, confestim pergo ad domicilium sacerdotis; et asscensus eum tunc exeuntem e suo cubiculo, saluto illum. Jam dereveram postulare pertinacius solito ministerium sacrorum, velut mihi debitum. Verum ille simul ac me vidit, sic quidem cepit prior: O mi Luci, quam felix es, quam fortunatus! siquidem veneranda Dea adeo te honorat benigno suo favore. Et quare, ait, nunc cessas, et tibi ipsi in mora es? Advenit tibi dies expetitus continuis desi-*

//////////

2 Deest suum Pithæano. *Id.*—3 *Ut aiebat.* Desunt D'Orv. Oxon. Guelf. nec Auctoris videntur. *Id.*—4 *Idem, ministerium.* Colvius. Bert. *ministerium.* Elmenhorstius. Neque aliter exaratur in Pith. Pal. Guelf. Oxon. Fux. D'Orv. *Ministerium* tamen, ut alibi, pro *ministro* hic sumi non placet. In Flor. N. 9. 'Præconis vox garrula ministerium est.' Salmas. margini ascripsit *ministerio*. Vide, num scripserit Auctor, *sacrorum in ministerium.* Cernis enim, Lector, quam facile in potuerit absorberi. *Oud.*—5 Pith. D'Orv. et Edd. ante Colv. *quæ*, ut alibi sæpe, et p. 256. *Id.*—6 Oxon. *recreatus an.* D'Orv. *recreaticum.* Vide ad lib. II. p. 27. 'Recreabar animi.' *Id.*—7 Pal. Fux. Guelf. *nec.* *Id.*—8 Pith. *concinatus*, Ed. Bas. pr. *concinatus.* Vide ad lib. V. p. 109. 'Eam Ceres et Juno continantur.' *Id.*—9 Alii, *contantius.* Elmenh. Ita scil. est in Florent. male. Hæc verba et præcedens *saluto* desunt Oxon. et Par. *Oud.*—1 Aberant hæc *mi quidem* a vulgatis editionibus. *Col.* *O Luci.* Ita Mss. Vulgo, *O mi quidem Luci.* Elmenhorstius. Absunt *mi quidem* ab omnibus meis, si Florent. forte excipias, et ab Edd. Vett. In Palat. Guelf. est *Ōi qe Luci*, hoc est, *O, inquit, Luci.* sicut est in margine Guelf. et quo ordine dant Pith. Fux. D'Orv. Oxon. Sicut in Lips. etiam est, *o mi quidem inquit Luci.* Elmenh. cum Scriv. et Flor. edidit: *O, mi Luci, inquit.* Frequenter occurrit apud Nostrum 'O Luci.' Vide ad lib. II. p. 21. *Oud.*—2 *Tantopere.* Oxon. *tanto opere.* Bene. Vide ad lib. II. p. 32. *Id.*—3 *Atque ipsum demoraris.* Corrige meo suasu, *atque ipsum te moraris.* Com-

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Divino quodam stellarum consortio, ut aiebat, mihi conjunctum]* Persius, ad Cornutum præceptorem suum, Satir.

v. 'Non equidem hoc dubites, amborum fœdere certo Consentire dies, et ab uno sidere duci,' &c.



duis exoptatus, quo Deæ multinominis<sup>5f</sup> divinis imperiis, per istas meas manus piissimis sacrorum arcanis insinueris. Et, injecta dextera, senex comissimus<sup>6</sup> ducit me protinus<sup>7</sup> ad ipsas fores<sup>8</sup> ædis amplissimæ: rituque solenni<sup>9</sup> apertionis celebrato ministerio,<sup>1</sup> ac matutino peracto sacrificio, de opertis adyti<sup>2</sup> profert quosdam libros, literis ignorabilibus<sup>g</sup> prænotatos: partim figuris cujuscemodi animalium,<sup>3h</sup> concepti sermonis<sup>4</sup> compendiosa verba suggerentes: partim nodosis, et in modum<sup>5</sup> rotæ tortuosis, capreolatim-

*deriis, quo initieris religiosissimis arcanis sacrorum, his meis manibus, jussu divino Deæ multinominis. Et senex humanissimus apprehensum me manu ducit statim ad ipsas valvas amplissimi templi: et peracto officio apertionis secundum morem solennem, et celebrato sacrificio matutino, depromit ex intimis sacrarii penetralibus quosdam libros scriptos characteribus incognitis, exhibentes verba orationis in eis contentæ, partim abbreviata figuris animalium omnis generis, partim defensa adversus curiosam lectionem profanorum, accentibus nodosis, et intortis in orbem, atque etiam implicatis inter sese instar capreolorum. Ex illis libris mihi declarat quænam*



memini quidem, Auctorem hunc libro septimo dicere: 'plusculis diebus ibidem demoratus.' Nihilominus tamen id verbi hic usum, nondum persuaderi mi potuit. *Stewech. Teque ipsum demoraris. Vulg. atque ips. dem.* Unde ante inspectum veterem codicem legebam: *atq. ips. te moraris.* Plautus Menæchmis: 'Te morare, mihi cum obloquere.' Pseudolo: 'Me nunc commoror, cum has fores ferio.' *Colv. Atque in solis est Pith. ac Bert. Codd. moraris in Fux. Reg. Ceteri Mss. cum Edd. Colvium secutus recte, teque i. demoraris, præbent. Trita est locutio 'demorari aliquem.' Oud.—4 D'Orv. adesto. Id.—5 Pal. Fux. multimois. Vide ad p. 239. Id.—6 Oxon. commissus. Id.—7 Td protinus delet Bert. Elmenh. qui cum Scriverio hinc male uncis inclusit. Oud.—8 In Guelf. non est ipsas. Id.—9 Fux. solempni. Id.—1 Alii, a. c. mysterio. Vide quæ Casaubonus notat ad Athenæum. Elmenh. Apertioni Oxon. Oud.—2 Pal. Oxon. Guelf. adyto, Coll. Voss. aditu, D'Orv. apertis editi. Id.—3 Vulgo, hujuscemodi. Colvius. Abest ab Oxon. Guelf. Pal. huj. Pith. D'Orv. et Edd. ante Colv. Voss. Coll. et cujuscemodi. Vide supra sæpe, et Ind. Not. Item Rittersh. et Piccart. Per. Crit. c. 13. Oud.—4 Bertin. conceptis. D'Orv. accepti. Male. Id.—5 Ms. etiam in modum. Colvius.—*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Deæ multinominis*] Hujus libri initio, pag. 748. ipsa Dea, de se: 'Me primigenii Phryges,' &c. Vide totum locum.

<sup>g</sup> *Literis ignorabilibus*] Eæ erant hieroglyphicæ literæ. Martiannus Capella, lib. xi. 'Erantque quidam libri sacra nigredine colorati, quorum literæ animantium credebantur effi-

gies,' &c.

<sup>h</sup> *Partim figuris cujuscemodi animalium*] Sic per figuram apis mella conficientis Ægyptii Regem designabant, cum jucunditate imperantem: picto dracone eandem suam mordente, annum indicabant in seipsum redeuntem, &c.

que<sup>6</sup> condensis apicibus, a curiositate profanorum lectione munita.<sup>7</sup> Indidem mihi prædicat, quæ forent ad usum teletæ<sup>8</sup> k necessario præparanda. Ea protinus gnaviter,<sup>9</sup> et aliquanto liberalius partim ipse, partim per meos socios coëmenda procuro.<sup>1</sup> Jamque tempore, ut aiebat sacerdos, id postulante, stipatum me religiosa cohorte deducit<sup>2</sup> ad proximas balneas: et prius sucto lavacro traditum, præfatus Deum veniam,<sup>3</sup> purissime circumrorans<sup>4</sup> abluit: rursumque ad templum reductum,<sup>5</sup> jam duabus<sup>6</sup> diei partibus transactis, ante ipsa Deæ vestigia constituit: secretoque

*oporteret a me preparari necessario ad usum initiationis. Ego confestim strenue efficio, ut ea, atque etiam aliquanto largiora compararentur, partim per me ipsam, partim per meos socios. Cumque tempus (ut aiebat sacerdos) id flagitaret, ducit me ad lavacrum proximum cinctum caterva religiosorum: et cum me collocasset in balneo solito, ipse, oratis prius Diis, abluit me, aspergens aqua mundissime; iterumque reducit ad templum, atque ibi me collocat ante ipsa vestigia Deæ, transactis*

//////////

6 Fux. *campolatimque*. Sed mendose. Roald. Idem, *capitulatimque*. Rom. *campolatimque*. Colvius. Bertin. *campolatimque*. Scioppius in Symbola. Male. *Elmenh.* In Ed. Beroaldi etiam est *campolatimque*: deductum a 'campolis,' cincinnis seu claviculis vitineis, ex Varrone. Verum apud eum lib. 1. R. R. c. 31. § 4. 'capreoli' dicuntur, ut debet. Sed quos Itali vulgo *campolos* vocant. Huc pertinent Glossæ: Capriolus, *συστάτης, πρότονος*. *Oud.*—7 Sic recte præbent Mss. et Edd. pleræque. Constructio enim est, Lectione munita a curiositate prof. In Edd. *Elmenh.* Scriv. Flor. exhibitur *curiosa*, ut *munita* foret Accusativus, respondens *τοῖς verbis*: sed rectius tum legeretur *munitus*, sc. libros. Verum typhotetarum videtur error *curiosa*. Edd. Vic. Junt. Ald. *ac cur.* Id.—8 Bertin. *ad u. caelestem*, male. *Elmesk.* Oxon. *foret*. Pith. *celatæ*. Ed. Floridi *tulelæ*. Inepte. *Τελετή* Gr. p. 257. 'teletæ legitima consummatio.' p. 259. 'Teletæ discrimen maximum.' 261. 'tertium quoque teletam suscipere.' p. 262. 'instructum teletæ comparo.' *Oud.*—9 Fux. *Et p.* Guelf. *naviter*. Id.—1 *Tò coëmenda* delet Modius. *Elmenh.* Perperam. Nam initiandus sumtus facere et impensas teletæ ferre debebat. Vide omnino p. 260. et Cuperum in Epist. ad Dalenum p. 550. *Oud.*—2 D'Orv. *deduxit*. Id.—3 *Domini veniam*. Fux. *Deum veniam*. Quod etiam notat Beroald. *Roald.* De more scil. Edd. pp. Junt. Ald. Basil. *dant domini*: ut aliquoties id vitii inest istis Edd. *Oud.*—4 Mendose Edd. Beroaldi (non in notis) Junt. utr. Ald. *circumrotans*. Id.—5 Ms. cod. *deductum*. Colvius.—6 *Palat. dubiis*.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Capreolatim*] Instar capreolorum. Sunt autem capreoli claviculæ, seu manns, quibus vitis adminicula apprehendit.

<sup>k</sup> *Ad usum teletæ*] *Τελετή* Græce est expiatio, initiatio, atque initiationis hostia; quo postremo sensu hic su-

mitur. Significat etiam religionem et sacerdotium. Hostia autem, seu sacrificium illud quod ab initiandis fiebat, ideo teleta dicebatur, quod magnæ esset impensæ; *τελεῖν* enim, præter multa alia, sumtus facere significat.

mandatis<sup>7</sup> quibusdam, quæ voce meliora<sup>8</sup> sunt,<sup>1</sup> illud plane<sup>9</sup> cunctis arbitris præcipit,<sup>1</sup> decem<sup>2</sup> continuis illis diebus cibariam voluptatem<sup>3</sup> [256] coërcerem, neque ullum animal essem, et invinius<sup>4</sup> essem.<sup>m</sup> Quibus<sup>5</sup> venerabili continentia rite servatis, jam dies aderat<sup>6</sup> divino destinatus vadimonio:<sup>n</sup> et Sol curvatus intrahebat vesperam.<sup>7</sup> Tunc<sup>8</sup> ecce confluant undique turbæ, sacrorum ritu vetusto,<sup>9</sup> variis quisque me muneribus honorantes.<sup>1</sup> Tunc semotis procul profanis omnibus,<sup>2</sup> linteo rudique me con-

*jam duabus partibus diei: imperatisque clam quibusdam, quæ non licet mihi loqui, id certe coram omnibus imperat, ut refranarem voluptatem esus per illos decem dies continuos, neque comederem de carne ullius animalis, et abstinerem a vino. Quæ cum legitime observassem religiosa continentia, et jam advenisset dies, quo sacris sisti debebam, et Sol descendens adduceret vesperam; populi undique concurrunt, afficientes me quisque diversis donis secundum antiquam consuetudinem sacrorum. Tunc sacerdos procul remotis cunctis profanis, apprehensa manu, deducit ad penetralia*

//////////

Oud.—7 D'Orv. *mandato*. Id.—8 Vid. Not. Var.—9 *Idque plane*. Vulgo, *illud plane*. Colvius. Flor. *illud plane*. Elmenhorstius. *Illud recte rescripsere alii, quod inveni in Mss. O. et Edd. præter Colv. Vulc. Elm. Scriv. Istud que officit etiam constructioni. Nil not. e Guelf. Oud.—1 Præcipit Bert. et Coll. Voss. Id.—2 Guelf. Pal. deesse. Id.—3 Palat. voluntatem. Id.—4 Ms. lib. *invinius*. Vide Plutarch. lib. de Isid. et Osir. *Colv. Et abest Pith. inhinius* D'Orv. *innunimus* Oxon. *invinius* Guelf. Inepte. Oud.—5 Vulg. *Queis*. Colvius. *Quis* Pith. et sic, vel *queis*, Edd. ante Colv. ut supra, et sæpius. Oud.—6 Palat. Guelf. *aberat*. Id.—7 *Et Sol curvatus intrabat vesperam*. Fux. *intrahebat* v. non omnino male. Roald. *S. curv. intrahebat* v. Ms. *introibat*. Scioppius in Symbola. *Trahebat* v. Vulgo, *intrahebat* v. Alii, *introibat* v. Elmenhorstius. 'Intertrahere' Plaut. 'intraho' non alibi. Wass. At lib. v. p. 101. 'sulcatus intrahens gressus.' et Mss. Plin. etiam Leid. pr. lib. vii. c. 12. 'Intractio linguæ.' Istud *trahebat* hausit Elmenh. e Mss. Florentinis. Vide ad lib. v. p. 102. 'Vespera noctem trahente: ubi contra *intrahente* placebat Pricæo, qui recte animadvertit, versum esse senarium quales multi sunt in Apuleio. Ac manebit ita, si pro *curvatus* legamus *incurvatus vetusto* cum Pitheano. Quia tamen *intrabat* cum Edd. Basil. ostentant Palat. Guelf. quod etiam defendi posset, et *introibat* D'Orv. Fulv. præstat hic *intrahe*. cum reliquis servare Edd. et Mss. sive adducebat et accelerabat. Oxon. *Sol curvatus*. Oud.—8 Edd. pleræque male *tum*. Id.—9 Fux. *turbule*. Roaldus. *Lego, turbæ sacrorum ritu vetusto*. Alii distinguunt, *turbæ, sacrorum, ritu vetusto*: Brantius. *Prave jungebant quidam, turbæ sacrorum ritu vetusto: variis*. Post *turbæ* enim erat distinguendum, ut recte observant Edd. posteriores. In mea Fux. Ms. collatione est *tube*. Oudendorp.—1 Al. *onerantes*.—2 Bertin. *proscinio omnibus*. Modius legebat, *proximis*. Scioppius in Susp. ii. 4. et Symb. Nulli enim aderant profani; sed soli initiati. *Elmenh.* At unde id scivit Modius? *Turbæ* ergo illæ, qua-*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Quæ voce meliora sunt*] Quæ sanctiora sunt, quam ut sermone efferantur in vulgus.

<sup>m</sup> *Invinius essem*] Vox a 'vino' et 'in' formata: usitatus est *abstemius*.

tectum amicimine,<sup>3</sup> arrepta manu, sacerdos deducit<sup>4</sup> ad ipsius sacrarii penetralia. Quæras<sup>5</sup> forsitan satis anxie, studiose lector, quid deinde dictum, quid<sup>6</sup> factum? dicere, si dicere liceret; cognoscere, si liceret audire.<sup>7</sup> Sed parem noxam contraherent aures et linguæ illæ temerariæ curiositatis.<sup>8</sup> Nec te tamen, desiderio forsitan religioso suspensum,<sup>9</sup> angore diutino cruciabo.<sup>1</sup> Igitur audi: sed crede, quæ vera sunt. Accessi confinium mortis:° et cal-

*ipsius sacrarii me velatum amictu lineo, et novo. Curiose lector, fortasse rogabis valde sollicite quid dictum sit, et factum postea. Dicerem, si mihi fas esset dicere; tu audires si fas tibi esset audire. Verum aures et linguæ incurrerent in similem culpam curiositatis temerariæ. Neque tamen longa anxietate torquebo te suspensum fortasse desiderio religioso. Audi ergo: sed crede quæ vera sunt. Accessi ad viciniam*

//////////

rum mentio facta est, solisne constabant initiatis? Quis credat? Tu nihil muta, et consule potius seq. pag. 'in aspectum populi errabam.' *Oud.*—3 *Linleo et rudi me cont. amicimine.* Idem, *rudique me c.* Colvins. Bertin. *linleo et undique cont. amic.* Wowerius. Sciopp. in Symb. Flor. *l. rudique me.* Elmenhorstius. *Lineo Ms. Petr. et rudi* dant Lips. Palat. Edd. Colv. Vule. Flor. Accedit Oxon. *l. et rudimine contactu amic.* Ceteri Mss. et Edd. Vett. *rudique:* quod repositi interim, licet hoc loco 'rude amicimen' parum placeat pro novo et non trito. Verum vehementer dubito, an linleo vestis possit vocari 'rudis.' Alia res est in 'lana rudis,' et similibus. Quare magis inclino in lectionem Cod. Bertin. ut pro *et legamus me*, sic: *linleo me undique cont.* Nam male Edd. Wow. Pric. carent τῆ me. Edd. Scriverii dant, *l. undique me.* *Ond.*—4 D'Orv. *adducit.* Id.—5 Fux. *quæres.* Roaldus. Sic et D'Orv. Oxon. Par. Coll. Voss. Vide ad lib. II. p. 23. *Credas v. l. Credes.* *Ond.*—6 D'Orv. bis *quod.* Id.—7 Pith. *audires.* Id.—8 N. c. a. et l. *temerariæ curiositatis.* Ms. lib. et *aures et linguæ curiosæ temeritatis.* Colvius. Pal. et Colvii liber, a. et l. *temeritatis curiosæ.* Fl. a. e. l. *illæ.* Elmenhorstius. Pith. *contrahentem.* Pal. Guelf. Lips. D'Orv. *contrahent.* Tum bene omnino Oxon. cum Lips. et *aures, et linguæ.* Ambigo quoque, an non præstet *lingua mea*, dicentis sc. ut *aures tuæ*, Lector, audientis. *curiosæ temeritatis* itidem est in Guelf. *Oud.* *Illæ tem. cur.* Primam vocem restitui auctoribus Mss. si Fux. Reg. Lips. Guelf. Pal. excipias, qui carent illa cum Ed. Colv. et sequentibus. Nam priores agnoscunt, ἀρχαϊκῶς pro *illius*; ut apud Plautum. Vide Parei Indicem, et ad lib. III. p. 56. 'Nocti istæ.' In Flor. N. 7. Ed. Junt. post. 'Alexandri illi, l. o. excellentissimi regis, &c. Ejus igitur Alex.' *Id.*—9 Pal. *suspectum.* Elmenhorstius. Cum Guelf. *religio* in Pith. *religiosum* in Guelf. *Oud.*—1 Fux. Reg. *angore diurno cruciabor.* Ultimum etiam in Coll. Lips.

#### NOTE

<sup>n</sup> *Divino destinatus vadimonio*] Quo scilicet debebat se sistere coram Dea Iside initiandam, quomodo et qui vadimonium dederunt, die vadimonii coram Iudice sistere se solent.

<sup>o</sup> *Accessi confinium mortis, &c.*] Supra hoc libro, 'quippe cum transactis

vite temporibus, jam in ipso finita lucis limine constitutos, queis tamen tuto possint magna religionis committi silentia, numen Deæ soleat eligere, et sua providentia quodam modo renatos ad novæ reponere rursus salutis curricula.'

cato Proserpinæ limine,<sup>2</sup> per omnia vectus elementa remeavi.<sup>3</sup> Nocte media, vidi Solem<sup>p</sup> candido coruscantem lumine:<sup>4</sup> Deos Inferos, et Deos Superos accessi coram, et adoravi de proximo. Ecce tibi retuli, quæ quamvis audita, ignores tamen necesse est.<sup>5</sup><sup>q</sup> Ergo, quod solum potest sine piaculo<sup>6</sup> ad profanorum intelligentias enuntiari, referam. Mane factum est; et perfectis solennibus, processi duodecim sacratus stolis,<sup>7</sup><sup>r</sup> habitu quidem religioso satis, sed effari<sup>8</sup> de eo nullo vinculo prohibeor: quippe quod tunc temporis videre præsentibus plurimi. Namque<sup>9</sup> in ipso ædis

*mortis: et pedem intuli in ostium Proserpinæ, ac redii, delatus per univèrsa elementa. Vidi media nocte Solem fulgentem splendida luce: accessi manifesto ad Deos Inferos, et ad Deos Superos, et eos veneratus sum e propinquo. En narraçi tibi, quæ necessario non intelliges, quamvis ea audieris. Narrabo igitur tantum id, quod potest exponi capti profanorum sine crimine. Mane advenit: et, peractis carimoniis, ego prodi sancte vestitus duodecim vestibus, habitu quidem valde mystico, sed nulla lege impediør quin de eo loquar: quia nimirum qui tunc aderant eum vi-*

diutina Pith. Edd. Ber. Bas. pr. *Id.*—2 Pith. *lumine.* Vide ad p. 254. *Id.*—3 Fux. *remeravi.* *Id.*—4 Coll. Lips. *candidum c. lumen.* *Id.*—5 Fux. *t. credere necesse est.* Recte. Rould. Idem, *ignores, tamen credere necesse est.* Colvius. *Tamen credere n.* Ita Pal. Alii τὸ credere non agnoscunt. *Elmenh.* Quia Flor. Bert. Pith. τὸ credere non habent, satius duxi, illud verbi non inculcare, licet ceteri Mss. O. id ostentent; et Scriverius quoque admiserit, sed uncinulis inclusum, probaveritque item Pricæus. Quæ audita etiamsi ignores, tamen necesse est, ut credas. *Oud.*—6 Oxon. *is inde p.* *Id.*—7 Idem, *solennitatibus,* et post *sacratis.* Colvius. *Sacratis* etiam Pith. Pal. Guelf. Male. Adi Herald. ad Arnob. lib. v. p. 171. Pag. seq. ‘Olympicam stolum sacrati nuncupant, sive παστὸν.’ p. 259. ‘Sacratorum consilia.’ et dein, ‘quendam de sacratis.’ i. e. initiatis, *ἱερομένους.* et de 12. stolis vide Beroaldum. *Oud.*—8 D’Orv. *affari.* *Id.*—9 Abest a Pal. Guelf. et Oxon. *Id.*—1 Oxon. *astit.*

## NOTÆ

<sup>p</sup> Nocte media, vidi Solem, &c.] Dio Chrysostomus, Orat. 12. ubi de Mysteriis initio: Πολλὰ ἑρῶντα μυστικὰ θεάματα, πολλῶν δὲ ἀκούοντα τοιοῦτων φωνῶν σκότους τε καὶ φωτὸς ἐναλλάξ αὐτῷ φαινομένων, ἄλλων τε μυρίων γινομένων, ‘videntem multas mysticas visiones, multas quoque tales voces audientem: dum tenebræ et lumen alternatim ipsi apparent, et innumera alia fiunt.’

<sup>q</sup> Quæ quamvis audita, ignores tamen necesse est] Quia tam obscure narravi, nullis adjectis circumstantiis, ut

audiens non audiveris, et sciens nescias. Quidam habent, *quæ quamvis audita ignores, tamen credere necesse est.* Sed malo priorem lectionem.

<sup>r</sup> Duodecim sacratus stolis] Stolas hic intellige vestes quasdam sacerdotales. Quod autem duodecim ejusmodi vestibus amictus fuerit, inde fortasse factum est, quia hic est signorum Zodiaci numerus, quem in sacris Isis (quæ Luna est) magnam profecto vim habere oportebat. Unde, non indutum se modo illis duodecim stolis, sed sacratum fuisse dicit.

sacræ meditullio, ante Deæ simulacrum constitutum<sup>1</sup> tribunal ligneum jussus superstiti, byssina quidem, sed floride depicta, veste<sup>2</sup> conspicuus. Et humeris dependebat,<sup>3</sup> pone tergum, talorum tenuis, pretiosa chlamyda. Quaque [257] tamen viseres,<sup>4</sup> colore vario circumnotatis insignibar<sup>5</sup> animalibus. Hinc dracones Indici:<sup>6</sup> inde gryphes Hyperborei:<sup>7</sup> quos, in speciem pinnatæ alitis, generat mundus alter.<sup>8</sup> Hanc Olympiadem stolam<sup>9</sup> sacrati<sup>1</sup> nuncupant. At manu dextera gerebam<sup>2</sup> flammis adultam facem: et

*derunt. Ego enim conscendi jussu sacerdotis solium ligneum positum in ipso medio templi spatio, ante effigiem Deæ, eramque spectabilis veste, linea quidem, sed eleganter picta. Et pretiosa chlamys pendeat mihi ex humeris post tergum usque ad calces: undecumque tamen aspicerer, distinctus eram animalibus circumscriptis diverso colore. Hic erant dracones Indici, illic gryphes Hyperborei, quos alter orbis procreat ad formam volucris alatæ. Religiosi vocant eam vestem Olympicam. Sed ferebam manu dextera facem accensam flammis, et habebam caput decenter redi-*

\*\*\*\*\*

Id.—2 Idem, q<sup>3</sup> quod potest esse quasi. Colvius. Flor. floree. Elmenh.—3 Elegantius sine copula legas, *ex humeris*, cum Piccarto Peric. Crit. c. 16. et Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 21. ut apud Ovidium, ‘aureaque Ex humeris medios coma dependebat in armos.’ Verum tamen sic ‘amicula humeris defluentia’ dixit Auctor lib. x. p. 233. In Guelf. colorum. In Oxon. est *colorum tenuis*. Oud.—4 Palat. q<sup>3</sup>q<sup>3</sup>. Fux. Oxon. Edd. Junt. pr. Ald. *quanquam*. Male. Vide ad lib. II. p. 22. Tum in Bert. *t. inscie*. Id.—5 Idem, *insignabatur*. Colvius. Pal. Oxon. Guelf. Par. *insignabar*. Oud.—6 Idem, *Indicæ*. Colvius. Philostratus apud Photium p. 532. *Elmenh.* In Ed. Vicent. *Indice*. Vide de his bestiis in stola depictis Bayer. in Epist. ad Crozium tom. I. p. 15. Oud.—7 D’Orv. *hinc gr. borei*. Inepte. Adi Comm. Id.—8 *M. alacer*. D’Orv. Abest τὸ alter a Bertin. Id.—9 Bert. *olim pictam st. Elmenhorstius*. Item Pith. unde malebat quidam *Olympicam*. In Coll. Lips. *Olympiacum*. Olympi et Olympiorum in sacris Isidis nullam rationem, nec mentionem esse, censet Reinesius, conjiciens hinc *Leonticam*, Inscript. Cl. I. N. 48. p. 96. Oud.—1 Pal. Guelf. *saccati*. Id.—2 *Ad manum dextram gerebam*. Fux. *at manu dextra*. Roaldus. *At manu dextera*. Vulg. *ad manum dextram*. Colvius. Flor. *at manum dextram*, male. *Elmenh.* Cum prioribus Colvio Edd. etiam Pith. dat *ad manum dextram*. Ceteri Codd. Colvianæ restitutioni assentiunt. Scriv. edidit, *ac manu dextera*. Ed. Ber. *gerebant*,

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Hinc dracones Indici*] India dracones gignit maximos cum elephantibus perpetua discordia bellantes, teste Plin. lib. VIII. cap. 11.

<sup>t</sup> *Inde gryphes Hyperborei*] Servius ad Eclogam VIII. Virgillii, ‘Gryphes genus ferarum in Hyperboreis nascitur montibus.’

<sup>u</sup> *Quos, in speciem pinnatæ alitis, ge-*

*nerat mundus alter*] Quidam Hyperboreos, apud quos nasci gryphes dicuntur, medios fecere inter utrumque Solem, Antipodum scilicet occasum, et orientem nostrum: ex quorum mente hic loquitur Apuleius. Plinius tamen hoc negat. Pinguntur autem Gryphes alis et rostro aquilis similes, cetera leones.

caput decora corona cinxerat,<sup>3</sup> palmæ candidæ<sup>4</sup> foliis in modum radiorum prosistentibus. Sic ad instar Solis exornato,<sup>w</sup> et in vicem simulacri constituto, repente velis reductis, in aspectum populi errabam.<sup>5</sup> Exhinc festissimum<sup>6</sup> celebravi natalem sacrorum: <sup>x</sup> et suaves epulæ,<sup>7</sup> et faceta convivia.<sup>8</sup> Dies etiam<sup>9</sup> tertius pari cærimoniæ ritu celebratus, et jentaculum<sup>1</sup> religiosum, et teletæ legitima consummatio. Paucis dehinc<sup>2</sup> ibidem commoratus diebus, inexplicabili voluptate simulacri divini perfruebar: irremunerabili quippe beneficio pigneratus.<sup>3</sup> Sed tandem Deæ monitu,<sup>4</sup> licet non plene,<sup>5</sup> tamen pro meo modulo, suppli-

*mitum corona, foliis palmæ candidæ promicantibus instar radiorum. Cum sic ornatus essem in modum Solis, et positus in loco effigiri, retractis subito velis, ferebar per oculos populi. Postea celebravi lætissimum diem initiationis meæ: et appositæ sunt jucundæ dapes, et celebrata convivia joci condita. Tertius etiam dies celebratus est iisdem cærimoniis, et factum est sacrum jentaculum, et initiatio rite absoluta est. Deinde munens ibidem per aliquot dies, percipiebam voluptatem, quam exprimere non possum, ex contemplatione effigiei Deæ: addictus nempe ipsi beneficio omni remuneratione majori. Attamen monitione Deæ, actis ipsi suppliciter gratiis,*

Bas. pr. gerebat. Oud.—3 C. decore corona c. Fux. decorata. Roaldus. Ms. decora. Colvius. Ms. Urs. decora. Scioppins in Symbola. Lege cum Pal. decora c. Elmenhorstius. Adde Oxon. Gueif. cum Edd. Elm. Scriv. quas sequor. Decorata D'Orv. Petr. De hac corona ad Tristan. tom. I. Numism. p. 508. Oud.—4 Palmæ candida. Flor. p. candidæ. Elmenhorstius. Sic Mss. et Edd. O. ut debent. In qua Ed. sit candida, nescio. Oud.—5 Vid. Not. Var.—6 Exhinc festissimum. Fux. festissimum. et Ald. Roaldus. Ms. Cod. festissimumque. Colvius. Fulvianus, felicissimum. Scioppins in Symbola. Vide, quæ vir eximius morumque integritate modestiaque et eruditione præclarus, Henricus Lindenbrogius ad Censorinum pag. 7. cap. 2. notat. Alii, felicissimum. Elmenhorstius. In D'Orvill. et hinc felicissimum, Palat. Gueif. fetissimum. Sed Pith. Bert. Oxon. et Edd. O. ante Colineum dant festissimum. Verissime, ut restitui. Ita 'dies festissimi' apud Vopiscum in Tacito c. 11. Oud.—7 Edd. Wow. Pric. epulas, ut jungas verbo 'celebravi.' Sed aliter placuit Apuleio. Vide ad lib. I. p. 5. 'Jam scitum et cavillum: jam dicacitas tinnula.' Id.—8 Idem, facete. Colvius. Sic etiam Fux. facetiam D'Orv. Oud.—9 Ed. Flor. vitiose enim. Id.—1 Oxon. ventaculum, Pith. tentaculum, Ed. Vule. sec. intentaculum, typhothetarum, ut reor, σφάλματι. Id.—2 Addit Oxon. etiam. De 'inexplicabili voluptate' vide ad lib. II. p. 21. Id.—3 Pith. quidem, D'Orv. rursus pignoratus. Vide supra. Id.—4 Sed tamen deæ monitu. Fux. sed tandem d. m. recte. Roald. Pal. sed tandem. Wowerius. Tandem rescripsi fide Mssorum, etiam D'Orv. Oxon. Gueif. Par. Coll. Lips. cum Edd. Junt. post. Wow. Scriv. Pric. Sequitur illico tamen. Oxon. Gueif. monita. Oud.—5 D'Orv. plane. Id.—6 Pal. sup-

## NOTE

<sup>w</sup> Exornato] Supple me: vel lege cum Ald. codice exornatus, et paulo post constitutus: quod melius puto.

Delph. et Var. Clas.

<sup>x</sup> Celebravi natalem sacrorum] Servius ad III. Eclog. 'Natales apud majores plenum nomen est. Postea-

Apul.

3 E

cue gratiis persolutis,<sup>6</sup> tardam satis domuitionem comparo; vix equidem abruptis ardentissimi desiderii retinaculis.<sup>7</sup> Provolutus denique ante conspectum Deæ,<sup>8</sup> et facie mea diu detersis vestigiis<sup>9</sup> ejus, lacrymis abortis,<sup>1</sup> singultu crebro sermonem<sup>2</sup> interficiens, et verba devorans, aio:<sup>3</sup> ‘Tu quidem sancta, et humani generis sospitatrix<sup>4</sup> perpetua, semper fovendis mortalibus<sup>5</sup> munifica, dulcem matris affectionem miserorum casibus tribuis. Nec dies, nec quies ulla, ac ne momentum quidem<sup>6</sup> tenue, tuis transcurrit beneficiis<sup>7</sup> otiosum; quin mari terraque<sup>8</sup> protegas homines, et, depulsis vitæ procellis, salutarem porrigas dexteram:<sup>9</sup> qua Fatorum etiam inextricabiliter contorta retractas licia, et Fortunæ [258] tempestates mitigas,<sup>1</sup> et stel-

*non condignis quidem, sed saltem secundum meas facultates, præparo me lente admodum ad redeundum domum. Postquam ægre fregi vincula ardentissimi desiderii, quo tenebar, remanendi apud Deam, prostratus tandem coram ipsa et abstersis diu ejus vestigiis meo vultu, lacrymis manantibus, intersecans orationem meam frequentibus singultibus, et suffocans meas voces, dico: Tu quidem sancta, et assidua conservatrix generis humani, semper liberalis in nutriendis hominibus, præstas dulcem affectum parentis calamitatibus infortunatorum: neque dies, aut nox ulla, ac ne brevissimum quidem punctum temporis elabitur vacuum tuis beneficiis, quin tuearis homines in terra, et in mari, et, dissipatis tempestatibus vitæ, offeras eis manum servatricem, qua retrahis etiam fila Parcarum inexplicabiliter contorta, et sedas pro-*

//////////

*plicum, Guelf. supplicii. Pith. gratis cum Edd. pp. Id.—7 Comparo Vix. eq. retinaculis, provol. Edd. Ber. Bas. pr. compero. Malim autem cum aliis non plene distinguere post comparo; sed post retinaculis. Ardentissimi deest Oxon. Id.—8 Flor. conspectum D. Lege, conseptum Deæ. Elmenhorstius. Ineptissime. Sequentia satis docent, conspectum bene se habere. Ad Deæ enim imaginem provolutus, eam lacrymis humefecerat, et facie crinibusque deterserat, e frequentissimo adorantium more. Vide modo ad Lucani lib. II. 30. ‘Hæ lacrymis sparsere Deos.’ Consectum in Ed. Vulc. sec. est typhotæ error. Oud.—9 Detrusis vestigiis. Fux. detersis. et ita Beroald. et Ald. liber. Rould. Vitiosissime Bas. repetiverunt lectionem Edd. primarum detrusis, quam bene correxerat Beroald. ut Mss. habent, et sensus postulat. tersis Edd. Junt. pr. Ald. Oud.—1 Fux. abortis. Id.—2 Pith. sermone. Id.—3 Aio. Edd. Junt. ntr. Ald. animo. Id.—4 Pal. Guelf. secreta. Par. sospitatis. Id.—5 Pith. fovendo moralibus. Id.—6 Tò quidem abest a scripto codice. Colvius. Item a Palat. et D’Orvill. Nec male. ‘Ne’ sæpe Nostro et aliis pro ‘ne quidem’ usurpatur. Vide ad lib. I. p. 17. ‘ac ne sufficientem supellectilem.’ Oudendorp.—7 Oxon. a m. pr. beneficium. Id.—8 Quæ mari terraque. Fux. quin m. terraque. Et Ald. Rouldus. Istud que prave est in sola Ed. Bas. Oud.—9 Dexteram. Edd. Vett. dextram. Id.*

#### NOTE

ritas, natalis dies, dicere cœpit.’ Nat- cum religioso statu novam vitam fuis-  
 talem sacrorum vocat hic diem, quo set auspiciatus.  
 consecratus fuerat, quasi illo die una



larum noxios meatus cohibes.<sup>2</sup> Te Superi colunt; observant Inferi: tu rotas orbem; lumnas Solem:<sup>3</sup> regis mundum;<sup>3</sup> calcas Tartarum. Tibi respondent sidera, redeunt tempora, gaudent numina, serviunt elementa.<sup>4</sup> Tuo nutu spirant flamina,<sup>5</sup> nutriuntur nubila,<sup>6</sup> germinant semina,

*cellas fortunæ, et coërces noxios cursus astrorum. Superi te colunt: Inferi te venerantur: tu mundum agis in gyrum; tu collustras Solem: tu gubernas orbem; tu pedibus premis infernum. Stellæ tibi obsequuntur, in te Dii lætantur, tuo jussu vertuntur anni tempestates, elementa tibi obediunt: ad tuum arbitrium venti flant,*

//////////

—1 Pith. *tempestate m.* Id.—2 *Stell. varios motus cohibes.* Fux. *st. noxios motus.* Idque non abs re. Roald. *Noxios meatus.* Vulgo, *varios meatus.* Colvius. Hinc *vagos meatus* conjecit Cl. Jac. de Rhoer in Fer. Dav. p. 227. Sed *noxios meatus* vere præbent Mss. O. et ante Colvium quoque Ed. Junt. post. *Motus* typhothetarum modo est error in notis Roaldi, licet sæpe de siderum cursu vox illa usnrpetur. Sed et ‘errantium siderum meatus’ Plinio lib. II. c. 8. et sæpius, item Manilio; ac Nostro de Dogm. Plat. p. 582. ‘De Deo Socr. p. 666. Mart. Capell. lib. I. p. 4. ‘Fulgurum jactus, atque ipsius meatus cæli siderumque.’ Sic Mss. optimi, non *ac ipsius.* Hinc eidem lib. VIII. p. 274. ut e Mss. plurimis et vetustissimis legi debet: *superi cælestesque, qui vestra recensebitis meacula.* Vulgo, *metucula.* In Fux. *cohibens.* Oud.—3 Vid. Not. Var.—4 *T. respondent sidera, gaudent numina, redeunt tempora, serviunt elementa.* Lege *lumina.* Wowerius. *Resp. sidera, tempora redeunt, minima.* Serv. *elem.* Sic Bert. in quo et paulo post legitur: *crescunt gramina.* Sciopp. Susp. II. 4. et Symbola. *Elmenh.* Perperam omnino. Legendum est enim cum Mss. ceteris, et Edd. ante Colvium, qui e Lipsiano immutavit non nihil ordinem: *Res. sidera, redeunt tempora, gaudent numina, serviunt elem.* Inepte *lumina* reſinxiit Wower. et ex ejus editione de more Pric. *Sidera et numina* solent disjunctim nominari. Ad omnino notata ad p. 249. ‘summa luminum, prima cælitum.’ Oud.—5 Fux. *sp. flamina.* Vere. Hoc vidit Berroaldus. Roald. D’Orv. *fulmina,* Edd. pp. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *flumina.* De ‘spiritu fluviali’ egimus ad lib. VI. p. 117. Sed præterquam quod ille tenuior est, quam ut inde Isidis laudes decantaret, agitur hic de rebus cælestibus, ut e seq. enuntiatio patet. Bene igitur *flamina* in Mss. et ceteris Edd. Oud.—6 *Palat. nutriunt.* Colligunt aquas. Sed fortasse haud male rescripseris, *nutriunt nubila:* quo loquendi genere usus libro de mundo. *Wow. Elmenh.* In D’Orv. item Fux. et Coll. Lips. est *nutriunt;* atque ita edidit Scriverius; scilicet aquas. Sed passim nota syllabæ *ur* in Mss. omittitur, ac nusquam hic activum verbum, quod hic obscuram redderet sententiam, adhibet. Nec *nutriunt,* ut de tonitru agatur, habet locum. Nam Auctor recenset omnia salutaria Divæ opera, eique fecunditatem omnium rerum ascribit: ut docent etiam seqq. Hinc p. 239. ‘udos ignes, quibus nutrit læta semina,’ ei ascribit, ac sidera ali et nutiri humore, aiunt passim Veteres. Contra male *ur* addiderunt in Floridis N. 12. de psittacis: ‘Eo facilius verba hominum’ vel *hominis* ‘articulant.’ Sic enim leg. e Mss. Pith. Lips. Ed. Junt. post. ut bene citat Salmas. in Plin. p. 713. Vulgo *articulantur.* Oud.

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Luminus Solem*] Hinc evidens est, per Isidem ab Apuleio non tantum Lunam intelligi, sed ipsam rerum na-

turam, seu animam mundi, ac summum numen. Quis enim a Luna Solem illuminari dicat?

crescunt germina.<sup>7</sup> Tuam majestatem perhorrescunt aves cœlo meantes,<sup>8</sup> feræ montibus errantes, serpentes solo latentes, belluæ Ponto natantes. At ego referendis laudibus tuis<sup>9</sup> exilis ingenio,<sup>1</sup> et adhibendis sacrificiis tenuis patrimonio: nec mihi vocis ubertas ad dicenda, quæ de tua majestate sentio, sufficit: nec ora mille, linguæque totidem, vel indefessi sermonis<sup>2</sup> æterna series. Ergo, quod solum potest, religiosus quidem, sed pauper alioquin, efficere, curabo, divinos tuos vultus, numenque sanctissimum<sup>3</sup> intra pectoris mei<sup>4</sup> secreta conditum<sup>5</sup> perpetuo custodiens,<sup>6</sup> imaginabor.<sup>7</sup> Ad istum modum deprecatō summo numine,<sup>7</sup> complexus Mithram sacerdotem,<sup>8</sup> et meum jam parentem,<sup>2</sup> colloque ejus<sup>9</sup> multis oculis inhærens, veniam postala-

*nubes concrecunt, semina germinant, germina adolescent. Volucres volantes per aërem, feræ vagantes in montibus, angues abditi in terra, cete natantia in mari, reformidant tuam majestatem. Verum ego sum tenuioris ingenii, quam ut possim referre tuas laudes, et patrimonio angustioris quam par esset, ad offerenda tibi sacrificia condigna: nec mihi suppetit copia verborum, ad exprimenda ea, quæ cogito de tua majestate; nec mihi sunt mille ora, ac totidem linguæ, aut perpetuum filum orationis infatigabilis. Ego igitur faciam, quod potest facere vir, religiosus quidem, sed inops: repræsentabo mihi tuam faciem divinam, et tuam sanctissimam majestatem, atque illam servabo semper conditam in intimo meo pectore. Sic orata suprema Dea, amplector Mithram sacerdotem, quem jam vocabam meum parentem, et affixus ejus cervici, ac ingerens crebra oscula, rogabam eum veniam, quod non possem ei*

//////////

—7 Bert. *gramina*. Elmenhorstius. Ex perpetua harum vocum confusione; qua hic totum Apuleii acumen, et solitus ipsi in repetitionibus earundem syllabarum lusus, de quo sæpius supra egimus, perit. Ceterum vox hæc cum tribus seqq. deest Fux. et cum quatuor seqq. Oxon. et Par. *Oud.*—8 *Perhorrescunt aves cælo meantes*. Hæc omnia non sunt in membranis. *Colv.* nempe quatenus est Venus. Lueret. lib. i. 10. &c. *Wass.*—9 Pith. *referentes*. Palat. Guelf. *l. ejus*. *Oud.*—1 *Exiguus ingenio*. Vulg. *exillis ingenio*. Colvius. *Exilis*. Ita Mss. Vulgo, *exiguus*. Elmenhorstius. Soli Mss. Lips. et Pal. cum Colv. Vulc. Wow. Pric. habent *exiguus*. Ceteri servant melius *exilis*, bene revocatum ab Elmenh. Scriv. Flor. Sic ‘oratio, vox exilis,’ &c. In Fux. *exili*, unde proclive est refingi *exili*. Sed *exilis ingenio* præstat, vel ob seq. ‘tenuis patrimonio.’ *Oud.*—2 D’Orv. Cod. *indefeci*. Quod valde confirmat Pricæi conjecturam *indefecti*. In quibus vocibus æque probis perpetua hæc est varietas. Consule notarum Indicem. *Id.*—3 Ed. Flor. *sacratissimum*. *Id.*—4 *Pectoris meïs*. Lego, *p. mei*. Elmenhorstius. *Meis* est typhetharum error in Edd. Vulc. sec. *Oud.*—5 Ms. lib. *condita*. Colvius. cum Palat. et Guelf. *Oud.*—6 Bert. *perpetuum c.* Elmenhorstius.—7 Pith. *s. nomine*. *Oud.*—8 *Tò sacerdotem* delet Bertinus. *Elmenh.* Oxon. Par. *Mithiam*, Ed. Bas. pr. *mirum*. Vide supra. *Oud.*—9 *Tò colloque* non est in Bertin. *Elmenh.*

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Meum jam parentem*] Quia cum ipsum secundo genuisse, vitæ scilicet ministeriis initiasset, videbatur cet religiosæ.

bam, quod eum,<sup>1</sup> condigne tantis beneficiis, munerari<sup>2</sup> nequirem. Diu denique gratiarum gerendarum sermone prolixo commoratus, tandem digredior: et recta,<sup>3</sup> patrium Larem<sup>4</sup> revisurus meum post aliquam multum temporis,<sup>5</sup> contendo: paucisque post diebus, Deæ potentis instinctu,<sup>6</sup> raptim constrictis sarcinulis,<sup>7</sup> nave conscensa, Romam versus<sup>8</sup> profectionem dirigo: tutusque prosperitate ventorum ferentium, Augusti portum<sup>a</sup> celerrime, ac dehinc carpento pervolavi:<sup>9</sup> vesperaque, quam<sup>1</sup> dies insequeretur iduum Decembrium, sacrosanctam istam [259] civitatem<sup>b</sup> accedo.

*retribuere mercedem dignam tantis beneficiis. Denique, cum diu demoratus essem in agendis ipsi gratiis longa oratione, discedo tandem: et recta co in meam paternam domum, revisurus eum post valde longum tempus: et post paucos dies, monitu Deæ potentis, colligo celeriter sarcinas meas, et conscendo navem, ac dirigo iter Romam versus: et securus secundo flatu ventorum, quibus impellebar, intrari velocissime in portum, deindeque celeriter delatus sum curru; et pervenio ad hanc sacrosanctam civitatem pridie Idus Decembris vespere. Nec postea mihi fuit ulla cura*



—1 Quod deum. Quod eum Ald. Recte. Roald. Idem Ms. quod Deum. Colvius. Deum inepte Pal. Fux. D'Orv. Oxon. Guelf. et Edd. primæ cum Bas. Eum recte jam correxerit Beroald. Exulat a Florent. Oud.—2 Remunerare. Fux. munerare. Ald. autem munerari. Roaldus. Remunerari. Vulg. remunerare. Nec male Ms. munerari. Colvius. In solis Edd. Colin. et Bas. est remunerare. In Colv. et seqq. remunerari. Vide ad lib. III. p. 53. Sed Mss. O. et Edd. priores exhibent munerari. Verissime, ut reposui. Munero vel muneror aliquem condigne beneficiis valet, munus do alicui ob præstitum beneficium. Lib. x. pag. 227. 'liberto magnifice munerato.' Plant. Captiv. v. l. 15. 'Ut beneficium bene merenti nostro merito muneret.' Pal. et Guelferb. unam neq. Oud.—3 Vulg. et recta via. Colvius. Bertin. et recta via. Elmenhorstius. Ceteri Mss. et Ed. Junt. post. optime habent, ut restituit Colvius, ex Nostri genio, Et recta. Vide ad l. vi. p. 120. Oud.—4 Pal. Guelf. patrum L. Id.—5 Post aliquantulum temporis. Fux. post aliquam multum t. Quomodo nos emendavimus supra. Roald. Aliquammultum. Ibidem, aliquantulum. Colvius. Elmenhorstius. Suffragantur τῶν aliquam multum Mss. O. ut a Colvio et dein editum. Vide ad l. i. p. 17. 'Post aliquam multum temporis.' Oud.—6 Edd. Ber. Bas. pr. instructu. Id.—7 Sarcinulis. Guelf. sarcinolis. Id.—8 Palat. versus R. Pith. D'Orv. R. usque. Id.—9 Vid. Not. Var.—1 Pervolavi, vesperaque quam. Ab Ed. Beroaldi hæc absunt. In Ed. Bas. pr. vesperamque unam. Oud.—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Augusti [Hausi] portum] Sic vett. editi. Lipsius legebat, Augusti portum: sed absque ullo sensu. Non est mutanda antiqua lectio. 'Haurire portum' est penetrare portum, intrare in portum. Sic 'gladio latus haurire,' est gladio latus penetrare. Portum autem κατ' ἔξοχῆν vocat Os-

tiæ portum, qui Romanorum erat portus: quemadmodum et ipsa Roma urbs autonomastice dicebatur.

<sup>b</sup> Sacrosanctam istam civitatem] Romam, quæ Deorum sedes existimata, et cuius verum nomen ne in sacris quidem eloqui licitum erat.

Nec ullum<sup>2</sup> tam præcipuum mihi exinde<sup>3</sup> studium fuit, quam quotidie supplicare summo numini Reginæ Isidis: quæ, de templi situ<sup>4</sup> sumto nomine Campensis,<sup>5</sup> summa cum veneratione<sup>6</sup> propitiatur.<sup>7</sup> Eram denique cultor<sup>8</sup> assiduus, fani quidem<sup>9</sup> advena, religionis autem indigena.<sup>d</sup> Ecce, transcurso signifero circulo,<sup>e</sup> Sol magnus<sup>f</sup> annum compleverat; et quietem<sup>2</sup> meam rursus interpellat numinis benefici cura pervigilis:<sup>f</sup> et rursus teletæ,<sup>3</sup> rursus sacrorum commonet. Mirabar quid rei tentaret,<sup>4</sup> quid pronuntiaret<sup>5</sup> futurum. Quidni? plenissime<sup>6</sup> jam dudum videbar initiatus. Ac dum<sup>7</sup> religiosum scrupulum partim apud sensum

*tam præcipua, quam quotidie orare supremum numen Reginæ Isidis: quæ colitur cum maxima veneratione sub nomine Isidis Campensis, quod nomen sortita est a situ sui templi. Denique eram assiduus adorator, extraneus quidem in templo, sed domesticus Religionis. Ecce cum Sol magnus, emens circulum signorum, absolvisset annum, vigilans cura Deæ beneficæ interruptit iterum somnum meum; et iterum me commonefacit sacrificii, et initiationis. Stupebam quid moliretur, quid prædicaret eventurum. Mihi enim videbar jam pridem abundantissime initiatus. Dumque partim examino apud meum animum, partim expendo consiliis sacerdotum*



2 Ed. Ber. illum. Id.—3 Deest Oxon. Id.—4 Pith. templo. Fux. siti. Id.—5 Ms. p̄thesis. Al. p̄esis. Colvins. Flor. et Pal. Compensis. Bert. comprehensio. Inepte. Elmenh. Compensis Mss. plerique et Edd. pp. Sed optime Campensis emendavit Beroaldus, confirmatum a Fux. Vide ipsum, et ad Juven. S. vi. 529. Oud.—6 Guelf. summa natione. Id.—7 Palat. prospiciatur, Guelf. prospiciatur. Id.—8 Fux. cultor denique, Guelf. coator denique, Pal. erator denique. Id.—9 D'Orv. quidam. Id.—1 Al. magnam.—2 Pith. et e quietem. Forte pro et ecce. Oud.—3 Interpellat, ꝯc. sacrorum. Absunt hæc omnia a Palat. Id. Bert. pervigil. Elmenhorstius. Nusquam alibi Apuleius in Nomin. casu vocis hujus fœmininum genus sic expressit, sed pervigil, ut ceteri scriptores. An ergo intelligit curam numinis, quod benefici pervigilis est, sive pervigil in beneficio præstando? Pith. et rursus sacr. Oud.—4 Pal. Oxon. reptaret; corrupte sc. et ex more scribendi teptaret. Pricæus tamen hinc divinavit restaret. Id.—5 Bertin. repetit quid rei pron. Id.—6 Palat. quid implen. D'Orv. quin ni pleniss. Putschius conjiciebat, quid mihi plen. Lipsius, quippe plen. Mallem tum, quippe ni? pl. Nam pertinet ad τὸ mirabar. Vide ad l. iv. p. 90. Infra bis occurrit 'quidni?' p. 261. 262. Dein videbar

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Campensis] Templum Isidis fuit in Campo Martio: unde Campensis est dicta. Juvenalis, Satyra vi. 'calidaque petitas A Meroë portabit aquas, ut spargat in ædem Isidis, antiquo quæ proxima surgit ovili.' Quod ovile in Campo Martio fuisse,

notum ex Livio et aliis.

<sup>d</sup> Religionis autem indigena] Quia sacris Isidis Corinthi fuerat initiatus.

<sup>e</sup> Transcurso signifero circulo] Zodiaco, cujus decursu Sol annum complevit.

<sup>f</sup> Pervigilis] Pro pervigil.

meum<sup>8</sup> disputo, partim sacratorum<sup>9</sup> consiliis examino; novum mirumque<sup>1</sup> plane comperior:<sup>2</sup> Deæ quidem me tantum sacris imbutum, at magni<sup>3</sup> Dei Deumque summi parentis,<sup>4</sup> invicti Osiris necdum sacris illustratum.<sup>5</sup> Quamquam enim connexa,<sup>6</sup> immo vero unita ratio<sup>6</sup> numinis religionisque esset, tamen teletæ discrimen interesse maximum. Prohinc<sup>7</sup> me quoque peti magno<sup>8</sup> etiam Deo famulum, sentire deberem.<sup>9</sup> Nec diu res in ambiguo stetit. Nam proxima nocte vidi quendam de sacratis,<sup>1</sup> linteis intectum,<sup>2</sup> qui thyr-

*meum scrupulum religiosum; cognosco rem novam et prorsus admirabilem: me nempe initiatum quidem duntaxat sacris Deæ, sed nondum initiatum sacris magni Dei, ac supremi patris Deorum, invicti Osiridis. Quamvis enim ratio divinitatis, et religionis eorum esset conjuncta, quinimmo eadem prorsus, maximam tamen esse differentiam inter eorum initiationes: mihi itaque notum esse debere, me etiam postulari a magno Deo in ministrum. Neque res fuit diu in dubio. Nocte enim sequenti vidi, per somnum, quendam ex sacerdotibus amictum lineis vestibus, qui*

Oxon. Id.—7 D'Orv. *at dum*, Pith. *ac de*. Id.—8 Palat. *Guelf. meum s.* Id.—9 D'Orv. *Fux. Oxon. sacrorum*. Male. Vide ad p. 256. 'xii. sacratus stolis.' Id.—1 *Fux. novumque mirum*. Ed. Merc. *novo*. Id.—2 Edd. *Vulc. Wow. Pric. Flor. comperio*, *invitis* Mss. O. et Edd. *Vett.* Adi ad l. ii. p. 35. 'Quid hoc, inquam, comperior.' Id.—3 *Ac magni*. Scriptus idem, *ad magni*. Colvius. Vel puer mendum videat et corrigat: *at magni Dei*. Mirum non hoc vidisse Colvium; cum tamen in libro Lipsii scriptum testatur: *ad magni Dei*. Scioppius in *Symbola*. Ms. *ad. Lege at. Brantius. Ac m. D. Lege: at m. Dei*. Elmenhorstius. *Ad habent* Mss. Pith. *Fux. Reg. Bert. Oxon. Guelf. cum Edd. pp. et Beroaldi*, qui jam vidit rescribendum *At*. item Piccart. *Peric. Crit. c. 16. Juntae* tamen et seqq. aliorum *Codd. lectionem ac male prætulere*, exceptis *Scriv. et Flor. Oud.*—4 *Dominique s. parentis. Fux. Deumque s.* ut et *Ald. Roald. Deumque leg.* jam vidit Beroald. ut habent Mss. et Edd. præter primas, et *Bas. Ond.*—5 *Guelf. illustratus*. Id.—6 *Unica ratio*. Ms. *unita*, idque probum est. *Sciopp. in Symbola. Munia ratio*. Sic *Palat. Fulvii liber, unita ratio. Flor. munia ratio. Vulgat. unica ratio. Bertin. unica ratio*, male. *Elmenh. Oxon. etiam, Guelf. et Pith. munia*; sed *unita* exaratur in *Fux. Reg. D'Orv. Lips. Petr. et Edd. Junt. post. Wow. ac Pric. Recte*, ut opinor. Vide ad l. viii. p. 163. 'Unita sepultura:' ubi eadem in Mss. et Edd. diversitas. *Unica* Edd. reliquæ. *Pro ratio* mire corruerunt *ratio*, et expresserunt Editores primi. Correctum a Beroaldo. *Oud.*—7 D'Orv. *perhinc*. Id.—8 *Flor. mano*, male. *Elmenh.* In mea *Coll. mago*. D'Orv. *magne*. *Oud.*—9 *Sentire debere. Fux. deberem.* et *Ald. Roald.* Nusquam nisi in *Ed. Bas. sec. est debere*. Nec male. Forsan utrumque verbum abundat. Certe facile carere possemus. *Oud.*—1 *Pith. prave sacris. Vidi* abest ab *Oxon. Id.*—2 *Fux. l. injectum*. Vide supra.

## NOTE

§ *Quamquam enim connexa, &c.*] Hinc liquet micum fuisse, etiam pagani, Deum, cui pro variis muneribus et attributis, varia nomina et numina

tribuebant, quorum fœminina omnia Noster Isidi attribuit, et masculina Osiri, quos tamen unum idemque numen fuisse ait, eademque religio-

sos et hederas,<sup>h</sup> et tacenda quædam<sup>3</sup> gerens, ad ipsos meos Lares collocaret: et, occupato sedili meo, religionis amplæ denuntiaret epulas. Is, ut agnitionem<sup>4</sup> mihi scilicet certo aliquo<sup>5</sup> sui signo sumministraret, sinistri pedis talo paululum reflexo, cunctabundo<sup>6</sup> clementer incedebat vestigio. Sublata est ergo, post tam manifestam Deum voluntatem,<sup>7</sup> ambiguitatis tota caligo. Et illico Deæ matutinis<sup>8</sup> perfectis salutationibus, summo studio<sup>9</sup> [260] percontabar singulos, ecqui vestigio similis, ut somnium? <sup>1</sup> Nec is defuit.<sup>2</sup> Nam de Pastophoris unum conspexi<sup>3</sup> statim, præter indicium pedis, cetero etiam statu atque<sup>4</sup> habitu examussim

*ferens thyrsos, et hederas, et quædam alia, que nefas est dicere, apponebat ea ipsis meis Diis penatibus: et sedens in mea sellâ, indicebat mihi, ut pararem convivium magnæ religionis. Ille placide incedebat claudicanti gradu, talo pedis sinistri paululum incurralo, ut nempe mihi daret aliquod indicium, quo ipsum agnoscerem. Igitur tota obscuritas dubii sublata est, post tam evidentem declarationem voluntatis Deorum. Et mane simul ac salutavi Deam, studiosissime interrogabam unumquemque, num aliquis esset incessu similis ei, quem videram per somnium. Et ille inventus est: nam statim vidi unum ex Pastophoris apprime convenientem cum imagine, quam noctu videram, non tantum signo pedis, sed etiam reliqua statura,*

\*\*\*\*\*

*Roald. Injctum. Vulg. intectum. Vide supra ad lib. ix. Colv. Lincis Petr. Injctum habent Mss. plerique et Edd. Colv. Vulc. pr. Wow. l. ii. p. 33. 'Aureis vestibus intecti:' ubi vide quid differentiæ sit inter 'vestibus intectus' et 'intectus;' ut et ad l. viii. p. 172. 'bombycinis injecti.' Oud.—3 Fux. et jacienda q. Sed falso. Intelligit enim ballos, (ph.) de quibus vide Plut. in lib. de Os. et Iside. Roald.—4 Ms. ambitionem. Sciopp. in Symb.—5 Tò certo non est in Bert. Ebenh.—6 Contabundo. D'Orv. rursus et Edd. Vett. cunct. ac deinceps. Oud.—7 Ubique editum ante Domini. Colv. In Coll. Lips. erat Dei. In Oxon. Guelf. dominis, ut Osiris intelligatur, cum vulgaribus ante Colv. Edd. Sed Deum est in Mss. ceteris et Ed. Junt. post. voluntate Pal. Oud.—8 Pith. de mat. Id.—9 Pricæus hic rursus mavult, ex s. studio. Sed utrumque in Nostro. Vide me ad l. viii. 149. 'summo studio fugiens ursam.' Id.—1 Vid. Not. Var.—2 Nec fides abfuit. Fux. nec is defuit. Roaldus. Nec is defuit. Vulg. nec fides abfuit. Colvius. Flor. nec fide afuit. Bert. nec vide affluit. Elmenhorstius. Utrumque nec fides abfuit, et nec is defuit conjecerat Beroaldus: cum in Edd. primis repererat, quod est in Pith. quoque, n. fide abfuit. Prius secuti sunt editores usque ad Colvium. Sic 'somnia ceteris' Suet. Claud. c. 37. et alibi. Sed alterum nec is defuit, diserte extat in ceteris Msstis; ut retinere post Colvium omnes. Vide etiam Pricæus. Oud.—3 Fux. complexi. Id.—4 Flor. ceteros, male. Ebenh. Nihilominus ceteros dant quoque Pith. Fux. Guelf. Oxon. Coll. Voss. ac ceteros status*

#### NOTÆ

ne coli, excepto teletæ ritu, et apparatu.

<sup>h</sup> Qui thyrsos et hederas, &c.] Thyrsi erant hastæ pampinis et hederis in-

volutæ, ac circumfusæ. Porro thyrsi et hederæ insignia Bacchi erant, quæ merito Osiri tribuuntur, cum ipse sit Liber pater.

nocturnæ imagini congruentem, quem Asinium Marcellum<sup>5</sup> vocitari cognovi postea,<sup>6</sup> reformationis meæ alienum nomen.<sup>7</sup> Nec moratus, conveni protinus eum, sane nec ipsum futuri sermonis<sup>8</sup> ignarum: quippe jam dudum, consimili<sup>9</sup> præcepto, sacrorum ministrandorum commonefactum. Nam sibi visus est quiete proxima,<sup>1</sup> dum magno Deo<sup>2</sup> coronas exaptat,<sup>3</sup> et de ejus ore, quo singulorum fata dicitat,<sup>k</sup> audisse,<sup>4</sup> mitti sibi Madaurensem,<sup>5</sup> sed admodum pau-

*atque habitu: quem rescivi postea vocari Asinium Marcellum, quod nomen satis at-  
ludebat ad meam mutationem. Et absque mora, adivi protinus illum, qui etiam  
non ignorabat, quid essem sibi dicturus, quia jam pridem monitus fuerat simili  
mandato, ut me initiaret sacris. Nam sibi visus est nocte superiore, inter optan-  
dum coronas summo Deo, audivisse etiam de ejus ore, quo pronuntiat sortes omnium,  
ad se mitti Madaurensem, sed valde egenum, quem protinus deberet initiare suis*

\*\*\*\*\*

D'Orvill. An scripsit Auctor, cetero oris et statu, vel c. corporis? A Palat. et Oxon. Gneff. absunt τὰ *habitu*, &c. usque ad *quem*. Oud.—5 Vet. cod. *asinum*. Colvius. Sic et Pith. Fux. D'Orv. Gneff. Pal. Edd. Rom. Vic. Bene correxerat Beroaldus. *Asinum* Ald. ridicule. Oud.—6 Oxon. a m. pr. post. Id.—7 Fux. r. m. non al. n. et Ald. Rectissime. Roald. Nec ab edita olim, nec a scripta lectione discedere volui: quamvis Beroaldus, negandi copula addita, reponat, *non alienum nomen*, cujus sententia vera videri possit. Colv. Repono ex Ms. Fulvii, *Deformationis meæ non alienum nomen*. Alludit ad sui in asinum metamorphosin. Ideo Asinii Marcelli haud alienum nomen suæ deformationis. Wower. Ms. *deform. n. non al. n.* Quod forte non fuerit contemnendum, ut alluserit ad sui in Asinum deformationem. Sciopp. in *Symbola*. *Deformationis meæ non*. Sic liber Fulvii. Vulgo *reformationis*. Elmenhorstius. An *deformationi*? Wass. Mei Codd. O. item Exc. Fux. Oxon. præbent vulgatam olim et in Bas. Colv. Vulc. Edd. lectionem, *reformationis alienum nomen*. Hoc enim alienum erat a reformatione, scil. ea, qua recens ex asino in hominem erat reformatus. Reliqui tamen Editores ex Beroaldi conjectura inseruerunt non: cui simile Gruterus conjecit, *in alienum*. Quod si verum est, in Ursin. Cod. inveniri non, præferrem omnino cum Wower. Elm. Scriv. et Flor. *deformationis*. Ref. enim vox, licet etiam in malam partem sumatur, hic tamen nimis foret ambigua; quare in ea retinenda Pricæo assentiri nequeo. Fateor deformationem simpliciter notare nonnunquam quædamque *μωρφωσις*: ut Vitruv. l. i. c. 1. 'Ad propositum deformationis.' Adde Munker. ad Hyg. in Præf. Astron. Sed sæpius turpitudinem exprimit. Vitruv. l. ii. Præf. 'Faciem deformavit ætas.' Noster l. i. p. 7. ait: 'Deformavit in ranam,' et 'in arietem deformavit:' ac 'deformem' suum asinum vocat. Oud.—8 Palat. *fut. se serm.* Id.—9 Pith. *simili*. Id.—1 D'Orv. Pith. *q. permixta*. Id.—2 Fux. Reg. *magico D.* Id.—3 Fux. *exapta*. Id.—4 *Facta dicitat, audisse*. Ante impressum passim *audisset*. Colvius. Omnino emendandum, *quo s. fata dicitat*. Wowerius. Bert. et Flor. *facta d. audisset*. Elmenhorstius. Recte *fata*, emendante Beroaldo, edidere Junt. Ald. Colin. item Lips. in marg. Vulc.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Refor. [*Deformationis*] *meæ* [non] magna cognatio est.  
*alienum nomen*] Inter Asinum enim, <sup>k</sup> *Et de ejus ore, quo singulorum fata*  
 in quem mutatus fuerat, et Asinum *dicitat*] Fata Jovi (qui idem Osiris

perem,<sup>6</sup> cui statim sua sacra deberet<sup>7</sup> ministrare. Nam et illi<sup>8</sup> studiorum gloriam, et ipsi<sup>m</sup> grande compendium sua comparari<sup>9</sup> providentia. Ad istum modum desponsus sacris,<sup>1</sup> sumtuum tenuitate, contra votum meum, retardabar.<sup>2</sup> Nam et viriculas<sup>3</sup> patrimonii peregrinationis attriverant impensæ;<sup>4</sup> et erogationes urbicæ<sup>5</sup> pristinis illis<sup>n</sup> provincialibus an-

*sacris. Sua enim providentia aiebat preparari ei laudem ex studiis, et ipsi magnam lucrum. Sic promissus sacris, retardabar contra meum desiderium inopia pecuniæ, qua facerem impensas. Suntus enim itineris consumserant meas parvas opes: et largitiones, quas oportebat me facere Romæ, superabant illas priores, quas*

//////////

Ed. sec. Wow. Elm. Scriv. Flor. In Mss. et Edd. ceteris tralatitio corruptionis more est *facta*. In Pal. Guelf. *ditat*, Bert. *dicta*. Pith. *audisset* cum Edd. ante Colv. Auson. Parent. III. 16. 'Dictasti fatis verba notanda meis.' Flor. N. 16. 'fabulas in scena dictavit.' Virg. *Æn.* VI. 73. 'fata dicta meæ genti.' *Oud.*—5 Vet. *Mandorensem*. Colv. Oxon. *miti*. Fux. *Mandorensem*, Guelf. *Mandorensem*. Turpiter vero hic sui oblitus est Apuleius. Qui enim Madaurensis est, qui toto opere se finxit esse Lucium Græcum ab inclyto Plutarcho oriundum? Hæc sane non conveniunt. Melius fabulæ eventum narrat Lucianus, sive quisquis istius Græcæ de Asino fabulæ auctor est. *Oud.*—6 Oxon. *admodo*. Id.—7 Ed. Merc. *suam d.* Id.—8 Edd. Junt. Ald. *illud*. Id.—9 Fux. *comparare*. Id.—1 Idem Ms. *desponsis s.* Sed supra: 'Ut, renatus quodammodo, statim sacrorum obsequio desponderetur.' Colv. Palat. *disponsus*, Pith. *responsus*. *Oud.*—2 *Circa votum m. retardabar*. Fux. *contra votum m.* Recte. De eo dixi pag. 630. *Roald.* *Circa* non comparet, nisi in Edd. pp. Junt. pr. Ald. Bas. de more. Emendavit jam Beroald. *recordabar* Pith. *Oud.*—3 Copula non erat in editis. Colv. Abest quoque a D'Orv. et Pith. *viriculas* Edd. pp. *viriculos* Oxon. *viluculas* al. *viricul.* Pal. Bene correxit Interpres. *Oud.*—4 Ms. lib. *peregrinationes*. Colvins. Bert. *attenuaverant*. Elmenhorstius. Pal. Oxon. Guelf. *peregrinationes*. Deficit hic codex Lipsii. *Attenuaverant*, quod est in Bertino, et per se probum, admitti hic nequit ob præcedens 'sumtuum' tenuitate. 'Atterere opes' etiam frequens est locutio. Vide Petron. c. 116. Sil. VI. 301. Claud. Epigr. 16. Plin. lib. IX. Ep. 33. f. Hinc conjeci *atteruerant*, ut lib. VIII. p. 169. 'mannum conterui.' Ibi vide et ad Sueton. Aug. c. 40. 'Attrito patrimonio.' Sed vide tamen Burm. ad Seren. Samon. c. 25. vs. 474. Græci dicunt *συμψῆσαι τὸ ἀργύριον*. Vide Suid. in v. 'Ἀργύρειος σταυρός. cum Observ. J. Gronovii ad Snidam. *Oud.*—5 Bertin. *peregrinatio-*

#### NOTE

est) cum tabulis assistere, et quicquid homini cuique eventurum esset, ipso dictante notare credebantur. Latinus Pacatus, in Panegyrico: 'Utrum te tamen admones ipse? an ut illi majestatis tuæ participi Deo feruntur assistere Fata cum tabulis, sic tibi aliqua vis divina subservit, quæ, quod dixeris, scribat, et suggerat?'

<sup>1</sup> Illi] Madaurensi.

<sup>m</sup> Ipsi] Asinio Marcello.

<sup>n</sup> Et erogationes urbicæ, pristinis illis, &c.] Sensus est, erogationes pecuniarum, quas in urbe Roma facere cogebat, ut Osiridis sacris initiarer, longe majores erant, quam illæ priores, quas Corinthi in Achaia Provincia feceram, cum fueram Isis sacris initiatus.



tistabant. Plurimum ergo duritia paupertatis<sup>6</sup> intercedente, quod ait<sup>7</sup> vetus proverbium, inter sacrum et saxum<sup>8</sup> positus,<sup>9</sup> cruciabar. Nec secius<sup>9</sup> tamen identidem numinis premebar<sup>1</sup> instantia. Jamque sæpicule,<sup>2</sup> non sine magna turbatione, stimulatus,<sup>3</sup> postremo jussus,<sup>4</sup> veste ipsa mea quamvis parvula<sup>5</sup> distracta, sufficientem corrasum summulam. Et id ipsum præceptum fuerat specialiter. An tu,<sup>6</sup> inquit, si quam rem voluptati struendæ molireris,<sup>7</sup> laciniis<sup>8</sup> tuis nequaquam parceres, nunc<sup>9</sup> tantas cærimonias<sup>1</sup> aditurus, impœnitendæ te pauperiei cunctaris committere?<sup>2</sup>

*feceram in provincia. Igitur dura egestate multum adversante meis votis, torquebar positus inter sacrum et saxum, ut fert vetus adagium. Nihil tamen minus urgebar subinde instantia Dei. Et jam sæpe instigatus, non absque ingenti perturbatione, novissime jussu Dei adactus vendita mea veste, licet tenui, collegi summam sufficientem. Atque hoc mihi fuerat expresse imperatum. An tu (aiebat mihi numen) nullatenus parceres vestibus tuis, si aggredereris aliquid ad procurandam tibi voluptatem, nunc vero cum initiandus sis sacris, dubitas te committere*



*nes u. male. Elmenh. Item Pith. Ed. Blav. erogationis. Oud.—6 Bert. dunita paupertati, male. Elmenh. Paupertati Pith. Oud.—7 Oxon. q. auter, Pal. quod occit', Guef. q. accitur, D'Orv. quod ociter. Fuitne, quod occinit, vel, q. ait pervetus? Id.—8 E Plauti Capt. III. 4. Vide Beroald. Pith. et a saxum. Absunt et saxum prave a Palat. Id.—9 Pith. sectius. Id.—1 Bert. premebat. Elmenhorstius.—2 Ed. Vic. sepide. Oud.—3 Fux. Reg. stipulatus, non male. Sive ad numinis vel pastophori interrogationem pollicitus. Vide Brisson. de Verbor. Signif. et Fabri Thes. Id.—4 Ed. Ald. jussos. Id.—5 Oxon. paricula. Id.—6 D'Orv. at tu. Id.—7 Bert. molires. Elmenhorstius. Accedunt Pith. Fux. Flor. D'Orv. Pal. Guef. cum Edd. Elm. Seriv. Oud.—8 Fux. lasciniis. Id.—9 Pith. nam. Id.—1 Ed. Vulc. sec. caremonia. Id.—2 Pauperiei contaris comitem. Fux. cunctaris committere. Bene vertit Beroald. Roald. In Bertin. contaris conjectore. In Palat. contaris comitem. Vera lectio in Cod. Fulviano, contaris committere. Wowerius. Mirabar, quid esset, quod in Bertiniano Codice scriptum: contaris conjectore. Sed nimirum cum Fulvii Ms. legendum, cont. committere. Scioppius in Symbola. Cunctaris committere. Ita Flor. Vulgo, c. comitem. Bertin. cont. conjectore. Elmenhorstius. Committere vel comittere, unde error natus, etiam præbent D'Orv. Pith. Oxon.*

#### NOTÆ

° *Inter sacrum et saxum positus]* Sic apud Plantum, Capt. Act. III. Scen. 4. 'nunc ego omnino occidi, Nunc ego inter sacrum saxumque sto; nec quid faciam scio.' Proverbium hoc de iis dicitur, qui perplexi nesciunt quo se vertant, instante nōdique periculo. Tractum est ex præcis fœderis ferendi cærimo-

niis, in quibus Feialis porcum saxo feriebat, hæc pronuntians: 'Qui prior populus fœdus rumpet, ita eum feriat Jupiter, quemadmodum ego porcum hoc lapide ferio.' Quod dum fieret, porcus ille inter sacrum fœderis et saxum Feialis stabat periculo proximus, et jamjam moriturus.

Ergo igitur cunctis affatim præparatis, rursus decem diebus [261] inanimis<sup>3</sup> contentus cibus, insuper etiam de Serapis<sup>4</sup> principalis Dei nocturnis orgiis illustratus, plena jam fiducia<sup>5</sup> germanæ religionis, obsequium divinum frequentabam. Quæ res summum peregrinationi<sup>6</sup> meæ tribuebat solatium, nec minus etiam victum uberiores sumministrabat. Quidni? spiritu faventis Eventus,<sup>7p</sup> quæsticulo forensi nutrito, per patrocinia sermonis Romani. Et ecce, post pauculum tempus,<sup>8</sup> inopinatis,<sup>9</sup> et usquequaque mirificis imperiis Deum,<sup>1</sup> rursus interpellor, et cogor tertiam quoque teletam suscitare.<sup>2q</sup> Nec levi cura<sup>3</sup> sollicitus, sed

*paupertati non panitendæ? Omnibus igitur abundanter præparatis, rursus contentus cibus inanimatis per decem dies, præterea eruditus quoque nocturnis sacris maximi Dei Serapidis, fungebar jam obsequio divino cum perfecta confidentia, quam mihi dabant cognatæ religiones. Quod præbebat magnum solamen meæ peregrinationi, et simul suppeditabat mihi largius unde viverem: quippe cum alerem lucro, quod, aspirante bono Eventu, faciebam in foro, orando causas Latino sermone. Et post aliquantulum temporis, iterum excitor imperiis Deorum improvisis, et prorsus mirificis, et compellor ad suscipiendam tertiam consecrationem. At ego non pa-*

//////////

Par. Guelf. Reg. et Codd. Beroaldi, ut jam olim recte edidit Junt. post. cum Wow. et seqq. In Flor. exaratut *permittere*, al. *committere*. De *cont.* vel *cunct.* alibi. *Oud.*—3 *Inanis*. Fux. ut infra, *inanimis c. c.* Verissime. Id. vidit etiam Beroaldus. *Roald.* Inepte *inanis*, ut contra monitum Beroald. retinuerant ex Edd. primis, Junt. pr. Ald. Bas. p. 262. ‘Inanimæ castimonie jugum.’ p. 256. ‘Neque ullum animal esset.’ *Oud.*—4 Flor. *rascapi*, monstruose. *Elnenk.* Sic etiam Oxon. Fux. Palat. Guelf. scilicet pro *Sarapis*. Vide ad p. 245. Lindenbrogius exemplaris sui margini alleverat *Therascapi*. Quod non capio. Mox *origiis* Palat. Guelf. *Oud.*—5 Fux. *plenaria fid.* Id.—6 Ms. *peregrinationis*. Scioppius in *Symbola*. Genitivum exhibent etiam Pith. Fux. D’Orv. Bertin. Eodem redit. *Oud.*—7 Oxon. *cunctus*. Id.—8 Ed. Flor. *prave*, p. *paucum t.* Mox *dies pauculi*. Vide Indicem. *Id.*—9 Edd. Ber. Bas. pr. *inopinatus*. Id.—1 *Imperiis domini*. Fux. *imp. dom.* id est, *Deum*, quomodo etiam emendabam infra, pro *manifestum domini voluntatem*, legens, *m. Deum voluntatem*. Roaldus. *Deum*. Corrigit ita Beroaldus. Ante *imp. domini*. Ego malim *Dei*, id est, *Serapis*. *Colv.* Cum Edd. primis, Junt. pr. Ald. Col. Bas. posset hic retineri *domini*, sc. *Serapis imperantis*; ut supra p. 254. ‘*Domina Isis*.’ Sed Mss. omnes *Deum* vel *dm* exhibent, ut supra et infra sæpius, ac bene correxerit Beroald. expressitque Junt. post. *Colv.* &c. sc. *Isidis, Osiridis, Serapis*. Incassum *Dei* coniecit *Colv.* *Oud.*—2 Malit Wower. *suscepture*: in Oxon. *sciscilure*. Id.—3 Pal. *leni c.* Guelf. *lenitura*. Id.—4 *Cogitationes exer-*

#### NOTÆ

<sup>p</sup> Quidni? spiritu faventis Eventus, &c.] Hoc vult dicere, se post secundam illam initiationem magis faventem habuisse fortunam, et plures oravisse causas, et ampliores mercedes

percepisse, quibus pauperiem suam reficeret. De bono Eventu Deo jam diximus, initio lib. iv.

<sup>q</sup> *Suscitare* [*Suscepture*] Ita reponit Wowerius. Quod si vulgatam lec-

oppido suspensus animi, mecum ipse cogitationes exercitius agitabam,<sup>4</sup> quorsus nova hæc,<sup>5</sup> et inaudita se cœlestium<sup>6</sup> porrigeret<sup>7</sup> intentio: quod subsicivum,<sup>8</sup> quamvis iteratæ jam, traditioni remansisset. Nimirum perperam, vel minus plene consuluerunt<sup>9</sup> in me sacerdos uterque.<sup>1</sup> Et hercules<sup>2</sup> jam de fide quoque eorum opinari cœptabam sequius. Quo me cogitationis æstu fluctuantem, ad instar insanis percitum,<sup>3</sup> sic instruxit nocturna divinatione elements imago: Nihil est, inquit,<sup>4</sup> quod numerosa serie reli-

*rum anxius, sed valde sollicitus animo, revolvebam sapius apud me cogitationes meas, quorsum eruderet hæc nova et inaudita volantis Deorum: quid supercesset adhuc addendum initiationi jam bis repetite. Nempe (aicbam) utrique sacerdotes male consuluerunt mihi, aut saltem, non quantum opus erat: et profecto jam incipiebam quoque male sentire de fide eorum. Qua agitatione cogitationis cum jactarer, et commotus essem perinde ac si insanire, mihi simulacrum Dci sic me edocuit nocturna visione. Non est, inquit, quod terrearis longa serie sacrorum, quasi*

//////////

*cilus cogitabam. Fux. exercitius agitabam. Forte, extrinsecus ag. Roaldus. Exercitius. Alii, exercitus. Illud malimus. Colv. Al. exercitus: illud mavult Colvius, nos exertius, ut 'exerte' dixit Tertull. lib. II. ad uxorem in princ. 'exerte jubet,' et Noster lib. I. de As. 'exerte clamitans.' Brant. Primo exercitius habent Mss. ut reposnit Colv. et seqq. omnes, si excepias Pal. Par. Oxon. Guelf. qui exercitus male retinent, cum præcedant 'sollicitus' et 'suspensus.' In Pith. exercitium, quod favet Brantii conjecturæ. Et sic Septim. de B. Troj. lib. V. c. 5. et 18. 'Exertius disserere.' Verum omnia exempla docent, eam vocem usurpari de homine palam suas cogitationes faciente, easque verbis exserente, non de eo, qui clam secum eas volvit, ut hic. Aliud enim egit Roaldus, divinians extrinsecus. Dein Pricæo placebat, cog. consulebam, ex Nostri lib. VI. p. 113. 'Sic ipsa suas cogitationes consuluit.' Sed non opus ad conjecturas confugere, cum in Fux. restet optime agitabam: quod verbum cum derivatis sæpe in alterum est depravatnm. Adi ad lib. I. p. 8. 'Si qui aliud agitarit.' Oud.—5 Abest hæc a D'Orvill. Id.—6 Exulat a Palat. Guelf. Id.—7 Provirgeret. Fux. porrigeret, et Ald. Roald. Typothetæ error in Ed. Bas. sec. est pror. Gell. lib. III. c. 18. 'Ad noscendos homines vim numeri illius porrigi.' Oud.—8 Oxon. Pith. Fux. quid subs. cum Edd. ad Bas. sec. usque. In Palat. subsecum, Guelf. subsicivum, Par. sufficivum, al. subsicivum. De hæc voce egi ad lib. III. p. 48. et alibi. Id.—9 Pith. perpera. Palat. Guelf. consulerunt. Id.—1 Al. sacerdos utrique.—2 Abest τδ et a D'Orv. Oud.—3 Malim, ad instar insani p. cum Pricæo, qui minus bene insuper addendum censebat copulam et. In talibus omittere eam solet Auctor, variæque participia coacervare absque conjunctione. Vide ad lib. III. p. 45. et passim. Id.—4 Caret verbo D'Orvill. ut sæpe supra. Id.—5 Pith. numerosas*

#### NOTE

tionem retinere malis, tertiam tele-

tionem suscitare: expone tertium sacrificium instruere.

<sup>1</sup> Sacerdos uterque [Sacerdotes utri-

que] Mithras scilicet, qui eum sacris Isis initiaverat in Achaia, et Asinius Marcellus, qui Serapidis, Romæ.

gionis,<sup>5</sup> quasi quicquam sit prius omissum, terreare.<sup>6</sup> Quin assidua ista<sup>7</sup> numinum dignatione lætum capesse gaudium, et potius exulta, ter futurus,<sup>8</sup> quod alii vel semel vix conceditur: teque de isto numero<sup>9</sup> merito<sup>1</sup> præsume semper beatum. Ceterum futura tibi sacrorum traditio pernecessaria est; si tecum<sup>2</sup> nunc saltem reputaveris, exuvias Deæ,<sup>3</sup> quas in provincia sumpsisti, in eodem solo<sup>4</sup> depositas perseverare: nec te<sup>5</sup> Romæ diebus solennibus vel supplicare

*aliquid sit prætermissum antelac. Quin potius percipe magnum gaudium, ob honorem, quo te Diï afficiunt assidue, et lætare potius, cum futurus sis ter, quod ægre conceditur alii ut sit vel semel: et jure confide ex isto numero te semper fore felicem. Porro initiatio futura tibi valde necessaria est; si nunc saltem cogitaveris apud te, vestem Deæ, quam induisti in provincia, remanere depositam in eodem templo: neque te posse supplicare in ejusmodi veste Romæ, diebus solennibus, aut*



*ferie. Oxon. et Par. n. scientia. Cave, quid mutare tentes. Sic Nostro 'series sermonis,' 'fabularum' aliquoties, cum una alteram sequitur, ut hic teleta teletam. Id.—6 Flor. terrere. Elmenhorstius. Sic quoque Pith. Fux. D'Orv. Oxon. Pal. Guelf. Oud.—7 Exultat a D'Orv. Id.—8 Exultare futurus. Fux. futurum. Roaldus. Exulta, ter futurus. Sic emendavimus, vestigia antiquioris scripturæ secuti. Bas. 1. et pot. exultare fut. Ro. exulta ter fut. Tu, inquit, jam lætare et exulta. Nam ter jam eris sacris bis initiatus. Quod multis aliis difficulter, vel semel duntaxat, conceditur. Colv. Exulta ter, futurus. Ita et Fulvii Ms. Sed ipse tamen Fulvius mavult fruiturus. Scioppius in Symbola. Bert. ter functurus. Ineptc. Fulvius, t. fructurus. Elmenhorstius. Pith. exultant fut. Oxon. Guelf. et Edd. Junt. Ald. Colin. exultanter fut. Pal. exultaver fut. Sed D'Orvill. Fux. Reg. Florent. Edd. primæ, Ber. Colv. &c. exulta, ter futurus. Quod secutus sum. scil. id, quod esse, sive talis, qualis, ejusque conditionis, ut Nostro aliisque millies ea nomina neutro genere sumuntur: ut in illo Lucani lib. II. 'contentus,' quod Sylla fuit. Sed vide ad lib. III. p. 57. 'Quidvis aliud videbar, quam Lucius.' Nilul opus igitur conjectura Fulvii fruiturus, alioquin ingeniosa. Oud.—9 Teque isto numero. Flor. teque de isto num. Elmenhorstius. De addunt Mss. omnes et Edd. Vett. usque ad Bas. ex qua per librariorum incuriam primum excidit. Jure igitur restituit Scriverius, quem secutus sum. Id enim flagitat Auctoris stylus. Supra hac pag. 'de Serapis orgiis illustratus.' et sæpissime. Adi ad l. IV. p. 68. 'de tam sera refectione.' Palat. Guelf. de misto. Oud.—1 Merito. Exultat a Fux. Id.—2 D'Orv. totum. Id.—3 D'Orv. exuvias, Pith. eximias. Deæ abest Oxon. Guelf. Id.—4 Al. fano. Vid. Not.*

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Isto numero*] Ternario, qui mysticus admodum, et optimi augurii est. Alludit ad τρις μάκαρες.

<sup>1</sup> *Exuvias Deæ*] Stulam illam, Olympicam nuncupatam, Draconibus Indicis, et Gryphibus Hyperboreis insignitam, quam indnerat, dum Isidis sacra susciperet, quamque Isidi

ex more dicatam, in ejus templo reliquerat. Ejusmodi enim vestes, in quibus initiati erant, Diis aut Deabus, quorum sacra susceperant, appendere et dedicare consueverant, ut ex vetere Aristophanis Scholiaste patet, ad hunc versum Pluti: Μῶν οὖν ἐμνήθησιν ἐν αὐτῷ τὰ μέγαρα;

his,<sup>6</sup> vel, cum præceptum fuerit, felici illo amictu<sup>7</sup> illustrari posse. QUOD FELIX ITAQUE AC FAUSTUM, [262] SALUTAREQUE TIBI SIT,<sup>8</sup> animo gaudiali rursus sacris initiare, Diis<sup>9</sup> magnis auctoribus.<sup>u</sup> Hactenus divini somnii suada majestas<sup>1</sup> quod usus foret<sup>2</sup> pronuntiavit.<sup>3</sup> Nec deinceps postposito, vel in supinam procrastinationem rejecto negotio, statim sacerdoti meo relatis, quæ videram, inanimæ<sup>4</sup> protinus castimoniam<sup>w</sup> jugum subeo: et lege perpetua præscriptis illis decem diebus<sup>5</sup> spontali sobrietate multiplicatis, instructum teletæ<sup>6</sup> comparo: largitus<sup>7</sup> ex studio<sup>8</sup> pietatis magis quam mensura rebus collatis.<sup>9</sup> Nec hercules laborum me, sumtuumque quicquam pœnituit.<sup>1</sup> Quidni? liberali Deum providentia,<sup>2</sup> jam stipendiis

*etiam insigniri illo beato vestimento, cum fuerit imperatum. Igitur, Quod tibi sit felix ac faustum, et salutare, suscipe iterum sacra hilaris animo jussu magnorum Deorum. Hactenus majestas suasoria somnii divini mihi dixit quod opus erat facere. Ego vero non neglexi negotium postea, neque distuli ignava cunctatione, sed iis, quæ videram protinus narratis meo sacerdoti, subdo me statim castitati, et esu ciborum inanimatorum: et multiplicatis ultronea abstinentia illis decem diebus præscriptis lege perpetua, emo quæ opus erant ad apparatus sacrificii initiatorii, res erogans liberalius ex affectu pietatis potius, quam ad mensuram certam. Et profecto nullatenus me pœnituit laborum, atque inpensarum mearum. Jam enim sut pulchre locupletatus*

//////////

Var.—5 Oxon. *nunc te*. Oud.—6 Fux. *suspicare*. Pal. *iis*. Id.—7 In Cod. Petr. *sine f. i. a.* Oxon. *amittu*. Id.—8 Abest *τὸ sit a* Palat. Guelf. Id.—9 Pith. *Deis*. Id.—1 In Pith. est *suda majestas*. i. e. serena. Sed male. De hac voce egi ad lib. iv. p. 85. D'Orv. *sua Dea*. Id.—2 An *usui*? Vide ad lib. i. p. 17. 'Profer lineæ eidem usui.' Sed vide Cort. ad Plin. lib. vi. Ep. 22. 'Qua tamen ne sit usus.' Id.—3 Fux. *pronuntiare*. Id.—4 Pith. *animæ*. Id.—5 Pal. *proscriptis*. Elmenhorstius. item Guelf. Abest *illis* ab Oxon. Oud.—6 Pith. Fux. Reg. D'Orv. Guelf. Pal. Oxon. *ac letæ*, vitiose. Id.—7 In Edd. Elmenh. ac Floridi est *largius*, quomodo conjecerat vir doctus ad marginem Ed. Junt. post. Alius *largiter*, sed contra Mss. O. *Largitus* dixit pro *largiter*, ut Afranius apud Nonium p. 514. Ed. Merc. 'Quid lacrymas largitus?' quod jam movit Beroaldus. Id.—8 Flor. *e studio*. Elmenhorstius.—9 Bertin. *mensurarum collatis*. Elmenh. Et sic Pith. *rebus exulat a* Palat. Fux. Reg. Oxon. D'Orv. Guelf. Oud.—1 Fux. *q. tamen pœnituit*. Roaldus. Abest *que a* D'Orv. Tamen addunt quoque Pal. Oxon. Guelf. vel *tantum*. Oud.—2 *Domini providentia*. Fux. *Deum providentia*. Roaldus. Ac ceteri

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Diis magnis auctoribus*] Osiri, sive Serapide et Iside. M. Varro: 'Principes Dei Cælum et Terra, hi Dii iidem qui Ægypti Serapis et Isis, in Latio Saturnus et Ops. Cælum enim et Terra, ut Samothracum ini-

tia docent, sunt Dii magni, et hi, quos dixi multis nominibus,' &c.

<sup>w</sup> *Inanimæ protinus castimoniam*] Castimoniam, quæ erat conjuncta cum abstinentia a cibis animatis.

forensibus bellule fotum.<sup>3</sup> Denique post dies<sup>4</sup> admodum pauculos, Deus Deum magnorum potior, et majorum summus,<sup>5</sup> et summorum maximus, et maximorum regnator Osiris, non in alienam quampiam personam reformatus,<sup>6</sup> sed coram suo<sup>7</sup> illo venerando me dignatus affamine, per quietem præcipere visus est, quam nunc<sup>8</sup> incunctanter<sup>9</sup> gloriosa in foro redderem<sup>1</sup> patrocina: nec extimescerem<sup>2</sup> malivolorum disseminationes,<sup>3</sup> quas studiorum meorum<sup>4</sup> laboriosa doctrina ibi deserviebat.<sup>x</sup> Ac, ne sacris suis gregi

*eram mercedibus patrociniorem benigna Deorum providentia. Postremo, post paucissimos dies, Deus præcipuus inter magnos Deos, et supremas majorum, et summorum maximus, et Rex maximorum Osiris, non jam latens sub quapiam aliena figura, sed manifesto me alloquens suis divinis verbis, mihi visus est per somnium imperare, ut jam absque ulla dubitatione cum laude agerem causas in foro, neque reformidarem obtreccionem invidiorum, quibus doctrina mea, studiis meis et labore partu, materiam præbebat. Et, ne ministrarem suis sacris permixtus reliquæ tur-*

//////////

Mss. ut bene correxit Beroald. et expressit Ed. Junt. post. cum Colv. et seqq. Vide ad p. præc. 'imperii Deum.' Oud.—3 Oxon. prave, *dispendiis*. Pal. Oxon. Guelf. *vellule*, Fux. *vellula*. D'Orv. Ed. Vic. *bellula*. Id.—4 Vitiöse Ed. Flor. *per dies*. Id.—5 Bertin. *magnorum* s. Elmenhorstius. Pith. *major summus*. Oud.—6 Flor. *non al.* Elmenhorstius. Præpositione carent etiam Pith. Fux. Reg. Pal. D'Orv. Oxon. Guelf. Verissime, ni fallor, per Græcam synecdochen; de qua vide ad lib. II. p. 21. 'Obtutum in me conversa.' ad lib. VIII. p. 172. 'faciem deliti:' ac sæpius. Pith. *alienum*. Edd. Junt. atraque et Ald. *quippiam*. Oud.—7 Fux. *coram illo suo*. Roaldus. Malui, *coram suo illo v.* Nam eo ordine dant Pal. Oxon. Guelf. et Edd. Elmenh. ac Scriv. Ex mero Apuleii genio additum *τὸ illo*. Vide ad lib. I. p. 2. 'Inclyto illo:' et creberrime. Oud.—8 Ms. *recipere*: non fortasse nimis male, pro polliceri, promittere. Sciopp. in *Symb.* Flor. *recipere*. Elmenhorstius. Non tantum non nimis male, sed unice vere legitur *recipere* in Mss. Fulv. et Flor. sed et Pith. Fux. D'Orv. Oxon. Par. Pal. Guelf. Edd. primis et Bas. pr. alterumque *præcipere* est Beroaldi inventum, ut in notis docet, tunc alienum, et temere a ceteris Edd. receptum: a quibus deceptus Pricæus corrigendum hic judicabat *jam nunc*. Nihil minus. Promittebat seu pollicebatur ipsi Deus summam gloriam e causarum sive forensibus actionibus. Vim hujus verbi illustrarunt Gronov. lib. II. Obs. c. 24. et Burm. ad Suet. Cæs. c. 23. Oud.—9 D'Orv. *percontanter*. Id.—1 Flor. *in foro*. Pith. *reddere*. Id.—2 Pith. *extimescere*. Id.—3 Ms. *dissensiones*. Sciopp. in *Symb.* Pal. *dissensiones*. Elmenh. cum Guelf. Oxon. Sed vide Pricæum. Oud.—4 Fux. *st. nostro*

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Ibi deserviebat*] Mendosa proculdubio lectio. Pricæana editio habet *exercebat*, sensu apertissimo: sed nescio unde Pricæus id sumserit: retinui tamen in Interpretatione. Beroaldus reponit *disserebat*, sed male ad rem: neque enim Apuleii doctrina malevolorum obtreccionem dissiere-

bat, sed tantum in causa erat cur ipsi eas disserent. Adde, quod 'disseminationes disserere' invenusta sit, et putida repetitio, Lucio nostro indigna. Pricæanam lectionem retineamus donec certiore aliquis nos doceat.

cetero<sup>5</sup> permixtus deservirem, in collegium me Pastophorum<sup>6</sup> suorum, immo<sup>7</sup> inter ipsos Decurionum quinquennales<sup>y</sup> allegit.<sup>8</sup> Rursus denique, quam raro capillo,<sup>9z</sup> collegii vetustissimi,<sup>1</sup> et sub illis Syllæ temporibus<sup>2</sup> conditi,<sup>a</sup> munia,<sup>3</sup> non obumbrato vel oblecto calvitio,<sup>4</sup> sed quoquo-versus obvio, gaudens obibam.<sup>5</sup>

*bæ religiosorum, ascivit me in cætum suorum Pastophorum, quinimmo, et inter ipsos Decuriones quinquennales. Denique coma rursus penitus derasa, hilariter fungear officis collegii antiquissimi, et constituti circa tempora Syllæ, non velans aut tegens calvitium meam, sed illum manifestans ab omni parte.*

*rum. D'Orv. qua. Id.—5 Ed. Ven. cescio, Guelf. cctor. Id.—6 Pastophorum. Flor. Pastophorum. Elmenh. Pastophorum exaratur quoque in Mss. Fulv. Pal. D'Orv. Guelf. Oxon. aliis, et Edd. ante Colvium, ex Apuleii more. Quare restitui. p. 250. 'Cætn Postophorum vocato.' Plura vide ad p. 241. 'Infernum silentia.' et Misc. Obs. V. II. p. 401. V. IV. p. 140. Oud.—7 Immo. Carent hæc voce Edd. Ber. Bas. pr. Id.—8 Quinquennales clegit. Flor. adlegit. Elmenh. Oxon. in marg. et Guelf. adleges. Sed verissime Pith. Pal. D'Orv. Fux. Edd. Junt. post. Scriv. dant adlegit, vel allegit. Proprium est 'adlegi in' vel 'inter' de eo, qui in collegii societatem asciscitur. Sic passim Livius, Plinius, Suetonius, alii, et Inscript. Vide Indices Gruteri cap. 5. Murat. Cl. IX. Videtur huc egregie pertinere Inscr. Grut. p. 83. N. 14. SACERDOS ISIDIS TRIUMPHALIS ADLECTOR COLLEGI IPSIUS. Plura vide in Misc. Obs. d. I. Nusquam tamen me legisse memini 'Isidis decuriones quinquennales.' Abestque vox quinq. ab Ed. Scriverii. Vide, num hic pertineat Inscr. Grut. p. 82. 3. 'Ædis decuriones.' Oud.—9 Quæ raso Ald. Roald. Bert. qua caro c. Elmenhorstius.—1 Reg. vetustissima. Ond.—2 Vid. Not. Var.—3 Alii, nomina. Elmenhorstius. Pal. numina, Par. munium. Ond.—4 Deest non in Pal. clavitio Ed. Ven. Id.—5 Flor. obio, male. Elmenh. Par. obediam. Ond.*


## NOTE

<sup>y</sup> *Inter ipsos Decurionum quinquennales*] Inter eos ex Decurionibus, quorum munus erat quinquennale. Per Decuriones autem intelligendi sunt, qui aliquem dignitatis gradum inter Pastophoros tenerent, præsentque certo sacerdotum numero, puta decem, aut pluribus, paucioribusve. Quanquam enim Decurionis nomen a 'decem' sit inclinatum, non ideo tamen existimandum est Decuriones omnes decem semper hominibus præfuisse. Quin et Senatores ipsos municipiorum Decuriones fuisse appellatos, jam observavimus.

<sup>z</sup> *Quam raro capillo*] Beroaldus be-

ne reposuit *quam raso*. Ex Apologia enim Apuleii constat eum non fuisse raripilum.

<sup>a</sup> *Sab illis Syllæ temporibus conditi*] Nulla apud historicos mentio extat conditum fuisse Syllæ temporibus Isiacorum Pastophorum collegium. Forte, quia res hæc historicis digna visa non est, quæ scriberetur. Corn. Tacitus refert, ex dignitate P. R. repertum esse res illustres scribendas annalibus mandare: minuta vero, et vilia (qualia sunt hæc de collegio Pastophorum) diurnis urbis actis tradi. Hæc consulenda essent, si extarent.





**APULEII MADAURENSIS**

**FLORIDA.**

## INDEX CODD. MSS.

Mss. qui usui fuere in Floridorum libris sunt :

*Ms. Pithæanus* pervetustus, ex collatione P. Pithæi.

*Mss. duo Florentini*, collati a Lindenbrogio et citati ab Elmenhorstio, cujus tamen in hoc genere negligentia egregie occurrit eadem collatio, ipsius Lindenbrogii manu scripta, vide Cel. Ruhnken. Præf. ad Metam. p. ix.

*Ms. Lipsianus*, citatus a Colvio et cujus varias lectiones in margine Vulcanianæ Ed. notavit Is. Vossius.

*Ms. Fulvii*, citatus a Scioppio in Symb. Crit. et Wowerio.

*Ms. Bembinus*, ex Var. Lect. Er. Putecani.—*J. Bosscha*.

# APULEII MADAURENSIS

## FLORIDA.<sup>a</sup>

### LIBER I.

---

NUM. I. UT ferme religiosis viantium<sup>b</sup> moris est, cum aliqui lucus, aut aliqui locus<sup>1</sup> sanctus in via oblatus est, veniam postulare, votum apponere,<sup>2</sup> paulisper assidere;<sup>c</sup> ita

*Quemadmodum solent vulgo religiosi viatores, quando aliquod nemus, vel aliquis locus sacer occurrit in itinere, nuncupare votum, appendere munus, assidere tantis-*

---

<sup>1</sup> *Aliquis luc. a. aliquis loc. s.* Emend. aut alius locus. Ovidius [xv. Met. 79.] ‘sanctis et verba minantia lucis?’ adhibenda l. Sanctum ff. de rerum divis. *Stewech.*—<sup>2</sup> *Votum postulare, portum apponere.* Alii libri pro *portum* habent *portum*, pro re qualibet sacrificii causa oblata. *Pyrrhus.* Fulv. Urs. conjicit leg. *veniam postulare, votum apponere.* Sicut supra, ‘colloque ejus multis osculis inhærens, veniam postulabam.’ Et, ‘Multijugis precibus editis veniam

#### NOTE

<sup>a</sup> *Florida*] Facile ex horum Floridorum lectione patet, ea esse mera fragmenta seu excerpta Orationum et Dissertationum ab Apuleio coram populo Carthaginiensi ac Proconsulibus habitantium. (Excerptorem earum ernisse se ex veteri codice emito Venetiis autumat Gaspar Barthius *Adversar.* lib. xvi. cap. 8. eumque esse Fulgentium Placiaden.) Male

ergo imperiti Librarii in quatuor ea libros distribuerunt. Ea autem verisimile est Florida esse nominata, ob elegantiam cum rerum, quas continent, licet interruptarum, tum sermonis.

<sup>b</sup> *Religiosis viantium*] Hellenismus est.

<sup>c</sup> *Paulisper assidere*] Hic ritus fuit adorationis, ut capite aperto sede-

mihi, ingresso sanctissimam istam civitatem,<sup>d</sup> quanquam oppido festinem,<sup>3</sup> præfanda venia, et habenda oratio, et inhibenda properatio est.<sup>4</sup> Neque enim justius religiosam moram viatori objecerit, aut ara floribus redimita,<sup>e</sup> aut spe-

*per; sic cum ego intraverim in hanc sacram urbem, quamvis admodum properanter, oportet ut veniam rogem, et verba faciam, et reprimam meam festinationem. Nam non potiori jure exhibuerit piam retardationem vianti, vel altare cinctum floribus, vel*

\*\*\*\*\*

postulabat.' Ego hanc hominis doctissimi conjecturam quo magis considero, magis probabilem comperio. Confert enim sese Ap. cum religiosis viatoribus: nam ut illi oblato loco quopiam sancto solent, 1. veniam postulare, 2. votum apponere sive preces fundere, aut etiam Deorum genua incrare, quomodo apud Propert. lib. 2. lego: 'jam nunc me sacra Dianæ Suscipere et Veneri ponere vota juvat:' 3. paulisper assidere: ita et sibi ait, 1. præfandam veniam, 2. habendam orationem, 3. inhibendam properationem. Videt lector judicio præditus, quam apte comparationis membra inter se sibi respondeant, si Fulvianam amplectamur lectionem. *Sciopp. in Symb. Emend. donum apponere.* Lipsius. Notatur aliis, alias legi, *pomum apponere.* Unde Lipsio facere visum, *donum apponere.* Nam infra Apolog. 1. 'Si posueris donum aliquid, si sacrificaveris, si verbenam sumseris.' *Colvius.* Beccichemus in suis libris esse scribit *sercum apponere*, unde ipse verisimiliter emendat, *sertum apponere.* Notum, Deorum aras et simulacra sertis olim coronare moris fuisse, quod et nos alibi notamus. *Idem. in Omissis. Donum apponere.* Ab elegantissimo Lipsii ingenio hæc lectio. Fulvius, *veniam postulare, votum apponere.* Flor. 1. et Joan. Pyrrhus legunt, *pomum apponere*, alter, *portum apponere*, male. Apuleius Apol. 'similiter si posueris donum aliquid,' &c. *Elmenh.—3 Festine.* Fruterius noster legebat, *festino*: Lipsius *festini*. Festinis, ut Declinis, Acclinis, et alia ejusdem generis. *Colv.* Gruterus *festino*. Lips. *festini*, male. *Elmenh. Festino* legit Lucas Fruterius. Infra lib. iv. 'Quanquam oppido festinant,' *Brant.* Prave Ed. *Elmenh. festinae.* Lipsius mallet, ut editum a Scalig. *festini* scil. mihi; quod Nonius nobis ex Titinnio reliquit. Fruter. lib. 11. Veris. c. 17. legit rectius *festino*. Sensus enim est, quamvis festinem, inhibenda properatio est. Quidni ergo *festinem?* lineola super e fuerat omisa. Plane idem occurrit N. 21. lib. iv. 'Quanquam oppido festinant,' licet et illic recentiores mutarint in *festinant*. Sed alibi *quanquam* Noster, ut optimi quivis, adhibet in subjunctivo. Exemplum ex eo jam dedi ad Hirtii lib. viii. Prol. B. Gall. adde Mss. in de Deo Socr. p. 687. Ed. Flor. Drak. ad Liv. 11. 4. in f. Cic. 11. de Inv. 2. 'quanquam consumserint' in Ms. vetustissimo, ubi v. Idem modus rescribendus est ex Mss. innumeris Ovidio lib. 111. ex P. 5. 9. 'Quæ quamquam lingua mihi sint properante per horas Lecta.' Silio It. lib. vii. vs. 163. 'Quanquam magna incepta vocent.' *Oud.—4 Abest τὸ est a Cod.*

#### NOTE

rent, contra Christianorum morem, qui stantes orant, aut flexis genibus, et aperto capite. Propert. 'Ante pedesque tuos illa ipsa adoperta sedebit.' Idem mos erat supplicum, et qui ad aras confugiebant, sui tuendi causa.

<sup>d</sup> *Sanctissimam istam civitatem]* Ob

templorum religionumque multitudinem. Carthaginem intellige, in qua orationem habebat, cujus pervenit ad nos hoc qualecumque Fragmentum.

<sup>e</sup> *Aut ara floribus redimita]* Aræ Diis sacrabantur, non in delubris modo, verum in agris quoque, juxta vias:

lunca frondibus<sup>5</sup> inumbrata,<sup>f</sup> aut quercus cornibus onerata,<sup>6g</sup> aut fagus pellibus coronata,<sup>h</sup> vel etiam<sup>7</sup> colliculus sepimine consecratus,<sup>i</sup> vel truncus dolamine effigiatus,<sup>k</sup> vel cespes libamine fumigatus,<sup>8l</sup> vel lapis unguine delibutus.<sup>m</sup>

*specus opaca foliis, vel quercus onusta cornibus, vel fagus circumdata exuviis ferarum, aut etiam collis sacratus consecro, aut caudex configuratus dolatione, aut gleba*

//////////

Florent. et Ed. Elmenh. *Id.*—5 *Al. floribus.*—6 Fulv. Urs. mavult: *coronis ornata.* Cui vix est, ut assentiar, uti nec in illo, quod paulo post legit: ‘Pauca hæc quippe,’ &c. Propert. eodem loco: ‘Incipiam captare feras et reddere pinu Cornua, et audaces ipse monere canes.’ *Sciopp. in Symb.* Vid. Not. Var.—7 Vulgatum erat ante, *vel enim.* Unde coniciebat vir magnus etiam posse legi, *vel levi coll. sepim. cons.* Colvius. *Vcl enim Ms. Florent. et Edd. vulgo ante Colv. item Elmenh. et Flor. ut sit asseverantis particula, atque ita in Deo Socratis legit Mercerus ad Nonium p. 132. in Apol. p. 540. ed. Flor. ‘vel enim sub ulmo marita cubet.’ Sed hic loci sequi malim Ms. Lips. Becichem. Ep. 96. Pith. Ed. Junt. post. Groslot. Colv. et reliquos vel etiam.* Lipsius coniecit *vel levi coll.* alius vir doctus *vel leni.* Oud.—8 *Al.*

#### NOTÆ

quin et in vicis pro foribus domorum erant aræ. Terent. *Andria, Act. iv. Scen. 4.* ‘*DAV.* Accipe a me hunc (puerum) ocyus, Atque ante nostram januam appone. *MYSTIS.* Obsecro, Humine? *DAV.* ex ara hinc sume verbenas tibi, Atque eas substerne.’

<sup>f</sup> *Aut spelunca frondibus inumbrata]* Seneca, *Epist. 41.* ‘Et si quis specus, saxis penitus exesis, montem suspenderit, non manufactus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excavatus, animum tuum quadam religionis specie percutiet.’

<sup>g</sup> *Quercus cornibus onerata]* Cervorum, aut aliarum id genus ferarum. Solebant enim ejusmodi cornua ex arboribus suspendi, Dianæque venatrici inprimis consecrari. Ovid. ‘Telique habet instar, in illa Quæ fuerant pinu votivi cornua cervi.’

<sup>h</sup> *Fagus pellibus coronata]* Vetus Epigramma Græcum Zonæ poëtæ: Τοῦτό σοι, Ἰλειῶτα, κατ’ ἀγριάδος πλατάνουο Δέρμα λυκορβίστης ἐκρέμασεν Τελέσων. ‘Hanc tibi, o Sylvane, ex agresti platano Pellem lporum occisor suspen-

dit Teleson.’ Talibus exuviis et cornibus ornatae arbores sacrae censebantur, ideoque a religiosis viatoribus colenda.

<sup>i</sup> *Colliculus sepimine consecratus]* Loccus fulmine tactus, quem religionis causa circumsepiebant Sacerdotes, ne a profanis tangeretur, aut calcaretur: qui locus bidental dictus est, a bidentibus, hoc est, ovibus, quæ fulminis expiandi causa in eo immolabantur, ut jam observavi ad lib. De Deo Socratis.

<sup>k</sup> *Truncus dolamine effigiatus]* Inteligit stipitem finalem, quem Veteres studiose dolatum solebant exornare floribus, et colere. Prudentius: ‘Deasciato supplicare stipiti.’

<sup>l</sup> *Cespes libamine fum.* [*humigatus]* Ara cespititia, in qua supersint aliqua vini aliisque liquoris effusi vestigia. *Humigatus,* vox Apulciana.

<sup>m</sup> *Vel lapis unguine delibutus]* Terminus agri lapideus. Siculus Flaccus, De conditionibus agrorum, Colvio laudatus: ‘Cum lapidibus disponerent, ipsos quidem lapides in solidam ter-

Parva <sup>9</sup> hæc quippe, et quanquam paucis percontantibus <sup>1</sup> adorata, tamen ignorantibus transcurta.

NUM. II. At non itidem <sup>n</sup> major meus Socrates:° qui, cum decorum adolescentem,<sup>2</sup> et diutule<sup>3</sup> tacentem conspicatus foret, Ut te videam, inquit, aliquid eloquere.<sup>4</sup> Scilicet Socrates tacentem hominem non videbat: etenim arbitrabatur, homines non oculorum, sed mentis acie et animi obtutu<sup>5</sup> considerandos. Nec ista re cum Plautino milite<sup>p</sup> congruebat, qui ita ait:

Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.

Immo<sup>6</sup> enimvero hunc versum ille ad examinandum homines <sup>7</sup> converterat: <sup>8</sup>

Pluris est auritus testis unus, quam oculati decem.

*madida libamento, aut lapis unctus unguento. Nam ista exigua sunt, et quamvis colantur a paucis, qui ea cæstigant, nihilominus prætermittuntur ab inadvertentibus.*

*Scd non sic meus major Socrates, qui, cum vidisset formosum juvenem, et silentem diutius: Dic aliquid, (ait ipsi) ut te conspiciam. Nempe Socrates non conspiciat hominem silentem: nam existimabat homines non esse spectandos oculorum acie, sed intuitu ingenii atque animæ. Neque consentiebat in hac re cum milite Plautino, qui sic inquit: 'Pluris faciendus est unus testis oculatus, quam decem auriti.' Contra vero invertebat hunc versum ad expendendos homines: Pluris faciendus est unus testis auritus, quam decem oculati. Porro, si æstimationes oculo-*



*humigatus.—9 Male Ursin. pauca. Oud.—1 Male Edd. Scriv. Flor. percunctantibus. Non notat hic morantibus, ut videtur Scriverius sumsisse, sed investigantibus et scientibus loca vel res illas sacras. Opponit enim τοῖς ignorantibus: alioquin videtur dicere debuisse transcurrentibus ignorata. Id.—2 Ms. Flor. adul. Elmenh. Item Edd. vett. Oud.—3 Ms. Pith. Lips. Ed. Vicent. diutile, sed vide ad N. 18. Id.—4 Aliquid loquere. Sic Ms. lib. vulg. eloquere. Colvius. Flor. a. et loquere. Aldus, a. eloquere. Elmenhorstius. Ms. Lips. cum Edd. Colv. Vulc. Wow. loquere, male. Florent. Pith. et loquere. Oud.—5 Pith. obtutus. Id.—6 Vetus codex in uno. Colvius. Flor. in uno. Elmenh.—7 Ad examinandos homines. Vet. et aliquot alii, exanimandos.*

#### NOTÆ

ram collocabant, proxime ea loca, quibus, fossis factis, defixuri eos erant, et unguento, velaminibusque, et coronis eos coronabant.' D. August. De Civitate Dei, lib. xvi. cap. 38. 'nec more Idololatriæ lapidem perfudit oleo Jacob, velut faciens illum Deum, neque enim adoravit eundem lapidem, vel ei sacrificavit.' Noster in Apologia: 'Negant vidisse, qui fuere, unum saltem in finibus ejus

aut lapidem unctum, aut ramum coronatum.'

<sup>n</sup> At non itidem, &c.] Alterum fragmentum, sive ejusdem, sive alterius orationis.

<sup>o</sup> Major meus Socrates] Auctor nempe sectæ Platonicæ, quam Apuleius profitebatur.

<sup>p</sup> Cum Plautino milite] Stratophane, in Truculento, Act. II. Scen. 6.

Ceterum, si magis pollerent oculorum, quam animi, judicia; profecto de sapientia foret aquilæ concedendum. 2. Homines enim <sup>2</sup> neque longule dissita, neque proxime assita possumus cernere: verum omnes quodammodo cæcutimus,<sup>1</sup> ac si <sup>2</sup> ad oculos et obtutum istum terrenum redigas,<sup>3</sup> et hebetem, profecto verissime poëta egregius <sup>9</sup> dixit, velut nebulam nobis ob oculos offusam; <sup>4</sup> nec cernere<sup>r</sup> nos, nisi intra la-

*nam plus valerent, quam mentis; certe palma sapientiæ deferenda esset aquilæ. Nos autem homines nec possumus videre longius remota, neque posita in proximo: sed cuncti quadamtenus cæci sumus; et si reducatur ad hunc visum terrestrem, et retusum; certe præclarus vates verissime dixit, quodam quasi caliginem objectum nobis esse ante oculos: neque nos posse videre extra missum lapidis. At enim aquila*



Colv. Alii *examinandum*. Elmenh. *Ad* deest in Pith. sed Lips. et Edd. quædam inepte *examinandos*. Medic. *examinandum*, bene. Vide ad Met. l. x. p. 708. 'ad explorandum mansuetudinem.' Oud.—8 *Converteret*. Non est hoc in Ms. Fruterius scribit *converterit* vel *converteret*. Colvius. Flor. 2. *converte- rat*. Elmenhorstius. Abest a Lips. Cod. Ceterum Socrates versus Plautinum non *convertebat*. Sed ille, ex Apuleii iudicio, si sui res iudicii fuisset, *convertisset*. Bene ergo Fruter. Veris. lib. II. c. 17. legit *converterit* vel *converteret*, ut margini alleverunt Lipsius et alii, habetque Ed. Vulc. Sec. et Ms. Florent. si meis excerptis fides, nam Elmenh. ait in eo esse *convertebat*. Oud.—9 *Homines vero*. Vulg. *H. enim*. Colvius. Flor. *H. enim*. Elmenhorstius. *Enim* habent Mss. Florent. uterque, Bembin. Pith. et Edd. omnes ante Colvium, qui male e Lipsii Cod. mutavit in *vero*. Bene τὸ enim jam revocavit Scriverius, monitu Vincentii Contareni Var. Lect. lib. I. c. 5. Oud.—1 Vulgo, *cæci sumus*. Elmenhorstius. Bas. ed. sec. *cacutimus*. Colvius. Hoc quoque Codici Florent. item Edd. Junt. post. Bas. sec. debemus: atque ita jam Elmenh. Scriv. Florid. In reliquis: *cæci sumus*. Oud.—2 *Scriptus liber, at si*. Colvius. Ms. *At si*. Et post: *non cernere*. Fulvius verisimiliter corrigit: *nebula nobis ob oculos effusa* (ita Ms. recte) *non cernere nos nisi intra l. j. valere*. Scioppius in Symbola. Fort. *ac si oculos ad obt.* Groslotius. Pith. *ad si*. Oud.—3 Marcilius ad Juven. Sat. I. vs. 66. legit, *dirigas* vel *dirigas*, ut tacite edidit Wowerius. Nihil ego mutem. Subintelligitur ἀπὸ κοινοῦ nos, atque, sive solum nos consideres, quod ad visum terrenum et corporeum pertinet, sive coarctos nos intra augustias visus terreni. Sic redigere ad incitas, inopiam, in ordinem, &c. *Id.*—4 *Nebulam nobis ob oc. offusam*. Alii n. n. o. o. *offusam*. Ful. *nebula n. o. o. offusa, non cernere nos nisi intra l. j. valere*. Elmenhorstius. Bas. sec. *offusam*. Et post in quibusdam *non cernere*. Colvius. Cod. Ful. *nebula nobis o. o. offusa cernere nos nisi intra lapidis juctum non valere*, intelligit autem illa Homeri Iliad. γ. Τόσσον τις τ' ἐπιλεύσσει, ὅσον τ' ἐπὶ λᾶαν ἦσιν. Wower. Ablativum, et, pro nec, non e

## NOTE

<sup>9</sup> *Poëta egregius*] Homerus, quem in Apologia vocat 'poëtam primum.'

<sup>r</sup> *Velut nebulam n. o. o. off. nec cernere, &c.*] Innuere videtur hos Homeri

versus. Ἰλιάδ. γ. Εὐτ' ὄρεος κορυφῆσι νότος κατέχευεν ὀμίχλην, Ποιμείνιν οὐτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω, Τόσσον τις τ' ἐπιλεύσσει, ὅσον τ' ἐπὶ λᾶαν ἦσιν. 'Veluti montis cacuminibus Notus

pidis jactum, valere. Aquila enimvero,<sup>5</sup> cum se nubium tenus<sup>6</sup> altissime sublimavit,<sup>7</sup> evecta alis, totum istud spatium,<sup>8</sup> qua pluitur et ningitur, ultra quod cacumen nec fulmini,<sup>9</sup> nec fulguri locus est, in ipso, ut ita dixerim, solo ætheris<sup>1</sup> et fastigio hyemis:<sup>2</sup> cum igitur eo sese aquila extulit, nutu clementi<sup>2</sup> lævorsum vel dextrorsum tota

*quando se extulit altissime usque ad nubes, pinnis supergressa universum illud intervallum, per quod pluit et ningit, præter quam altitudinem neque fulmen, neque fulgur locum habent, in ipso, ut sic loquar, strato cæli, et cacumine tempestatum; quando ergo aquila illuc se evexit, leni inflexione capitis, descendit toto pondere*

Cod. suo maluit Ursinus, recepitque Scriv. et certe non extat in Edd. ante Colvium. Nihilominus quia reliqui Mss. servant quartum casum, uti et nec, nihil rursus muto. Facile enim subintelligi potest *quod esse*. Prave vero Mss. O. item Edd. primæ, Junt. pr. Bas. pr. Colv. Vulc. et Scioppius in Symbol. præferunt *effus*. Nam 'offundi' passim adhibetur de tenebris, et illis, quæ subito oculis obducuntur. Quod super hoc loco monnit quoque Meurs. Exerc. Crit. p. 227. et recte Ed. Junt. post. Bas. sec. Scal. &c. expresserunt. Turpiter Ed. Floridi *offussam*. Plin. lib. III. Ep. 9. 16. 'sibi tantum caliginis offusum.' Perpetua hæc in Mss. est variatio. Adi Cuper. Obs. II. 6. me ad Frontin. lib. II. c. 4. § 3. 'species offusa est.' Male vero coll. Voss. Lips. *ab oculis*. Ond.—5 Coll. Voss. Lips. *vero enim*. Id.—6 Coll. Voss. Lips. *nubibus*. Utrumque bene, et a Nostro indifferenter adhibitum. De Dogm. Plat. p. 588. Ed. Flor. Mss. rectius *humerorum tenus*, ubi vide. Id.—7 Ms. lib. *sublimabit*. Colvius. Ms. Lips. *sublimabit*, Pith. *sublimat*. Ond.—8 Ed. Floridi *illud*. Id.—9 Coll. Voss. Lips. Pith. *culmini*. Id.—1 Cave audias virum doctum, f. Putschium, qui margini editionis suæ ascripsit *polo*. Gnl. *solio*. sed 'solum ætheris' est *ὀυράριον ἔδαφος*, ut Græcis dicitur. Consule N. Heinsium et Burmann. ad Ovid. Fast. I. 110. 'Sederunt medio terra fretumque solo.' Id.—2 *Nutu clementi*. Forte melius, *nutu clementi*: ut, 'Inclementi cursu' supra lib. XI. Met. 'Nec tamen gaudio subitario commotus, inclementi me cursu proripui.' Colvius. Flor. n. *clementi*. Elmenhorstius. Hæc vera est lectio. Frustra alii: *nutu clementi*. Aristoteles de partibus animalium lib. IV. c. 11. Wower. *Nutu clementi* optime membranæ Florentinæ, ut conjecerat Colvius, vel potius Lipsius ut ex ejus margine patet, item Merc. et edidit Floridus. Vulgo *elementi*, pro aëris depressione, ut reor, quod prave propugnat Wower. loco Aristotelis de Anim. Part. lib. IV. c. 11. 'Clemens nutus' est lenis nec operosus pinnarum motus, quo illa tardius volet. Contra 'inciemens cursus' lib. XI. p. 779. Alibi 'clemen-

## NOTÆ

offudit nebulam, Pastoribus nequam gratam, furi autem nocte aptiorem, Tantumque aliquis prospicit, quantum lapidem jacit.'

\* *Totum istud [illud] spatium, &c.* Infimam et mediam aëris regionem, supra quas neque nubibus, neque tempestatibus locus est.

<sup>1</sup> *In ipso, ut ita dixerim [dicam], solo*

*atheris*] Summum enim aëris, est immum, et quasi solum cæli seu ætheris.

<sup>2</sup> *Et fastigio hyemis*] Id est, enlmine illius loci, ubi tempestates et pluvix excitantur. Hyemem pro tempestate dixit, ut Virgil. Æneid. v. 'Olli cœrulens supra caput astitit imber, Nocentem hyememque ferens,' &c.



mole <sup>3</sup> w corporis labitur, velificatas alas quo libuit adverte-  
 tens, modico <sup>4</sup> caudæ gubernaculo, x inde cuncta despiciens,  
 ibidem pinnarum eminus indefesso remigio, <sup>5</sup> ac paulisper  
 cunctabundo <sup>6</sup> volatu pæne eodem loco pendula circumtu-  
 etur; et quærit, quorsus potissimum in prædam superne  
 sese prouat, <sup>7</sup> fulminis vice: de cœlo improvisa simul

*corporis sui, vel ad sinistram partem, vel ad dextram, dirigens pinnas suas expansas, quo sibi visum fuerit, cauda veluti parvo gubernaculo utens, illinc deorsum intuens omnia, ibidem ex alto indefatigato motu alarum, et volatu aliquantum retardato suspensa fere in eodem loco, circumspicit, et investigat quam in partem præsertim eminus irruat in prædam instar fulminis: ipsa non visa, videns ex æthere uno intuitu,*



ter accederet.' Minus bene ergo Vir Doctus margini Ed. Junt. post. allevit  
*visu clementi*, et N. Heins. ad Ovid. A. Am. lib. II. 45. 'natum clementi' voluit. Adi me ad Met. lib. VI. p. 409. 'Libratisque pinnarum nutantium molibus.' Coll. Lips. et nutu. Oud.—3 Al. tanta mole.—4 In veteri Cod. scriptum compendiose *mō*. Colvins.—5 Sic tacite edidit Floridus explicans, 'ibidem ex alto indefatigato motu alarum.' Verum nusquam pendet ille ablativus: quare rectius Scaligerum edidisse opinor *indefessa remigio*, quod et propius accedit scriptæ lectioni, quæ constanter cum Edd. ceteris habet *indefessa remigia* sine ullo sensu. Nec etiam video, quid hic faciat vox *ibidem*. Ea omnino mihi suspecta est et mendæ sedes. Groslotius coniecit: *pinnaminis indefesso remigio*. Illustr. Heinsius ad Ovid. Met. V. 450. emendat, et *inhibens pinnarum eminularum ceu defessa remigia*. Verum dno huic emendationi obstant; nam vox 'eminus' necessario sive hic sive potius æq. 'circumtuetur' jungi debet, in ea enim omnis argumenti Apuleiani vis de longinquo visu dependet. Præterea aves hæ rapaces, ut milvi, mergi, aquilæ, in aëre pendent non alas inhibent ut defessas, sed tremulo motu et indefesse eas concutiunt, ut pendulæ eodem loco maneant et se in aëre sustineant. Quare vide num scribi possit *innitensque pinnarum eminus indefessa remigio*. Hac in re certe 'inniti' non infrequens est. Consule Heins. et Burm. ad Ovid. Met. VII. 401. 'Innixamque novis neptem Polypæmonis alis.' In Edd. Ald. Junt. post. est *pennarum*. Oud. Cum Florido tamen rescripsi *indefesso remigio*, jungenda scil. hæc, 'indefesso remigio' et 'cunctabundo volatu.' J. Bosscha.—6 *Contabundo*. Flor. *cunctabundo*. Elmenhorstius. Bas. pr. ed. *contra*. Oud.—7 *Superne sese ruat*. Flor. *superne se prouat*. Elmenhorstius. In eodem vet. cod. *predci superne se servat*. Colvins. Ms. Lips. *in predci se servat*. Longobard. quoque Cod. Florent. cum Pith. servat *sese ruat*. vid. Gronov. ad Gell. lib. VI. c. 2. 'in errores se ruunt.' Arnob. lib. II. p. 63. in f. Sed in altero Florent. est *se prouat*, quod e Terentio prætulerunt Scriverius, et Heins. ad Ovid. lib. V. Met. 450. Septim. de

## NOTE

w *Nutu clementi lavorsum vel dextrorsum tota mole, &c.*] Sic omnino legendum ex Florentino codice, et Stewechii emendatione; non, ut in vulgatis, *nutu elementis*, et *tanta mole*. Dixit hic *nutu clementis*, sicut lib. XI. Metamorphos. dixit, 'inclementi me

curso:' 'Nec tamen gaudio subitario commotus inclementi me curso propripui.'

x *Modico caudæ gubernaculo*] Aves enim inter volandum cursum suum cauda dirigunt, ut naves gubernaculo.

campis pecua, simul montibus feras, simul urbibus homines, uno obtutu sub eodem impetu cernens; unde rostro transfodiat, unde<sup>8</sup> unguibus inuncet, vel agnum incuriosum,<sup>9</sup> vel leporem meticulosum, vel quodcumque<sup>1</sup> esui animatum, vel laniatui<sup>2</sup> fors obtulit.<sup>3</sup>

NUM. III. Hyagnis<sup>a</sup> fuit, ut fando accepimus, Marsyæ<sup>b</sup>

*et sub eodem volatu, pecudes et pecora in agris, et belluas in montibus, et homines in urbibus; quarit quo ex loco confodiat rostro, et arripiat unguibus, aut agnum non macrum, aut leporem pavidum, aut quodcumque ex animalibus fortuna exhiberit edendum, aut discerpendum.*

*Hyagnis fuit, quemadmodum nobis proditum est, genitor et præceptor Marsyæ*

//////////

B. Troj. lib. iv. c. 11. 'parte alia quam veniunt, proruunt sese:' sic enim Periz. et Heins. Cod. ad Ovid. II. Fast. 793. vide tamen Wopkens. Solin. p. 11. 'se primum Padus proruit:' et p. 19. 'aquarum pondera se in campos ruunt.' Noster de Dogm. Plat. p. 589. ed. Flor. 'ne desuper pronat.' Oud.—8 Edd. Vicent. Junt. pr. Ald. Bas. pr. bis unum. Id.—9 Al. *curiosum*. —1 Edd. Junt. pr. Aldi *quocumque*. Oud.—2 *Animatum vel inanimatum*. Correctum sic ex Ms. Cod. Vulgatorum plerique, *animatum vel laniatum*. Unde doctissimus Dousa censebat legendum, *quodcumque esui animatum, vel laniatui fors obtulit*. In margine Basil. 2. ascriptum legi alias, *lanatum*. Colvius. Flor. v. sors o. *laniatum*. Ald. vel fors o. *lanatum*. Schlickerad. *alatum vel lanatum*. Elmenhorstius. *Esui animatum vel laniatui* emendatio est elegantissimi Dousæ, quam verissimam arbitror, et Mss. proximam. *Animatum* enim habent Mss. omnes et Edd. Vett. pro quo Scriverius inverso ordine dedit *animatum esui*, et Floridus *esui animatum*, inepte sane illi. *Quodcumque animatum* est quodvis animal habens animam, ἐμψυχον, ut exponunt Glossæ. Cic. in Tusc. I. 23. 'animatum quod est.' Pro *laniatui* vero Ms. Florent. Edd. primæ et Bas. dant *laniatum*, Pith. *laniatum*. Becichem. Ep. 96. et Ms. Lips. *inanimatum*, quod receper. Colv. et Vulcan. Verum inanimata non rapere solet aquila. Edd. Junt. Aldi *lanatum*, corrupte. Hinc tamen Schlickeradius conjecit, et tacite in textum intrusit Wowerius, *alatum vel lanatum*, i. e. volucres, vel oves, leporesve. Sed hoc male. Agit enim Apul. de animalibus terrenis, quæ ex alto eminus despicit, non quæ prope in aère volant, nec tantum alatas lanatasve bestias, sed et alias, ut testudinem apud Phædrum, vulpes, catulos, &c. captat aquila. Bene ergo Scaliger, Elmenh. et seqq. receper. *laniatui*, quod conjecerat etiam Groslo. Ut enim edat ea aquila, laniat et discerpit, quicquid rapuit. Nescio vero cur illi inverso ordine ediderint *sors obtulit laniatui*. Oud.—3 *Sors obtulit*. Immo vero *fors* sen fortuna, ut optime exhibent Edd. Vicent. Juntinæ, Aldi, Bas. pr. Becich. et

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Agnum incuriosum*] Pinguem, non macilentum curis, qualis erat ille Plantinus, Aulul. Act. III. Scen. 6. 'MEGAD. Etiam agnum misi. Eu. quo quidem agno, sat scio, Magis curiosam nusquam esse ullam belluam. MEGAD. Volo ego ex te scire qui sit agnus curio. Eu. qui ossa, atque pel-

lis totus est, ita cura macet.'

<sup>a</sup> *Hyagnis*, &c.] Sic in Epigrammate Græco. Alias *Hiagnis*: non Hyagnin primum tibia cecinisse, sed Sceriten Numidam, Athenæus tradit.

<sup>b</sup> *Marsyæ*] Nota Satyri illius temeritas: notum supplicium. Vide infra

tibicinis pater et magister, rudibus adhuc Musicæ sæculis, solus ante alios catus canere: <sup>4</sup> nondum quidem tam inflexæ animæ sono, <sup>5</sup> nec tam pluriformi modo, <sup>6</sup> nec tam multiforati <sup>7</sup> tibia: <sup>d</sup> quippe adhuc ars ista repertu novo commodum <sup>8</sup> oriebatur. Nec quicquam omnium est, quod possit in primordio sui perfici: sed in omnibus ferme ante est <sup>9</sup> spei rudimentum, quam rei experimentum. <sup>e</sup> Prorsus

*tibicinis, inculto adhuc Musicæ ævo, unus præ ceteris peritus canendi: cantu sanc nondum tam suavi, neque modulationibus tam multiplici, neque fistula tam multiforati: nam hæc ars recentè inventionè tunc primum nascebatur. Neque ulla res est quæ absolvi queat in suo initio: verum in universis fere rebus initium spei prius*



passim corruptum est. Vide ad Cæs. B. G. lib. II. c. 21. et lib. VII. c. 87. 'Quas fors obtulit.' Quod adeoque rescripsi. *Id.*—4 *Solus a. a. cantus c.* In libris hic nulla variatio, et tamen mendo carere non videtur hic locus. Restituebam, *solitus ante alios cant. can. vel, solus ante alios catus canere.* 'Catus canere,' ut, 'bonus calamos inflare' apud Maronem. *Colvius.* Florent. et Aldus *cantus canere.* Elmenhorstius. Hæc Mss. et Edd. vet. constans est lectio, quod interpretatur J. Pyrrhus per 'canebat,' Hypallage Nostro et ceteris usitatissima. Magis tamen placet mihi Colvii conjectura *catus canere*, pro, cantu doctus: ut infinitivus sit pro gerundio poëtice. De Deo Socr. 'præstabilis hariolari,' p. 298. Ed. Colv. ubi tamen legitur *ariolus.* Anson. Parent. 1. 13. 'præditis porrigere,' quod non mutem. Vide Tollium in Omissis p. 783. Colvii conjecturam recepere Scaliger, Elmenh. et seqq. Anson. Epigr. 93. 'catus arte palæstræ.' *Id.* Parent. XVII. 15. 'Lingua catus, ore canorus.' Noster de Deo Socr. 'experimentis catus,' ubi in Ed. Colv. p. 298. est *cantus.* At Vulcan. et Wower. quod allevit margini suo Lipsius, exhibent *solers a. a. cantus canere.* Colvius divinavit quoque *solitus a. a. cantus canere*, quod expressit dein Basil. 1620. *Oud.*—5 Vid. Not. inf. et N. Var.—6 *Flor. n. tamen p. m.* Elmenhorstius. Florent. utrobique *tamen.* *Oud.* Vulg. *multiforabili.*—8 *Pith. commode.* Vid. ad Met. I. I. p. 27. b. *Oud.*—9 *Codex Scriptus, tate est.* Colvius. *Pith. aut agri.* Lips. *tacite.* *Oud.*—

#### NOTE

omnem ejus historiam, quam tamen aliter longe referunt Plutarchus *περὶ μουσικῆς*, Suidas, in *Ὀλυμπιος*, Plato, lib. III. De Legibus, et Hygin. Fast. 65.

<sup>c</sup> *Inflexæ animæ [Flexanimo] sono* Vulgo *inflexa anima sono*: nullo sensu. Scriveriana editio, *indefessæ animæ sono.* Scaliger et Lipsius restituerunt *flexanimo sono.* Flexanimus sonus est qui animos flectere valet ad hos vel illos affectus, prout cantori, vel tibicini visum fuerit.

<sup>d</sup> *Nec tam multiforati tibia*] Tot foramenti excavata. lib. X. Metamorphos. 'jam tibiæ multiforatiiles cantus Lydios dulciter consonant.' Horatius in Arte Poëtica, de rudibus illis Musicæ sæculis loquens: 'Tibia non, ut nunc, orichalco vincta, tubæque Æmula, sed tennis, simplexque foramine paucis,' &c.

<sup>e</sup> *Ante est spei rudimentum, quam rei experimentum*] Sic infra sub finem Florid. 'accipite rudimentum, post, experimentum.'

igitur ante Hyagnim nihil aliud plerique callebant,<sup>1</sup> quam Virgilianus upilio<sup>2</sup> seu bubsequa,<sup>3</sup>

Stridenti miserum<sup>f</sup> stipula disperdere<sup>4</sup> carmen.

2. Quod si quis videbatur paulo largius<sup>5</sup> in arte promovisse, ei quoque tamen moe fuit una tibia, velut una tuba, personare. Primus Hyagnis in canendo manus discapedinavit:<sup>g</sup> primus duas tibias uno spiritu animavit: primus lævis et dextris foraminibus, acuto tinnitu<sup>6h</sup> et gravi bom-

*est, quam probamentum rei. Ante Hyagnim ergo maxima pars nihil aliud omnino sciebant, quam quod pastor aut bubulcus apud Virgilium, nempe Lacerare miseram cantilenam culno stridenti. Si quis autem videbatur aliquanto plus profecisse in illa arte, solebat nihilominus ille canere unica fistula, tanquam una tuba. Hyagnis primus disjunctit manus inter canendum: primus ipse inflavit uno flutu duas fistulas: primus temperavit concentum musicum arguto tinnitu, et gravi to-*

~~~~~

1 Idem, ante Hyagni nih. al. pl. canebant. Colvius. Colvius, cantabant. Elmenhorstius. Pith. plurique. Lips. et Becich. ep. 96. canebant. Male Elmenh. ait Colvio placere cantabant. Oud.—2 Opilio.—Ab ovibus pascendis. Pyrrh. Pith. hulipio. Edd. Elm. Scriv. Flor. upilio. Oud.—3 Coll. Lips. busequa. Edd. Junt. Aldi busequa. Vid. ad Met. l. VIII. p. 505. a. Id.—4 Miserum abest ab eodem vet. cod. Colv. Prave ed. Vulc. discerpere, A Lips. cod. abest miserum. Oud.—5 Malit Sciopp. longius. Elmenhorstius.—6 Acuto finitu. Ex Ms. vulgo acuto tinnitu. Colvius. Vulgo, a. finitu, male. Elmenh. Tinnitus est clarior et acutior sonus, et tinnire aures dicuntur. Pyrrh. Tinnitu omnino scribendum, non, finitu. Uno spiritu duas tibias animavit, dextram et sinistram. Tinnitus proprie æris. Varro de Re Rust. lib. III. Afranius: 'Janitoris impedimenta tinnire.' Intellige catenas: vincti enim servi ostiarii. Sueton. L. Otacilio. Nævius apud Fest. 'ubi moe strepitum facient, titinnabunt compedes.' Plautus Casina tinnire de muliere: proprie: quia feminae, pueri, et spadones *ὀξύφωνοι*: angustior enim ipsis arteria. Aristot. de Hist. Animal. l. cap. 11. Alex. Aphrodis. Probl. lib. I. Wower. Prave Colv. e Ms. Lips. reposuit finitu; quod tamen secuti sunt in Edd. suis Vulc. et Scal. Sed Vulc. margini allevit sonitu. Nihil verius est τῶν tinnitu, quod est in ceteris Mss. et Edd. vett. ut jam monuere Vincent. Conlar. l. I. V. L. c. 5. et Wower. quem miror non adduxisse locum e Met. l. XI. p. 741. 'Tibicen Doricum canebat bellicosum et permiscens bombis gravi-

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Stridenti miserum*] Virgil. Ecloga III.

<sup>g</sup> *Manus discapedinavit*] An in plura ejusdem tibiæ foramina ambarum manuum digitos distribuit? an vero manus duabus tibiis applicuit simul, dextræ nempe et sinistræ, quas, ut mox ait, uno spiritu animaret? hoc verisimilius: quod si ita fiebat, non late patere oportuit systema cantilenarum,

quas ejusmodi tibiis modularentur, nec diapente, aut diatessaron cum ditono, (quod intervallum nostri Musici sextam vocant) excedere.

<sup>h</sup> *Lævis et dextris foraminibus, acuto tinnitu, &c.*] Hinc intelligi possunt quæ de tibiis dextris et sinistris in capite Terentianarum Comædiarum legitur: 'tibiis imparibus, dextris, et sinistris,' &c.

bo<sup>7</sup> concentum musicum miscuit. Eo genitus Marsyas, cum in artificio patrissaret tibicinii,<sup>8</sup> Phryx cetera et barbarus,<sup>k</sup> vultu ferino trux, hispidus, illutibarbus,<sup>9</sup> spinis<sup>l</sup> et pilis obsitus, fertur (proh<sup>2</sup> nefas!) cum Apolline certavisse.<sup>3m</sup> Thersites cum decoro,<sup>n</sup> agrestis cum erudito, bellua cum Deo. Musæ cum Minerva dissimulamenti<sup>4</sup> gratia iudices astitere, ad deridendam scilicet<sup>5</sup> monstri illius barbariem,<sup>6</sup> nec minus ad stoliditatem puniendam. Sed

*no, ope foraminum sinistrorum et dextrorum. Marsyas ejus filius, cum imitaretur patrem in arte tibicinis, aliqui Phryx et barbarus, truculentus, belluina facie, hirsutus, barba sordida, coopertus spinis ac villis, dicitur, proh scelus! contendisse cum Apolline: Thersites nempe cum fornoso, rusticus cum docto, bestia cum Deo. Musæ una cum Pallade simulationis causa affuerunt arbitra, nimirum ad debulendam rusticitatem istius belluæ, simulque ad piccentiam ejus stultitiam. At Mar-*

—————

bus tinnitus acutos in modum tubæ.' *Oud.*—7 *Gravi bombo.* Pith. Edd. Vicent. Junt. utr. Ald. Bas. pr. et *gravi b.* A reliquis male exulat τδ et. Id.—8 *Posteriorem Basil. edit. hic secuti sumus. Aliæ, in artif. patris foret tibicinus.* Ms. cod. in *art. patricaret tib.* Tibicinium proba dictio, et observanda, immo usurpanda. *Colv.* Aldus: *in a. patris foret tibicinus, male. Elmenh.* Præter Ed. Bas. sec. unde suam lectionem hausit Colv. eam nobis rellquit Junt. post. atque ita Mss. Florentini et Becich. Ep. 96. qui ait in aliis Codd. esse *patrissaret tiben*; in Lips. *patricaret tibicinii.* Pith. *patiss. foret tibicinus.* Vulgo edebatur *patris foret tibicinus.* Infra N. 4. 'in tibicinio apprimè nobilis.' *Tibicinii numeris pro tibicinis* corrigi quoque Gronov. in Gellio l. i. c. 11. 'quod tibicinii numeris temperatur.' *ibid.* 'per tibicinia Laconica,' ut et l. iv. c. 13. 'tibicinium scite adhibitum,' ubi vide Gronov. *Oud.*—9 *Al. multibarbus.* Vid. Not. Var.—1 *Male vir doctus margini allevit punnis.* *Oud.*—2 *Proh.* Al. pro. Id.—3 In Ms. Lips. pro var. lect. *concanisse:* unde Colv. conj. *concanuisse.* Vide Comment. ad Sall. lib. i. Hist. p. 954. Ed. Cort. Sic habuimus 'terui,' 'sonavi,' et alia. *Id.*—4 Vid. Not. Var.—5 *Scilicet.* Deest in Pith. *Oud.*—6 *Vulgo, barbariam.* Colvius. Pith. et Edd. ante Colv. *bar-*

#### NOTE

<sup>l</sup> *Gravi bombo*] Illum bombum non fuisse *δυσόβρον*, (veluti est bombus illorum utrium quos inflare solent nostri ascaulæ upiliones, aut qui in lyricæ cæcorum auditor,) sed per plures tonos variatum, patet ex eo quod foramina non lævæ tantum tibiæ attribuit, sed etiam et dextræ, quæ bombum illum edebat.

<sup>k</sup> *Phryx cetera et barbarus*] Homo rudis, ineptus, et imperitus apud Veteres Mysus aut Phryx sæpe vocabatur. Cicero, De Oratore: 'quomodo igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, cum etiam Demos-


thenes agitetur putidus?'

<sup>l</sup> *Illutibarbus*] Vocabulum Apuliciana licentia compositum: significatque eum, qui illutam, hoc est, illutam et sordidam, barbam habet: 'illutibile' apud Plautum invenitur in Menæchmis, pro eo quod ablui non potest. 'Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.' Non minus placeret quod habet Aldina editio, *multibarbus*, hoc est, densam barbam habens, *δασυπώγων*.

<sup>m</sup> *Cum Apolline certavisse*] Vide Hyginum Fab. 165. Ovid. vi. Metamorphos. et tr. Fastorum.

Marsyas,<sup>7</sup> quod stultitiæ maximum specimen est,<sup>8</sup> non intelligens, se deridiculo haberi, priusquam tibias occiperet inflare, prius de se et Apolline quædam deliramenta barbare effutivit: laudans sese, quod erat et coma relicinus,<sup>9</sup> et barba squalidus, et pectore hirsutus, et arte tibicen, et fortuna egenus: <sup>9</sup> contra <sup>1</sup> Apollinem, ridiculum dictu, adversis virtutibus culpabat: quod Apollo esset et coma intonsus,<sup>p</sup> et genis gratus, et corpore glabellus, et arte multiscius, et fortuna opulentus. 3. Jam primum, inquit, crines ejus remulsis antiis, et promulsis capronis <sup>2</sup> anteventuli et propenduli: <sup>q</sup>

*syas non advertens se haberi ludibrio, quod maximum argumentum est stoliditatis, antequam aggrediretur animare tibias, rustice deblateravit quasdam ineptias de se et de Apolline: juctans seipsum, quod haberet crines retrorsum crispas, et sordidam barbam, et villosum pectus, et quod esset arte tibicen, et inops esset bonorum: contra vero, quod absurdum est memoratu, vituperabat Apollinem ob dotes his vitiis contrarias: quod nempe Apollo esset et intonsus capillis, et decorus malis, et depilis corpore, et multas artes calleret, et opibus abundaret. Jam primum, ait, capilli ejus a fronte dependent prætractis anterioribus crinibus, et pendentibus iis qui sunt*



*bariam.* Oud.—7 Scriptus cod. *sed Marsie.* Colvius. Scriptus cod. *sed marsie:* unde f. *Marsia.* Vide Juvenal. Sat. IX. Brant. Cod. Lips. *Marsie,* unde Brant. *Marsya:* ut Juven. Sat. IX. vs. 11. ‘cen Marsya victus.’ De Græcorum as et Latinorum a, vide ad Front. p. 370. Oud.—8 *Abest est a Coll.* Lips. *Id.*—9 In Ms. Florentino ascriptum manu recenti, *fortuna egens.* Cicero pro Flacco, c. 13. ‘fortuna egens, vita turpis.’ *Elmenh.* Idem, *Fort. genas.* Scribe, *fortuna egenus.* Quantum ad conditionem Fortunæ, qua ille præditus, pauper et egenus erat. *Ibidem contra.* Ms. Ro. Ven. *circa.* Colvius. Bene Colv. cum Ms. Flor. nam omnia hic in ablativo; et hæc opponuntur sequenti ‘fortuna opulentus.’ Vulgo olim *fortunæ:* primus *fortuna* recepit Scaliger. Oud.—1 *Circa.* Id est, contra, quo plerumque utitur. *Pyrrh.* Ita quoque Ms. Lips. Edd. Rom. Vic. Ven. pro *contra:* de more, vide Ind. Not. Oud.—2 Vid. Not. Var.

#### NOTE

<sup>n</sup> *Thersites cum decoro]* Thersiten graphice depingit Homerus Ἰλιάδ. β. φολλκός ἐην, χαλός δ' ἕτερον πόδα, τῷ δέ οἱ ὤμω Κυρτῷ ἐπὶ στῆθος συνοχωκότῃ· αὐτὰρ ὕπερθε φοξὺς ἐην κεφαλῆν, ψεδνῆ δ' ἐπενήθοε λάχνη, ‘Strabo erat, claudus autem altero pede, et ipsius humeri Curvi in pectus contracti: et desuper Acuto erat capite: rara autem superflorebatur laugo.’ Hinc turpissimus quisque Thersites appellatur.

<sup>o</sup> *Coma relicinus]* Hæc vox Apuleiana est, videturque significare retrac-

tis crinibus crispum. Quidam nescio quomodo detorquent a ‘recello.’ Malim ego ab antiquo ‘lacio’ formare verbum ‘relicio,’ quod sonet ‘retraho,’ quemadmodum ‘allicio’ significat ‘attraho.’

<sup>p</sup> *Coma intonsus]* Horatius lib. I. Ode 21. ‘Intonsum pueri dicite Cynthium.’

<sup>q</sup> *Crines ejus remul. [præmulsis] antiis, et promulsis capronis [caproneis] ante-ventuli, et propenduli]* In quo differant antiæ et caproneæ, non satis liquet.

corpus totum gratissimum, membra nitida : lingua fatidica,<sup>1</sup> seu tute oratione,<sup>3</sup> seu versibus malis, utrobique facundia æquipari. Quid ? quod et vestis textu tenuis,<sup>5</sup> tactu mollis, purpura radians ? Quid ? quod et lyra ejus auro fulgurat,<sup>6</sup> ebore candicat,<sup>7</sup> gemmis variegat ?<sup>8 5</sup> Quid ? quod et doctissime et gratissime<sup>9</sup> cantillat ?<sup>1</sup> Hæc omnia, inquit, blandimenta nequaquam virtuti decora, sed luxuriæ accommodata, intra corporis sui qualitatem<sup>2</sup> præ se maximam spe-

*ad tempora: totum corpus est decorissimum, artus sunt nitentes, lingua ejus est vaticinatrix æquali utrimque eloquentia, sive tu cupias ut tibi respondeat prosa oratione, sive carminibus. Quid ? quod et vestimentum ejus est subtilis textus, molle contractatu, et refulgens ostro ? Quid ? quod ejus etiam cithara coruscata auro, et albicat ebore, et distincta est lapidibus pretiosis ? Quid ? quod cantitat etiam peritissime et suavissime ? Hæc omnes illecebæ, inquit, minime convenientes sunt virtuti, sed congruentes mollitiei, jactitare præ se eximium ornatum circa suum cor-*

//////////

—3 Veram puto Ill. Heinsii ad Ovid. Met. xi. 620. correctionem, *soluta oratione*. Infra N. 15. ‘soluto locutu. libera oratione.’ *Id.*—4 *Facundia æquiparari*. Flor. et Fulv. *f. æquipari*. Elmenhorstius. *Æquipari*, i. e. ἴσφ, a nomin. ‘æquipar,’ quod et ab Ausonio adhibetur. Sic ergo recte Groslotius conjecit et Ursinus e suis Codd. et Elmenh. cum seqq. e Florent. exhibuit. Male vulgo erat *æquiparari* et *facunda* in Edd. Vulc. pr. ac Wow. sine sensu. N. 18. ‘prorsa et vorsa facundia.’ *Oud.*—5 Coll. Voss. *tenuis*. *Id.*—6 Coll. Voss. Lips. *fulguratur*: male. V. Ind. Not. *Id.*—7 Aldus, *candidat*. Elmenhorst. Venet. Ald. *candidat*. Snpra lib. v. de asino aureo : ‘Per lumeres volatilis Dei pinnæ roseidæ micanti flore candicant.’ *Colv.* Pith. Edd. Rom. Vicent. Junt. utr. cum I. Pyrrho, *candidat*, neutraliter. Eadem varietas lib. v. Met. p. 362. a. ubi vide. Ms. Lips. *cantilat*. Mart. Cap. lib. vii. init. ‘radio candicabat.’ *Oud.*—8 Vid. Not. Var.—9 Ed. Junt. post. *grarissime*. *Oud.*—1 Pith. Edd. vett. *cantilat*. Coll. Voss. Lips. *cantilat*, pro, *Cantilat*. Vide me ad Met. lib. vi. p. 393. b. *Id.*—2 *Circa corp. sui qual.* Ms. *intra corp. s. qual.* Colvius. Becihemus scribendum censet, *contra corp. s. q.* vel, *intra: quod e scripto etiam nostro reponamus. Id. in Omiss.* Flor. *cetera corp. s.* Lipsii liber: *intra corporis sui*. Fulvii Mstus, *contra c. s.* Elmenhorstius. Ms. *intra. lego, circa corporis sui squalitatem*. Nam *circa* fere semper pro *contra* scriptum fuit, ut supra in Asino, et *squalitatem* reperias apud Lucil.

#### NOTÆ

‘Antix,’ inquit Festus, ‘capilli muliebres demissi in frontem.’ Glossæ veteres: ‘Κόμαι τῶν κροτάφων. Antix.’ Nonius: ‘Caproneæ, comæ quæ ante frontem sunt, quasi a capite pronæ.’ Sed tam possunt pronæ esse a capite in collum et in tempora, quam in frontem. Ex hoc Apuleii loco mihi videntur fuisse antiæ crines, qui ex syncipite in frontem penderent, caproneæ vero, qui ex temporibus in

malas et aures: hoc enim indicant hæc vocabula ‘anteventuli’ et ‘propenduli.’

<sup>1</sup> *Lingua fatidica*] Utpote quæ oracula pronuntiaret.

<sup>8</sup> *Variegat*] Passivo significatu: hoc est, distinguitur et variatur.

<sup>1</sup> *Intra [circa] corporis sui qualitatem*] Flor. codex habet: *cetera corporis sui*. Lipsii liber *intra corporis sui*. Fulv. cod. *contra corporis sui*: mihi

ciem ostentare. Risere Musæ, cum audirent hoc genus crimina, sapienti exoptanda, Apollini objectata: <sup>3</sup> et tibicinem illum certamine superatum, velut ursum <sup>4</sup> bipedem, corio exsecto, nudis et laceris visceribus reliquerunt. Ita Marsyas in pœnam cecinit, et cecidit. <sup>5</sup> Enimvero Apollinem tam humilis victoriæ puditum est.

NUM. IV. Tibicen quidam fuit Antigenidas, <sup>u</sup> omnis vocolæ <sup>6</sup> melleus modulator, et idem omnibus modis <sup>7</sup> <sup>w</sup> peritus modificator; seu tu velles Æolium <sup>8</sup> simplex, <sup>x</sup> seu Iasium varium, <sup>9</sup> <sup>y</sup> seu Lydium <sup>1</sup> querulum, <sup>z</sup> seu Phrygium

*pus. Musæ riserunt, quando uuliverunt ejusmodi flagitia cupienda sapienti, exprobrari Apollini: et reliquerunt illum tibicinem victum contentione, pelle discissa, carnibus relectis et discerptis, tanquam ursum bipedem. Sic Marsyas cecinit tibia in supplicium, et incidit in illud. Verum puduit Apollinem victoriæ tam vilis.*

*Fuit quidam tibicen nomine Antigenidas, suavis inflexor cujusvis toni, idemque doctus modulator cujusvis Modi; sive tu postulares Modum Æolium simplicem, sive Asium varium, sive Lydium qui est aptus lamentis, sive Phrygium qui adhibe-*



lib. xxvi. Brant.—3 Ms. *obtrectanda*. Forte *objectanda*. Colvius. Forte *obtrectata*. Brantius. Pith. *objectata*. Ms. Lips. *obtrectanda*, unde Colv. *objectanda*: prave: sensus est: cum audirent hæc crimina Apollini objici, quæ sapienti exoptanda sunt. Brant. *obtrectata*, inepte. Quid enim sunt ‘obtrectata crimina?’ num per invidiam carpta? *Oud.*—4 Idem, *rursum*. Colv. Pith. *bipedem*, et paulo post, *relinquunt*. *Oud.*—5 *Et cecidit* exulant a Ms. Lipsii. *Id.* Vid. Not. Var.—6 Glareanus, o. *notulæ*, male. *Elmenh.*—7 In Ed. Vicent. *omnimois*. *Oud.*—8 Ms. *collimo simpl*. Colvius. Pith. *colion*. Ed. Vicent. *Æolion*. Bene, Græca terminatione. *Oud.*—9 *Asium varium*. Idem, *Asumarium*. Colvius. Glareanus *Iastium varium* reponit, et cum Luciano Ionicum interpretatur. Vide eum Dodecachord. lib. II. c. 10. et 11. *Elmenh.* Mss. Lips. Pith. *seu Asumarium*. Videtur Auctor innuisse eum modum, qui

#### NOTÆ

videtur commodius reponi posse *citra corporis sui qualitatem*, hoc est, præterquam quod forma ipsa corporis ostendit: nihil tamen in textu mutare volui, quem etiam ad verbum expressi in interpretatione. Brantius legit: *contra corporis sui squalitatem*, hoc est, squallorem, vocemque ‘squalitatem’ reperiri ait apud Lucilium.

<sup>u</sup> *Antigenidas*] Vixit Athenis, Alcibiadis ætate, cui etiam a Pericle accersitum enim Magistrum tibicinii narrat Gellius lib. xv. cap. 17. in quo refert quæ de causa nobiles pueri

Atheniensium tibiis canere desiderint.

<sup>w</sup> *Omnibus modis* [omnis modi] Sic legendum. Quid sint Modi in Musica, notum.

<sup>x</sup> *Æolium simplex*] Supple ‘genus,’ non autem ‘modum:’ neque enim genere convenirent τὸ ‘modum,’ et ‘simplex,’ Æolium autem Modus est, quem nostri Musici vocant Modum *A, mi, la, re*.

<sup>y</sup> *Seu Iasium* [*Asium*] *varium*] Glareanus, Decachord. lib. II. cap. 10. et 11. reponit *Iastium*, et cum Luciano



religiosum,<sup>a</sup> seu Dorium bellicosum.<sup>b</sup> Is igitur<sup>2</sup> cum esset in tibicinio<sup>3</sup> apprime nobilis, nihil æque se laborare, et animo angī et mente, dicebat,<sup>c</sup> quam quod monumentarii ceraulæ<sup>4 d</sup> tibicines dicerentur.<sup>5</sup> Sed ferret æquo animo hanc nominum communionem, si mimos spectavisset.<sup>e</sup> Animad-

*tur sacris, sive Dorium militare. Ille ergo cum esset in primis celebris in arte tibicinis, aiebat se nulla re tantopere dolere animo, et cruciari mente, quam quod cornicines bustuarii appellarentur tibicines. Verum patienter toleraret hanc communicationem vocabulorum, si ridisset mimos. Observaret in iis alios imperare,*

Luciano et aliis est Ionius; quare Glareanns ibidem rescripsit *Iastium*, atque ita citat Salmasius. Melius inde formari *Iadium*, olim putabam. *Ἰάδες* enim Græcis Ionum fœminæ. At malim nunc *Iasium* cum Berkelio ad Steph. Byz. v. *Δώριον*, ab Iaso Cariæ urbe, ex Themistii Oratione 19. cf. ad Met. lib. x. p. 740. b. *Oud.*—1 *Tò seu* ex eodem additum. *Colv.* De eo vide ad Met. lib. iv. p. 313. Male exulat *seu* ab Edd. Basil. *Oud.*—2 Plenius in Ms. *Is igitur Antigenidas cum esset.* Colvius. E glossa. *Oud.*—3 Ed. Bas. pr. *in tibicine.* Id.—4 Male alii libri, teste Pyrrho, *momentarii*, al. *monimentarii.* Dein Ms. Lips. *cerule*, Pith. *cerulæ*, Edd. nonnullæ *cauulæ* et *choraulæ*, si fides Colvio, qui hic omnino consulendus. Adde notas ad Met. lib. viii. p. 578. a. *Id.*—5 Pith. *dicuntur*, et paulo post *expectavisset.* Id.—6 Al. *vestra.*

## NOTE

interpretatur 'Ionicum.' Lucianus in Harmonide has Modis singulis proprietates assignat: *καὶ τῆς ἰωνίας ἐκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον τῆς φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς λυδίου, τὸ βακχικόν, τῆς δωρίου, τὸ σεμνόν, τῆς ἰωνικῆς, τὸ γλαφυρόν.* Est autem Ionicus Modus, qui nostris Modus *C, sol, ut, fa.*

<sup>a</sup> *Lydium querulum*] Lydius Modus nostris Modus *F, ut, fa.*

<sup>a</sup> *Phrygium religiosum*] Est Modus *E, mi, la.*

<sup>b</sup> *Dorium bellicosum*] Est Modus *D, la, re, sol.* Est et sextus ab Apuleio prætermisus Modus Mixolydius, qui Modus est *G, re, sol, ut*: et hi sex apud veteres Musicos authentæ dicuntur; quorum scilicet diapente est ad grave, diatessarum vero ad acutum; habentque alios sex plagios, Hypo-Æolium, Hypo-Ionium, Hypo-Lydium, Hypo-Phrygium, Hypo-Dorium, et Hypo-Mixolydium, quorum diapente est ad acutum, diatessaron ad grave: sed de his vide Glareaum et alios, qui de

re Musica ex professo scripserunt. Nobis hæc in præsens satis sint.

<sup>c</sup> *Nihil æque se laborare dicebat, &c.]* Dio Chrysostomus hoc non Antigenidæ, sed Ismeno attribuit Orat. 49.

<sup>d</sup> *Monumentarii ceraulæ*] *Κεραύλας* et *κεραταύλας* ad verbum expono cornicines: ceraulæ illi monumentarii sunt, quos Dio Chrysostomus loco supra laudato *τυμβαύλας* vocat, Latini appellant siticines, eo quod canant apud sitos, hoc est, mortuos. A. Gell. lib. xx. cap. 2. 'Nos,' inquit, 'in Capitoni Atei conjectaneis invenimus, siticines appellatos, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est, vita functos et sepultos: eosque habuisse proprium genus tubæ, a ceterorum differens.'

<sup>e</sup> *Si mimos spectavisset*] Mimus non solum histrionem significat, qui dicta aliorum factave imitatur, gesticulationibus ea exprimens; sed etiam poemata dramatica lasciviora, seu Comædias obscœniore: quod genus La-

verteret illic pæne simili purpura alios præsidere, alios vapulare: itidem si munera nostra <sup>6 f</sup> spectaret: nam illic quoque <sup>7</sup> videret hominem præsidere, hominem depugnare: togam quoque parari <sup>8</sup> et voto et funeri: <sup>g</sup> item pallio cadauera operiri, <sup>h</sup> et philosophos amirari.

NUM. V. Bono enim studio in theatrum <sup>9</sup> convenistis, ut qui sciatis, non locum auctoritatem derogare oratori, <sup>i</sup> sed cum primis hoc spectandum <sup>2</sup> esse, quid in theatro deprehendas. Nam si mimus <sup>3</sup> est, riseris: si funerepus, <sup>4</sup> timue-

*alios verberari, vestitos fere simili ostro. Similiter, si aspiceret nostros ludos: in iis enim cernebat etiam hominem præesse, hominem decertare: comparari etiam togam et ad votum nuncupandum, et ad exequias faciendas: insuper cadauera contegi pallio, et philosophos eo operiri.*

*Nam confluxistis in theatrum bono animo, quippe qui novistis locum non detrudere pondus sermoni, sed hoc præsertim considerandum esse, quid videas in theatro. Si enim est mimus, ridebis: si est funambululus, metus ipsi: si est Comædia, plau-*



—7 Ms. Cod. *ille quoque*. Colvius. An et hic illi pro illic? Vide Ind. Not. Oud.—8 Pith. *quoque togam*. Ed. Vicent. *pari*. Junt. pr. Aldi *et voto funeri*. De toga in mortuis vide Lipsium Elect. lib. 1. c. 6. *Id.*—9 Pith. *et th.* *Id.*—1 *Locum auct. derog. orationi*. Ms. Cod. *lavit auctor. denegare*. Colvius. Alii, *oratori*. Elmenhorstius. Ful. Cod. *oratori*. Wowerinus. Frustra Rycquius Primit. Epist. p. 152. substituere conatur: *auctoritati derogare orationis*: nam etiam vulgata bene se habet. Vide Lexica. At recte Cod. Fulv. *oratori*, ut statim homines ipsos, non solum exercitia recenset. Oud.—2 Ald. *spectaculum*. Colvius. Aldus, *spectaculum*, male. *Elmenh.* An *speculandum?* Oud.—3 Coll. Voss. Ed. Ald. *minus*, ut sæpe corruptum. V. P. Pithæi Subs. c. 17. *Id.*—4 Abest *si* ab Edd. ante Bas. Sec. Dein Mss. Pith. Lips. et Edd. eadem *funere plus*, præter Junt. post. quæ habet *funepus* ex emendatione Beroaldi in Fac. Crit. Grut. tom. 1. p. 236. vel Becich. Ep. 96. *Funereptus* citat Pithæus, *funerepus* maluit Tollius. Legendum esse *funerepus* monuit jam Modius. Infra N. 18. *funambululum* quoque seu *σχοινοβάτην*

#### NOTÆ

tini Planipedias vocant. Ovid. II. Trist. Eleg. 1. 'Scribere si fas est imitantes turpia mimos.'

<sup>f</sup> *Si munera nostra*] Gladiatoria, in quibus Lanista præsidebat, Gladiatorum depugnabant.

<sup>g</sup> *Togam quoque parari et voto et funeri*] Hæc jam non referuntur ad munera seu ludos, de quibus supra, sed ad communem sui temporis vivendi morem, quo mortui in toga efferebantur. Huc facit Juvenalis Satira III.

'Pars magna Italiæ est, si verum admittimus, in qua Nemo togam sumit nisi mortuus.' Livius lib. XXXIV. 'Purpura viri utemur: prætextati in Magistratibus, in sacerdotiis: nec id ut vivi solum habeamus insigne, sed etiam, ut cum eo crememur mortui.' Voto vero paratur toga, cum virilis sumitur.

<sup>h</sup> *Pallio cadauera operiri*] Ex more Græcorum.

ris: <sup>i</sup> si comædus est, <sup>s</sup> faveris: <sup>k</sup> si philosophus, didiceris. <sup>6</sup>

NUM. VI. Indi, gens <sup>7</sup> populosa <sup>l</sup> cultoribus, et finibus maxima, <sup>m</sup> procul a nobis ad Orientem siti, <sup>8</sup> prope Oceani reflexus, <sup>9</sup> et Solis exortus, primis sideribus, ultimis <sup>r</sup> terris, super Ægyptios eruditos, <sup>o</sup> et Judæos supersticiosos, <sup>p</sup> et Nabathæos mercatores, <sup>q</sup> et fluxos vestium Arsacidæ, <sup>r</sup> et

*des: si est philosophus, instrueris.*

*Indi, natio abundans incolis, et vastissima limitibus, positi ad Orientem longe a nobis, prope recursus Oceani, et ortum Solis, sub primis astris, et in fine terrarum, trans Ægyptios doctos, et Judæos religiosos, et Nabathæos mercatores, et Parthos*



vocat funerepum, a rependo per funem. *Idem.*—5 *Comædia est.* Legit Modius noster, *comædus est.* Colvius. Quod malim cum Tollo. *Oud.*—6 *Ms. diceris.* Colvius.—7 *Ms. ingens.* Colvius.—8 *Lips. ad O. Sythi.* *Oud.*—9 *Malit Elmenh. refluxus,* improbante *Oud.*—1 *Markland. ad Stat. l. ii. Silv. 3.*

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Timueris]* Ejus vitæ, ne scilicet ex fune labens caput comminuat sibi, aut crus perfringat, aut brachium.

<sup>k</sup> *Faveris]* Favorem plausu testabantur in Comædiæ fine. Hinc celebre est Comædiarum ‘Plaudite.’

<sup>l</sup> *Indi, gens populosa, &c.]* Indiæ descriptionem vide apud Strabonem, lib. xv.

<sup>m</sup> *Et finibus maxima]* Atque eo major credita tunc temporis, quod ejus fines non satis cognoscerent, nec de ampla Chinæ regione, quæ ultra Indiam est, quicquam haberent perspectum, sed Indiam ad extremos usque Orientis fines proferrent.

<sup>n</sup> *Prope Oceani reflexus]* Loquitur ne ex illorum sententia, qui terram non rotundam, sed planam, et Orientis atque Occidentis terminis finitam existimabant, ita ut necesse esset, cum Oceanus ad illos terminos pervenisset, ut ejus undæ in seipsas redirent ac reflecterentur, cum non haberent quo tenderent ulterius? an vero per Oceani reflexus intelligit illum ancona, seu angulum, quem Indicus Oceanus cum Serico seu Orientali efficit?

<sup>o</sup> *Ægyptios eruditos]* Quorum eruditionem vel hoc probaverit, quod, eruditionis et sapientiæ comparandæ causa, antiquorum Philosophorum præstantissimi eos adiverint.

<sup>p</sup> *Judæos supersticiosos]* Superstitionem enim Pagani illi vocitarunt cultum quem Judæi vero Deo exhibebant, et carimonias ac ritus quos ex Mosis lege servabant.

<sup>q</sup> *Nabathæos mercatores]* In hanc sententiam Strabo lib. xvi. ait Nabathæos rei parandæ atque conservandæ intentos esse; eumque, qui opes suas imminuerit, publice mulctari; qui auxerit, honore affici. Eorum commercium aromatum præcipue est, quæ ad ipsos a Menæis et Gerræis vicinisque aliis conveli auctor est idem Strabo. Sunt autem Nabathæi Arabes Petram urbem incolentes, quæ et Nabathæa dicta est: adjuvat eorum commercium, quod teste Plinio, ‘huc convenit utrumque bivium, eorum qui Syriæ Palmyram petiere, et eorum qui ab Gaza venerunt.’

<sup>r</sup> *Fluxos vestium Arsacidæ]* Arsacidæ Parthi sunt, sic vocati ab Arsace eorum Rege, e Scythia, ut plerique

frugum pauperes Ituræos,<sup>2</sup> et odorum divites Arabas.<sup>t</sup> Eorum igitur Indorum non æque miror eboris strues, et piperis messes, et cinnami merces, et ferri temperacula,<sup>u</sup> et argenti metalla, et auri fluentia;<sup>w</sup> nec, quod Ganges apud eos unus omnium<sup>3</sup> annium maximus,

Eois regnator aquis in flumina<sup>4</sup> centum

Discurrit, centum valles illi, oraque centum,

Oceanique fretis centeno jungitur anni:

nec, quod iisdem Indis, ibidem sitis<sup>5</sup> ad nascentem<sup>6</sup> diem, tamen in corpore color noctis est:<sup>x</sup> nec, quod apud illos

*ampla vestimenta ferentes, et Ituræos carentes frugibus, et Arabas abundantcs aromatis. Non ergo tam admiror cumulos eboris, et messes piperis, et merces cinnami, et mixturas ferri, et fodinas argenti, et fluvios auri illorum Indorum; neque quod apud eos Ganges unus maximus omnium fluviorum, Rex fluviorum Orientalium diffluit in centum fluvios, et habet centum alveos, et centum ostia, et influit in Oceanum per centum flumina: nec quod iisdem Indi licet positi sint in eo loco ad ortum diei, nihilominus habeant colorem noctis in corpore: neque quod in eorum regione*

16. legit *primi et ultimi*. Oud.—2 *Ituræos*. Aldus, *Ichyricos*, male. *Elmenh.* Editiones antiquæ, *Scythicos*: Ms. Cod. *Sythireos*: Bas. 2. margo, *Ituræos*. Colv. Sic primus edidit Philomathes in Ed. Junt. post. cum Bas. sec. marg. quod bene recepit Colv. et videtur esse in Florent. Codd. Certe in Lips. est *Sythuræos*: unde accuratius insuper rescribendum *Ituræos* per u, ut recte margini libri sui alleverat Lipsius; nam Gr. Ἰτουραῖοι. Vide me ad Lucan. l. vii. 240. Junt. pr. *Scythios*. Ald. *Sythicos*, inepte. Oud.—3 Prave vox *unus* omissa est in Ed. Florid. Id.—4 Coll. Lips. Voss. *qui*: an scriptum fuit *p pro per?* mox Pich. *discurrunt*. Id.—5 Coll. Voss. *Sythis*. Id.—6 Ms. *annas-*

#### NOTÆ

que autumant, oriundo. Persæ dicti ante Darium victum ac deletum ab Alexandro: quod etiam nomen postmodum resumserunt, atque etiamnum servant, sicut et veterem prolixarum vestium morem.

<sup>t</sup> *Et frugum pauperes Ituræos*] Quippe qui montanam Cælesyriæ regionem habitant, neque agros colunt, ut testatur Strabo lib. xvi.

<sup>u</sup> *Et odorum divites Arabas*] Illos præsertim, qui Arabiam εὐδαίμονα incolunt, quæ propterea etiam dicta est ἀρωματοφόρος et λιβανοφόρος, a thure et aromatis, quorum ferax est.

<sup>w</sup> *Et ferri temperacula*] Nobis Gallis *trempes*, quibus nempe temperaculis

ferrum induratur, et fit chalybs.

<sup>w</sup> *Auri fluentia*] Arenas aureas, quas volvere Ganges dicitur.

<sup>x</sup> *Tamen in corpore color noctis est*] Id est, color niger. in Petron. Fragmento a Terentio Mauro relato:

Memphitides puellæ  
Sacris Deum paratæ,  
Tinctus colore noctis  
Manu puer loquaci, &c.

Strabo lib. xv. pag. 475. de Indis loquens, τῶν δ' ἀνθρώπων οἱ μὲν μεσημβρινοὶ τοῖς Αἰθίοψιν εἰσιν ἕμοιοι κατὰ τὴν χροιάν. κατὰ δὲ τὴν ὕψιν καὶ τὴν τρίχωσιν, τοῖς ἄλλοις. οὐδὲ γὰρ οὐλοτριχοῦσι διὰ τὴν ὑγρότητα τοῦ ἀέρος. οἱ δὲ βόρειοι τοῖς Αἰγυπτίοις. <sup>t</sup> Ex hominibus, Meri-

immensi dracones cum immanibus elephantis <sup>y</sup> pari periculo in mutuam perniciem concertant: <sup>7</sup> quippe lubrico volumine indepti <sup>8z</sup> revinciunt, et <sup>9</sup> illis <sup>a</sup> expedire gressum nequentibus, <sup>t</sup> vel omnino <sup>2</sup> abrumpere tenacissimorum serpentium squameas pedicas, necesse fit ultionem a ruina molis suæ <sup>3</sup> petere, ac retentores suos toto corpore oblidere. 2. Sunt apud illos et varia <sup>4</sup> colentium genera. Lubentius <sup>5</sup> ego de miraculis hominum, quam naturæ disseruerim.† Est apud illos genus, <sup>b</sup> qui <sup>6</sup> nihil amplius quam bubulcitare <sup>7</sup>

*ingentes dracones pugnant æquali discrimine cum immensis elephantis in exitium mutuum: eos enim complectentes colligant spiris viscosis, adeo ut, cum non possint extricare crura, aut ullatenus discindere laqueos squamosos draconum pertinacissimorum, cogantur vindictam querere lapsu sui vasti corporis, et obterere impeditores suos tota sua mole. Sunt quoque apud illos diversæ species incolarum. Ego libentius loquar de admirandis hominum quam de Naturæ. Est genus quoddam hominum inter illos, qui nihil aliud sciunt quam boves pascere: et propterea imposi-*



*centem.* Colvius.—7 Legit hic idem Modius, *consertant*, vel, *concurrant*, sed potius, *corruant*. Ego nihil rear mutandum. *Colv.*—8 Conjicit Colv. *implexi*. Vid. Not. Var.—9 Bene *et*, sed pro *sit* paulo post reponendum *fit*, ut monnit N. Heinsius ad Ovid. Met. l. xiv. 208. et viii. 72. Immo jam sic expressum in Bas. pr. quod Colvius sciens male neglexit. *Oud.*—1 Membranaæcus liber, *neque certantibus*. Colvius. Ms. *neque certantibus*, f. *nequitantibus*. Brantius. Tacite Elmenh. τὸ *nequentibus* quod est in Mss. et Edd. vett. mutavit in *nequeantibus*, me nequaquam probante. Pith. *neque certibus*, Ms. Lips. *neque certatibus*; hinc novum verbum fecit Brantius. *Oud.*—2 Sopingius non male conjecit *vel immo*. De quo Apuleianæ locutionis modo vid. Ind. Not. Id.—3 Ms. lib. *molis sui*. Colvius. Ut sit *moles sui*, quomodo sæpe Apul. vide ad Met. v. p. 323. b. Mox pro *retentores*, Pith. *recentiores*. *Oud.* † *Sunt apud ill....disseruerim*. Hæc omnia absunt ab antiquo nostro codice. *Colv.*—4 Pith. *avaritia*. Abest *et* Edd. vett. præter Junt. post. et Bas. sec. *Oud.*—5 Edd. vett. *libentius*. Id.—6 Vid. Not. Var.—7 Ms. *balbutire*. Colvius. Ful-

#### NOTÆ

dionales colore Æthiopiibus, aspectu <sup>y</sup> (per aspectum lineamenta oris et oculos intellige) ‘et capillo aliis persimiles sunt. nam propter aëris humiditatem non crispantur:’ (hæc in Siamensibus ab extremo orbe ad Ludovicum Magnum missis Oratoribus observavimus:) ‘Septentrionales Ægyptiis sunt similes.’

<sup>y</sup> *Immensi dracones cum immanibus elephantis*] Plinius lib. viii. cap. 11. ‘Elephantos fert Africa, &c. sed maximos India, bellantesque cum iis

perpetua discordia dracones, tantæ magnitudinis, ut et ipsos circumflexu facili ambient, nexuque nodi præstringant. Commoritur ea dimicatio: victusque corruens, complexum elidit pondere.’

<sup>z</sup> *Lubrico volumine indepti*] Colvius suspicatur *implexi*: nihil muto: ‘indipisci,’ est assequi, atque etiam occupare.

<sup>a</sup> *Et illis, &c.*] Malo *ut*, id est, adeo ut.

<sup>b</sup> *Est apud illos genus, &c.*] Indos

novere: ideoque cognomen<sup>8</sup> illis Bubulcis inditum. Sunt et mutandis mercibus calidi,<sup>9</sup> et obeundis præliis<sup>1</sup> strenui, vel sagittis eminus, vel ensibus cominus. Est præterea genus apud illos præstabile: <sup>2</sup> Gymnosophistæ<sup>3</sup> vocantur.<sup>c</sup> Hos ego maxime admiror: quod homines sunt periti, non propagandæ vitis, nec inoculandæ arboris,<sup>4</sup><sup>d</sup> nec proscin-

*tum est illis cognomen subsecutarum. Sunt etiam alii periti commercii faciendi, et alii fortes in subeundis certaminibus, sive missilibus e longinquo, sive gladiis e proximo. Est insuper excellens genus hominum apud eos; appellantur Gymnosophistæ. Ego hos præcipue miror: quia sunt viri gnari, non summittendæ vitis,*

//////////

vii liber, bubulcitatem. Elmenhorstius. Ed. Junt. post. *bubulcitare*. Oud.—8 *Ad cognomen*. Forte adeo cognomen. Colvius. *Ideoque cognomen il. b. ind.* Scaliger. Colvius adeo c. i. b. i. Flor. *idque a. c. b. i.* Vide Arrianum in Indicis p. 176. Elmenh. *Ideoque cognomen* primus Woverius edidit. Scaliger: *ideoque ad cogn.* Ante legebatur *idque ad cogn.* atque ita Ms. Hinc Colvius vel potius Lipsius, ut ex margine apparet, conjecit *idque adeo c.* Piccart. Peric. Crit. c. 16. *inde adeo*. Rycquius Primit. p. 160. *ideoque id c.* Bourdel. ad Heliod. p. 15. *idque idco cogn. illis Bubulci ind.* I. Isacius l. III. c. 17. *idque pro idcoque* dici contendit sive et ob id: ut sæpe ‘hoc,’ ‘illud,’ ‘quod’ ponuntur. Videndum an *ad cognomen* (tot een bijnaam) non sit Latinum satis. Oud.—9 Ms. cod. *commutandis*. Colvius. Pro *calidi* Crus. Prob. Crit. p. 260. legi vult *candidi*. Oud.—1 Ms. *ad obeundas prælia*. Colvius.—2 *Est pr. gens ap. il. præstabilis*. Bas. 1. cum aliis, *est pr. gens apud ill. præstabile*. Sed locus hic sic scribitur etiam in margarita Poëtica: ‘Est autem quoddam genus hominum præstabile, quos Gymnosophistas vocant.’ Colv. Flor. *gens a. i. præstabile*. Elmenhorstius. Accedunt Pith. et Ed. ante Colv. qui male e Ms. Lips. mutavit eum seqq. in *gens præstabilis*. Sed alterum bene jam revocavit Scriverius. Oud.—3 Coll. Lips. *qui vel quæ Gymn.* Vide ad l. xi. Met. *Id.*—4 Vetus, *inoculandus arbores*. Colvius. Codd. Lips. Pith. Edd. ante Bas. sec. *inoculandus arbores*, præter Ed. Junt. post. quæ dat

#### NOTE

in septem hominum genera dividit post Megasthenem Strabo lib. xv. Geogr. quorum primum est, quod hic Apuleius ultimum recenset, τῶν φιλοσόφων, Philosophorum: quos numero paucissimos esse ait: secundum τῶν γεωργῶν, Agricultarum: tertium τῶν ποιμένων καὶ θηρευτῶν, pastorum et venatorum: quartum τῶν ἐργαζομένων τὰς τέχνας καὶ τῶν καπηλικῶν, καὶ οἷς ἀπὸ τοῦ σώματος ἡ ἐργασία, Artificum, Institutorum, et corpore victum quærentium: quintum πολεμιστῶν, bellatorum: sextum ἐφόρων, inspectorum: quorum partes sunt, ut quæ aguntur inspiciant, et Regi omnia clam enun-

tient: septimum τῶν συμβούλων καὶ συνέδρων τοῦ βασιλέως, Consiliariorum et Assessorum Regis.

<sup>c</sup> *Gymnosophistæ vocantur*] Indorum Philosophos dividit idem Strabo post Megasthenem in Brachmanas et Germanas. Sed de his plura vide apud eum lib. xv. supra laudato. Gymnosophistas a Magis fluxisse affirmat Clearchus Solensis, in libro de Disciplina, ut refert Diogenes Laërtius, in Proœmio. Gymnosophistæ dicti sunt, quod nudi in solitudinibus Indiæ philosopharentur.

<sup>d</sup> *Inoculandæ arboris*] Inoculare, Columellæ Emplastrari, ἐνοφθαλμίζειν

dendi soli : non illi norunt arvum colere, vel uvam colare,<sup>e</sup> vel equum domare, vel taurum subigere,<sup>5</sup> vel ovem vel capram tondere vel pascere. 3. Quid igitur est? Unum pro his omnibus norunt. Sapientiam percolunt, tam magistri senes, quam discipuli minores.<sup>6</sup> Nec quicquam apud illos æque laudo,<sup>7</sup> quam quod torporem animi et otium oderunt. Igitur ubi, mensa posita, priusquam edulia apponantur, omnes adolescentes ex diversis locis et officiiis ad dapem<sup>8</sup> conveniunt, magistri perrogant,<sup>9</sup> quod factum a lucis ortu ad illud diei bonum fecerit.<sup>1</sup> Hic alius se commemorat inter duos arbitrum delectum, sanata simultate, reconciliata

*neque inserendæ arboris, neque arandæ terræ: non illi sciunt arare agrum, aut purgare aurum, aut subigere equum, aut domare taurum, aut tondere vel pascere ovem aut capram. Quid sciunt ergo? Unum sciunt loco horum omnium. Dant operam sapientiæ, tam veteres doctores, quam juniores discipuli. Et nihil tam commendo apud eos, quam quod aversantur desidium mentis et otium. Quando ergo, stratu jam mensa, universi juvenes confluant ad cibum ex variis locis et munüs, antequam dapes admoveantur, Doctores quærun, quodnam facinus laudabile unusquisque patriverit ab initio diei ad illam usque horam. Hinc unus refert se ascitum judicem inter duos, effecisse eos amicos ex inimicis, placato odio, restituta amicitia,*



cum Ms. alio *incolandæ*. Paris. *incolendæ*. Male. Adi Pyrrhum Stew. Wow. et Lexicon Rusticum Gesneri. *Oud.* Vid. Not. Var.—5 *Subjicere*. Veteris libri scripturam dedi. Vulg. *subigere*. Colvius. *Subigere*. Expressi lectionem Florent. codicis : in vulgatis est, *subjicere*. Elmenhorstius. Ms. Lips. Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. dant *subjicere* : ut Ovid. Met. l. xv. 617. ‘depresso subjectis bubus aratro.’ In membranis Florentinis est *subgere*, unde et *subdere* quis effingere posset. Severus Endel. de mort. boum vs. 33. ‘Plaustris subdideram fortia corpora Lectorum studio quo potui boum.’ Verum hæc verba *subjicere*, *subdere* non ita absolute ponuntur : quare omnino retinendum duco *subigere*. Horat. l. ii. O. 5. ‘nondum subacta ferre jugum valet Cervice.’ *Oud.*—6 Vulg. *juniores*. Minores, ut Majores. Supra: ‘major meus Socrates :’ et alibi. *Colv.* Flor. 2. *juniores*. Elmenhorstius. Recte Colv. cum seqq. e Ms. Lips. *minores*, at Flor. uterque et Edd. priores *juniores*, quod præferbat Piccartus c. 16. sed vide Misc. Obs. vol. v. t. iii. p. 111. et me ad N. 2. supra. Ovid. Met. l. vii. 477. ‘minorque, quam Telamon, Pelens.’ *Oud.*—7 Alii, *penes illos æque*. Verbum *laudo* in solo Romano codice erat. *Colv.* Pith. Edd. ante Colv. *æque ponens* illos. Sed et *laudo* abest a Ms. Lips. Edd. Ven. Ald. Juntinis, Bas. *Oud.*—8 Pith. *dapes*. Id.—9 In Margarita Poët. copula additur et *mag. perr.* Colvius. Accedit Pith. *Oud.*—1 Sc. quisque. Frustra *fecerint* oræ libri allevit Ampl. W. Goesius.

#### NOTÆ

Theophrasto, et emplastratio ipsa  
ἐνοφθαλμισμός.

<sup>e</sup> *Uvam [aurum] colare*] Purgare aurum : nempe, vel quod e fodinis extrahitur, vel quod inter Gangetis

arenas volvitur, vel quod micatim a magnis illis et vulpium similibus formicis eruitur, quas memorat Herodotus ; si tamen fides habenda est tantopotentosis formicis.

gratia, purgata suspicione, amicos ex infensis reddidisse: inde alius,<sup>2</sup> sese parentibus quidpiam<sup>3</sup> imperantibus obedi- disse: et alius, aliquid meditatione sua reperisse,<sup>4</sup> vel alterius demonstratione didicisse. Denique ceteri commem- orant. Qui nihil habet afferre,<sup>5</sup> cur prandeat, impransus ad opus foras extruditur.

NUM. VII. Alexandro illi, longe omnium<sup>6</sup> excellentis- simo regi, cui ex rebus actis et auctis cognomentum Magno inditum est,<sup>7</sup> ne vir, uti unicam gloriam adeptus, sine laude unquam nominaretur.<sup>8</sup> Nam solus a condito ævo,<sup>9</sup> quan- tum hominum memoria extat,<sup>1</sup> inexcuperabili imperio orbis auctus, fortuna sua major fuit: successusque ejus amplis- simos<sup>2</sup> et provocavit ut strenuus, et æquiparavit ut meritis,

*et diluta suspicione: illinc alius refert se morem gessisse parentibus suis jubentibus aliquid: atque alius se invenisse quidpiam sua cogitatione, aut illud comparavisse altero docente. Postremo reliqui referunt quid boni fecerint. Ille qui nihil habet quod secum afferat ad prandendum, impransus expellitur foras ad opus faciendum.*

*illi Alexandro, Regi multo præstantissimo omnium, cui cognomen Magni impo- situm est propter res ab ipso bene gestas et amplificatas, visum est ut ne ipse, qui solus acquisiverat illam laudem, appellaretur unquam absque encomio. Ipse enim unus ab initio temporum, quantum homines meminisse possunt, potitus invincibili dominatione mundi, fuit excellentior sua ipsius Fortuna, accessitque maximos ejus eventus ut vir fortis, et æquavit ut dignus, et prætergressus est ut ipsa superior:*



*Id.—2 Vulg. itidem alius. Colvius. Aldus, itidem alius. Elmenhorstius. Ante editum itidem al. ut est quoque in Pith. Sed Mss. Flor. Lips. Edd. Colv. et seqq. inde al. Ond.—3 Ms. quempiam: Margarita Poët. quidpiam. Colvius. Ms. Lips. cui accedit Pith. quæpiam, unde G. Vossius: f. quæpiam. Oud.—4 Idem Ms. repetisse. Colvius.—5 Etiam non displicet vulgata lectio, ad offerre. Colvius. Mss. Becich. Ep. 96. Edd. Junt. post. Colv. &c. habet adferre; reliquæ cum Pith. adofferre. Forsan, habeat offerre. Pro impransus apud Becichemum impensus. Oud.—6 Longe olim. Flor. longe omnium. Elmenhorstius. Et sic quoque Mss. et Edd. vett. At Colv. cum Vulc. Scal. Wow. olim. Male. Oud.—7 Vulgati plerique, magnum ind. est: Ald. Magni ind. est. Ceterum post illud, inditum est, libens posuerim asteriscum, indicem sententiæ imperfecta: videtur enim deesse placuit, aut simile quid. Colv. Becicheimns, Alexandri illius longe omnium excellentissimi regis. Id. in Addendis. Pith. Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. Magnum. Ald. Junt. post. &c. Magni, ut conjecit Heinsius. Sed Magno retinent bene ceteri Mss. quomodo passim loqui solent auctores et ipse Ap. supra N. 6. 'Iis cognomen Bubulcis inditum.' Si quid mutandum mallet Magnus. Vide ad Met. lib. 11. p. 122. b. et quo ibi lectorem ablego. Sed et Magnum retineri posset. Sic enim Piso apud Gell. lib. xv. 29. 'quia Tarquinium nomen esset:' ubi vide. Oud.—8 Ne iste unus eam gl. Alii, ne nisi unicam gl. Elmeuhorstius. Ne nisi . . . unquam. Vulg. ne vir. . . Ms. lib. nunquam. Colvius. Scribe: næ iste unus eam gl. a. n. s. l. nunquam nom. Wowerius. Vid. Not. Var.—9 Abest præpositio a Mss. Pith. Lips. Edd. Vic. Bas. Oud.—1 N. Heins. ad Ovid. mallet memoria restat. Non assen- tior. Id.—2 Ms. amplissimo. Colvius. Item Pith. Oud.—3 Ejus audent vel*



et superavit ut melior, solusque sine æmulo clarus; adeo ut nemo audeat ejus vel sperare virtutem, vel optare fortunam.<sup>3</sup> Ejus igitur Alexandri multa<sup>4</sup> sublimia facinora, et præclara edita<sup>5</sup> fatigaberis<sup>6</sup> admirando, vel belli ausa, vel domi provisa: quæ omnia aggressus est<sup>7</sup> meus Clemens,<sup>1</sup> eruditissimus et suavissimus<sup>8</sup> poëtarum, pulcherrimo<sup>9</sup> carmine illustrare. 2. Sed cum primis<sup>1</sup> Alexandri illud præclarum,<sup>2</sup> quod imaginem suam, quo certior posteris<sup>3</sup> proderetur, noluit a multis artificibus vulgo contaminari, sed edixit universo orbi suo, ne quis<sup>4</sup> effigiem regis temere assimilaret<sup>5</sup> ære, colore, cælamine: quippeni solus cam Poly-

*estque ipse unus celebris absque invidio: ita ut nullus audeat aut sperare ejus fortitudinem, aut cupere ejus sortem. Lassaberis erga mirando plurima excelsa facinora, et inclyta gesta illius Alexandri, sive ea quæ aggressus est militiæ, sive ea, quæ prudenter constituit domi. Quæ universa Clemens amicus meus doctissimus et jucundissimus poëtarum adortus est celebrare egregio poemate. At hoc factum Alexandri est maxime insigne, quod noluerit inquinari suam effigiem passim a plurimis opificibus, ut verior relinqueretur posteritati, verum vetuit per totum suum Imperium, ne quis temere effingeret imaginem Regis sive ære, sive pictura, sive cælatura: sed solus*

*sperare virt. vel opt. Fort. Sic correcte Basileæ postremo editum. Ms. ejus audeat virtutum, vel sp. fort. vel opt. Veteres editiones, audeat virtute ejus vel sperare fortunam vel optare. Colvius. Virtute ejus vel sp. fort. vel opt. Redigo in ordinem quæ nimium dissipata sunt: adeo ut nemo audeat virtutem ejus vel sp. vel fort. opt. Alexandro Magno data ista laus: sed cum a Q. Curtio Rufo simile omnino ἐγκώμιον eidem tributum viderim, verba ascribere placuit. 'Fatendum est tamen, cum plurimum virtuti debuerit, plus debuisse fortunæ, quam solus omnium mortalium in potestate habuit.' Scribo, in potestatem habuit: qua de re alias. Quod autem ad istum felicitatis titulum, memoriæ proditum a Solino Polyhistoro cap. 7. suo ævo necdum reperi tum fuisse, qui felix censi jure debuisset. Stewech. Colvii &c. lectionem servant etiam Mss. Florent. Becich. Ep. 96. Ed. Junt. post. Bas. sec. Sed Ms. Fulv. nemo aud. ejus virtutem vel sp., fort. vel adoptare. Propius ordini, quem servant Mss. Lips. Pith. atque Edd. reliquæ (nisi quod habeant virtute), legit Stewechius. Ut abest a Pith. Oud.—4 Ms. multi. Colvius.—5 Edicta lego, propter illud antitheton, 'domi provisa,' et post paulo, 'sed edixit universo orbi.' Unde Plin. lib. vii. capite 37. Horat. lib. ii. Epist. 1. Brant. Non male. Oud.—6 Edd. Vic. Junt. pr. Bas. fatigaveris. Id.—7 Verbum est deest vulgo. Colv.—8 Et suavissimus. Abest a coll. Voss. Oud.—9 Edd. Vic. Junt. utr. Ald. Bas. pr. pulcherrime. Id.—1 Quidam imprimis. Colvius.—2 Ms. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. illud pr. Al. Oud.—3 Pith. ceteris. Id.—4 Ne qui. Sic Edd. Roman. Vic. Junt. pr. Bas. pr. cum Heinsio. Vere. Vulgo ne quis, sed mox 'ne qui imaginem ejus temere assimilaret.' Sic passim, 'si qui.' Id.—5 Vulgo assimilaret. Elmenhorstius. Ed. l.*

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Meus Clemens*] Ignoratur ille Cleandro Magno, neque Poëtæ ulla nisi hic mentio est.

clctus<sup>6</sup> ære duceret,<sup>5</sup> solus Apelles coloribus delinearet,<sup>7</sup> solus Pyrgoteles cælamine excuderet.<sup>8</sup> Præter hos tres, multo nobilissimos in suis artificiis, si quis uspiam reperiretur alius sanctissimæ<sup>9</sup> imagini regis manus admolitus, haud secus in eum, quam in sacrilegum, vindicaturus.<sup>1</sup> Eo igitur omnium metu factum, selus Alexander ut ubique imaginum<sup>h</sup> suus esset: <sup>2</sup> <sup>i</sup> utque <sup>3</sup> omnibus statuis, et tabulis, et

*Polyclctus eam funderet ex ære, solus Apelles eam depingeret coloribus, et solus Pyrgoteles exprimeret cælatura. Professus, si quispiam alicubi deprehenderetur admovisse manus sacrosanctæ effigiei Regis, præter illos tres longe præstantissimos in suis opificiis, se animalversurum in eum non aliter, quam in sacrilegum. Hoc ergo timore incusso omnibus, effectum est, ut solus Alexander præstantissimus esset in omnibus suis simulacris: atque eadem virtus fortissimi Ducis, eadem indoles*

Colv. aliæque male, ut et mox, *assimularet*. Oud.—6 *Quin sæpe*. Scriptus codex *ipse*. Colvius. Rescribe ex v. c. *ipse solus*: quod et Becichemus vult. *Id. in Omiss.* Locus haud dubie mendosus, quem sic conatur emendare Fulvius: *quin se solus Polycl. &c.* Mibi vox *sæpe* videtur inducenda: quæ fortassis ab indocto aliquo in ora posita fuerit, ut notaret vocem *solus* sæpe hic repeti. *Sciopp. in Symb.*—7 *Delinearet*. Abest Ms. Lips. Edd. primæ *delimaret*. Al. *deliniaret*. Oud.—8 *Alii, excluderet*.—9 *Sanctissimi*. Repone ex Ms. cod. *sanctissimæ*. Colvius. Tacite Colvio obsecutus est Floridus, atque ita quoque Pith. Oud.—1 Pith. Lips. Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. *vindicaturum*: unde rectius Heinsius *vindicatum iri* divinavit. Alibi simili modo peccatum supra vidimus. *Id.*—2 *Summus esset*. ‘Summus,’ hoc est, excellentissimus, artificiosissimus: quamvis Fulvius malit: *unus esset*. Scioppius in Symbola. Fulvius, *unus esset*. Flor. 2. *simus e*. Male. *Elmenh.* *Summus*, i. e. excellentissimus, artificiosissimus, ut exponit Scioppius. Verum in Ms. Bembi extat *imaginis simus*, et *imaginum simus* in utroque Florentino, in Edd. Ald. Junt. post. *sumus*. Unde Ursinus maluit *unus*. Manganus vero tnetur lectionem Bem. junctim *imaginissimus, εικονικώτατος*, probante Contareno, qui tamen etiam conjecit *imaginis simillimus*, atque ita fere N. Heinsius *imaginum sui simillimus*, et simpliciter Floridus *im. similis*, quomodo etiam ad marginem Ald. ed. conjecit Groslotius. Perperam. Verissima enim est emendatio, quæ mihi statim ad lectionem *τοῦ simus* subnata est, quam insuper habet Heinsius, sed quam diu ante ad Met. i. p. 59. occupavit Pricæus, *suus*, i. e. se plane referens, et ubique *idem*, quod subjungit, atque sic etiam legit Is.

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Solus eam Polyclctus ære duceret*] Memoria lapsus est hic Apuleius, et Polyclctum pro Lysippo dixit. Sic enim Plin. lib. vii. cap. 37. ‘Alexander Imperator edixit, ne quis ipsum alius quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles sculperet, quam Lysippus ex ære duceret.’ Horatius, Epistolarum lib. ii. Epist. 1. ‘Edicto vetuit, ne quis se, præter Apellem,

Pingeret: aut alius Lysippo duceret æra Fortis Alexandri vultum simulantia.’

<sup>h</sup> *Ubique imaginum*] In omnibus imaginibus: qua forma dicitur ‘ubique gentium,’ pro apud omnes gentes.

<sup>i</sup> *Suus [summus] esset*] Fulvius habet *unus esset*, aperto et optimo sensu. Florent. codex, *simus esset*, corrupte:

tozeumatis<sup>4</sup> idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium<sup>5</sup> maximi herois,<sup>6</sup> eadem forma<sup>7</sup> viridis juventæ, eadem gratia relicinæ frontis<sup>8 k</sup> cerneretur. Quod<sup>9</sup> utinam pari exemplo philosophiæ edictum<sup>1</sup> valeret, ne qui<sup>2</sup> imaginem ejus<sup>1</sup> temere assimilaret: uti<sup>3</sup> pauci boni artifices, iidem<sup>4</sup> probe eruditi, omnifariam<sup>5</sup> sapientiæ studium contemplant;<sup>6</sup> nec rudes, sordidi, imperiti, pallio tenus philosophos imitaren-

*summi herois, eadem pulchritudo virentis juventutis, eadem venustas frontis capillis retro rejectis aperta aspiceretur in omnibus ejus signis, tabellis, et calaminibus. Atque utinam decretum Philosophiæ simili exemplo vigeret, ne ullus temere formaret ejus effigiem; ut pauci egregii opifices, et optime edocti, considerarent omnibus modis studium Philosophiæ: neve tirones, squalidi, ignari, referrent pallio Philo-*

Toussaintius in Conject. ad Lactant. de Mort. Persec. per Is. Cahai editis. Vide præter alios de hac elegantia locutione Gronov. Obs. lib. I. c. II. Ovid. Met. XIV. 166. 'Jam non hirsutus amictu Jam suus.' Burman. conjecit *primus*, addens has voces ita commutari apud Virg. Æn. lib. X. 476. Ovid. II. Fast. 594. 'Ubique imaginis,' quod est in Cod. Bemb. tueri possemus e lib. I. Met. p. 63. Pric. *ubique itineris*, sed ibi Pricæus malebat ex h. l. *itinerum*. Oud.—3 *Utique*. Corrige hic etiam, *utque*, suadente eodem cod. Colv. Pith. et Edd. ante Colv. *utique*, pro, saltem. Oud.—4 Edd. Vic. Junt. pr. Bas. *tozeumati*, item Ms. Pith. cui deest *et*. Id.—5 In Ms. Florent. recent. a manu sec. *genium*. Id.—6 *Maximi honoris*. Num, *maximi herois*? Colvius. Ita quoque conj. Heinsius d. l. et jam editum est a Florido. Mss. et Edd. *honoris*. Cur non *hominis*? Oud.—7 Pith. *fortuna*. Id.—8 Vid. Not. Var.—9 Pith. *quo*. Oud.—1 Vulg. *dictum*. Præcedentia scriptam lectionem, quam expressimus, veram vincunt. Colv. Sic quoque Becichem. ep. 96. Mss. et Edd. Junt. post. et Colvio posteriores. Antea in reliquis vitiose *phine dictum*. Non damno equidem penitus *rd dictum*. Passim enim 'dicere' idem notat, quod 'edicere:' ut in illo, 'tibi dico.' Oud.—2 Male Edd. Ald. Junt. post. *ne quis*. Id.—3 D'Orleans ad Tacit. Ann. I. p. 167. *et ut*. Lips. Cod. mox *boni pauci*. Id.—4 Pith. *id est*, nti conj. quoque Salmas. in margine libri sui. Id.—5 Ed. Scriv. *omnifarum*. Id.—6 Vulg. *contemplantur*.—7 Video, quid

## NOTE

fortasse reponendum, *similis esset*.

<sup>k</sup> *Gratia relicinæ frontis*] Superius tamen quasi vitium comæ posuit, quod esset relicina, 'laudans sese, quod erat et coma relicinus, et barba squalidus,' &c. de Marsya Satyro loquens: quem locum vide. At relicinæ frontis potest fuisse aliqua venustas, quæ non fuerit relicinæ comæ. Non video quid per 'relicinam frontem' intelligat, nisi amplam et apertam, qualis videtur, cum capilli retrorsum retrahuntur: sive, ut ipse loquitur, sunt

relicini. Et revera talis cernitur in Alexandri Magni numismatis.

<sup>1</sup> *Quod utinam pari exemplo p. ed. val. ne qui imaginem ejus, &c.*] Musonius, referente Herode Attico apud Gell. lib. IX. cap. 2. 'sed hoc potius dolori mihi et ægritudini est, quod istiusmodi animalia spurca atque probra nomen usurpant sanctissimum, et Philosophi appellantur,' &c. Vide reliquum illud caput. Observa hic in textu: 'ne qui imaginem ejus,' &c. pro, ne quis imaginem, &c.

tur,<sup>m</sup> et disciplinam regalem,<sup>7</sup> tam ad bene dicendum, quam ad bene vivendum repertam, male dicendo et similiter<sup>8</sup> vivendo contaminarent. Quod utrumque scilicet perfacile est. 3. Quæ enim facilior res,<sup>9</sup> quam linguæ rabies, et vilitas<sup>1</sup> morum; altera ex aliorum contemptu, altera<sup>2</sup> ex sui? Nam viliter semetipsum colere, sui contemptus est: barbære alios insectari,<sup>3</sup> audientium contumelia est. An non<sup>4</sup> summam contumeliam vobis<sup>5</sup> imponit, qui vos arbitratur maledictis optimi cujusque gaudere,<sup>6</sup> qui vos existimat mala et vitiosa verba non intelligere; aut, si intelligatis,<sup>7</sup> boni consulere? Quis ex rupiconibus,<sup>8</sup> bajulis,<sup>9</sup> tabernariis<sup>o</sup>

*sophos: et corrumpere regiam scientiam inventam et ad recte loquendum, et ad recte vivendum, prave loquendo, et pariter vivendo. Quæ ambo nimirum sunt facillima. Nam quid est facilius quam furor linguæ, et turpitudine vitæ; quorum alterum oritur ex spretu aliorum, alterum ex spretu sui ipsius? Nam excolere se ipsum abjecte, est aspernatio sui ipsius: persequi alios dictis ferociter, est dedecus auditorum. Nonne ille vobis infert maximum dedecus, qui credit vos delectari obtreactionibus omnium probissimorum, qui putat vos non capere verba maligna et prava, vel, si ea capiatis, non graviter ferre? Quis ex rusticis, bajulis, et institoribus est adeo infans, ut, si vo-*



sibi velint ista, sed possit quis suspicari legendum: *disciplina regulam*: quam nihil muto. *Sciopp. in Symb.* Alii, *disciplina regulam*. Elmenhorstius. Hoc tacite in textum intrusit Wower. Omnino male. Philosophia ab ethnicis habita est disciplinarum Regina. Sic 'regia prudentia' dixit Noster de Phil. Mor. p. 625. Flor. βασιλική. *Oud.*—8 *Simulter malim. Brant.* Inepte. *Oud.*—9 Addidere Elmenh. *Scriv.* Flor. τὸ ἐστὶν, quomodo video extare in uno Florent. Sed elegantius subintelligitur, quare cum Mss. ceteris et Edd. rursus delevi. *Id.*—1 *Lips. tab. et vilitas.* *Id.*—2 *Alter ex al. c. alter.* Margarita Poëtica duobus locis hic legit, *altera*, pro *alter*. Colvius. Ms. utrobique legit: *altera*, rectissime. *Scioppius in Symbola.* Florent. *alterum e. a. c. alterum.* Elmenhorstius. Scribe ex Fulv. *altera*. Wowerius. Vid. Not. Var.—3 Fulvius mavult: *rabide alios.* Scioppius in Symbola. Idem Cod. *rabide*. Wowerius. Errat Wower. E conj. tantum Ursinus hic maluit *rabide*, ut respondeat 'rabiei,' quemadmodum 'viliter' respondet 'vilitati.' Audacter tamen sic edidit Wower. atque ita quoque W. Goesius margini allevit, vel pro *rabies* supra, *barbaries*. Perperam. *Oud.*—4 Mss. Flor. Lips. *at non.* *Id.*—5 *Lips. nobis.* *Id.*—6 *Qui vos arbitr. maledictis o. c. g.* Hæc omnia sunt in veteri codice scripto. *Cote.*—7 *Ed. Junt. post. per e.* *Oud.*—8 Ms. *rupiconibus*. Colvius.—9 Pith. *Ed. Vicent. bajulis.* *Oud.*—1 Sic vetus cod. Vulg.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Pallio tenus philosophos imitantur*] Quemadmodum ille apud Gellium, lib. ix. cap. 2. supra laudato, cui Herodes Atticus miranti, quod se Philosophum primo statim aspectu non agnosceret, 'Video,' inquit, 'bar-

ham et pallium. Philosophum non video,' Pallium Philosophorum fuisse amictum, notius, quam ut probandum sit.

<sup>n</sup> *Quis ex rupiconibus*] 'Rupicones' hic Apuleius vocat, quos Festus 'ru-

tam infans est, ut, si pallium accipere velit, disertius maledicat? <sup>1</sup> p

NUM. VIII. Hic enim plus sibi <sup>2</sup> debet, quam dignitati: <sup>3</sup> quanquam nec hæc <sup>4</sup> illi sit cum aliis promiscua. Nam ex innumeris hominibus pauci senatores, <sup>5</sup> ex senatoribus pauci nobiles genere, <sup>6</sup> et ex his consularibus pauci boni, <sup>7</sup>

*lucrit capere pallium, non obtrechet eloquentius?*

*Nam hic plura tibi debet quam suæ dignitati: quamvis ea non sit ipsi communis cum aliis. Ex infinitis enim hominibus, pauci sunt Senatores, inter Senatores pauci sunt clari stirpe sua, atque inter illos viros Consulares pauci sunt probi, atque*



*disertis: quod jam malim. Paulo post pro tibi scripserim sibi. Colvius. Fulv. quin si p. disertis m. Elmenh. Ut si p. acc. v. disertius non maledicat. Hæc sic tacitus concepit Wowerius, quem non nominans ita quoque edidit Floridus. Mss. et Edd. Colvii ceteræque posteriores disertius maledicat. Edd. priores disertis maledicat. Ursinus legit quin, si, &c. disertis maledicat. Hæc certe Apuleii mens est. Disertis quoque prætulit Colv. Oud.—2 Colvius ad N. sup. extr. sibi, et eo non nominato Floridus: quod et ego malim. Id.—3 Tò hæc abest a vet. cod. Colv.—4 Ed. Flor. p. sunt sen. cui bono? Oud.—5 Ex sen. p. nob. g. et ex hic consularibus. Vereor ut gradus hic scalæ sui adsint omnes. Fulvius certe nonnullos intercidisse, eosque sic reponendos esse putat: pauci nobiles genere, ex nobilibus pauci consules, et ex his consularibus pauci boni. Sed est causa cur non temere assentiar. Scioppius in Symbolu. Fulvius ex ingenio auget: e. s. p. n. ex nobilibus pauci consules, et ex his. Elmenhorstius. A. Gronovius in Misc. Obs. vol. v. t. III. p. 112. nob.*

#### NOTÆ

pices, in verbo 'Petrones.' 'Petrones,' inquit, 'rustici fere dicuntur, propter vetustatem, et quod deterrima quæque ac prærupta . . . Jam agri petrae vocantur, ut rupices itidem....' facile est supplere, a rupibus. Sed et apud Tertullianum pluribus in locis hoc vocabulum legere est: in De Pallio: 'Ille apud rupicem et sylvicolam et monstrorum eruditorem scrupæ schola eruditus:' in Apologet. cap. 21. 'rupices et adhuc feri homines.'

o *Tabernariis*] Hinc 'tabernariæ blanditiæ,' id est, absurdæ, triviales, sordidæ. In Apologia, 'cur autem tam absurdis, tamque tabernariis blanditiis subagitarem,' &c.

p *Disertius maledicat*] Sive legas *disertius* (quod magis mihi probatur) sive *disertis*, certe supplendum est τὸ non, quod incuria Libratorum exci-

dit, legendumque ut, si pallium accipere velit, disertius non maledicat? Nempe, quam illi palliati nebulones, qui se Philosophos immerito jactitant, nec quicquam possunt nisi meliores carpere.

<sup>1</sup> *Hic enim plus sibi [tibi] debet, quam dignitati*] Quem alloquatur, et de quo loquatur intelligere per fragmenti hujus brevitate non licet. Hoc nnum satis patet ex sequentibus, enim, de quo loquitur, Senatorem esse Patricii generis, Consularem virum, probum et eruditum. Clarior tamen videbitur sensus, si loco *hic enim plus tibi debet*, legatur *hic enim plus sibi debet*, hoc est, suis ipsius virtutibus.

<sup>2</sup> *Ex senatoribus pauci nobiles genere*] Permulti enim e plebeiis familiaribus erant assumti.

et adhuc ex<sup>6</sup> bonis pauci eruditi. Sed, ut loquar de solo honore,<sup>7</sup> non licet insignia ejus vestitu vel calceatu<sup>8</sup> temere usurpare.<sup>5</sup>

NUM. IX. Si qui<sup>9</sup> forte in hoc pulcherrimo cœtu ex illis invisioribus<sup>1</sup> meis malignus sedet; quoniam, ut<sup>2</sup> in magna civitate, hoc quoque genus invenitur, qui meliores obtrectare malint,<sup>3</sup> quam imitari, et quorum similitudinem desperent,<sup>4</sup> eorum affectent<sup>5</sup> similitatem: scilicet ut, qui suo nomine obscuri sunt, meo<sup>6</sup> innotescant: si qui igitur ex illis<sup>7</sup> livedinis<sup>8</sup> u splendidissimo huic auditorio<sup>9</sup> velut quædam macula sese<sup>1</sup> immiscuit; velim, velim<sup>2</sup> paulisper suos oculos per hunc incredibilem concessum<sup>3</sup> circumferat: con-

*etiam inter probos pauci docti sunt. Verum, ut dicam de sola ejus dignitate, non est fas temere sumere ipsius notus sive in vestimentis, sive in calceamentis.*

*Si forte aliquis malignus, ex illis meis invidis, sedet in hac præclarissima corona; quia in ampla urbe reperitur etiam hæc species hominum, qui malint male loqui de præstantioribus se, quam eos æmulari: et qui studeant odisse illos, quibus non sperent se evasuros pares: nempe ut ipsi, qui non sunt cogniti suo nomine, noscantur meo: si ergo quispiam ex iis libitiniis permiscuit se huic illustrissimo cœtui quasi quædam macula; cupiam ut circumducatur tantisper oculos per hanc stupendam*

//////////

*g. et ex his pauci consulares et ex cons. Cur non potius? nob. g., ex nobilibus pauci consulares, ex cons. Oud.—6 Deest τδ ex Pith. Id.—7 Fulvius conjicit legendum de sapientie honore. Scioppus in Symbola. Si quid in tam incertis fragmentis mutandum, malim solido, i. e. veræ virtutis honore. V. Ind. Not. v. 'solidus.' W. Goesius ascripsit heroë. Oud.—8 Edd. aliquot calciatu. Id.—9 Al. Si quis.—1 Ed. Bas. pr. et il. inv. Oud.—2 Vulgo deest ut.—3 Pith. obtract. Lips. malunt. Oud.—4 Ed. Elmenh. desperem. Id.—5 Edd. Colvio priores et Scriv. eorumdem cum Pith. et Sch. Canneg. Pro affectent Pith. afferte. Id.—6 Uti qui s. n. o. s. meo. Ms. ut qui suo no. obsc. s. me. Colvius. Edd. Scriv. Flor. ut qui. Oud.—7 Abest ex a Bas. pr. Id.—8 Vid. Not. Var.—9 Ed. Ald. adjutorio. Oud.—1 Pith. Lips. Sch. Canneg. Ed. Vicent. se. Id.—2 Coll. Voss. velim in. Pith. vel et. Scilicet optime Sch. Canneg. Edd. Vicent. et Scriv. habent per ἐπιζευξω relim, velim: ut sæpissime Noster. Vide ad Met. lib. 1. pag. 30. b. Id.—3 Ed. Scriv. male concessum. Id.*

#### NOTÆ

<sup>5</sup> Non licet insignia ejus vestitu vel calceatu temere usurpare] Nempe latum clavum, et lunulatos calceos; hæc enim insignia erant Senatorum.

<sup>4</sup> Quorum similitudinem desperent, eorum affectent similitatem] Paronomasia.

<sup>u</sup> Ex illis livedinis [libitinis] Fulvii liber, teste Wowero, habet lividis, hoc

est, invidis, optime. Quod si tamen eadem moti religione, qua Wowerus, nihil mutare velimus, 'libitinas' per metonymiam et metaphoram dictos intelligere debemus obtrectatores illos et invidos, qui ad libitinariorum, libitinæ ministrorum, exemplum alienam mortem expetunt, quasi quæstum facturi ex ea.

templatusque frequentiam tantam, quanta ante me in auditorio philosophi nunquam visitata<sup>4</sup> est, reputet cum animo<sup>5</sup> suo, quantum periculum conservandæ existimationis hic adeat, qui contemni non consuevit; cum sit arduum et oppido difficile, vel modicæ paucorum expectationi satisfacere: præsertim mihi, cui et ante parta existimatio, et vestra de me benigna præsumtio, nihil quicquam sinit negligenter<sup>6</sup> ac<sup>7</sup> de summo pectore<sup>w</sup> hiscere. Quis enim vestrum unum mihi<sup>8</sup> solœcismum ignoverit?<sup>9</sup> quis vel unam<sup>1</sup> syllabam barbare pronuntiatam donaverit?<sup>2</sup> quis incondita et vitiosa verba temere, quasi delirantibus obo-rientia, permiserit blatterare? Quæ<sup>3</sup> tamen aliis facile, et sane meritissimo<sup>4</sup> ignoscitis. 2. Meum vero unumquodque dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis,<sup>5</sup> ad limam et lineam certam redigitis, cum torno et cothurno

*turbam auditorum, et considerata tanta multitudine, quanta nunquam conspecta est in auditorio Philosophi ante me, recogitet apud se, quantum discrimen tuendæ famæ hic subcat, etiam qui non solitus est sperni; cum sit arduum et summo opere difficile, explere vel mediocrem expectationem paucorum: præcipue mihi, cui et fama jam acquisita, et bonæ opinio, quam de me præconcepistis, nihil prorsus permittit effutire per incuriam, atque ex suprema parte pectoris. Nam quis ex vobis mihi condonaverit vel unum solœcismum? quis remiserit saltem unum syllabam prolatam rustice? quis siverit pronuntiare voces incultas ac corruptas, quæ temere in buccam veniunt, veluti delirantibus? Quæ nikilonianus libenter condonatis aliis, et jure quidem. At vero perpendicularis severè, diligenter pensitatis, et reducitis ad certam limam et regulam singula mea verba, atque denique confertis ea cum torno et cothurno. Humilitas*

—4 Ed. Junt. post. et alia usitata, sed male. Vide super hoc loco Donsam Plant. Lect. lib. iv. cap. 25. Id.—5 Ms. omni animo. Colvius. —6 Nihil non q. s. negligenter. Vulg. diligenter. Colvius. Sch. Caneg. Edd. ante Colv. nihil non quicquam s. diligenter. In Colvii lectione me sensum non percipere fateor. Hinc non eiecere Scriv. et Florid. Sed Edd. Vulc. Scal. Wower. Elmenh. dant, ut in Mss. esse videtur, nihil ne quicquam s. negligenter. [At Wower. illud nequicquam inter typhothetarum σφάλαματᾶ retulit, proque eo correxit quicquam. J. Bosscha.] W. Goesius allevit margini: nihil quicquam s. indiligenter. Oud.—7 Aut, melius. Brant.—8 Lips. Ed. Junt. post. mihi unum. Oud.—9 Non habet Ms. et potest abesse. Colr. —1 Invenleavit hic rursus Floridus mihi post τὸ quis contra Mss. et Edd. Oud.—2 Coll. Voss. et alia Lips. donavit. Id.—3 Sch. Caneg. qua.—4 Ms. cod. inertissimo. Colvius.—5 Romani codicis scriptura presensiculatis. Ex quo scribi posse videbatur, perpendicularis. Colvius. Male. Infra N. 23. scripta

## NOTE

<sup>w</sup> De summo pectore] Hoc est, leviter, et absque profunda meditatione. <sup>x</sup> Cum torno et cothurno iterum com- paratis] Id est, vultis ut politum sit, Opponitur τῶν ἴμο pectore, quasi torno elaboratum esset, et præ- Delph. et Var. Clas. Apul. 3 H

iterum comparatis.<sup>6x</sup> Tantum habet vilitas<sup>7</sup> excusationis, quantum<sup>8</sup> dignitas difficultatis. Agnosco igitur difficultatem meam, nec deprecor, quin sic existimetis. Nec tamen<sup>9</sup> vos parva quædam et prava similitudo falsos animi habeat:<sup>y</sup> quoniam quædam, ut sæpe dixi, palliata mendicabula<sup>z</sup> obambulant. Præco cum proconsule<sup>1</sup> et ipse<sup>2</sup> tribunal ascendit,<sup>a</sup> et ipse togatus illic videtur;<sup>b</sup> et quidem per diu stat,<sup>3</sup> aut ambulat, aut plerumque contentissime<sup>4</sup> clamat: enimvero ipse proconsul<sup>5</sup> moderata voce rarer, et sedens loquitur, et plerumque de tabella legit.<sup>c</sup> Quippe præconis vox garrula, ministerium est; procon-

*tam est excusabilis, quam sublimitas est ardua. Perspicio ergo difficultatém meí incepti: neque vos oro ut secus reputetis. Nihilominus exigua quædam et prava similitudo non debet vos decipere: quia, ut frequenter monui, quidam mendici incedunt cum palliis. Ipse Præco conscendit tribunal una cum Proconsule, et ipse conspicietur quoque ibi in toga; et certe diu stat vel incedit, vel sæpissime clamat maximo nisu: at ipse Proconsul loquitur voce temperata, raro, et ex sella, et sapius pronuntiat ex tabella. Etenim vox garrula Præconis est officium ejus ministerií. Tabula vero Proconsulis est decretum: quod, cum semel pronuntiatum est, neque*

//////////

enim pensulatis et examinatis.<sup>7</sup> *Oud.*—6 Vid. N. Var.—7 Bas. 2. *utilitas*. Colvius. Flor. 2. l. h. *utilitas, quantum dignitas*. Elmenhorstius.—8 *Quantum non agnoscent Flor. membranæ. Elmenh.* Nec male. *Oud.*—9 Ms. cod. *nec tam*. Colvius.—1 Ms. *proconsul*. Colvius. Pith. *proceres*. *Oud.*—2 Pith. *et ipsa*. Id.—3 *Perdius legerim. Brantius.* Ita quoque legi voluit Pricæus ad Met. lib. xi. Sed *perdiu* valet, valde diu. Non enim per diem totum præco perstat. Sic ‘permaxime’ lib. x. de quo vide Falst. Supplem. Ling. Lat. *Oud.*—4 Ms. *contentissime*. Colvius.—5 Idem, *proceres ipse*. Id.

#### NOTÆ

terea, ut sit grave, sententiosum, ac dignum cothurno, hoc est, tragædia.

<sup>y</sup> *Nec tamen vos parva quædam et pr. sim. f. a. habeat*] Cum nempe videbitis philosophastrum quempiam, mihi pallio tenui similem, vestrum hunc suggestum conscendere, et multa, ac me plura, voce etiam contentiore, ac summa cum impudentia delaterare.

<sup>z</sup> *Palliata mendicabula*] Barba tenuis et pallio Philosophi.

<sup>a</sup> *Præco cum proconsule et ipse tribunal ascendit*] Ut reos et accusatores ac testes citet, quod ejus munus erat.

<sup>b</sup> *Et ipse togatus illic videtur*] Nec mirum. Præcones enim a Consulibus legebantur ex civibus Romanis, quibus omnibus jus erat togæ.

<sup>c</sup> *Et plerumque de tabella legit*] Innuit morem antiquum, quo Judices de tabella sententiam pronuntiabant in noxios. Pontianus Diaconus, in Vita Cypriani: ‘His dictis decretum ex tabella recitavit, Thassium Cyprianum gladio animadverti placet. Sanctus Cyprianus hæc audiens dixit: Gratias ago Deo,’ &c. Tertull. in Apologetico: ‘Quid de tabella recitatis illum Christianum? Cur non et homicidam.’



sulis autem tabella, sententia est: quæ semel lecta, neque augeri litera una, neque autem minui<sup>6</sup> potest: sed utcumque recitata est, ita provinciæ<sup>7</sup> instrumento refertur. Patior et ipse in meis studiis aliquam, pro meo captu, similitudinem. Nam quodcumque ad vos protuli,<sup>8</sup> exceptum illico et lectum est: nec revocare illud, nec autem mutare,<sup>9</sup> nec emendare mihi inde quicquam licet. Quo major religio dicendi habenda est: <sup>1</sup> et quidem non in uno genere studiorum. Plura enim mea extant in Camœnis, quam Hippicæ in opificiis, opera.<sup>2</sup> Quid<sup>3</sup> istud sit, animo<sup>4</sup> attendatis: diligentius, et accuratius disputabo.<sup>5</sup>

*potest produci vel una litera, neque vero contrahi: sed quomodocumque est pronuntiatum, sic inseritur tabulario Provinciæ. Ego quoque pro meo modulo experior aliquid simile in meis exercitationibus. Quicquid enim pronuntiare coram vobis, statim excipitur et recitatur: nec jam possum illud retractare, neque vero immutare, neque etiam corrigere quâpiam ex eo. Quo fit ut scrupulosior debeam esse in dicendo: atque id quidem non in una tantum specie studiorum. Nam plura existunt mea opera in Musis, quam Hippicæ in artificio. Advertite studiosius animum: et ego edisseram diligentius quid hoc sit.*

—6 Ed. Wower. aut imminui. D'Orleans ad Tacit. lib. XII. Ann. p. 643. conjecit *authenticò*, quod Græci vocant ἀρχέτυπον. Oud.—7 Scriptum exemplar, provinciis. Colvius.—8 Ms. Fulv. Edd. ante Colv. *protuli ad vos*. Oud.—9 *Nec ante mutare. Lego, nec demutare.* Brantius. Malim scribere *nec autem mutare*. Colvius. Sic supra 'neque autem minui:' conjecturam Colvii, vel potius Lipsii, tacite recepit Wower. atque ita videtur esse in Mss. Florent. Priores Edd. et Pith. habent *nec ante*, Ms. Lips. *ne ante*. Salmas. conj. *neque autem*. Stewech. voluit *nec inde*: nam statim 'inde quicquam.' sed τὸ *inde* non comparebat in Pith. et Edd. vett. præter Junt. post. Bas. sec. Vulcanius conj. quoque *nec immutare*. Oud.—1 Pro *habenda est* Lips. *est hab.* Id.—2 Vel *opificis*, vel *opera* legendum videtur. Sciopp. in *Symb.* Fior. *operibus*, male. Elnenh. *Opificis* f. quod et Scioppio placitum postea comperi. Brant. Hoc rursus Wowerio debetur, ut divinavit etiam Scioppius, vel *opificis* cum Brantio. Sed Mss. O. et Edd. vett. servant *opificiis operibus*. Vulcanius delendum censebat *opificiis*. At si alterutra vox glossema est, videtur esse potius *operibus*, quod censebat Wower. ad Petron. c. 91. Alii adjectivum hic rectius esse censent. Posset et scribi *opificii*, sive manuum. Oud.—3 Pith. *quod*. Id.—4 Coll. Lips. *si animo*. Id.—5 Pith. *disputando*. Id.

# APULEII MADAURENSIS

## FLORIDA.

### LIBER II.

Is <sup>1</sup> Hippias e numero Sophistarum est, artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus: ætas illi cum Socrate: <sup>a</sup> patria Elis: <sup>b</sup> genus ignoratur: <sup>2</sup> gloria vero magna, fortuna modica: sed ingenium nobile, memoria excellens,

*Hippius ille est unus ex Sophistis, superior omnibus numero artium, quas callebat, nemini cedens facundia: æqualis fuit Socratis: oriundus ex Elide; nescitur ejus prosapia. Fama ejus fuit ingens, opes exiguæ: at ingenium præclarum, et memoria præstans: studuit diversis rebus, et habuit plurimos invi-*

1 Sic Wower. cum sequentibus. At Colv. Vulc. Scal. habent cum Mss. et: Edd. priores ut. Forte *hic*. Wowerius ad Petron. c. 91. omnino delet hanc voculam. *Oud.*—2 *Patria vel genus ign.* Scriptus codex, *patriæ genus*. Forte potius, *patris genus*: nam patriam ejus non ignorari, aperte arguit Cicero, cum Eleum dicit: *enjus locum jam jam dabo*. Certe si vulgata lectio germana est; parum caute scripsisse Auctor noster censi debet. *Colv. Patria Ælis*. Sic postliminio ex Florent. Ms. in quo erat *patrielis* bono Sophistæ patriam redonavi: in vulgatis inepte legitur *patria vel genus*. Elmenhorstius. *Pass. Eleus*. Cic. l. III. de Orat. f. *Velus*. Groslotius. *Patria Elis*, verissima est correctio Antonii Quærengi apud Vincent. Contar. l. I. V. L. c. 30. quam non sibi arripere debuerat Elmenhorstius, licet adjutus a Ms. Florent. Jam docuit Colvius, Hippium Elide fuisse natum e Cicerone. Adde Quintil. l. III. Inst. Or. c. 1. ‘Hippias Eleus,’ ubi vide. G. Vossius maluit *patrium genus*. Mss. Lips. Pitl. *patriæ genus*. Hinc sine dubio tacite

#### NOTE

<sup>a</sup> *Ætas illi cum Socrate*] Floruit enim circa Olympiadem 84. et Socrates natus anno 4. Olympiadis 77. obiit anno 1. Olympiadis 95.

<sup>b</sup> *Patria Elis*] Sic bene restituit

Elmenhorstius ex Ms. Florent. in quo erat corrupte *Patrielis*. Eleum fuisse Hippium patet ex loco Ciceronis mox citando.

studia varia, æmuli multi. Venit Hippias iste<sup>c</sup> quondam certamine Olympio Pisam,<sup>d</sup> non minus cultu visendus, quam elaboratu mirandus. Omnia, secum quæ habebat, nihil eorum emerat,<sup>3</sup> sed suis sibi manibus confecerat: et indumenta, quibus indutus, et calceamenta, quibus erat inductus,<sup>4</sup> et gestamina,<sup>e</sup> quibus erat conspicuus.<sup>5</sup> Habebat indutui ad corpus tunicam interulam tenuissimo textu, triplici licio,<sup>f</sup> purpura duplici: <sup>g</sup> ipse eam sibi solus domi tex-

*dentis. Hic Hippias venit olim Pisam ad ludos Olympicos, non minus conspicendus suo ornatu, quam admirandus quod illum ornatum ipse fabricasset. Nihil comparaverat ex iis omnibus, quæ habebat secum, sed ea fabricaverat suis propriis manibus, tum vestes, quibus vestitus erat, tum calceos, quibus erat calceatus, tum etiam gestamenta, quibus insignis erat. Habebat ad vestiendum corpus interiorem tunicam textu subtilissimo, filo triplici, ostro duplici: ipse*

Wower. edidit patria et genus. Falsissimo. Oud.—3 Pro emerat Pith. memorat. Id.—4 Hæc postremæ editionis lectio. Veteres, quib. cr. insutus. Colvius. Becichemus, indutus. Id. in Addendis. Aldus, Insutus. Elmenhorstius. Insutus. Quia Sutores sunt proprie calciarii. Pyrrh. Mss. Florent. Lips. et non solum Ed. Bas. sec. ut putat Colv. sed etiam Ed. Junt. post. habent *inductus*. Rectissime, uti jam monuit Becichemus Ep. 97. qui tamen et *indutus* coniecit. Vide ad Met. l. II. p. 159. b. et l. VII. p. 460. a. Oud.—5 *Conspicatus*. Malim recentiore scripturam, *conspicuus*. Ald. *conspicuas*. Colvius. Becichem. *conseptus*, vel, *conseptatus*. Minus bene. Id. in Add. Rom. *conspicatus*. Elmenhorstius. *Conspicuus* habent quoque Cod. Florent. Edd. Junt. post. Bas. sec. *Conspicatus* est in Ms. Lips. Sch. Canneg. Edd.

## NOTE

<sup>c</sup> *Venit Hippias iste, &c.*] Idem refert Cicero lib. III. de Oratore: 'Ex quibus Eleus Hippias, cum Olympiam venisset, maxima illa quinquenniali celebritate ludorum; gloriatus est, cuncta pæne audiente Græcia, nihil esse in ulla arte rerum omnium, quod ipse nesciret. Nec solum has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, Geometriam, Musicam, Literarum cognitionem, et Poëtarum, atque illas quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de Republica dicerentur; sed annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse.' Idem refert Plato in Hippiâ: et D. Hieronymus, in Epitaphio Nepoti-

ani.

<sup>d</sup> *Pisam*] Quæ urbs est Elidis ad Alpheum amnem: quam juxta celebratos fuisse ludos Olympicos jam observavimus ad 1. lib. Metamorphos.

<sup>e</sup> *Et gestamina*] Gestamen est quicquid geritur, puta scipio, annulus, arma, &c. Virgil. lib. III. Æneid. 'Ære cavo clypeum, magni gestamen Abantis, Postibus adversis figo.' Hic intelligit annulum, ampullam oleariam, et strigilem, de quibus infra.

<sup>f</sup> *Triplici licio*] Plin. lib. VIII. cap. 4. 'pluribus vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit.'

<sup>g</sup> *Purpura duplici*] Hoc est, bis

uerat. Habebat cinctui<sup>6</sup> balteum: quod genus pictura Babylonica,<sup>7</sup> miris coloribus variegatum:<sup>8</sup> nec in hac eum opera quisquam adjuverat. Habebat amictui pallium candidum, quod superne circumjecerat:<sup>9</sup> id quoque pallium comperitur ipsius laborem fuisse.<sup>1</sup> 2. Etiam pedum tegumenta crepidas<sup>2</sup> sibimet compegerat,<sup>3</sup> et anulum in læva aureum faberrimo signaculo,<sup>4</sup> quem ostentabat:<sup>5</sup> ipse

unus eam sibi contexerat domi. Habebat cingulum, quo se cingeret, quadam specie picturæ Babylonice, distinctum admirabilibus coloribus. Neque ullus locurat ipsi operum in hoc opere faciundo. Habebat, ad se operiendum, pallium album, quod sibi superinjecerat: notum est etiam illud pallium fuisse ejus opus. Confecerat quoque sibi ipsi crepidas ad calcandos pedes, et fabricarat anulum aureum, quem gestabat in sinistra manu, sigillo solertissime fabricato, quem anulum sapius



Rom. Ven. Vic. Junt. pr. Bas. pr. Vulcanius et Salmasius ascribere constipatus. Sed conspicuus rectum est. Vide Indicem. Oud. Ascriptum video Schedis Oudendorpianis: An, *conspicatu*? J. Bosscha.—6 Vulgo, *cinctus*, male. Elmenh.—7 Forte, *quotgenus*. Nota ex Martiali: ‘Babylonica picta superbe Texta, Semiramia quæ variantur acn.’ Brant. Forsan recte. Oud.—8 Ms. cod. *varietatum*. Colvius.—9 Pith. *circumierat*. Oud.—1 Aldus: *cooperatoris*. Elmenhorstius. Ms. idem, *coptois ipsius laboravisse*. Unde præ-

staret scribere, *compertoris ipsius laborem fuisse*. Pallium ipsius Hippiaë, qui artem compertam habebat, laborem fuisse; ab ipso textum. Si *cooperatoris* retinendum est; tum scribendum putem, *cooperatoris ipsius laborem fugisse*: hoc est, neminem eum in pallio conficiendo adjuvisse, cooperatorem nullum in hoc opere fuisse. Sic Lucianus contra de Prometheo: *Συνειργάζετο δέ τοι καὶ ἡ Ἀθηναῖ ἐμπνέουσα τὸν πηλὸν καὶ ἔμφυχα ποιούσα εἶναι τὰ πλάσματα*. Colv. *Comperitur ipsius laborem fuisse* primus edidit Vulcanius, et extare videtur in Cod. Florent. si excerpta non fallunt. Sed antea edebatur *cooperatoris* sine sensu. Ms. Pith. *copertoris*. Sch. Canneg. *cohopatoris*. In utraque con-

jectura Colvii deest verbum finitum. G. Vossius *compertum est ipsum laboravisse*. Salmas. *compertum est ipsius lab. f.* Malim ego simpliciter vel *comperimus*, vel, *compertum, manus ipsius laboravisse*. Amabant enim Veteres, ‘manibus’ hanc gloriam dare. Hinc passim ‘manus lanifica,’ et Dejanira mitens vestem Herculi ait apud Sophocl. Trach. vs. 600. *δῶρημα τῆς ἐμῆς χερός*. Oud.—2 Per appositionem. Malim tamen, si per Msos liceret, scribere *et in ped.* Id.—3 Idem vet. *compleverat*: post in Romano cod. *etiam anulum*. Colvius. Rom. Editioni accedunt Lips. Pith. Sch. Canneg. Fulv. *anulum*, ut passim. Oud.—4 Idem Ms. *figiculo*. Numquid, *figuraculo*? Colvius. Fulvii liber *faberrimo figuraculo*. Elmenhorstius. In Fulvii Cod. *fab. figuraculo*. Signaculum *ἀποσφράγισμα*. Wower. Atqui videtur demum de signaculo seu *σφραγίσματι* referre, cum ait ‘gemmam insculperat.’ Coll. Lips. Voss. *fra-*

#### NOTÆ

infectam purpura, quo durabilior esset color ejus.

<sup>a</sup> Quod genus pictura Babylonica] Plin. lib. VIII. cap. 48. supra citato. ‘Colores diversi picturæ intexere

Babylon maxime celebravit, et nomen imposuit.’ Martialis: ‘Babylonica picta superbe Texta, Semiramia quæ variantur acu.’

ejus annuli<sup>6</sup> et orbiculum circulaverat, et palam<sup>7</sup> clausurat,<sup>1</sup> et gemmam insculpserat.<sup>8</sup> Nondum ejus omnia<sup>9</sup> commemoravi. Enim non<sup>1</sup> pigebit me commemorare, quod illum non puditum est ostentare: qui magno in cœtu<sup>2</sup> prædicavit, fabricatam sibimet<sup>3</sup> ampullam quoque oleariam,<sup>k</sup> quam gestabat, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate: juxtaque<sup>4</sup> honestam strigileculam,<sup>1</sup> recta fastigatione<sup>5</sup> clausulæ,<sup>m</sup> flexa tubulatione<sup>6</sup> ligulæ; <sup>n</sup> ut et ipsa

*ostenderat: ipse et rotundaverat circum illum annuli, et concluserat palam, et clausurat lapidem. Nondum recensui omnia ejus. Enimvero non gravabor recensere quod ipse non erubuit jactare; qui in ampla corona dixit se fabricasse lecythum olearium figura lentis, circuitu rotundo, planiore gibbositate, quem secum ferebat: et una cum eo, strigileculam mundam recta depressione clausulæ, incurvato canali-*

*berr. frigaculo.* Colv. novum finxit verbum, quod tamen confirmatur a Ms. Fulv. *Oud.*—5 Ed. Bas. pr. *ostendebat.* Id.—6 Ed. Junt. post. *anulum.* Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Ed. Vicent. *insculpserat.* *Oud.*—9 Pith. Sch. Canneg. Edd. ante Colv. *omnia ejus.* Id.—1 *Etenim non.* Ex eodem rescribendum, *Enim non.* Colvins. Recte. Ita habent etiam Pith. Ed. Vicent. At Sch. Canneg. *Enim non non,* et sic solet Noster. Adi ad Met. l. iv. p. 254. b. ‘Enim vos bonæ frugi latrones:’ et alibi: infra hoc ipso fragm. ‘Enim sic natura comparatum est.’ *Oud.*—2 Priores editiones cum Ms. *inceptu.* Colvins. Florentin. *inceptu,* male. *Elmenh.* Ed. Junt. post. jam habet in *catu,* ex Beeichemi emendatione Ep. 97. Sopingius in *septo.* Pro *prædicavit* Pith. *prædictum.* *Oud.*—3 Vulgo, *semet sibi.* *Elmenhorstins.* Mss. Florent. Lips. habent solum *sibimet;* et ita *Elmenh.* Scriv. Flor. Edd. sed tum mallem *fabricatam* passive. Vide Ind. Not. Deest hoc participium in Coll. Voss. et alia Lips. *Oud.*—4 Ms. cod. *juxtaque.* Colvins.—5 Idem, *tecta fastigatione cylanle;* Bas. I. cum aliis aliquot: *recta fatigat. claus.* Colvins. Mss. Fulvii: *cylanle.* Colvii: *Cylanle.* Latet quippiam. *Scioppins in Symbola.* Flor. et Fulvii liber *fastigatione cylanle.* Quod non intelligo. *Elmenh.* Leg. *recta fastigatione,* sive, *fastigatione.* Modius. *Fastigatione* cum Beeich. Ep. 97. habent Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. et seqq. In Edd. prioribus et Ms. Pith. *fatiga-*

## NOTÆ

*Et palam clausurat]* Ita legendum prorsus, non *paleam,* ut in quibusdam editionibus. Pala pars illa est annuli, in qua gemma includi solet. *πέλος* et *πεαλις,* Græcis, Cic. lib. iii. Offic. ‘ibi cum palam ejus annuli ad palmam converteret, a nullo videbatur.’

<sup>k</sup> *Ampullam quoque oleariam]* Græcis *λήκυθος* est ampulla olearia, qua oleum in balnea ferebant, quo se mgerent.

<sup>1</sup> *Strigileculam]* Diminutivum stri-

gilis, quæ Græcis *στριγγίς.* Erat autem instrumentum, quo sudorem in balneis destringebant: unde et nomen sumsit. Strigilis enim a stringendo. Figuram tum lecythi, tum strigilis vide apud Mercurialem De Re Gymnastica. Ferrea fuit ut plurimum strigilis. Unde Plantus, in Stycho rubiginosam dicit, quod ferri vitium est. ‘Rubiginosam strigilem, ampullam rubidam, Parasitum inanem, quo recondas reliquias.’

<sup>m</sup> *Recta fastigatione clausulæ]* Clau-

in manu capulo motaretur,<sup>7</sup> et sudor ex ea rivulo laberetur. Quis autem non laudabit<sup>8</sup> hominem tam numerosa arte multiscium? totjugi<sup>9</sup> scientia magnificum? tot utensilium peritia Dædalum?<sup>10</sup> Quin et ipse<sup>1</sup> Hippiam laudo: sed ingenii<sup>2</sup> ejus fœcunditatem malo doctrina, quam supellectilis multiformi instrumento æmulari: fateorque, me<sup>3</sup>

*culo ligulæ; ut et ipsa in manu retineretur manubrio, et sudor rivuli instar flueret ex ea. Quis vero non prædicabit virum peritum tot artium? clarum tot scientiis? solemem fabricatione tot utensilium? Certe ego quoque laudo Hippiam. Verum malo ubertatem ejus ingenii imitari scientiâ, quam variis instrumentis supellectilis.*

//////////

*tionem: sed optime Florentinæ membranæ et Lips. et Edd. Vic. fastigationem: ut bene citat Wower. ad Petron. c. 91. 'cum linteis et strigilibus.' Atque ita semper scribi debet a 'fastigare.' Vide Drakenb. ad Sil. v. 50. Perizon. Misc. Obs. vol. VII. p. 458. et not. ad Cæs. lib. II. de B. G. c. 9. Oud. Vid. Not. Var.—6 Legunt quidam subulatione: alii cumulatione.—7 Al. movaretur.—8 Vulg. quis tum. Colvius. Lege: laudabit. Wowerius. Pith. Sch. Canneg. Edd. ante Colv. quis tum non laudavit. E Ms. Lips. autem reposuit Colvius et Wowerius; dein laudabit e conjectura, ut debuit. Oud.—9 Sch. Canneg. Edd. Vic. toti jugi. Ald. Bas. pr. totijugi; quod placuit una dictione Beicichemo Ep. 97. et A. Gronovio Misc. Obs. vol. v. t. III. p. 112. sed male; adi ad Met. lib. II. p. 150. b. Id.—1 Male Ed. Floridi ipsum. Id.—2 Recte postremo ita cœsum. Ante, ingenti. Dictionem doctrinæ retulerim ad instrumentum. Instrumentum doctrinæ, ut Instrumentum supellectilis. Coteius. Scribend. sed ingenii ejus fœ. malo doctrina. Stewechius. Fulvius mavult: multiforme instrumentum. Non probo. Apuleius enim more Tulliano instrumentum appellat apparatus, et mundum sive copiam, atque se malle habere multiforem apparatus doctrinæ, quam supellectilis. Scioppius in Symbola. Perperam et contra Mss. voluit Ursinus multiforme instrumentum: nec bene Stewech. quem Scriv. et Flor. secuti sunt doctrina. Instrumentum doctrinæ est apparatus, ut recte Colvius et Scioppius interpretantur. Immo ipse Auctor sic usus est in Apolog. p. 100. Ed. Pric. 'doctrinæ instrumentum et eruditionis memoriam: ubi vide Pric. qui tamen ad p. 23. hic legit et doctrinæ q. sup. m. inst. gloriari. Frustra. Oud.—3 Deest Pith.*

#### NOTÆ

sulam hic intelligere videtur manubrium strigilis duplex, cui manus inserebatur, ne elabi posset inter destringendum: cujus quidem manubrii laminæ duæ aliquando non parallelæ inter se, sed ab altera parte propinquiores erant, quam 'fastigationem' dicit: fastigiatum enim est fastigii instar inclinatum, ut videre est apud Vitruvium pluribus in locis: aliquando parallelæ, ut in strigilibus a Mercuriali exhibitis.

<sup>n</sup> Flexa tubulatione ligulæ] Ligulam

voCAT partem strigilis, quæ sudorem destringebat, quæ, ut ex ipsa strigilis figura conspiceretur, incurvata erat, et præterea introrsus cava tubi in morem.

<sup>o</sup> Dædalum] Dædalus, Δαιδάλεος, artificiosum sonat, ingeniosum, atque etiam varietate spectabilem. Unde Lucretio, 'dædala tellus,' lib. I. 'Tibi suaves dædala tellus Summittit flores.' Hinc appellatus Dædalus Icarî pater, Labyrinthi artifex.

sellularias<sup>4</sup> quidem artes<sup>p</sup> minus callere: vestem<sup>5</sup> de textrina emere; baxeas<sup>6</sup> istas<sup>q</sup> de sutrina præstinare: enimvero annulum nec gestare; gemmam et aurum juxta ac plumbum<sup>7</sup> et lapillos nulli<sup>8</sup> æstimare: strigilem et ampullam,<sup>9</sup> ceteraque balnei utensilia nundinis mercari. 3. Prorsum<sup>r</sup> enim non eo infitias, nec radio, nec subula, nec lima, nec torno,<sup>r</sup> nec id genus ferramentis uti nosse:<sup>2</sup> sed pro his præoptare me fateor, uno chartario calamo me reficere poemata omne genus, apta virgæ,<sup>s</sup> lyræ,<sup>t</sup> socco,<sup>u</sup> cothurno:<sup>w</sup> item satiras, ac gryphos:<sup>3</sup> x item historias varias rerum:

*Et confiteor quidem me nescire artes sordidas: atque comparare vestimentum ex textoris officina: emere hæc calceamenta ex officina sutoris: at ne ferre quidem annulum: nihili facere lapides pretiosos, et aurum, non secus ac plumbum, et calculos: emere in nundinis strigilem, et lecythum, atque reliqua instrumenta balnei. Plene enim non nego me neque scire uti radio, neque subula, neque lima, neque torno, neque ejusmodi instrumentis ferreis: verum horum loco fateor me malle scribere una penna omnimoda carminum: idonea ramo, cytharæ, comædiæ, et tragædiæ: præterea satiras, et ænigmata: insuper diversas rerum historias, atque etiam*

*Id.—4 Ed. Vic. selluarias. Id.—5 Al. veste. Vid. N. Var.—6 Alii libri habent buxeas, alii bacchas: sed buxeas leges, quas Gallice vocamus galloches. Pyrrhus. Male. V. Indicem. Oud.—7 Deest ac Sch. Canneg. et Ed. Flor. Id.—8 F. nihili. Burm. Sed nulli pro nullius. Oud.—9 Pith. ampollam. Id.—1 Ms. Lips. Ed. Flor. prorsus. Id.—2 Idem, ferramenti ut i osse. Colvius. Male Lips. Cod. ferramenti, et Pith. Sch. Canneg. Edd. Vicent. Junt. pr. Ald. Bas. pr. ferramenta: nam cetera præcesserunt in sexto casu. Accusativus synecdochicus id genus fraudi fuit. De eo vide ad Met. lib. xi. p. 771. b. Statim ' poemata omne genus,' ubi eadem Edd. cum Codd. Lips. Pith. Sch. Canneg. omnigenus. Oud.—3 Becichem. Ep. 97. Junt. post. et Bas. sec. gryphos. Male. adi Colvium. Item Sat. ac Gr. desunt in Coll. Voss.*

## NOTE

<sup>p</sup> *Sellularias quidem artes]* Sellulariæ artes sunt sordidæ, quarum nempe artifices sedentes opus faciunt, veluti sutores, sartores, &c.

<sup>q</sup> *Baxeas istas]* Lib. II. Metamorphos. ' et cum dicto juvenem quempiam linteis amiculis intectum, pedesque palmeis baxeis indutum, &c. producit in medium,' ad quem locum vide quæ diximus, pag. 172.

<sup>r</sup> *Nec radio, nec subula, nec lima, nec torno]* Radius instrumentum est textoris: subula sutoris: lima fabri ferrarii, tornus fabri lignarii.

<sup>s</sup> *Apta virgæ]* Digna, quæ in thea-

tro aut conviviis recitentur a pueris lauri ramum seu myrti virgam manu gestantibus, qui ideo βαββφδολ et στιχφδολ Græcis dicti sunt. Vide Lips. Elector. lib. I. cap. 28. Intelligi etiam possent Bucolica, quæ pastores canerent greges virga compellentes.

<sup>t</sup> *Lyræ]* Lyrica carmina.

<sup>u</sup> *Socco]* Comædias.

<sup>w</sup> *Cothurno]* Tragædias.

<sup>x</sup> *Gryphos]* Sic scribe per i, non per y. Gryphi sunt ænigmata perplexa et flexuosa, dicta a similitudine nassæ piscatoriæ viminibus textæ, quæ pisces ita capiuntur et claudun-

nec non orationes<sup>4</sup> laudatas disertis, nec non dialogos laudatos philosophis,<sup>5</sup> atque hæc et alia<sup>5</sup> ejusdem modi tam Græca, quam Latina,<sup>6</sup> gemino voto, pari studio, simili stylo. Quæ utinam possem equidem<sup>7</sup> non singillatim<sup>8</sup> ac discretim, sed cunctim et coacervatim<sup>9</sup> tibi, Proconsul, vir optime, offerre; ac prædicabili testimonio tuo<sup>1</sup> ad omnem nostram Camœnam frui! non hercule penuria laudis, quæ mihi dudum integra et florens per omnes antecessores tuos ad te reservata est;<sup>2</sup> sed quoniam nulli me<sup>2</sup> probati-

*declamationes probatas eloquentibus viris, et colloquia probata Philosophis, eaque et alia similia me componere et Græce et Latine duplici studio, æquali diligentia, simili scribendi genere. Quæ utinam possem tibi exhibere, o Proconsul, optime vir, non seorsim quidem ac separatim, verum generatim et congestim; et accipere tuum honorabile testimonium de tota mea doctrina! Neque hoc certe cupio ex inopia famæ, ea enim mihi jam diu conservata est inviolata et clara apud omnes tuos prædecessores usque ad te; verum, quia a nemine cupio magis laudari, quam ab eo,*



Lips. *Id.*—4 Al. *rationes.*—5 Lips. Sch. Canneg. Edd. ante Colv. *alia et Lips. hujusmodi.* Sch. Canneg. *ejusdemmodi.* Oud.—6 Sch. Canneg. *Græce q. Latine.* *Id.*—7 Ms. cod. *possim me quidem.* Colvius. Emendo *possem equidem:* nam quod ediderunt, *post se me quidem,* autumo factum non vigilantibus, sed somniantibus operis. *Steweckius.* Sch. Canneg. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *post se me quidem.* Becich. Ep. 97. *possem quidem.* Lipsius, *possim equidem.* Groslot. *possem equidem.* Lego *potis sum vel potessum equidem:* ut sæpe apud Plantum, et alibi in Nostro. V. Ind. Not. *Oud.*—8 Male *sigillatim* rescripsit Colvius pro *singulatim* vel *singillatim*, ut est in membranis Florentinis, Sch. Canneg. Ed. Vicent. et Mss. O. de Deo Socr. Adi ad Met. lib. VII. p. 501. b. *Id.*—9 Sic recte ultima editio: ante erat, *cunctim et concertatim.* Ms. *cuncti mea concertatim.* Colvius. Fulvii conjectura: *junctim et confertim.* Illud, *junctim,* probo. *Scioppius in Symbola.* *Coacervatim vel ductim, f. vincim.* Groslotius. In Coll. Voss. Lips. pro *et est ea.* Bene autem Becich. Ep. 97. Edd. Junt. post. et Bas. sec. cum seqq. *coacervatim* ediderunt. Sic enim extat in Mss. Florent. et Coll. Voss. At Lips. Pith. Sch. Canneg. et Edd. vett. *concertatim.* Oud.—1 *Tò tuo* abest a vulgatis. *Elmenh.* Sed extat in Mss. Florent. Coll. Voss. Lips. et Edd. Eln. Scriv. Flor. *Oud.*

#### NOTE

tur, ut sese postmodum extricare non possint, quæ nassa Græcis γρίφος dicitur. Gell. Noct. Attic. lib. II. cap. 2. 'aliosque id genus griphos neminem posse dicere, nisi se, dissolvere.' Hi griphi sæpius etiam versibus scripti erant, ut indicat lib. X. Athenæus. Hinc et Ausonius nomen indidit Gripho, 'numeri ternarii,' pœmatio intricato de variis ternarii nu-

meri proprietatibus.

<sup>5</sup> *Dialogos laudatos philosophis]* In quibus nempe Dialogis res philosophicas tractaret, more Platonis sui Magistri.

<sup>2</sup> *Reservata est]* Hoc compositum nihil aliud sonat hic, quam simplex servata est, quemadmodum supra 'reficere pœmata,' pro facere.



orem volo, quam quem<sup>3</sup> ipse ante omnes merito probo. Enim sic<sup>4</sup> natura comparatum<sup>5</sup> est, ut eum, quem laudes, etiam ames: <sup>6</sup> porro<sup>7</sup> quem ames,<sup>a</sup> etiam laudari<sup>8</sup> te<sup>9</sup> ab illo velis. Atque ego me dilectorem<sup>1</sup> tuum profiteor: nulla tibi privatim, sed omni publicitus<sup>2</sup> gratia obstrictus. 4. Nihil quippe a te impetravi, quia nec postulavi. Sed philosophia me docuit non tantum<sup>3</sup> beneficium<sup>4</sup> amare, sed etiam maleficium: magisque iudicio<sup>5</sup> impartire,<sup>6</sup> quam commodo inservire: et quod in commune expediat malle, quam quod mihi.<sup>7</sup> Igitur bonitatis tuæ diligunt plerique fructum, ego studium. Id quod facere<sup>8</sup> adorsus sum,<sup>9</sup> dum modo rationem tuam in provincialium negotiis contem-

*quem ego jure laudo præ cunctis. Enimvero sic constitutum est a natura, ut diligas quoque eum, quem magni facis, ceterum cupias probari ab eo, quem diligas. Ego vero profiteor me amantem tui, devinctus tibi nullo quidem peculiari beneficio, sed omnibus quæ in Republicam contulisti. Nihil enim obtinui a te, quoniam ne petii quidem. At didici, Philosophia magistra, non solum diligere beneficium, sed injuriam quoque: et plus tribuere rationi, quam studere meæ utilitati: et præoptare id, quod utile est Republicæ, quam quod mihi. Plerique ergo amant commodum, quod perceperunt ex tua benignitate, ego vero amo ejus affectum. Quod ego aggressus sum facere, dum considero tuam moderationem in rebus incolarum hujus provinciæ,*



—2 Lips. *me nulli.* Id.—3 Scripta hæc et postremum edita lectio. In aliis, *quamquam.* Colvius. Edd. vet. *quamquam* præter Junt. post. et Bas. sec. ex monitu Becich. Ep. 97. *Oud.*—4 Male in Bas. II. *sic enim.* Notavi supra. *Colv.* Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. *sic enim.* Male. V. supra hoc N. *Oud.*—5 Perperam in Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. esse *comprobatum,* monuit Jam Becich. Ep. 97. *Id.*—6 Pith. Edd. eadem et Aldi, et *ames.* Id. —7 Ms. vet. *p̄.* Colvius. Tâ *Porro quem ames* non habet Ed. Elmenh. *Oud.* —8 Trunca lectio quæ vulgata ante, *laudari ab illo velis.* Colvius. A Pith. Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. et sec. exulat *etiam.* *Oud.*—9 Neque hanc vocem videas in Edd. Basill. *Id.*—1 Quid si, *debitorem.* Brantius. Non male per se, sed totius orationis nexus hic alterum flagitat. *Oud.*—2 Vetus lib. cū *publ.* Colvius.—3 Rom. cod. *neque tantum.* Idem.—4 Coll. Voss. Lips. *beneficia.* *Oud.*—5 Vulgati omnes, excepto Bas. II. *magnoque iudicio.* Sed scripserim, *magisque iudicio.* Colvius. Aldus, *magnoque i.* Elmenhorstius. Sic Mss. Becich. Ep. 97. et Colv. ceterique recte. *Magisque* jam extat in Edd. Junt. post. et Bas. sec. in reliquis *magnoque* et *iudicio,* quæ vox exulat a Junt. post. *Oud.*—6 Ante Colv. habent Edd. *impertire.* Id.—7 Ms. *quod nihil.* Colvius. Quod abest, si Coll. Voss. fides habenda. Mox pro *bonitatis* Pith. *bonitati.* *Oud.*—8 Omnes ante editi, *Idque fac.* Colvius. Item Pith. *Oud.*—9 Scriptus liber, *adortus sum.* Colvius. Flor. *adortus* s. Elmenhorstius. Item Ed. Junt. post. frequenti confusione. Adi ad Frontin. II. 5.8. At

## NOTE

<sup>a</sup> Porro quem ames] Ex editione huic loco. Scriveriana inserta sunt hæc verba

plor,<sup>1</sup> qua<sup>2</sup> efflictim<sup>3</sup> amare te debeant, experti, propter beneficium; expertes, propter exemplum. Nam et beneficio multis commodasti, et exemplo omnibus profuisti.<sup>4</sup> Quis enim a te non amet discere, quam moderatione obtineri queat tua ista gravitas jucunda,<sup>5</sup> mitis austeritas, placida constantia, blandusque vigor<sup>6</sup> animi? Neminem proconsulum, quod sciam,<sup>7</sup> provincia Africa magis reverita<sup>8</sup> est, minus verita: nullo, nisi tuo anno,<sup>c</sup> ad coercenda peccata plus pudor quam timor valuit. 5. Nemo te alius

*qua factum est ut te ardentissime diligere debeant: et ii, qui experti sunt eam, ob benefacta, quæ a te acceperunt; et ii qui non sunt experti eam, ob exemplum, quod eis dedisti. Multis enim profuisti benefactis tuis, et juxisti cunctos tuo exemplo. Nam quis non gaudeat doceri a te quo temperamento possit acquiri tua ista gravitas suavis, clemens severitas, lenis firmitas, et mite robur animi? Nullum ex suis Proconsulibus provincia Africa plus honoravit, et minus formidavit. Nullo anno, nisi tuo, pudor habuit majorem vim ad cohibenda delicta, quam metus. Nullus*



rectius scribitur adorsus. V. Ind. Not. Oud.—1 Vulgatum ante, dum moderationem t. in pr. n. q. quam effectim. Qua ratione, id est, quam ob rationem: ut Qua re, quam ob rem. Colv. Colvium secuti sunt posteriores atque ita habent Mss. ut dummodo notet idem quod simplex dum. Verum Edd. Vett. exhibent dum moderationem. Nempe discretim scribendum erat dum modo rationem tuam. Id adorsus sum, simulac, sive considerata modo agendi tua ratione in administratione provinciæ. Pith. dummodo de ratione tua. Oud.—2 Hoc bene Colv. atque ita jam Edd. Vic. Junt. post. cum Mss. Aliæ quam. Id.—3 Coll. Voss. Lips. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. effectim: Pith. effectius. Unde Sopingius conjecit affectim, sive cum affectu. Frustra. Frequens Nostro est ‘efflictim amare.’ Adi ad Met. l. iii. p. 201. a. Id.—4 Pith. præbuiti. Id.—5 Gratia, vita jucunda. Lipsio placet scribere, gravitas jucunda. Colvius. Receptit id Floridus et jam ante probavit Acidalius ad Vellei. Paterc. l. ii. c. 98. ‘mores vigore ac lenitate mixtos.’ Et sane e seqq. ‘mitis austeritas,’ &c. patet Auctorem hic captasse Oxumoron, ut temperamentum hoc indicaret. Sic de Deo Socr. ‘severa gratia, torvo decore.’ Auson. Parent. ii. 6. ‘Et gravitas comis lætaque serietas.’ Ibid. ix. 23. ‘Læta, pudica, gravis,’ &c. Vell. Pat. ii. 127. ‘virum severitatis lætissimæ.’ In Mss. tamen et Edd. O. est tua ista gratia, vita jucunda. Vita antem sæpe vitæ rationem notat. Oud.—6 Ms. blandumque vigorem. [Error typotheætæ est, rigorem pro vigorem, ut est in ejusdem Msti Coll. Voss. J. Bosscha.] Verisimilis valde conjectura maximæ spei adolescentis J. Dousæ filii, blandusque rigor. Colvius. Flor. legit, blandumque vigorem, expuncta voce animi. Donsa filius, blandusque rigor a. Elmenhorstius.—7 Ed. Vicent. scientia. Oud.—8 Vulg. magna reverita. Colvius. Certe Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Aldi,

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Tua ista gravitas jucunda] Sic optime Lipsius ex his vocibus gratia vita jucunda restituit gravitas jucunda. Ratio patet conferenti quæ sequuntur

‘mitis austeritas,’ &c.

<sup>c</sup> Nisi tuo anno] Proconsules enim, sicut et plerique alii Romanorum Magistratus, annui tantum erant.

pari potestate sæpius profuit, rarius terruit: nemo simillio-rem virtute filium adduxit. Igitur nemo Carthagini proconsulum diutius fuit.<sup>d</sup> Nam etiam eo tempore, quo provinci-<sup>9</sup>am circumibas, manente nobis Honorino,<sup>1</sup> minus sensimus absentiam tuam, quanquam te magis desideraremus.<sup>2</sup> Paterna in filio æquitas, senilis<sup>3</sup> in juvene prudentia,<sup>4</sup> consularis in legato auctoritas. Prorsus omnis virtutes tuas ita effingit<sup>5</sup> ac repræsentat, ut medius fidius admirabilior esset in juvene, quam in te patre<sup>6</sup> laus:<sup>e</sup> nisi eum tu talem dedisses: quo<sup>7</sup> utinam perpetuo liceret frui! Quid nobis

*alius, præter te, eadem potentia frequentius juvit, rarius pavefecit. Nullus secum adduxit gnatum sibi simillio-rem virtute. Ideoque nullus ex Proconsulibus diutius mansit Carthagini. Illo enim quoque tempore quo peragrabas provinciam, relicto Honorino apud nos, non satis sensimus tuam absentiam, ut te plus ipso optarem. Est in filio justitia parentis, in adolescente consilium senis, in legato auctoritas Consulis. Sic plane exprimit atque exhibet cunctas tuas dotes, ut profecto gloria ab eo acquisita mirabilior foret in illo juvene, quam in te: nisi tu eam talem tribuisses ipsi: qua utinam possemus semper potiri! Quorsum nobis hæc mutationes*

//////////

Bas. Vitiose, monente jam Becich. Ep. 97. Oud.—9 *Provincias.* Provinciam cum Mss. Florent. et Lips. rectius edidere Elmenh. Scriv. Flor. Id.—1 Ms. *Honōc.* Colvins. Flor. *Honoro non.* Elmenhorstius. Pith. *Honorinon.* Oud.—2 *Minus sens. abs. t. quam ut te magis des.* Tò ut in Ms. Cod. non est. Forte, *qua te magis desid.* Qua, id est, ob quam. Sed magis placet Lipsiana lectio, *quanquam te mag. des.* Colvins. Vid. Not. Var.—3 *Vet. senis.* Colvins. Pith. *semel.* Oud.—4 *Prudentia.* Flor. *in juvene auctoritas c. I. l. prudentia.* Elmenhorstius. Coll. *Voss. auctoritas prudentia.* Pith. *semel in juv. auctoritas, prudentia consularis in legato auctoritas.* Oud.—5 *Idem, effigit.* Num effigiat? Sed bona vulgaris scriptura. Colv. Recte, *quanquam et Pith. effigit.* Oud.—6 *In te parta.* Idem, *vite.* Colvins. Lego, *in te patre laus.* Quid pote melius? Brant. Vir doctus ad marg. Ed. Junt. legit *in juvene nata vel orta.* Sed optime Brantii conjecturam exhibuit Scriverius. Comparat enim patrem et filii. Oud.—7 *Eam t. t. dedisse, qua.* Dii illis mortuis, qui ad eum modum Apuleii illa depravarunt: emendo: *nisi eum tu talem dedisses, quo.* Pater Severianus Africanus proconsul missus filium secum adduxerat Honorinum legatum: hujus virtutes Auctor omnimodis commendat, immo æquiparatur ipsi patri, denique innit Carthaginienses nihil ita velle, quam ut Honorino isto, tali patre nato, frui liceret perpetuum. *Stewech.* Ven. et Ms. *dedisses.* Alii, *dedisse.* Colvins. Vulgo, *nisi eum t. t. d. qua.* Elmenhorstius. Optime restituit Stewech. et edidere *eum* Elmenh. ac Scriver. quos miror *qua*

#### NOTE

<sup>d</sup> Igitur nemo Carthagini proconsulum diutius fuit] Quippe cum etiam absens, quo tempore provinciam circumibas, Carthagini præsens fueris per filium Honorinum, quem ibi reliqueras tui simillimum.

<sup>e</sup> Admirabilior esset in juvene, quam in te patre [parta] laus] Emendat Brantius *quam in te patre.* Quo quid melius? juvenem opponit patri: huic accedo lubens.

cum istis proconsulum vicibus? quid cum annis<sup>3</sup> brevibus, et festinantibus mensibus? O celeres<sup>9</sup> bonorum hominum dies! O præsidum<sup>1</sup> optimorum citata curricula! Jam te, Severiane, tota provincia desideramus.<sup>2</sup> Enimvero Honorinum et honos suus ad præturam vocat, et favor Cæsarium<sup>f</sup> ad consulatum format, et amor noster inpræsentiarum tenet, et spes Carthagini<sup>3</sup> in futurum spondet: uno solatio freta exempli tui, quod qui legatus mittitur,<sup>g</sup> proconsul ad nos cito reversurus<sup>4</sup> est.

NUM. X. Sol qui micantem<sup>h</sup> candido curru atque equis  
Flammam citatis fervido ardori explicas:  
itemque<sup>5</sup> luminis ejus Luna discipula,<sup>6i</sup> nec non quinque

*Proconsulum? quare anni sunt adeo breves, et menses adeo celeres? O properantia tempora proborum virorum! O veloces Magistratus optimorum præfectorum! Jam tota nostra provincia te sibi creptum dolet, o Severiane. Atenim virtus Honorini invitæ cum ad præturam, et gratia Imperatorum præparat eum ad Consulatum, et noster amor nunc retinet, et spes Carthagini promittit eum nobis in posterum: nixa unico solamine tui exempli, quoniam qui mittitur legatus, brevi redit ad nos Proconsul.*

Sol, qui expandis ferventi æstu ignem cornscantem Curru candenti, et equis velocibus: insuper Luna imitatrix ejus lucis, et quinque aliæ virtutes planetarum:

//////////

reliquisse, sine sensu. *Ond.*—8 Pith. *qui c. a. Id.*—9 Vetus cod. *celer.* Colvius. Pith. *sceleres.* *Ond.*—1 Edd. ante Colvium, item Floridi, dant *præsidium*, ut ‘obsidium’ pro ‘obsidm’ in Mss. et alia, de quibus vide ad Cæs. B. G. l. iv. 2. ad Veget. l. ii. 19. Mannt. ad Cic. i. de Off. c. 44. Hic tamen in Mss. videtur esse *dum*, certe in Lips. Coll. *Id.*—2 Idem, *desideravimus.* Colvius. Nonnemo legit *desiderabimus.* *Ond.*—3 Idem, *Carthagini*: sic etiam lapides, sic plerique codices scripti. *Colv.*—4 Al. *reversus.*—5 Ms. *iterque.* Colvius.—6 Non sollicito hanc lectionem. Quamvis malim: *decipula.* Apuleiana proprietate. *Woccr.* Fulvius l. *decipula.* Elmenhorstius. *Solis disci-*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Et favor Cæsarium*] Marci et Lucii Veri.

<sup>g</sup> *Uno solatio freta exempli tui, quod qui legatus mittitur, &c.*] Scilicet venerat primo Carthaginem Severianus Legatus Proconsulis, ac postea ipse Proconsul fuerat factus: unde Carthagini ait spem esse, Honorinum, qui tunc temporis Severiani patris esset legatus, brevi Proconsulem reversurum.

<sup>h</sup> *Sol, qui mic.* &c.] Ex l. Accii Phœnissis sunt hi versus, atque inter ejus

fragmenta etiamnum leguntur, hoc modo: ‘Sol, qui micantem candido curru atque equis Flammam citatis fervido ardore explicas; Quam natum adverso augurio et inimico omine Thebis radiatum lumen ostendistum.’ Colvius eos ex Prisciani libello de Metris Ms. paulo aliter refert, eidem tamen Accio tribuens. *Sol, qui cadentem fervido cursu atque equis Flammam citatis fervido ardore explicas.*

<sup>i</sup> *Luminis ejus Luna discipula*] Verti,

ceteræ vagantium<sup>7k</sup> potestates: Jovis benefica,<sup>81</sup> Veneris voluptifica,<sup>9</sup> pernix Mercurii, perniciosa Saturni, Martis ignita. Sunt et aliæ mediæ Deum<sup>1</sup> potestates,<sup>m</sup> quas licet sentire, non datur cernere: ut<sup>2</sup> Amoris, ceterorumque id genus, quorum forma invisitata,<sup>3</sup> vis cognita. Quæ<sup>4</sup> item in terris, utcumque providentiæ ratio poscebat, alibi montium vertices arduos<sup>5</sup> extulit; alibi camporum supinam<sup>6</sup> planitiem coæquavit: item quæ ubique distinxit annium<sup>7</sup> fluores, pratorum viros: item dedit volatus avibus, volutus serpentibus, cursus foris, gressus hominibus.

*nempe virtus Jovis, quæ benigna est; Veneris, quæ voluptatem parit, Mercurii, quæ est velox, Saturni, quæ est exitiulis, Martis, quæ est ardens. Sunt præterea aliæ mediæ virtutes Deorum; quas possumus experiri, nequimus vero aspicere: veluti Amoris, aliorumque ejusmodi, quorum forma est incognita, potestas vero manifesta. Item illa virtus, quæ in tellure alio in loco crevit excelsa cacumina montium; alio in loco complanavit porrectum æquor camporum, prout ratio providentiæ postulabat: quæ insuper ubique discrevit fluentu annium, et prata virentia. item tribuit volatus alitibus, volumina anguibus, cursus belluis, et incessus hominibus.*



pula Luna videtur dici, quia omnia, quæ habet, a Sole accipit; ejusque exemplo quasi orbem illumare quoque 'discit,' et 'fraternis ignibus obnoxia' est, ut ait Virg. l. G. 396. vel 'æmula' ut Noster de Deo Soer. init. Certe accedere non possum viris doctis I. Isaacio, Wowerio, Florido, qui malunt *decipula*, sive quæ interceptit lumen Solis; immo sic edidit jam Scriver. Sed velim mihi dari locum, ubi *decipula* vel *decipulum* occurrat sine significatione fraudis vel laquei. Oud.—7 Idem, *cetera exagantium*. Colvius.—8 Pith. Edd. Vic. Bas. pr. *beneficia*. Oud.—9 Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *voluptica*. Id.—1 Al. *Deum mediæ*.—2 Deest Coll. Voss. Oud.—3 Sic scripsi ex illa veteri lectione quæ in scripto exemplari, *usitate*. Vulg. *non risitata*. Supra lib. VIII. Metam. 'Aper immanis atque invisitatus.' Colv. Flor. et Aldus, *f. inusitata*. Elmenhorstius. Item Pith. solita confusione. Vide ad l. VIII. Met. p. 515. a. Edd. ante Colv. *non risitata*. Supra N. 9. 'frequentia nunquam visitata:' ubi etiam *usitata* in aliis. Pro *ris* Pith. *rar*. Oud.—4 Deest Pith. et Coll. Voss. *Id.*—5 Pith. Lips. *ard. vert.* Id.—6 Pith. *summum*. Id.

#### NOTE

imitatrix. At libens Fulvii lectionem amplecterer, qui pro *discipula* habet *decipula*: quasi tu dicas, quæ interceptit lumen Solis, et illud ad nos quasi suum remittit. In hac voce Apuleianum quid adverto, quod magis placet.

<sup>k</sup> *Vagantium*] Supple stellarum; hoc est, Planetarum.

<sup>1</sup> *Jovis benefica*, &c.] Juxta sententiam et principia Genethliacorum et

Astrologorum loquitur, qui distinctas ejusmodi potestates Planetis attribuunt, atque ex vario eorum positu futura sese prædicere posse jaectant.

<sup>m</sup> *Sunt et aliæ mediæ Deum potestates*] In De Deo Soeratis: 'Ceterum sunt quædam divinæ mediæ potestates inter summum æthera, et infimas terras, in isto intersita æris spatii, &c. Hos Græco nomine *Δαίμονας* nuncupant.' Vide totum locum.

NUM. XI. Pariter<sup>8</sup> enim, quod qui hærediolum sterilem,<sup>9</sup> et agrum scrupulosum,<sup>1</sup> meras rupinas<sup>2</sup> et senticeta miseri colunt: quoniam nullus in tesqui suis<sup>3</sup> fructus est, nec ullam illic aliam frugem vident,<sup>4</sup> sed

Infelix lolium<sup>5</sup> et steriles dominantur avenæ:<sup>5</sup> suis frugibus indigent, aliena furatum eunt, et vicinorum<sup>6</sup>

*Nam perinde ac infelices, qui colunt prædiolum infæcundum, et arvom lapidosum, scopulos meros ac vepreta: quia nullus fructus est in eorum desertis, neque aspiciunt in eis ullam aliam frugem, sed, Lolium infaustum, et avenæ steriles ibi regnant: destituuntur propriis frugibus, eunt subreptum alienas, et carpunt flores vicino-*



—7 Ed. Vic. *annum*. Id.—8 Ms. cod. *patitur*. Colvius. Item Pith. Sed Mss. Florent. *pariter enim quod qui*. Recte. Scilicet, quod patitur illi. Id quoque invenit in Mss. editor Junt. post. qui exhibuit *patitur, quod qui*. *Quod qui* est etiam in Pith. et Coll. Lips. Voss. *Oud.*—9 Quid si conemur restituere? *qui hærediolum, agrum sterilem et scruposum, meras spinas*: nam quod vulgatur, Apuleii non esse tam certum, quam Apuleium ipsum fuisse. *Stewech*. Scribo, aliter quam God. *Stewechius, hæred. sterile*. Gellius lib. XIX. cap. 7. 'In agro Vaticano Julius Paulus, Poëta, vir bonus, et rerum literarumque veterum impense doctus, hærediolum tenne possidebat.' Hæredium, apud Varronem, Plinium, Columellam, Festum, et Nostrum Apologia II. *Colv.* Flor. *quod qui prædiolum st.* Elmenhorstius. Quod *Stew.* corrigere tentat, nil est, nisi interpolare. Colvius e Gell. XIX. 7. ubi vide, item Wow. *Scriv.* Flor. *Goesius* et jam ante omnes *Becichemus* Ep. 98. amant in neutro *sterile*. Ego Mss. et Edd. vett. sequor, sciens, hæc genera apud scriptores Afros esse incertissima: ut alibi jam vidimus in 'lorus,' 'lucrus,' &c. Vide ad Met. I. XI. p. 797. a. Prave vero *Elmenh.* ait esse in Florent. *prædiolum*. *Oud.*—1 Al. *scruposum* et *scrupulosum*. Vid. Not. Var.—2 Ed. *Elmenh. metas* operarum errore. Perperam autem *Stewech.* coniecit *spinas*: neque melius *Goesius* *rubinas* a rubus. Sæpius *rupinas* adhibet Auctor. Ad ad Met. I. VI. p. 126. *Pric. Oud.*—3 Pith. *quis sum*. Id.—4 Negligenter hoc verbum excidit ex Ed. Flor. *Id.*—5 Pith. *herbæ*. Id.—6 Coll. Voss. *in vicin.*

NOTE

<sup>a</sup> *Hærediolum sterilem* [*sterile*] Sic legendum est, non *sterilem*. Gellius 'hærediolum tenne' dixit, lib. XIX. cap. 7.

<sup>o</sup> *Meras rupinas*] *Rupinæ* sunt loca rupibus aspera. *Stewechius* legit *meras spinas*.

<sup>p</sup> *In tesquis suis*] 'Tesqua' (inquit Festus, sen potius Paulus) 'loca augurio designata. Cic. aspera esse ait, et difficilia.' Hæc Paulus. Varro, lib. VI. de Lingua Latina scribit *tesca* per e literam, et dicta vult quasi *tues-*

*ca*, a tuendis sacris, et ait ea esse quædam loca agræstia Deo cuiquam consecrata. Ego interpretatus sum 'deserta,' ad hos Horatii versus respiciens lib. I. Epistolar. Epist. 14. 'Nam, quæ deserta et inhospita tesqua Credis, amœna vocat, mecum qui sentit: et odit, Quæ tu pulchra vocas.' Infra lib. IV. Florid. 'et merula in remotis tesquis fringultiunt.'

<sup>q</sup> *Infelix lolium*] Ex Virgil. Ecloga quinta, cui nomen est *Daphnis*.

flores decerpunt; scilicet ut eos flores<sup>7</sup> carduis suis misceant: ad eundem modum, qui suæ virtutis<sup>8</sup> sterilis est.<sup>r</sup>

NUM. XII. Psittacus Indiæ avis est,<sup>9s</sup> instar illi<sup>t</sup> minimo minus<sup>r</sup> quam columbarum, sed nec color columbarum: <sup>2</sup> non enim<sup>3</sup> lacteus ille, vel lividus, vel utrumque<sup>4</sup> sublu-

rum; nempe ut admisceant illos flores suis carduis: similiter, qui inops propriæ virtutis.

*Psittacus est ales Indiæ, forma ejus est paulo minor quam columbarum; at color ejus non est qualis columbarum: neque enim ille est candidus, aut subniger, aut sub-*

//////////

Id.—7 Dec. scil. ut eos fl. Desunt in Coll. Voss. Id.—8 Sic Mss. et Edd. vett. Ed. Junt. pr. caret τῷ qui. Ald. Junt. post. quæ. Ed. Scriv. quisque. Male. Loquitur de eo, qui patitur, quod, etc. Id.—9 Vulgo, Psit. avis Ind. avis est. Ceterum ante illa, instar illi, etc. videtur quid deesse. Itaque notam asterisci affixerim. Colv. *Psittacus avis Ind. avis est.* F. *pinnamenti*: vel est glossema, vel leg. *Psitt. avis Indiæ est pinn.* Groslotius. Mss. Becich. Ep. 98. et Ed. Junt. post. cum Colv. et seqq. faciunt. Sed nec male Pith. et Edd. priores *Psitt. avis Ind. avis est.* Solinus e Nostro: 'sola India mittit avem Psittacum:' ubi vide Salmas. p. 713. Oud.—1 Sunt qui τὸ instar inducunt, haud bene ut Casanbonus recte docet ad Apolog. pag. 146. *Elmenh.* Vid. N. Var.—2 *Sed nec colorum columbarum.* Hæc cum paucis quæ præcesserunt minime integra ant emendata sunt: sed desiderari, abundare quædam videntur. Aldini cod. et post. Basil. lectio est quam expressimus. Ms. *sed ne q* [cum lineola obliqua per compendiosam scripturam. J. Bosscha.] *columbarum.* Legerim, *sed nec color ut columbarum.* Psittaco non idem color qui columbis: rationem subjungit: 'Non enim lacteus ille,' &c. Extricavi me quoquomodo ex hoc loco, quod minime speraveram. Colv. Becichemus iterum, *nec colo columbarum*: quo quid sibi velit ipse non explicat. Id. in *Omiss.* Flor. *sed colorum c.* Fulvius, *avis est minimo minus, quam columba, sed nec color columbarum.* Elmenhorstius. Abest τὸ nec a Mss. Florent. Pith. Fulv. et Ed. Vicent. ne Lips. et Bas. pr. Sequentia sic Elmenh. cum posterioribus editoribus interpolavit: *sed nec color ei ut columbarum.* Gulielm. *sed decolorum col.* E Colvii conjectura dederant Vulc. Scal. Wower. color, ut. At Casanbon. ad Apolog. p. 146. *color ei*, quas conjecturas junxit Elmenhorst. *Colorum* est in Florent. Cod. et Edd. Vic. Ven. Junt. pr. Ald. Bas. Colv. *Color* est in Ms. Fulv. Pith. atque Ed. Junt. post. Recte. scilicet *est illi*, quod e præcedentibus repetendum; licet facile *ei* vel *illi*, quod mavult Salmasius, excidisse potuerit. Mihi suspicio est, altius vulnus latere. Becichemi illud *colo* videtur esse typographi error pro *color*. Oud.—3 Ms. lib. non ē. Colvius.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Qui suæ virtutis sterilis est*] Supple, finiendi sensus causa, *alienam laudem intercipere nititur*, aut quid simile.

<sup>s</sup> *Psittacus Indiæ avis est*] Solinus, in Polyhistore cap. 55. 'Sola India mittit Psittacum avem, colore viridi, torque puniceo.' Plin. lib. x. cap. 42. 'Super omnia huiusmodi voces reddunt Psittaci quidem etiam sermoci-

nantes. India hanc avem mittit, Sittacem vocat, viridem toto corpore, torque tantum miniato in cervice distinctam.'

<sup>t</sup> *Instar illi*] Proba lectio. Instar est ὅψις, species. Sic apud Virgilium, 'quantum instar in ipso.' Valer. Maxim. 'habere instar arcis,' hoc est, similitudinem. Glossæ veteres: Instar: similitudo, ὁμοίωμα, ἀπεικόνισμα.

teus, aut sparsus<sup>5</sup> est: sed color psittaco viridis, et intimis<sup>6</sup> plumulis, et extimis palmulis;<sup>7</sup> nisi quod sola ceruice distinguitur. Enimvero cervicula ejus circulo mineo,<sup>8</sup> velut aurea torqui, pari fulgoris circumactu cingitur et coronatur. Rostris prima duritia:<sup>9</sup> cum in petram quampiam concitus altissimo volatu præcipitat,<sup>8</sup> rostro se, velut anchora, excipit. Sed et<sup>9</sup> capitis eadem duritia, quæ rostri. Cum sermonem<sup>1</sup> nostrum<sup>9</sup> cogitur æmulari, ferrea clavicula caput tunditur, imperium magistri ut persentiscat: hæc ferula discenti<sup>2</sup> est. Discit autem statim pullus<sup>2</sup>

*flavus ab utraque parte, vel variegatus: at psittacus habet colorem viridem, tam in plumis interioribus, quam in pennis exterioribus: excepto quod discriminatur tantum in collo. Nam ejus collum circumdatur et cingitur annulo rubro quasi torque aureo, simili circumemissione splendoris. Summa est durities ejus rostri: quando volatu maxime sublimi celeriter irruit in aliquod saxum, excipit se rostro, quasi anchora. Verum durities capitis ejus eadem est ac rostri. Quando cogitur imitari nostram locutionem, percutitur ipsi caput ferreo malleolo, ut sentiat jussa docentis: hoc ipsi est pro ferula dum discit. Eruditur vero illico dum est pullus usque ad secundum annum*

//////////

—4 Al. *utrimque*.—5 Ed. Junt. pr. *spersus*. Oud.—6 Pith. *etiam intimis*. Id.—7 Al. *parmulis*.—8 Pith. *præcipitatur*: male. Vide Salmas. ad Sol. p. 563. Oud.—9 Caret Ed. Junt. post. τφ et. Id.—1 Male plerisque in editionibus, *quæ rusticum serm.* Ex qua legerat Lipsius: *Quare cum sermonem*. Colvius. Sic Ms. Florent. Pith. Ed. Bas. sec. cum Colvio et seqq. bene ex vulgato *quæ rusticum*, quod habet quoque Lips. cod. Becich. Ep. 98. Ed. Junt. post. *quæ rostro*. Oud.—2 Pith. Lips. *discenti ferula*. Id.—3 *Deest suæ* Pith. et in

#### NOTE

<sup>5</sup> *Et extimis palmulis*] Lipsio magis placet *parmulis*, quasi pennis exterioribus psittaci forma sit parmarum. At nihil mutare velim: palmulas extimas intelligo pennas duriores alarum et caudæ, quæ, quam bene remorum palmulas imitentur, nemo non videt. Confer quod dixit Noster Florid. II. ubi de Aquila: ‘Ibidem pinarum eminus indefessa remigio.’

<sup>6</sup> *Cervicula ejus circulo mineo, &c.*] Vide quæ paulo supra retulimus ex Solino et Plinio.

<sup>9</sup> *Rostris prima duritia*] Solinus, cap. 55. supra laudato: ‘rostri tanta duritia est, ut cum e sublimi præcipitatur in saxum, nisu se oris excipiat, et quodam quasi præsidio utatur extra-

ordinariæ firmitatis.’

<sup>7</sup> *Sed et capitis eadem duritia, quæ rostri. Cum sermonem nostrum, &c.*] Plin. lib. x. cap. 42. supra laudato: ‘capiti ejus duritia eadem quæ rostro: hoc, cum loqui discit, ferreo verberatur radio; non sentit aliter ictus.’ Solinus: ‘Capnt vero tam valens, ut si quando ad descendum plagis sit admonendus (nam studet ut, quod homines, loquatur) ferrea clavicula sit verberandus.’

<sup>2</sup> *Discit autem statim pullus, &c.*] Solinus: ‘Dum pullus est, atque adeo intra alterum ætatis suæ annum, quæ monstrata sunt, et citius discit, et tenacius retinet: major paulo segnior est, et obliuiscus, et indocilis.’



usque ad duos ætatis suæ<sup>3</sup> annos; dum facile os, uti conformetur,<sup>4</sup> dum tenera<sup>5</sup> lingua, uti convibretur. Senex autem captus, et indocilis<sup>6</sup> est et obliviosus. 2. Verum ad disciplinam humani sermonis facilius est psittacus, glande qui vescitur: <sup>a</sup> et cujus in pedibus, ut hominis, quini digituli numerantur: <sup>b</sup> non enim omnibus psittacis id insigne: sed illud omnibus proprium, quo eis<sup>7</sup> lingua latior quam ceteris avibus, eo facilius<sup>c</sup> verba hominum articulant,<sup>8</sup> patientiore<sup>9</sup> plectro <sup>1</sup><sup>d</sup> et palato. Id vero, quod didi-

*suæ ætatis; quandiu os ejus facile est formatu, et lingua tenera vibratu. Qui autem apprehensus est vetus, neque discere potest, neque recordari. At ille Psittacus aptior est ad discendam loquelam humanam, qui alitur glande: et in cujus singulis pedibus numerari possunt quinque digituli, sicut in pedibus hominis. Nam non omnes psittaci habent hanc notam: al hoc est proprium omnibus ipsis, quo habent linguam latiore quam reliquæ volucres, eo facilius formant voces humanas, latiore nimirum plectro, et palato. Tam similiter autem nobis cantat, aut potius pronuntiat id quod edoctus est,*



eod. mox de pro dum. Id.—4 Ms. cod. confirmetur uti. Colvius. Item Pith. Oud.—5 Cum ten. Dum, potius. Brant. Mss. Flor. Lips. Pith. et Edd. ante Elmenh. cum. Sed bene jam Steweck. infra, Salmas. Brant. monuerunt legendum esse dum, et post os ac lingua parva nota distinguendum. Oud.—6 Idem, capitis et ind. Aliud quid substituendum puto, quod jam non succurrit. Cole. Ego certo pro meo captu legerim, senex autem captu et ind. Brantius.—7 Vulgati plerique et Ms. quod eis. Et post in veteri etiam, lingua latior est. Colvius. Pith. Ed. Vic. Junt. pr. Bas. pr. quod. Oud.—8 V. h. articulant. Pith. Edd. ante Bas. sec. hominis, et Pith. Lips. Ed. Junt. post. articulant, atque ita citat Salmasius, quomodo est in Arnobio. Nam passive hic durius foret intelligi. Id.—9 Lips. patienti ore. Id.—1 Pith.

#### NOTE

<sup>a</sup> Verum ad disciplinam humani sermonis facilius est psittacus, glande qui vescitur] Id non de Psittaco, sed de pica refert Plin. loco supra laudato: 'Verum addiscere alias negant posse, quam quæ ex genere earum sunt, quæ glande vescantur: et inter eas facilius, quibus quini sunt digiti in pedibus: ac ne eas quidem ipsas, nisi primis duobus vitæ annis.' Pica illæ glandariæ nobis dicuntur Geays, vulgo Graculi, sed male, si Menagio credimus Graenulum Cornicem esse affirmanti, in libro quem De Amœnitatibus Juris inscripsit.

<sup>b</sup> Et cujus in pedibus, ut hominis, quini digituli, &c.] Id etiam Solinus de

psittacis ait: 'inter nobiles et plebeios discretionem, digitorum facit numerus: qui præstant, quinos in pede habent digitos, ceteri ternos: immo quaternos habent ii omnes, qui ad nos afferuntur.

<sup>c</sup> Quo eis lingua latior quam ceteris avibus, eo facilius, &c.] Idem dicit Solinus de psittacis. Plin. de picis: 'latior iis est lingua, omnibusque in suo cuique genere, quæ sermonem imitantur humanum.'

<sup>d</sup> Patientiore plectro] Linguam plectrum vocat: quod, veluti plectro pulsatis fidibus, ita lingua percusso palato sonus editur.

cit,<sup>2</sup> ita similiter nobis canit, vel potius eloquitur, ut vocem si audias, hominem putes: nam quidem si videas, idem conari,<sup>3</sup> non eloqui. Verum enimvero et corvus<sup>4</sup> et psittacus nihil aliud, quam quod didicerunt, pronuntiant. Si convicia docueris, conviciabitur, diebus ac noctibus<sup>4</sup> perstrepsens maledictis: hoc illi carmen est, hanc putat cantionem. Ubi omnia, quæ didicit, maledicta percensuit, denuo repetit eandem cantilenam. Si carere convicio velis; lingua excidenda est, aut quamprimum in sylvas<sup>5</sup> suas remittendus.<sup>6</sup>

NUM. XIII. Non enim<sup>7</sup> mihi philosophia id genus ora-

*ut si audias tantum ejus vocem, credas esse hominem: si autem eum intuearis, dicas eum id conari, non autem pronuntiare. Ceterum corvus et psittacus nihil aliud loquuntur quam quod edocti sunt. Si docueris psittacum maledicta, maledicet, obstrepens conviciis per dies et noctes: hoc est ei pro carmine, hanc retur esse suam cantilenam. Quando protulit universa convicia quæ didicit, iterum resumit eandem cantionem. Si velis liberari ejus maledictis; resecanda est ei lingua, vel ipse amandandus est quam citissime in sua nemora.*

*Nam philosophia non mihi tribuit ejusmodi sermonem, sicut natura largita est*

plectus. Id.—2 Vulgo, id v. q. dicit. inepte. Elmenh. Emendabis: didicit. Wowerins. Recte emendavit Stewech. vel Schikheradus. Oud. Vid. Not. Var.—3 Pro videas Ms. audias. Idem, conātē non loquit. Lipsius, tonare non loqui. Colvius. Scilicet putes, quæ vox ἀπὸ κοινῶν repetenda. Si audias, putes hominem loqui. Si videas, putes psittacum conari potius quam loqui. Sic Persius eadem de re: 'Verba nostra conari.' Ms. tamen pro videas habet audias, et Fulvius pro idem mavult, id est. Scioppius in Symbola. Martialis de pica: 'Si me non videas, esse negabis avem.' Ms. conatem non loqui. Lips. tonare non loqui. Ego etiam, cantare, diviuabam, quanquam a vulgata lectione non recedo. Juvat Persius: 'Picasque docuit verba nostra conari.' Brant. Recte post videas supplet ἀπὸ κοινῶν Scioppius τὸ putes: unde patet, nihil hic esse mutandum, et locum bene sanum esse, quem varie varii tentarunt. Ursinus, si videas, id est conari, conatus is est, non elocutio. G. Vossius repetit bis videas. Audacissime vero Salmas. repone re tentat: ut longe si audias hominem putes: non quidem, si audias idem coram te eloqui. Dicit Apul. aliquem, qui psittacum non videns, ejus vocem modo audiat, existimaturum se audire hominem. At vero si videat eum, tum putaturum, illam avem id quidem conari non eloqui. Bene huc citarunt VV. DD. loca Martialis et Persii de pica. Verum tamen in Mss. non videas sed audias exaratur, ut in Flor. Lips. Fulv. Pith. Hinc igitur tantum lego nam quidem si avim videas. Ob repetitionem τῶν vim vi excidit una syllaba, et hinc factum audias. Avim autem ut classim, restim, &c. In Ms. Lips. vitiose homines (nude V. D. hominis) et non loqui, pro quo Pith. loqui non. Oud.—4 Pith. an noct. Id.—5 Ed. Vicent. insulas. Id.—6 Addunt est Pith. Edd. ante Bas. sec. vel Colvii. Id.—7 Enim deest Pith. Id.—8 Id ge-

#### NOTE

<sup>4</sup> Et corvus] Discit enim et ipse manus splendoras fecit exequias, et voces imitari humanas. Testis corvus interfectorem morte ultus est. Historiam vide apud Plin. lib. x. cap. 43.

tionem<sup>8</sup> largita est, ut natura quibusdam avibus brevem et temporarium cantum commodavit: hirundinibus matutinum,<sup>f</sup> cicadis meridianum,<sup>g</sup> noctuis serum, ululis vespertinum, bubonibus nocturnum,<sup>h</sup> gallis antelucanum. Quippe hæc animalia inter se, vario tempore et vario modo, occidunt et occipiunt carmine: scilicet galli<sup>9</sup> expergifico, bubones<sup>1</sup> gemulo, ululæ querulo, noctuæ intorto, cicadæ obstrepero,<sup>2</sup> hirundines perarguto. Sed enim philosophi ratio et oratio tempore jugis<sup>3</sup> est, et auditu venerabilis, et intellectu utilis, et modo omnica.<sup>4</sup>

NUM. XIV. Hæc atque hoc genus<sup>5</sup> alia<sup>i</sup> partim cum

*quibusdam volucris cantum brevem, et obnoxium vicibus temporum; matutinum hirundinibus, meridianum cicadis, serum noctuis, vespertinum ululis, nocturnum bubonibus, antelucanum gallis gullinaceis. Etenim hæc animalia diverso inter se tempore et diversa ratione canunt, et inchoant cantionem: nempe galli excitatoriam, bubones mæstam, ululæ lamentabilem, noctuæ inflexam, cicadæ stridentem, hirundines acutissimam. Verum ratiocinatio et loquela Philosophi exhibetur quovis tempore, estque veneranda auscultatu, et conducibilis intellectu, et resonat omnimoda ratione.*

*Cum Crates partim audiret hæc et alia similia a Diogene, partim ipse sibi*

~~~~~

*nus orationis. Rescribe, id genus orationem: jubent enim codex Ms. et Romana editio. de Deo Socratis: 'Gignamus omnino id genus corpus.' De Mundo: 'Quas sapiens genus homo communibus usibus fabricavit.' Ecquando non sic Noster, cuique eo melioris Latinitatis magistri reliqui? Colv. Verissime. Infra N. 18. 'in auditorio hoc genus.' Gell. lib. xv. c. 30. 'quod genus ille homo est.' Sexcenties Noster et alii 'id genus,' 'omne genus' pro 'generis' usurpant. Vide ad Met. lib. xi. p. 771. b. Oud.—9 Pith. gallis. Id.—1 Lips. bubonis. Id.—2 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. obstrepero. Id.—3 Lips. cod. lucis. Pith. hujus. Id.—4 Legendum monet Stewechius modo omni cata. Vid. Not. Var.—5 Membranæ, hec ḡ id est, hæc ergo. Colvius.—*

#### NOTE

<sup>f</sup> *Hirundinibus matutinum*] Artemidorus pag. 153. de hirundine: οὐδέποτε ἑσπέρας ᾄδει, ἀλλ' ἑωθεν ἡλίου ἀνίσχοντος, οὗς ἂν ζῶντας καταλαμβάνου ὑπομνησκουσα τῶν ἔργων. 'Numquam vespere canit, sed mane oriente Sole, quos invenerit viventes' (homines) 'operis admonens.'

<sup>g</sup> *Cicadis meridianum*] D. Ambrosius Hexaëmeri lib. v. cap. 22. 'quam dulcis etiam in exiguo cicadis gutture cantilena, quarum cantibus medio æstu arbusta rumpuntur, eo quod

magis canoræ meridianis caloribus, quo puriorem aërem id temporis atrahunt spiritu!' Virgil. Eclog. 11. 'Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.'

<sup>h</sup> *Noctuis serum, ululis vespertinum, bubonibus nocturnum*] Idem Ambrosius Hexaëmeri lib. v. cap. 26. 'habet etiam nox carmina sua, quibus vigilias hominum mulcere consuevit: habet et noctua suos cantus.'

<sup>i</sup> *Hæc atque hoc genus alia*] Ante hæc verba puto referendum et inter-

audiret a Diogene Crates,<sup>6</sup> alias<sup>7</sup> sibi ipse suggereret,<sup>8</sup> denique in forum exilit,<sup>k</sup> rem familiarem abjicit, velut onus stercoris,<sup>9</sup> magis labori<sup>1</sup> quam usui. Dein cœtu facto, maximum exclamat: Crates, inquit,<sup>2</sup> Cratetem manumittit.<sup>3</sup> Exinde non modo solus, verum nudus et liber omnium, quoad vixit, beate vixit.<sup>4</sup> Adeoque ejus cupiebatur,<sup>5</sup> ut

*suggereret alia, prosilit tandem in forum, amandat a se suas divitias, tanquam sarcinam fini, laboriosorem quam utiliorem. Postea congregata maxima concione, exclamat: Crates (ait) asserit in libertatem Cratem. Postea quamdiu vixit, feliciter vixit, non tantum servis destitutus, sed etiam nudus, et solutus ab omnibus.*

//////////

6 Idem, *Odio Cenocrates*. Colvius.—7 *Al. alia*.—8 Idem, *suggeretur*. Colvius. Edd. Rom. Vicent. *suggeret*, ut monuit jam Becichem. Ep. 98. *Oud.*—9 *Malim: tergoris*. Wowerius. Protulit hanc conjecturam etiam ad Minuc. Fel. c. 38. atque ita citat Wasse ad Sallust. B. Jug. c. 14. ‘prius oneri quam usui esse.’ W. Goesius margini allevit *velut onus statuens*. Sed *onus stercoris* idem est quod *onus stercoreum* sive sordidum. De hoc genitivo adi ad Met. lib. iv. p. 439. b. *Oud.*—1 Ms. Lips. Ed. Junt. pr. *laboris*. Id.—2 Rom. *maximum exclamat*: recte. *Elmenh.* Pith. et Edd. quas vidi omnes ante Colv. habent *maximum excl.* quod revocavit Scriver. probavitque *Elmenh.* Vere. Est enim imitatio Plantina ex *Mostell. A. ii. 2. 57.* ‘atque ille exclamat derepente maximum.’ Adjectiva neutrius generis adverbialiter Nostro usurpari, sæpe notatum supra. Porro nemo non videt, hic plane *παρέλκειν τὸ inquit.* quod crebro intruserunt librarii: ut monui quoque sæpius. V. Ind. Not. *Oud.*—3 *Crates te manumittes*. Ful. Cod. *Crates, inquit, Cratetem manumittit*. Suid. *Crates*. Plutarch. de Usura. *Wocer.* Fulvius: *Crates Cratetem manumittit*. recte. Suidas in *Κράτης*: ‘*Ἀρβῆς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, εἶπεν, Ἐλευθεροῖ Κράτηρα Θεβαίων Κράτης.*’ Plutarch. de Usura tom. iii. p. 117. *Isidorus Pelusiota* f. 264. *Philo* f. 558. Hieron. contra Jovian. lib. i. c. 27. *Elmenh.* Omnino recte Ursinus. Vulgo legitur *Crates Crates te manumittes*. Scriver. cum Florido *Cratem manumittit*, ut Thalem N. 18. sed *Cratetem* scriptæ lectioni *te* propius accedit. *Oud.*—4 Ed. Junt. post. *quod vixit*. Adi ad Met. lib. i. p. 37. a. *Id.*—5 *Is cupiebatur*. Idem iberius: *adeoque ejus cupieb. imago*. Colv.

#### NOTÆ

serendum XXI. Fragmentum Floridorum, quod incipit ‘Sicuti navem bonam:’ est enim ejusdem argumenti.

<sup>k</sup> *Denique in forum exilit*] Diogenes Laërtius in ejus Vita refert ex Antisthene in successioneibus, eum, cum in Tragœdia quadam cerneret Telephum sportulam tenentem aliasque opulentum, ad Philosophiam Cynicam proripisse, ac, patrimonio vendito, plus ducenta talenta civibus divisisse. At idem Laërtius paulo infra refert ex Diocle, persuasisse illi Diogenem,

ut peculium dimitteret, ac, si quid pecuniæ haberet, jactaret in mare.

<sup>1</sup> *Velut onus stercoris*] Wowerius legebatur *onus tergoris*, hoc est, dorsum.

<sup>2</sup> *Crates, inquit, Cratetem* [*Cratem*] *manumittit*] Ita legendum cum Fulvio, non autem, ut in vulgatis plerisque editionibus *Crates, inquit, Crates te manumittes*. Suidas in voce *Κράτης*: ‘*Ἀρβῆς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ εἶπεν Ἐλευθεροῖ Κράτηρα Θεβαίων Κράτης.*’ ‘Elatum in tumultum dixit: Liberat Thebanum Cratetem Crates.’

virgo nobilis,<sup>n</sup> spretis junioribus ac ditioribus<sup>6</sup> procis, ultro eum<sup>7</sup> sibi optaverit.<sup>8</sup> Cumque interscapulum<sup>9</sup> Crates retexisset, quod erat aucto gibbere,<sup>1p</sup> peramque cum baculo et pallium humi posuisset, eamque supellectilem sibi esse puellæ profiteretur,<sup>q</sup> eamque formam, quam videret:<sup>2</sup> pro-

*Atque hic tantopere expetebatur, ut puella nobilis ultro petierit eum maritum sibi, contentis maritis junioribus et locupletioribus. Cumque Crates discooperuisset dorsum suum, quod tumebat gibbo, deposuissetque in terra saccum cum scipione, et pallium, diceretque virgini illum esse suum supellectilem, et illum suam pulchritudinem,*



Rom. et Florent. adeoque ejus vita c. Fulvii liber: adeoque ejus cup. imago. Elmenhorstius. Becich. Ep. 98. Ed. Junt. post. etc. is cup. at Pith. Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. ejus cup. unde I. Pyrrhus locutione Græca legit ejus capiebatur, pro ejus amore, virgo nobilis. Sed tum ut post virgo nob. poni debuisset. Potius videtur esse Genitivus pro Nominativo, ut 'venit in mentem ejus rei,' et similia. Sed in Ms. Florent. ejus cup. vita. in Mss. Fulv. Becichemi, Lips. ejus cup. imago, at in Coll. Voss. enim c. imago. in Coll. Lips. c<sup>7</sup>, atque hinc Colvius ejus, Voss. enim fecit. Fuitne adeoque usque? Sæpe in Nostro usque adeo. Oud.—6 Ac ditioribus. Prave hæc exulant ab Ed. Floridi. Id.—7 Rom. et Flor. ultroneum. Elmenhorstius. Vulg. ultroneum. Colvius. Habent id Edd. Colvio priores, item Elmenhorstii. Perperam. Non enim Crates ultroneus, sed illa ultronea, ut forsan legendum. Sæpe enim vox 'ultroneus' apud Apuleium. Ultro habet Ms. Lips. Ultronee vir doctus allevit margini Ed. Junt. post. Oud.—8 Coll. Voss. Lips. optaverat. Id.—9 Al. interscapilium.—1 Quid si, quod auxerut gibbere. παθητικῶς. Simile factum patris Galbæ apud Sueton. Galba c. 3. Brant. Burm. divina-vit alto. Rectius Vir Doctus ad marg. Ed. Junt. post. acuto. Ut legendum esse monni ad Sueton. August. c. 78. Pith. auctor. An auctiere? Oudendorp. Possit quoque legi auctius gibbere. J. Bosscha.—2 Viderat. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. videat. Ed. Junt. post. videret. Bene. Tunc

#### NOTÆ

<sup>n</sup> Virgo nobilis] Quæ infra Hipparche a Nostro dicitur. Laërtius vocat eam Hipparchiam, ejusque Vitam seorsim scribit.

<sup>9</sup> Interscapulum [Interscapilium] Sive interscapulum, (utroque enim modo dicitur,) est spatium illud quod est inter scapulas. Hyginus in descriptione ursæ, 'in humero clarā unam: in pede de posterioribus novissimo, duas: in summo interscapilio, unam.' Cælius Aurelianus lib. 1. cap. 6. 'vel mordicationes oris, vel ventris usque ad interscapulum, quod Græci μετάφρενον vocaverunt.' Glossæ, μετάφρενον, Conscapilium et Interscapulum.

<sup>p</sup> Quod erat aucto gibbere] Quid, si

legas, quod erat auctum? nempe interscapilium gibbo intumuerat. Crates, ut refert Laërtius, eum sentiret se morti proximum, inspiciebat seipsum, dicens: στείχεις δὴ φίλε κύρτων, Βαίνεις εἰς αἰδῶο δόμους κυφῶς διὰ γῆρας. 'Vadis nunc, amice curve, Valis ad Orci ædes gibbosus præ senecta.'

<sup>q</sup> Eamque supellectilem sibi esse puellæ profiteretur] Laërtius in vita Hipparchiæ: ἀναστὰς (ὁ Κράτης) καὶ ἀποθέμενος τὴν ἑαυτοῦ σκευὴν ἄντικρυς αὐτῆς (τῆς Ἰππαρχίας) ἔφη, 'Ὁ μὲν νυμφίος, οὗτος ἢ δὲ κτῆσις, αὐτῆ' πρὸς ταῦτα βουλεύου, &c. εἴλετο ἢ παῖς, &c. 'exurgens (Crates) omni sua supellectile ante illius oculos exposita, Hic (ait)

inde sedulo consuleret, nec post querelæ causam<sup>1</sup> caperet: <sup>3</sup> enimvero Hipparche<sup>4</sup> conditionem accipit.<sup>5</sup> Jamdudum sibi provisum satis, et satis consultum respondit: neque ditio rem maritum, neque formosio rem uspiam gentium<sup>5</sup> posse invenire: proinde duceret, quo liberet. Duxit Cynicus in porticum: <sup>4</sup> ibidem,<sup>6</sup> in loco celebri, coram,<sup>7</sup> luce clarissima accubuit: coramque virginem imminuisset,<sup>8</sup> pa-

*quam ipsa aspexerat: atque ideo caute deliberaret, ne postmodum arriperet ansam conquirendi: at enim Hipparche amplectitur conditionem sibi oblatam. Reposuit se jam pridem satis prospexisse, ac satis deliberasse: nec se posse reperire usquam terrarum virum locupletio rem, neque pulchriorem: ideoque duceret se quocumque vellet. Philosophus ille Cynicus ducit eam in porticum: ibidem in publico loco palam cum ea cubuit de medio die: et devirginasset puellam coram omnibus, paratam ad id patien-*



enim videbat Hipparche, dum Crates hæc loquebatur. *Oud.*—3 *Querela eam caperet.* Ms. *querela eam cap.* Contenderim scripturam genuinam esse, *querela causam cap.* Querela proprie de animi offensa conjugalium amoris interveniente. Hinc in veteribus monumentis: CUM QUA VIXIT SINE ULLA QUERELA. *Colv.* Ms. *ne præter querelam, causam caperet.* Non satis intelligo. Cogitent eruditi. *Sciopp. in Symb. Flor. et Rom. querelam c.* Aldus, *querela eam caperet.* Elmenhorstius. Recte locum restituit Colv. Sensus autem est; ne deinde arriperet prætextum querendi. Colv. secuti sunt seqq. Edd. præter Elmenh. ac Scriv. qui retinent veterem lectionem non malam *querela eam caperet.* In Ms. Flor. uno et Pith. est *querelam eam c.* in altero Flor. *querelæ eam c.* Fulvian. *ne præter querelam causam c.* Forsan propius ad vestigia Mss. legas *querelæ ansam:* quod perinde est. *Oud.* *Ne post querelæ causam cap.* Postquerelæ uno verbo, ut ‘postliminium,’ et sim. legendum censet Gruterus. *Idem in Addend.*—4 Ms. *in partem.* Colvius. Flor. 2. *imparse.* Laërtius Hipparchiam illam vocat lib. vi. p. 427. *Elmenh.*—5 *Uspiam gentium.* Desunt Coll. Voss. Lips. *Oud.*—6 Fulvius: *duxit C. i. p. ubique.* Sciopp. in Symbola. Aldus, *Dux Cynicus in p. male.* *Elmenh.* Becich. Ep. 98. Colv. Ursin. Stewech. bene *duxit;* at Wower. et seqq. *ducit,* ut videtur esse in Florent. dux Ms. Lips. Pith. et Edd. priores. Ursin. *ibique.* *Oud.*—7 Stewech. supra loco *cel. in coram.* Sed non opus id. Vide Ind. Not. *Id.*—8 *Imminu-*

#### NOTE

sponsus, hæc ejus possessio est, ad hæc delibera, &c. elegit continuo puella, &c.

<sup>1</sup> *Querelæ causam*] Optima lectio. Apposite querela hic sumitur pro offensione nimirum inter conjuges. Hinc in veteribus monumentis sæpe leguntur hæc maritorum de morigeris uxoribus: ‘Cum qua vixit sine ulla querela.’

<sup>5</sup> *Conditionem accipit*] Solenne est conditionis vocabulum, ubi de nuptiis agitur. Plautus, Trinummus:

‘Habeo dotem, unde dem Ut eam in se dignam conditionem collocem.’ In Sticho: ‘Nam me quidem hæc conditio nunc non pœnitet, Neque est cur nunc studeam has nuptias mutarier.’ et solennis formula discutendorum sponsalium: ‘Conditione tua non utor,’ l. ii. ff. De Divort. et Repud. parag. 2.

<sup>4</sup> *In porticum*] Εἰς στάβλιν, a qua Stoici dicti sunt in ea philosophantes.

ratam pari<sup>9</sup> constantia, ni Zeno procinctu palliastri<sup>1</sup> a circumstantis<sup>2</sup> coronæ obtutu magistrum<sup>3</sup> in secreto defendisset.<sup>4</sup>

NUM. XV. Samos<sup>u</sup> Icario in mari modica insula est, ex-adversum<sup>5</sup> Mileto,<sup>w</sup> ad Occidentem ejus sita, nec ab ea multo pelagi dispescitur.<sup>6</sup> Utrumvis<sup>7x</sup> clementer navigantem dies alter<sup>8</sup> in portu sistit. Ager frumento piger, aratro irritus,<sup>9</sup> fœcundior<sup>1</sup> oliveto, nec vinitori, nec olitori<sup>2</sup> scalpi-

*dem eadem inverecundia, nisi Zeno septo pallioli sui protexisset magistrum suam in occulto ab oculis cætus ambientis eum. Occidentem, neque separatur ab ea lato intervallo maris. Secundus dies desert in portum eum qui vel leniter navigat ab utralibet ad alteram. Solum ejus insulæ est tardum frumento ferendo, frustra aratur, feracius est olivarum, neque foditur a vinitore, neque ab hortulano. Tota ejus cul-*



ere, vitiare, virginem invadere: alii habent *inivisset*. Pyrrhus. Ms. *virg. cum immi*. Et ex eodem paulo post, *paratam pari constantia*; cum nusquam ante *τὸ pari* esset. Colv. Absurde alii: *inivisset*. Imminuere virginem *διακορεῖν, διαπαρθεύειν*. Ita notabis apud Auson. Centone nuptiali: 'Imminutio.' Wower. Vulcanius quoque Ed. suæ margini allevit *inivisset*. Sed vide Wower. et corrige Acronem ad Horat. lib. I. O. 26. 'integris fontibus, plenis et immutationem nescientibus:' immo vero *imminutionem*: i. e. ut Cruq. Schol. ait, 'incontaminatis.' Oud.—9 *Pari* exulat male ab Edd. Junt. Ald. Bas. Oud.—1 Assentior Fulvio reponenti: *projectu*, hoc est, protensione. Sciopp. in *Symb.* Frustra: quod in Glossis est, *Procinctus προβολή*, ad rem militarem pertinet. Propius accederet *protentu*. Oud. Gruterus Suspici. Ined. lib. XVI. c. 8. legit: *procinctu p. circumstantis coronæ obtutum magistri secreto d.* Idem in Add.—2 Bene præpositionem addidit Elmenh. scilicet e Cod. Florent. licet id sileat. A prioribus Edd. abest a. Id.—3 Ms. cod. *magistri*. Colvius. forte, *magistri insecrta defendisset*. Brantius. Inepte. Alius V. D. *magistri secretum def.* dein Burm. conjecit *ut in s.* in Pith. est *magistri et s. offend.*—4 Becichemus antiquam lectionem ait, *recondisset*. Colv. in Omissis.—5 Al. *exadverso*. Vid. Not. Var.—6 Al. *dispicitur* et *despicitur*.—7 *Utrumvis*. Ms. lib. *verumvis*. Colvius. Mavult Vir doctus Misc. Obs. vol. V. tom. III. p. 114. *utramvis* vel *utrimvis*. Recte. Oud.—8 Edd. *vett. alter dies*. Pith. *navigante diem*: deest mox *ager*. Id.—9 Lips. *aratur*. Pith. *viridus*. Id.—1 Ed. Bas. pr. *fœcundiore*. Id.—2 Florent. et Rom. *olitori*. Elmenhorstius. *Oleri* Ms. Colv. *olivitori*, quod non placet. Brant. Certe prave omnino Colvius reposuit *olivitori*, contra ipsius Auctoris mentem, ut bene ostendit Flor. quare vehementer miror illud ab Edd. seqq. retentum

#### NOTE

<sup>u</sup> *Samos*] Præter hanc Junoniam Samum, quæ Ionæ adjacet, est altera Samos Thracica in mari Ægæo, Thraciæ opposita, quæ 'Same' Straboni ac Diodoro Siculo, 'Samo Thracica' et 'Samo Thracæ' Ptolemæo, Melæ, et Plinio: olim Dardania. Quin et Cephalenia insula Samus

etiam et Same dicta est olim.

<sup>w</sup> *Exadversum Mileto*] Quæ urbs est in finibus Ionæ et Cariæ sita, de qua jam diximus ad lib. I. Metamorph. sive Asini.

<sup>x</sup> *Utrumvis*] Id est, utrumversum; sive Mileto Samum, sive Samo Miletum.

tur.<sup>y</sup> Ruratio omnis<sup>3</sup> in sarculo et surculo:<sup>4z</sup> quorum proventu magis<sup>5</sup> fructuosa insula est, quam frugifera.<sup>a</sup> Ceterum et incolis frequens, et hospitibus celebrata. Oppidum habet nequaquam pro gloria: sed quod fuisse<sup>6</sup> amplum, semiruta mcenium<sup>7</sup> multifariam<sup>8</sup> indicant.<sup>9</sup> Enimvero fanum Junonis<sup>b</sup> antiquitus famigeratum: id fanum<sup>1</sup> secundo littore,<sup>2</sup> si recte recordor, viam viginti haud amplius stadiis<sup>3</sup> ab oppido abest.<sup>4</sup> Ibi donarium Deæ<sup>c</sup> per-

*tura consistit in sarritione, et plantandis surculis olivarum, quorum ubertate fit ut insula magis abundet fructibus, quam frugibus. Porro et abundat habitatoribus; et frequentatur ab extraneis. Est in ea urbs minime respondens ejus famæ; sed quam ruinae murorum pluribus in locis demonstrant fuisse magnam. Ibi autem est templum Junonis celeberrimum: illud templum, si bene memini, distat ab urbe itinere non plus quam viginti stuliorum juxta oram maris. In eo est sacrarium Deæ*

//////////

esse. Quod revocavit Flor. *olitori* tamen primum Becichemi inventum est et comparet in Edd. Basiliensibus. Bene quidem, si Mss. addicerent. At illi, ut Florent. Lips. Pith. et Edd. vett. dant *oleri*. Forsan legendum, *nec vineto, nec oleri scalpitur*, i. e. ad vineta aut olera. ‘Olerarius’ et ‘Olerator’ de olerum venditore occurrit in Glossis. Ceterum *οἰκ εἶσων* esse Samon testatur quoque Strabo. Habet tamen hæc insula vineas: unde enim alioquin nomen promontorio Sami *ἔμπελος*. In Mss. autem Lips. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. est *sculptur*. A Becichemo etiam est *sculptur*. Bene. *Oud.*—3 Ms. cod. *omnes*. Colvius. Item Pith. *Oud.*—1 Lips. *et in surculo*. Id.—5 Idem, *magni*. Colv.—6 Edil. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *fuisse*. *Oud.*—7 Idem, *semirupta*, expuncto *τῶ mcenium*. Colv.—8 Pith. *multifaria*. *Oud.*—9 Coll. Voss. *indicatur*. Id.—1 Pith. *et fanum*. Id.—2 V. Not. Var.—3 Sic Mss. Florent. Lips. Edd. Elmenh. &c. Ante debatur *stadiu*, ut est in Pith. Debuert tunc esse *stadiorum*, ut placet Viro Docto, vel potius *stadium*. *Oud.*—4 *Oppido abest*. Elmenh. ex Cod. Florent. *ab oppido*. Bene. Vide ad Cæsar. l. v. B. G. c. 27. ‘alter paulo amplius ab his (castris) absit.’

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Nec vinitori, nec olitori scalpitur*] cap. 9.  
Id est, nec a vinitore, nec ab olitore. Porro *olitori* legendum esse, non *olivitori*, ut perperam putat Colvius, satis ostendit id quod ait supra ‘fecundior oliveto.’ Id nimirum vult Sami insulae solum solis olivetis aptum, frumento ineptum, vitibus quoque et oleribus hortorumque cultui minime accommodatum.

<sup>z</sup> *In sarculo et surculo*] Id est, in plantandis olivarum seminariis, iisque sarculo purgandis: frequenter sarrienda olivarum seminaria, ait Columella, lib. v. De Re Rustica,

<sup>a</sup> *Magis fructuosa insula est, quam frugifera*] Fructuosa olearum baccis. Fructus sunt arborum: fruges segetum, puta tritici, hordei, avenæ, &c.

<sup>b</sup> *Fanum Junonis*] Et simulacrum habitu nubentis figuratum: quippe dicitur Juno in illa insula nata, et educata, ac Jovi nupta: unde et sacra ejus anniversaria ibi celebrantur nuptiarum ritu.

<sup>c</sup> *Donarium Deæ*] Donarium hic locus est, quo dona recondentur, cujusmodi loca nos in nostris templis thesauros dicimus.



quam opulentum: <sup>5</sup> plurima auri et argenti <sup>6</sup> ratio, in lancibus, <sup>d</sup> speculis, <sup>e</sup> poculis, et cujuscemodi <sup>7</sup> utensilibus. Magna etiam vis æris, vario effigiatu, veterrimo et spectabili <sup>8</sup> opere. Vel inde <sup>9</sup> ante aram Bathylli statua a Polycrate <sup>1</sup> tyranno dicata, qua nihil videor effectius <sup>2</sup> cognovisse: quidam Pythagoræ eam falso existimant. 2. Adolescens est visenda pulchritudine, crinibus fronte <sup>3</sup> parili separatu <sup>4</sup> per malas remulsis: <sup>5</sup> pone autem <sup>6</sup> coma prolixior interlucen- tem cervicem scapularum finibus obumbrat. Cervix suei

*quam locupletissimum; magnum pondus auri et argenti in patinis, speculis, crateribus, atque id genus supellectile. Ingens quoque copia æris in diversis simulacris factis opere antiquissimo et conspicuo. Documento sit vel unum signum Bathylli, consecratum ante ultare a tyranno Polycrate: quo non credo me quicquam vidisse magis absolutum: nonnulli falso putant illud esse Pythagoræ. Puer est forma insigni, capillis a fronte deductis in genas aequali discriminatione, a tergo ræro crines longiores tegunt collum ejus, quod conspicitur inter ipsas usque ad confinium scapu-*



*Id.—5 Flor. præquam o. Elmenhorstius. Male. Oud.—6 Idem, auri est et arg. Colvius.—7 Hujuscemodi. Ed. Floridi hujusmodi. Codd. Florent. cujuscemodi, i. e. cujuscumque generis. Optime. Vide Ind. Not. Oud.—8 Pith. expectabili. Id.—9 Sic Mss. et Becich. cum Edd. Junt. post. Colv. &c. Hoc Floridus interpretatur: 'documento sit vel unum signum Bathylli.' In aliis Edd. erat vel tamen, unde Groslet. conjecit vel tantum. Scriverius edidit vel vide statuam, &c. dicatam, ut conjecerat quoque W. Goesius, qui tamen retinet statuam. Id. Forte leg. veluti ante aram B. statuam, &c. J. Bosscha.—1 Coll. Voss. Lips. abest a, quo notetur non a tyranno esse dicatam statuam, sed illius tyranni tempore. Oud.—2 Ms. liber video efficacius. Num effigiatius? Sed nihil mutem. Colv.—3 Malim a fronte. Oud.—4 Separata. Amplector scriptam lectionem, separatu. Colvius. Bene Colv. et seqq. cum Mss. Ante sine sensu separata. Oud.—5 Remulsis. Sic Mss. In Edd. ante Colv. revulsus. Sed legendum esse remulsis cum Salmasio ad Tertull. Pall. vidimus supra ad N. 3. Id.—6 Scriverius edidit pone aurem.*

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *In lancibus, poculis, &c.]* Quibus ad sacrificia utebantur. Lancibus, in quibus exta victimarum ponebantur. Virgil. II. Georgic. 'Lancibus aut pandis fumantia reddimus exta.' Poculis ad libandum vinum, aliosve liquores, sanguinem etiam victimarum excipiendum.

<sup>e</sup> *Speculis]* Recte in Junonis Donario specula collocat. Seneca, epist. 95. 'vetemus lintea et strigiles Jovi ferre, et speculum tenere Junoni: et maxime Sami Junonem decebant specula, ubi nubentis habitu colebatur.

<sup>f</sup> *A Polycrate, &c.]* Hic enim diu rerum in Samo insula potitus esset, opibusque abundans summa cum felicitate vixisset, ad extremum ab Oræte Sardium præfecto per fraudem interficitur, ac mortuus suspenditur, hoc exemplo docens felicem neminem ante obitum supremaque funera esse dicendum. Æqualis fuit Anacreonti poetæ et Pythagoræ philosopho: nempè circa Olympiadem sexagesimam secundam, qua dominari cœpit.

plena,<sup>7</sup> malæ uberes,<sup>8</sup> genæ teretes, ac medio <sup>8</sup> mento lacuna,<sup>h</sup> eique prorsus citharædicus status, Deam conspiciens, canenti similis,<sup>9</sup> tunicam picturis variegatam <sup>1</sup> deorsus ad pedes dejectus ipsos, Græcanico cingulo; chlamyda <sup>2</sup> velat utrumque brachium adusque articulos palmarum: cetera decoris in striis <sup>3 i</sup> dependent. Cithara balteo cælato apta strictim <sup>4</sup> sustinetur: manus ejus teneræ, procerulæ: læva distantibus digitis nervos molitur: dextera <sup>5</sup> psallentis gestu pulsabulum<sup>k</sup> citharæ admovet, ceu parata percutere, cum vox in cantico interquievit: <sup>6</sup> quod interim canticum

*larum. Collum ipsum est succulentum, malæ imberbes, genæ rotundæ, et parvum cavum in mento: atque habitus ejus est omnino qualis citharædi, intuetur Deam similis cantanti, habet vestem distinctam picturis, demissam inferne ad ipsos usque pedes, cum zona more Græco; chlamys tegit ambo brachia usque ad juncturas manuum. Reliqua ornamenta histrionica pendent. Testudo alligata balteo insculpto suspenditur breviter: ejus manus sunt molles, sinistra ejus longiuscule extensa tentat chordas digitis dilatatis, dextra admovet plectrum suum citharæ, gestu psallentis, quasi jamjam pulsatura quando vox substiterit inter canendum. Interea ipse*



—7 *Succi plena.* Flor. *suci plena.* Elmenhorstius. Item Pith. et Ed. Vic. Bene. Oud.—8 *Al. ac modico.* Vid. Not. Var.—9 Ms. cod. *canenti simul.* Colvius. Item Pith. Oud. Pith. *variegatum.* Id.—2 Passim ante *chlamyde.* Colvius. Sic recte Ms. Lips. Edd. Junt. post. Colv. etc. Vide ad Met. l. x. p. 737. a. ‘Ephēbia chlamyda.’ Florent. Pith. Coll. Lips. et Edd. vett. *chlamyde.* sine sensu. Oud.—3 *Vulg. decoris instrumentis.* Vid. N. Var.—4 *Structim.* Ms. *strictim.* Colvius. Uti recte edidit Vulcan. cum seqq. Edd. et Mss. Flor. l. ix. Met. ‘cinctum pectoralem adusque vestigia strictim injecti.’ Gell. l. xv. c. 3. ‘fasciis ventrem strictissime circumligare.’ Pith. *stricti sustinent.* Oud.—5 Edd. vett. *dextra.* Id.—6 Ms. lib. *interquietum quod.* Colvius. *Percutere, cum vox in cantico interquievit: quod interim canticum.* Sic audacter distinguo,

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Malæ uberes*] Quid hoc est rei? Suntne magnæ et amplæ malæ? At ejusmodi malæ turpes sunt et invenustæ, proindeque ab hujus signi descriptione alienæ. Corruptum est aliquid: lege meo periculo *impuberes*, hoc est, imberbes.

<sup>h</sup> *Ac medio [modica] mento lacuna*] Sic repono ex corrupto Ald. et Rom. Edit. loco, *ac modico mento lacunatur.* Per lacunam intellige cavum illud, quod in mento quorundam cernitur, quod si modicum est, gratiam addit et venustatem ori.

<sup>1</sup> *Cetera decoris in striis [histrionici]* Ita

correxit Lips. Elect. II. cap. 21. ex Ms. codice suo, in quo scriptum *decoris histrionici*: in vulgatis erat *decoris instrumentis*: porro ‘decorem histrionum’ dixit Noster, ut Plantus ‘Imperium histrionum,’ et ‘Imperator histrionum,’ Pænuli prologo.

<sup>k</sup> *Dextera psallentis gestu [suo] pulsabulum, &c.*] Abundat illud suo: aut igitur tollendum, aut reponendum suum *pulsabulum*, hoc est, snum plectrum, quod tenet. Plectrum porro, quod Græcum est, *pulsabulum* recte Latine redditur.

videtur ore tereti semihiantibus<sup>7</sup> in conatu labellis eliquare.  
 3. Verum hæc quidem statua esto cujuspiam puberum, qui,<sup>1</sup>  
 Polycrati tyranno dilectus, Anacreonteum amicitiae gratia  
 cantillat;<sup>8</sup> ceterum multum abest, Pythagoræ philosophi  
 statuam esse,<sup>9</sup> etsi natu Samius,<sup>m</sup> et pulchritudine apprime  
 insignis,<sup>n</sup> et psallendi Musicæque omnis multo doctissimus,<sup>o</sup>  
 ac ferme<sup>t</sup> id ævi, quo Polycrates Samon potiebatur.<sup>2</sup>  
 Sed haudquaquam philosophus tyranno dilectus<sup>p</sup> est.<sup>3</sup>

*videtur emittere cantionem ex sua rotunda buccula, labris semiapertis ex nisu. Sed hoc quidem signum est cujusdam juvenis, quem, carum tyranno Polycrati, Anacreon Teius carminibus celebrat amicitiae causa. Porro longe abest ut sit simulacrum Pythagoræ philosophi. Hic quidem erat et Samius origine, et egregie spectabilis forma, et longe peritissimus psallendi, totiusque adeo Musicæ artis, et illius fere ætatis, qua Polycrates tenebat Samum. Verum hic philosophus minime amatus*

et lego auctoritate Mss. Florent. pr. Lips. Ed. Junt. post. et Vinc. Contar. l. i. v. l. c. 26. Vulgo pessime, præter Ed. Floridi, post *percutere* ponebatur plena distinctio, et deerat τὸ quod. Ait Auctor adolescentem videri canere ore, dextra dum interim parata videtur ad citharam pulsandam, simulac vox cessaverit dicere canticum, quod canticum interim, &c. De distinctione jam monuit Petav. ad Themist. p. 565. In Ed. Flor. *interquieverit*. Ondendorp.—7 Pith. *semimatibus*. Ed. Vic. *semihiantibus*. Vide ad Metam. l. v. p. 354. b. *Idem*.—8 Vid. Not. Var.—9 Ms. cod. *Philosophistu Pythagore tuam* &c. Colvius. Cl. Cuperus Obs. l. ii. c. 6. legit *non multum*: quia Pythagoras natu Samius, pulcher, et amator musicæ fuit. Vir Doctus in Obs. Misc. vol. v. t. iii. p. 114. legit *non multum*, &c. *qui et natu*. Alius, *Is et natu*. Cur non *multum abest*, &c. *etsi is natu S*. *Etsi* coniecit quoque Vir Doctus ad marg. Ed. Colv. in Bib. Reg. *Oud*.—1 Ms. cod. *at ferme*. Colvius. Pith. *ad ferme*. *Oud*.—2 *Samon pot*. Vulg. *Samum*. Colvius. Ed. Elmenh. *Samno*, voluit *Samum*, quod extat in Edd. Scriverii et omnibus ante Colvium, ut et Mss. Pith. Bene. ‘Potiri’ cum accusativo apud optimos scriptores. Vide Davis. et me ad Hirt. B. Afric. c. 36. ‘oppidum potitus.’ c. 87. ‘castra potitus.’ Gell. l. xiii. c. 1. ‘mortem potita est.’ Noster l. x. Met. in f. ubi Ms. Oxon. *portam potitus*. vid. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. x. 627. xiii. 728. *Oud*. Cur igitur non potius *Samon*? ut citatum est ad Met. x. in f. *J. Bosscha*.—3 Vulg. *fuit*. In Pith. *deest est*.—4 Pith. *commode*.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Cujuspiam p. qui* [*Cujusquam puberum, quem, &c.*] Bathyllum prius nominavit: at Ælianus variæ historiæ lib. ix. ait Anacreontem versibus in cælum tulisse Smerdiam puerum amatum Polycrati Sami tyranno: quod non tam amoris, quam amicitiae gratia faciebat. Hunc ergo Smerdiam hic intelligendum puto. Ceterum in iis qui extant ejus versibus Bathylli tantum fit mentio: at perierint quæ de Smerdia scripserit. Vide

Laërt. in ejus Vita, lib. viii.

<sup>m</sup> *Etsi* [*Et*] *natu Samius*] Subintelligendum *quidem*.

<sup>n</sup> *Et pulchritudine apprime insignis*] Vide quæ de ipso diximus sub initium Apologiæ.

<sup>o</sup> *Et psallendi Musicæque omnis multo doctissimus*] Monochordii (quod canouem ex una chorda vocat) inventorem fuisse ait Laërtius in ejus Vita: τὸν τε κανόνα τὸν ἐκ μιᾶς χορδῆς εὑρεῖν.

<sup>p</sup> *Sed haudquaquam philosophus ty-*

Quippe eo commodum <sup>4</sup> dominari orso,<sup>4</sup> profugit ex insula clanculo Pythagoras, patre Mnesarcho <sup>5</sup> nuper amisso: quem comperio <sup>6</sup> inter sellularios <sup>7</sup> artifices, gemmis faberrime sculpendis,<sup>8</sup> laudem magis quam opem <sup>9</sup> quæsisse. Sunt, qui Pythagoram aiant <sup>1</sup> eo temporis inter captivos Cambysæ regis, Ægyptum cum adveheretur,<sup>t</sup> doctores <sup>2</sup> habuisse Persarum Magos, ac præcipue Zoroastren,<sup>u</sup> omnis

*fuit ab illo tyranno. Nam, cum is inciperet rerum potiri, Pythagoras clam avfugit ex insula, orbatus haud ita pridem patre suo Mnesarcho: quem invenio, degentem inter fabros sellularios, acquisivisse potius honorem quam dicitias cælandis solertissime gemmis. Quidam dicunt Pythagoram tunc temporis advectum in Ægyptum inter captivos regis Cambysæ usum fuisse magistris Magis Persarum, atque in*

Oud.—5 Vulg. *Mesarco*. Ms. *Vesarco*. Laërtius *Μησαρχον* vocat. *Colv.* Coll. Voss. Lips. *Phesarcho*. Pith. *Vesarcho*. Edd. Vett. *Nesarco*, *Mesarco*, *Mnesarcho*. Oud.—6 Sic hoc loco Mss. *Colv.* et seqq. sed in Edd. prioribus est *comperior*: ut Noster ait alibi. Vide ad *Met.* l. II. p. 143. b. *Oud.*—7 Ed. Vic. *sellularios*. Id.—8 Ald. *scalpendis*. Elmenhorstius.—9 Pro divitiis in singulari au alibi occurrat, videndum. Beichemus certe hic voluit *opus*, affirmans tamen *opem* esse in Mss. omnibus. *Oud.*—1 Pith. *Pyth. amant*. Id.—2 Sic vulgati. Ms. *ductores*. probo. *Colc.* Flor. *ductores*. Elmenhorstius. Item Ms.

## NOTE

ranno dilectus] Postquam tyrannus fuit: at prius aliter se res habebat. Scribit enim Laërtius Pythagoram, cum Ægyptum peteret, fuisse Amasidi Ægypti regi per epistolam a Polycrate commendatum.

<sup>4</sup> Quippe eo commodum dominari orso, &c.] Rem sic narrat Laërtius: εἶτα ἐπανῆλθεν εἰς Σάμον, καὶ εὐρὼν τὴν πατριδα τυραννομένην ὑπὸ Πολυκράτους ἀπῆρεν εἰς Κρότωνα τῆς Ἰταλίας. ‘Deinde’ (nempe post Ægypti peregrinationem) ‘rediit Samum, offendensque patriam a tyranno Polycrate incubari, Crotonem Italiæ urbem petit.’ Vide Strabon. lib. XIV. pag. 439.

<sup>8</sup> Gemmis faberrime sculpendis] Laërtius annulorum sculptorem dicit, δακτυλιόγλυφον.

<sup>9</sup> Sunt, qui Pythagoram aiant, &c.] De hac re ne verbum quidem habet Laërtius.

<sup>t</sup> Ægyptum cum adveheretur] Quando videlicet Cambyses adversus Amasidem, seu potius Psammetichum ejus filium, regem Ægypti, bellum moveret: quo bello Ægyptum universam suæ fecit ditionis.

<sup>u</sup> Zoroastren] Non antiquum illum Zoroastren, Bactrianorum regem, quem Ninus secundus Assyriorum rex domuit; immanis enim est inter ejus atatem et Pythagoræ tempora intercapedo: at Zoroastres, de quo hic sermo, fuerit aliquis ex Cambysis aulae Magis. Pythagoræ certe magister memoratur Ζαράτας quidam apud Plutarchum, in *περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας*, qui Ζάβρατος Malcho, Ναζάρατος apud Clementem lib. I. Stomatium dicitur, quemque nonnulli Veterum Ezechielem prophetam fuisse putarunt. Ex Ζαράτα illo, seu Ζαβράτῳ, et Nazarato potuit fieri Zoroastres,

divini arcani antistitem :<sup>3</sup> posteaque eum a quodam Gillo Crotoniensium principe<sup>w</sup> recuperatum.<sup>4</sup> Verum enimvero celebrior fama obtinet, sponte eum petisse Ægyptias disciplinas, atque ibi a sacerdotibus,<sup>5</sup> cærimoniarum incredundas<sup>6</sup> potentias, numerorum admirandas vices,<sup>7</sup> Geometriæ solertissimas formulas didicisse :<sup>8 x</sup> sed nec his artibus<sup>9</sup> animi expletum, mox Chaldæos,<sup>y</sup> atque inde Brachmanas :<sup>1</sup> hi sapientes viri sunt, Indiæ gens est :<sup>2 z</sup> eorum ergo

*primis Zoroastre præsule omnium secretorum divinarum: eumque post receptum a quodam Gillo primario viro inter Crotonienses. At enim vulgatio fama est, eum ultro ivisse ad artes Ægyptias discendas, atque illic edoctum esse a sacerdotibus vires incredibiles cærimoniarum, mirabiles commutationes numerorum, et artificiosissimas figuras Geometriæ: verum eum non contentum his mentis disciplinis, statim petivisse Chaldæos, indeque Brachmanas, et eorum Brachmanum Gymnosophistas.*



Pith. et Ed. Scriv. Mox tamen : ' tot ille doctoribus eruditus.' Oud.—3 Flor. d. arcanum. Vid. Arnoldus Pontacens ad Sus. fol. 238. *Elmenh.* Sic primus edidit Vulcanius, et monuit ita e vet. libro legendum esse Wower. in *Poly-mathia* c. 28. Sed in Mss. ceteris et Edd. Vett. legas *arcanum*; ut ' divinum ' sit τὸ θεῖον, de quo adi ad Met. l. viii. p. 582. b. Sed quid est ' arcanus antistes? ' An *arcanorum*? Oud.—4 Sic recte Flor. vulgo, *recuperatum*. Infra ' eum primum gressum recipiavi.' *Elmenh.* Elmenhorstinum seqq. secuti sunt. Oud.—5 Pith. deest a. Id.—6 *Incredundas*. Flor. 1. *incredulas*. Flor. 2. *incredundas*. Elmenhorstinus. Lips. quoque *incredulus*, quod non respuendum, ut sumatur passive. Sic enim Gell. l. ix. c. 4. ' res inaudite, incredulæ: ' ubi nil mutandum. Vid. Gronov. *Incredundus* tamen alibi *Nostrum*. Oud.—7 Conjicit Colv. *vires*.—8 *Tὸ didicisse* male abest a Florentino. *Elmenh.* Item a Pith. In Coll. Voss. Lips. est *Geometricæ*. Oud.—9 Postrema ed. *sed nec his art.* Colvius. Vulgo legebatur: *Seneca his artibus*. Unde Fulvius: *Sed nec his*. Scioppius in *Symbola*. Edd. Vett. cum Ms. Lips. carent τῶ sed, præter Junt. post. et Bas. sec. In Ed. Aldi *Seneca*: unde forsàn Scaliger *nec ab his*. Oud.—1 Ms. al. *Barcinanos*. Colvius. Pith. *Brachmanos*. Oud.—2 *Indiæ gens est* forte glossematum marginale fuit. Colv. Dele glossema. Wower. Dele glossema cum Colvio et Wowerio. *Elmenh.*

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *A quodam Gillo Crotoniensium principē*] Themisius Enphrada Orat. 4. Principem Crotonensium illius temporis non Gillum, sed Gylonem Γύλωνα appellat, ubi ait Pythagoram Mnesarchi filium Samo Crotonem petivisse, propter Polycratem; Crotonem vero recessisse Locros, Gylonis illius causa.

<sup>x</sup> *Geometriæ solertissimas formulas didicisse*] Invenisse eum ac demonstrasse narrat, teste Laërtio, Apol-

lodus, trianguli rectanguli latus angulo recto subjectum tantundem posse quantum reliqua duo latera, quæ propositio nunc 47. est lib. 1. Elementorum Euclidis; atque ob egregium hoc inventum hecatomben immolasse.

<sup>y</sup> *Chaldæos*] Hi in Syria crant, Chaldæorum tamen nomine postmodum insigniti sunt Romæ Astrologi illi omnes Genethliaci.

<sup>z</sup> [*Hi, &c.*] In vulgatis hic inseruntur

Brachmanum Gymnosophistas<sup>a</sup> adisse. 4. Chaldæi sideralem scientiam, numinum vagantium statos ambitus,<sup>3</sup> eorumque<sup>4</sup> varios effectus in genituris hominum ostendere: nec non<sup>5</sup> medendi<sup>6</sup> remedia mortalibus, latis pecuniis,<sup>7</sup> terra<sup>8</sup> cœloque et mari conquisita. Brachmanæ<sup>9</sup> autem pleraque philosophiæ ejus contulerunt: quæ mentium<sup>1</sup> documenta, quæ corporum<sup>2</sup> exercitamenta,<sup>b</sup> quot partes animi,

*Chaldæi docuerunt eum doctrinam astrorum, certos circuitus stellarum errantium, et diversos effectus utriusque astrorum generis in nativitate hominum, atque etiam medicamina ad medendum hominibus comparata ex tellure, et aère, et pelago, magnis pecuniis. Brachmanes vero docuerunt eum maximam partem ejus Philosophiæ: quæ sint præcepta animorum, quæ sint exercitationes corporum, quot facultates*

*Hi...adisse.* Bong. censet hoc totum puram putam esse glossam, cui sane assentior. *Gros.* Pessimo exemplo et prave *Floridus* τὰ ἡ sapientes viri sunt. *Indiæ gens est* e textu ejecit. Nam voces 'eorum ergo' docent clare, aliqua post *Brachmanas* inserta ab Auctore fuisse. Vide similia ad N. 7. In *Cod. Ursini* exaratur tamen eorum quoque *B. Oud.*—3 *Numinum vag. status ambitus.* In *Polymathia* indicavi legendum: *luminum v. statos ambitus.* *Wowerius.* *F. lum. vag. statos amb.* et ita etiam *Joan. a Woweren*, sed adhuc nescio quid deesse videtur. *Brant.* *Lum. vag. statos amb.* Sic *Fulvii liber*, alii *num. vag. status, ambitus*, minus bene. *Elmenh.* Vocem *numinum* constanter retinent *Mss. Florent. Lips. Fulv. et Edd. Vett.* usque ad *Vulcan.* qui cum *Scalig. Wower.* in *Polymath.* c. 22. ac *Brantio* reposuit *luminum*. *Male.* Per 'numina' intelligit planetas, quos 'vagantium Deum potestates' Auctor vocat *Florid. N. 10.* et 'visibiles Deos' de *Deo Socr.* p. 667. *Ed. Flor.* Plura vide ad *Mat. l. xi. p. 761. b.* Dein *statos* recte *Wower. e Cod. Fulv. ac Brantius* emendarunt; eisque membranarum accedunt *Florentinæ et Edd. seqq.* sive certos, æterna et fixa lege constitutos: ut passim 'stata tempora.' *Plin. l. xviii. c. 29.* 'statos siderum meatus.' Ipse Auctor de *Deo Socr.* p. 666. *Ed. Flor.* de his ipsis planetis: 'certo et stato cursu meatus æternos efficiunt.' in *Florid. N. 18.* 'temporum ambitus, stellarum meatus' jungit. In *Edd. Vett.* est *status ambitus*. Hinc est vir doctus, qui legit *lum. fixorum status, vagantium ambitus*, quo facit sequens vox *utrorumque*, si sana foret. *Oud.*—4 *Utrorumque.* Rectius veteres *Becichemi codices, eorumque.* *Colvius* in *Omissis.* *Astrorumque* lego. *Brant.* *Wower.* bene cum *Colv.* legit *eorumque.* Sub 'siderali scientia' forsitan comprehendit notitiam stellarum fixarum; verum illis non ascribuntur, quod sciam, effectus in genituris hominum. *Pith. utroque.* *Oud.*—5 *Ms. cod. ne tn.* *Colvius.*—6 *F. medicinæ.* *Gros.* *lotius.* *Ald. medeinde.* *Oud.*—7 *Geminum* videtur, *late pecuniis*, aut quod malim *lautis pecuniis*: alibi præmia vocat *opima.* *Frequentata hæc in libris bonorum scriptorum,* 'dos lauta,' 'opera lauta,' &c. *Stewech.* Non male. Rarissima sane locutio est *latis pecuniis* pro amplis, magnis. 'Latissimum cachinnum' alibi *Noster* ait. *Oud.*—8 *Ms. grâ.* *Colvius.*—9 *Idem, Bracina.* *Colvius.* *Florent. Pith. Brachmani.* *Oud.*—1 *Deest quæ Lips. Id.*—2

## NOTE

hæc verba, *Hi sapientes viri sunt, Indiæ gens est*; quæ recte *Colv. et Wow.* suspicati sunt esse a manu Glossatoris et in textum irrepsisse: dele ita-

que ex contextu.

<sup>a</sup> *Gymnosophistas*] Vide quæ de his superius.

<sup>b</sup> *Brachmanæ autem pleraque philo-*

quot vices vitæ, quæ Diis Manibus pro merito suo cuique<sup>3</sup> tormenta vel præmia.<sup>c</sup> Quin etiam Pherecydes Syro<sup>4</sup> ex insula<sup>d</sup> oriundus, qui primus, versuum nexu repudiato, conscribere ausus est passis verbis,<sup>e</sup> soluto locutu,<sup>6</sup> libera oratione, eum quoque Pythagoras magistrum coluit,<sup>f</sup> et infandi morbi putredine in serpentium scabiem<sup>7</sup> solutum<sup>g</sup>

*mentis, quot munita vitæ; qui cruciatus, aut quæ mercedes destinentur animis mortuorum, singulis secundum suum meritum. Sed et Pherecydes quoque natus in insula Syro, qui primus, rejecto vinculo carminum, aggressus est scribere promiscuis vocibus, oratione soluta, libero sermone, Pythagoras audivit etiam eum magistrum, et pie sepelivit, resolutum in scabiem pediculorum corruptione abominandi morbi.*

*Corporumque. Vulg. quam corporum. Colviús. Flor. quæ corporum quæ. Fulvii liber quam corporum excitamenta. Elmenhorstius. Quæ corporum exercitamenta optime legas in Mss. Florent. Pith. Edd. Rom. Vicent. Elm. Scriv. Flor. Scheff. de Phil. Pythag. legit quæve. In Cod. Ursini Edd. Aldi, Juntinuis, Bas. quam corp. at Ms. Lips. Edd. Colv. Vulc. Scal. Wower. corporumque. Dein excitamenta Ms. Fulv. et Coll. Voss. Lips. Oud.—3 Edd. Vulc. Wower. sui c. vitiose. Id.—4 Al. Syrio. Vid. Not. Var.—5 Vulg. passim verbis.—6 Ms. cod. loculo. Colvius.—7 Al. scabrem.—8 Pith. Anaxamandrum, et mox pro*

## NOTE

*sophiæ ejus contulerunt: quæ mentium documenta, quæ corporum exercitamenta, &c.]* Mandanis unus ex illis Indorum Sophistis, referente Strabone, Onesicrito ad se ab Alexandro misso inter cetera respondit, ipsos corpora exercere, ut mentes confirmarentur, quibus motus sedarentur, &c. post hæc interrogasse, num talia etiam apud Græcos discerentur: et respondisse Onesicritum, eadem Pythagoram docere, ac jubere ab animalibus abstinere, &c.

<sup>c</sup> *Quæ Diis Manibus pro merito suo cuique tormenta vel præmia, &c.]* Deos Manes animas esse defunctorum, quod jam alias observavimus, vel hic locus probet. Porro, ut ad nostros Brachmanas redeamus, Strabo ex Megasthene, inter alia multa, hæc de iis refert: παραπλέκουσι δὲ καὶ μύθους, ὡσπερ καὶ Πλάτων, περὶ τῆ ἀφθαρσίας ψυχῆς καὶ τῶν καθ' ἑἴδου κρίσεων, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. 'Texunt autem et fabulas, quemadmodum Plato, de immortalitate animæ et de judiciis, quæ

apud Inferos fiunt, et alia hujusmodi.' Observa Strabonem, eum, quæ Plato de immortalitate animæ et Inferorum judicii scripsit, fabulas vocat, ex mente Epicureorum loqui videri, qui mortalem animam esse, fabulasque Manes putaverunt. Strabonem tamen Stoicum fuisse ait Casaubonus.

<sup>d</sup> *Syro ex insula]* Una est ex Cycladibus.

<sup>e</sup> *Qui primus versuum nexu repudiato, conscribere ausus est passis verbis]* Plin. lib. vii. cap. 56. 'Prosam orationem condere Pherecydes Syrius instituit Cyri regis ætate.'

<sup>f</sup> *Eum quoque magistrum Pythagoras coluit]* Laërt. in ejus vita idem testatur.

<sup>g</sup> *In serpentium scabiem solutum]* Similiter Plin. lib. vii. cap. 51. 'Ut Pherecydes Syrius copia serpentium ex corpore ejus erumpente expiraverit.' Serpentes illi pediculi erant: morbo enim pediculari, qui Græcis φθειρασις dicitur, obiit Pherecydes:

religiose humavit. Fertur et penes Anaximandrum<sup>8</sup> Milesium<sup>h</sup> naturabilia commentatus: necnon et Cretensem Epimenidem,<sup>i</sup> inclytum fatiloquum et poëtam,<sup>9</sup> disciplinæ gratia<sup>1</sup> sectatus: itemque Leodamantem, Creophyli<sup>2</sup> discipulum:<sup>k</sup> qui Creophylus memoratur poëtæ Homeri hospes<sup>l</sup> et æmulator canendi fuisse. 5. Tot ille doctoribus eruditus, tot tamque<sup>3</sup> multijugis fontibus disciplinarum toto orbe

*Dicitur etiam explicuisse naturales quæstiones apud Anaximandrum Milesium, atque etiam audivisse doctrinæ causa Epimenidem Cretensem illustrem vatem et poëtam: insuper Leodamantem discipulum Creophyli, qui Creophylus dicitur fuisse hospes Homeri, et imitator in poësi. Ille edoctus a tot magistris, delibatis ex universo orbe tot et tam variis laticibus scientiarum, vir præcipue magno ingenio, et*

//////////

*commentatus, commentitus. Oud.—9 Epim. incl. fatiloquum Platonem. Non Platonem legendum hinc putes, verum meo iudicio Pitacum. Pyrrhus. Mendum puto. Nam Plato post Pythagoram fuit. Vide de dogmate Platonis statim a principio. Brant. Florent. 2. et Platonem. Casaubonus, et Solonem. Lipsius, piatorem. Eimenhorstius. Lectio poëtam demum profecta est a Vulcanio, qui cum seqq. ita exhibuit; verum 'fatiloquus' nihil fere differt a 'poëta,' et Mss. cuncti Edd. que Vett. dant et Platonem. At hoc sine dubio vitiosum est. Nam Plato multis post Pythagoram annis demum natus est, qui ideo in multis Pythagorissat, ut mox ait Auctor. v. Menag. ad Laërt. l. 1. 110. Optime autem Sopingius cum alio Viro Docto ad Ed. suæ marginem allevit Thaletem. Hoc enim fere, quo Noster, ordine Pythagoræ præceptores nominat, et in iis recenset Thaletem (Phænicem origine, vid. ad Hygin. Astron. 11. 2.) Iamblichus de vita Pythag. § xi. qui tamen Epimenidæ non meminit. Oud.—1 Lips. gratiam. Mox pro itemque Pith. idemque. Id.—2 Vid. Not. Var.—3 Coll. Voss. Lips. tot tantaque. Oud.—4 Comitibus d. t. o.*

## NOTÆ

quod testatur Heraclides libro *περί πολιτείων* Φερεκύδης ὁ Σύριος ὑπὸ φθειρῶν καταβρωθεὶς ἐν Σάμῳ ἐτελεύτησεν. 'Pheresydes Syrius a pediculis corrosus in insula Samo interiit.' Serenus Sammonicus: 'Sed quis non paveat Pheresydis fata Tragædi, Qui nimio sudore fluens, animalia tetra Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt.' Ælianus lib. iv. variæ histor. cap. 28. dicit eum, ob impietatem in Deos, in morbum illum incidisse.

<sup>h</sup> Penes Anaximandrum Milesium] Qui Thaletis fuit discipulus: ejus præclara aliquot inventa recenset in

ejus Vita Laërt. quem vide.

<sup>i</sup> Cretensem Epimenidem] Cum quo etiam descendisse eum in Idæum antrum refert Laërtius.

<sup>k</sup> Leodamantem, Creophyli discipulum] Hermodamantem Creophyli nepotem habet Laërtius in Pythag. Vita, non Leodamantem.

<sup>l</sup> Qui Creophylus memoratur poëta Homeri hospes, &c.] Samius fuit ille Creophylus. Strabo lib. xiv. pag. 439. eadem de eo refert, quæ hic Apuleius: additque nonnullos etiam tradere, eum Homeri fuisse magistrum: alios tamen non hunc dicere, sed Aristeam Proconnesium.



haustis,<sup>4</sup> vir præsertim ingenio ingenti, ac profecto supra captum<sup>5</sup> hominis animi augustior, primus philosophiæ nuncupator<sup>m</sup> et conditor,<sup>6</sup> nihil prius discipulos<sup>n</sup> suos docuit, quam tacere: primaque apud eum meditatio, sapienti futuro, linguam omnem<sup>7</sup> coercere; verbaque,<sup>8</sup> quæ volantia poetæ appellant,<sup>o</sup> ea verba, detractis pinnis, intra murum candentium dentium<sup>p</sup> premere.<sup>9</sup> Prorsus, inquam, hoc erat primum sapientiæ rudimentum, meditari condiscere,<sup>1</sup>

*mente sublimiore certe quam posset esse mens hominis, qui primus nomen dedit Philosophiæ, et cum fundavit, nihil docuit prius suos auditores, quam silere: et primum studium ejus, qui evasurus erat sapiens, apud eum fuit, penitus cohibere linguam: et verba, quæ poetæ vocant volucris, illa verba avulsis ulis coercere intra septum alborum dentium. Hoc erat, inquam, omnino primum tyrociniûm sapientiæ, discere*

*haustis.* Fallor? an legi commodius potest *toto orbe auctus*, vel proxime scripturam communem librorum, *toto orbe habitus*. Stewechius. Forte rectius, *fontibus d. t. o. h.* vel ut Lipsio placet, *fomitibus*. Colvius. Flor. et Ald. *comitibus d.* Elmenhorstius. Mss. et Edd. vett. *comitibus*. Cum Lipsio edidere Scal. Vulcan. Elmenh. et Scriv. Vir Doctus ad Ed. Junt. post. conjecit *comitibus* sen cultibus. Sed quid 'multijugos comtus' vel 'fomites haurire' non capio. Verius ergo Colvius emendavit *fontibus*, qui passim Nostro et aliis juges dicuntur, et metaphorice de disciplinis adhibentur. Eum etiam secuti sunt Wow. et Florid. Cogitavi aliquando *caliculis*. ut in Flor. N. 20. 'Musarum cratera' et 'Ego et alias crateras Athenis bibi, Poëtica,' etc. Notissima sunt pocula Cebetis, etc. Vide B. Pium t. 1. Th. Crit. p. 503. *Oud.* —5 Pith. Lips. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *super*, crebra variatione. *Id.* —6 *Vulg. creditor*. Colvius. Prave ita Edd. ante Colv. et apud Scheff. de Phil. Pythag. c. 6. *Oud.* —7 Frustra Rittersh. ad Porphy. de Vita Pyth. sect. 19. conjecit *omnino*. Eodem sensu. *Id.* —8 *Ms. verba*. Colvius. Item Pith. *Oud.* —9 *An claudentium?* Burmannus. Pro *pinnis* in Edd. Ald. Junt. post. male est *pennis*. Pro *premere* Pith. *primere*. *Oud.* —1 Pith. *mediatori*

#### ΝΟΤÆ

<sup>m</sup> *Primus philosophiæ nuncupator*] *Φιλοσοφίαν πρῶτος ἠνόμασε Πυθαγόρας, καὶ ἑαυτὸν φιλοσόφον*, inquit Laërt. in Proœmio: 'Philosophiam primum appellavit Pythagoras, et seipsum Philosophum,' cum ante eum *σοφία* diceretur, et Philosophi *σοφοί*, hoc est, sapientes: contendebat quippe Pythagoras sapientiæ studium esse quidem hominum, at sapientiam solum Dei.

<sup>n</sup> *Nihil prius discipulos, &c.*] Vide hæc fusius apud Laërt. in Pythagoræ vita.

<sup>o</sup> *Quæ volantia poetæ appellant*] Homerus multis in locis *ἔπεα πτερόεντα*. Similiter in Apologia, 'si verba, ita uti poetæ aiunt, pinnis apta vulgo volarent.' Plantus, Amphitruone, Act. 1. Scen. 1. 'MERC. Vox mihi ad aures advolavit. SOS. Næ ego homo infelix fui, qui non alas intervelli: volucrem vocem gestito.'

<sup>p</sup> *Intra murum candentium dentium*] Respicit ad eundem Homerum, apud quem frequens hic versus, *Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων*; 'Quale verbum effugit tibi septem dentium!'

loquitari dediscere. Non in totum ævum<sup>2</sup> tamen vocem desuescebant,<sup>3</sup> nec omnes pari tempore elingues magistrum sectabantur;<sup>4</sup> sed gravioribus viris brevi<sup>4</sup> spatio satis videbatur taciturnitas modificata: loquaciores enimvero ferme in quinquennium velut<sup>5</sup> exilio vocis puniebantur. Porro noster Plato, nihil ab hac secta vel paululum devius, pythagorissat in plurimis. Æque et ipse in nomen ejus a magistris meis adoptatus,<sup>6</sup> utrumque meditationibus Academicis didici: et cum dicto est opus,<sup>7</sup> impigre dicere; et cum tacito opus est, libenter tacere. Qua moderatione videor ab omnibus tuis antecessoribus haud minus opportuni silentii laudem, quam tempestivæ vocis testimonium consecutus.

*cogitare, et dediscere garrere. Non tamen abstinebant a loquendo per totam vitam, neque omnes sequebantur magistrum muti per æquale spatium temporis; sed silentium moderatum per breve tempus videbatur sufficere viris severioribus: at qui nimis erant garruli mulctabantur silentio in quinque annos, quasi missa in exilium voce. Ceterum Plato noster, minime, aut certe perparum, defectens ab hac secta, Pythagoram imitatur. Ego quoque inter plurimos ascitus in ejus sectam a meis magistris, meditationibus Academicis didici, et incunctanter loqui, quando loquendum est; et ultro silere, quando silentium est. Qua modestia videor non minus laudatus fuisse a cunctis tuis prædecessoribus, quod tempestive taceam, quam quod opportune loquar.*



*condidere. Pro loquitari Ed. Ald. liquitari. Id.—2 Exulat vox ævum ab Edd. Vulc. Wow. Vitiose. Id.—3 Ms. desuescebat. Colvius.—4 Parum abest, quin legendum asseverem, bienni. Agel. lib. 1. cap. 9. ‘Sed non minus quisquam tacuit, quam biennium.’ Brant.—5 Idem, tum. Colvius. Lego, uti. Brantius. Vid. Not. Var.—6 Ms. cod. adoptarer. Colvius. Flor. adoptarer. Elmenhorstius. Pith. adoptaret. Latet aliquid. An pro æque scribendum est quum. Certe illa in plurimis male vulgo huic periodo annectuntur, cum ita fuissent jungenda, Pythagorissat in plurimis. Æque vel quum. Vir Doct. ad marg. Ed. Colv. in Bibl. Reg. legit Et quum ipse, &c. adoptarer. Oud.—7 Deest verbum Pith. Id.*

#### NOTÆ

<sup>9</sup> *Nec omnes pari tempore elingues magistrum sectabantur]* A. Gellius, lib. 1. cap. 9. ‘Enim, qui exploratus ab eo (Pythagora) idoneusque fuerat, recipi in disciplinam statim

jubebat, et tempus certum tacere; non omnes idem, sed aliud aliis tempus, pro æstimato captu solertiae, &c. sed non minus quisquam tacuit, quam biennium.’

# APULEII MADAURENSIS

## FLORIDA.

### LIBER III.

---

NUM. XVI. PRIUSQUAM vobis occipiam,<sup>1</sup> principes Africæ viri,<sup>1</sup> gratias agere, ob statuam,<sup>2</sup> quam mihi præsentī honeste postulastis, et absentī benigne decrevistis; prius volo causam vobis allegare, cur aliquammultos<sup>3</sup> dies a conspectu auditorii afuerim,<sup>4</sup> contulerimque me ad Persianas aquas,<sup>5</sup> gratissima prorsus et sanis natabula,<sup>5</sup> et ægris medicabula. Quippe ita institui omne vitæ meæ tempus vo-

*Antequam aggrediar agere vobis grates, viri primarii Africæ, propter simulacrum, quod honorifice rogastis mihi præsentī, et liberaliter statuistis mihi erigi absentī; volo prius vobis afferre rationem, quare desideratus fuerim ab auditorio per aliquot dies, et petierim aquas Persianas, in quibus et sani possunt suaviter nature, et ægri reperire medelam. Etenim sic decrevi probare totum spatium meæ vitæ*

//////////

I Vid. Not. Var.—2 Idem, *obstituam*. Colvius.—3 Ed. Ald. *aliquamultos*. Sed vide Ind. *Oud.*—4 *Abfuerim*. Idem, *affuerim*. Scriptum olim, *afuerim*. Colvius. Benē. Vide ad Cæsar. lib. I. B. G. c. 36. et VII. 63. *Contulerim* abest a Coll. Voss. Lips. *Oud.*—5 Pith. *notabula*. Pro *gratissima* Coll. Voss.

#### NOTE

<sup>1</sup> *Priusquam vobis occipiam, &c.*] Hoc Fragmentum est orationis, quam coram Carthaginis proceribus habuit, gratiarum ageandarum causa, ob decretam sibi statuam.

<sup>5</sup> *Ad Persianas aquas*] Harum aqua-

rum cum mentio nusquam, nisi hic, occurrat, de his earumque loco conijcere nihil aliud possumus, nisi eas alicubi circa Carthaginem sitas fuisse.

bis probare,<sup>6</sup> quibus me in perpetuum<sup>7</sup> firmiter dedicavi: nihil tantum,<sup>8</sup> nihil tantulum faciam, quin ejus vos et gnaros et judices habeam. Quid igitur de repentino<sup>9</sup> ab hoc splendiddissimo conspectu vestro distulerim,<sup>1</sup> exemplum ejus rei paulo secus simillimum memorabo, quam improvisa pericula hominibus subito oboriantur,<sup>2</sup> de Philemone<sup>3</sup> comico. De ingenio ejus qui satis nostis, de interitu paucis cognoscite. An etiam<sup>4</sup> de ingenio pauca vultis?<sup>u</sup> Poëta fuit hic Philemon, mediæ comædiæ scriptor:<sup>w</sup> fabulas cum Menan-

*vobis, quibus me consecravi in æternum: nihil agam tanti, vel tam exigui momenti, quin illud subjeciam vestræ cognitioni, et vestro arbitrio. Ergo, ut sciatis quamobrem subito discesserim ab hoc illustrissimo vestro conspectu, et quam inexpectati casus subito eveniant hominibus, narrabo exemplum hujus rei parum abest quin simillimum de Philemone Comico. Vos, qui satis cognoscitis ejus ingenium, audite pauca de ejus morte. Vultisne etiam ut vobis dicam uliquid de ejus ingenio? Hic Philemon fuit poëta, scriptor mediæ comædiæ: dedit comædias agendus in*

//////////

Lips. *gratissimas*. Id.—6 Male exulat ab Ed. Floridi τὸ vobis, quæ etiam mox habet *dicavi*. Id.—7 Quidam una voce legunt *imperpetuum*. V. Menk. Misc. N. Lips. vol. II. tom. IV. *Id.*—8 Bene *nihil tantum* e Cod. Lips. cui consentit Florent. primus addidit Colvius.—9 *Derepentino*. Fulvius mavult *derepente*. Ego nihil muto. Sic et repente et repentino dicitur. *Sciopp. in Symb.* Fulvius, *derepente*, male. *Elmenh.* Non tamen una voce *derepentino* scribendum erat, sed duabus, ut ‘de improvizo’ et ‘improvizo.’ N. 23. ‘Quia de repentino oborta est.’ Infra hoc Fragma. ‘Imber repentino coortus est:’ et alibi. *Oud.*—1 Scribe: *distulerit*. Wowerius. Vel sic deest pronomen. Quare malim *distulerim me, exemplum, &c.* Facile ob præcedentem et seq. literas, syllabam *me* excidere potuisse, patet. *Distulerim me*, i. e. a vobis me abstraxerim, diuque abfuerim. Vide ad Suet. Cæs. c. 82. *Oud.*—2 *Quam impr. per. hom. sub. obor.* Mirum nemini adhuc suboluisse, esse hæc verba ex glossa marginali nata, cum id vel puer advertere queat. *Sciopp. in Symb.* Hæc abundare videntur, et omnino sunt inducenda, sicuti aliis etiam visum. *Elmenh.* Hæc in vet. libro non leguntur. recte, ut arbitror. *Wower.* Fulvianum librum a Wowerio innui credo. Scriber. tanquam e Glossa marginali nata hæc e sua Edit. ejecit. Si tamen ponantur post τὰ ejus rei, non video, cur temere proscribi mereantur. *Oud.*—3 Pith. *Philomone*. Id.—4 Pith. *aut etiam*. Mox pro *vultis* Edd. priores *vultus*: vitiose: ut jam mo-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Quam improvisa pericula h. s. oboriantur*] Ista abundant, videnturque a manu Glossatoris esse, et irrepsisse in textum.

<sup>u</sup> *An etiam de ingenio pauca vultis*] Videtur hoc dicere impulsus auditorum murmure, totam Philemonis historiam audire expetentium.

<sup>w</sup> *Mediæ comædiæ scriptor*] Fuit

triplex Comædia, ἡ ἀρχαία, ἡ μέση, καὶ ἡ νέα. Vetus, media, et nova. Vetus maledicentior fuit, ut videre est ex initio Satiræ 4. lib. I. Horatii: ‘Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque poëtæ, Atque alii, quorum Comædia prisca virorum est, Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur, Quod mæchus foret, aut sica-

dro<sup>5</sup> in scenam<sup>6</sup> dictavit, certavitque cum eo: fortasse impar, certe æmulus. Namque eum etiam vicisse<sup>7</sup> x sæpe numero, pudet dicere. 2. Reperias<sup>8</sup> tamen apud ipsum multos sales, argumenta lepide inflexa, agnatos lucide explicatos,<sup>y</sup> personas rebus competentes, sententias vitæ congruentes: z joca<sup>9</sup> non infra soccum, seria non usque ad cothurnum. Raræ apud illum corruptelæ: et, uti errores,

*scena una cum Menandro, et contendit cum eo: fortasse inferior, sed saltem æmulator. Pudet enim dicere quod sæpe superaverit eum. Nihilominus invenias apud eum plurimas facetias, argumenta venuste intorta, agnitiones clare expositas, personas convenientes rebus, effata competentia vitæ: scommata non viliora, quam quæ Comædiam deccant, seria non clata usque ad Tragædium. Non sunt frequentes corruptiones apud eum: et amores sunt permissi, veluti errores. Nihilominus tamen*

//////////

nuit Becich. Ep. 99. *Id.—5 Pith. a Menandro. Id.—6 Al. in scena.—7 Pro nam quod, quod Scriv. et Flor. habent, Mss. et Edd. priores namque; unde patet, pro etiam vicit, seu ut in Edd. ante Colv. et vicit, recte emendasse Piccartum Peric. Crit. c. 16. etiam vicisse. Pith. Nam eum. Oud.—8 Pith. re-*

#### NOTÆ

rius, aut alioqui Famosus, multa cum libertate notabant.' Hæc libertas in vitium excidit, et vim dignam lege regi, ut habet in Arte Poëtica: 'Lex est accepta, chorusque Turpiter obtinuit sublato jure nocendi:' et hæc videtur media Comædia fuisse, cujus scriptor hic Philemon, et Menander et Heniochus quidam apud Suidam. Nova, ut videre est ex loco Antonini Imperatoris ab Elmenhorstio relato, in artificiosam ex imitatione varietatem defluxit.

x *Namque e. e. vicisse* [*Nam quod e. e. vicit*] Ambitu enim et factionibus vincebat eum, non vera laude. Gellius, lib. xvii. cap. 4. 'Menander a Philemone, nequaquam pari scriptore, in certaminibus Comædiarum ambitu, gratiaque, et factionibus sæpe numero vincebatur. Cum eum forte habuisset obviam, Quæso, inquit, bona venia, dic mihi: cum me vincis non erubescis?'

y *Agnatos lucide explicatos*] Colvius conjiciebat legendum esse, *ac nodos lucide explicatos*. Notum quid sit in

Dramatico Poëmata *nodus*. Horat. de Arte Poëtica: 'Nec Deus interisit (Tragædiæ), nisi dignus vindice nodus.' Aristoteles δέσιον et πλοκήν appellat. Si scriptam lectionem retineas, per 'agnatos lucide explicatos' intellige affines, consanguineos, sese mutuo recognoscentes: quod in Comædiis tum Plautinis tum Terentianis sæpius videre est. Ast Casaubonus ad Apologiam pag. 165. censet hoc in loco legendum *agnitus* quarto casu numeri multitudinis quartæ declinationis. Et exponit agnitiones seu recognitiones in Comædiis Veterum tam frequentes, ἀναγνωρίσεις dictas, quod maxime probo, et in Interpretatione expressi.

z *Sententias vitæ congruentes*] Sic Horat. prædicto lib. de Arte Poëtica: 'Intererit multum Davusne loquatur an heros, Maturusne senex, an adhuc florente juventa Fervidus, an matrona potens, an sedula nutritrix; Mercatorne vagus, cultorne verentis agelli,' &c.

concessi amores. Nec eo minus et leno perjurus, et amator fervidus,<sup>a</sup> et servulus callidus,<sup>1</sup> et amica illudens, et uxor inhibens, et mater indulgens, et patruus objurgator,<sup>b</sup> et sodalis opitulator, et miles præliator:<sup>2c</sup> sed et<sup>3</sup> parasiti edaces, et parentes tenaces, et meretrices procaces. Hisce laudibus diu in arte comœdica nobilis, forte recitabat partem fabulæ, quam recens fecerat. Cumque jam in tertio actu,<sup>4</sup> quod genus in comœdia fieri amat,<sup>5</sup> jucundiores affectus moveret; imber repentino coortus, ita ut mihi ad vos venit usus nuperrime,<sup>6</sup> differri auditorii cœtum et auditionis

*secius reperitur apud eum et leno perjurus, et amator ardens, et famulus astutus, et amica ductans amatorem, et uxor coercens, et mater indulgens, et patruus increpans, et amicus auxiliator, et miles pugnator: parasiti quoque voraces, et parentes avari, et meretrices protervæ. Hic dotibus his jamdudum clarus in arte comica, forte recitabat partem Comœdiæ, quam nuper composuerat. Et cum jam pervenisset ad tertium actum, et excitaret affectus suaviores, cujusmodi affectus optime conveniunt Comœdiæ; pluvia subito interveniens, quemadmodum mihi accidit nuperrime coram vobis dicenti, coëgit protrahi concionem, et auscultationem inchoa-*



*peries. Id.—9 Al. loca.—1 Servulus callidus. Absunt a Coll. Voss. Oud.—2 Et miles præliator. Desunt hæc veteri libro. Colv. Recte scripseris: miles prædicator. Nota argumenta Comœdiarum. Wouer. Alii m. prædicator. Elmenhorstius. Pro glorioso, ut opinor. Frustra, et ex emendandi prurigine. Præliator, quia semper prælia jactat, et vulnera enumerat, vel etiam præliari semper studet, qualis apud Terentium Thraso. Oud.—3 Et deest Pith. in quo mox est: *quanquam recens fec.* Id.—4 *In tertio Actu.* Posterius verbum non agnoscit vetus liber. Colv. Florent. et Pith. Codd. item Edd. ante Elmenh. carent quoque τῶ in. Oud.—5 Sic apud Sallust. *vulgo fieri amat;* ut quidem ego lego. Græcismus. *W. Goes.* Alii enim habent *vulgus.* Septim. de B. Troj. 1. 3. ‘sicut in tali re fieri amat.’ Quinct. Inst. Or. 1x. 3. Vide Viros Doctos ibi et ad Sallust. B. Jug. c. 3. ‘ita fieri amat.’ Oud.—6 Melius, *apud vos venit usui nup.* Et sic etiam conjecerat legendum elegantissimus adolescens J. Dousa, magni patris magna proles. Colv. Male. *Ad* enim idem quod *apud* notat. V. supra ad Met. lib. III. p. 221. a. et ad Cæsar. p. 45. 142. 336. 449. Male igitur etiam Doct. Juvenis Bondani in Specim. Anim. p. 61. in Nov. Theod. ‘ad superiorem manet,’ reponit *apud.* Oud.—*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Et leno perjurus, et amator fervidus, &c.]* Terent. in prologo Heautontimor. ‘Ne semper servos currens, iratus senex, Edax parasitus, sycophanta autem impudens, Avarus leno, assidue agendi sint mihi Clamore summo, cum labore maximo.’

<sup>b</sup> *Et patruus objurgator]* Apposite loquitur. Pers. Sat. 1. ‘Cum sapius

patruos.’ Horat. lib. II. Sat. 3. ‘sive ego prave, Seu recte, hoc volui: ne sis patruus mihi.’ Apud eundem lib. III. Od. 12. ‘patruæ verbera linguæ.’

<sup>c</sup> *Et miles præliator]* Verbis, non re. Vide Eunuchum Terent. et Planti Militem gloriosum.

coeptum coëgit: reliquum autem,<sup>7</sup> variis postulantibus,<sup>8</sup> sine intermissione deincepe die<sup>9</sup> perlecturum.<sup>6</sup> 3. Postridie igitur maximo studio ingens hominum frequentia convenere: sese quisque exadversum<sup>1</sup> quam proxime collocant.<sup>2</sup> Serus adveniens amicis annuit: locum sessui impertiunt:<sup>3</sup> extimus quisque excuneati<sup>4</sup> queruntur: farto toto<sup>5</sup> theatro, ingens stipatio: occipiunt inter se<sup>6</sup> queri. Qui non affuerant,<sup>8</sup> percunctari ante dicta: qui affuerant,

*tam. Multis vero flagitantibus quod supererat, promisit se perlecturum postero die absque interruptione. Ergo magna hominum turba postridie confluerunt ingenti desiderio audiendi reliqua. Cuncti sedent quam proxime possunt exadversum. Qui tardius venit, annuit amicis, illi dant ei locum ad sedendum. Extremi omnes expulsi e cuneo conqueruntur. Magna fit densatio, repleto jam theatro. Incipiunt conquiri invicem. Qui non interfuerant pridie, ceperunt rogare quid*

-----

7 Vulgati plerique, *Reliquum tam.* Rom. vero, *Reliquum tamen.* Colvius. Pith. Edd. Rom. Vic. *tamen.* Ald. Junt. post. Bas. *tum.* Abest a Junt. pr. *Oud.*—8 Sic Ms. cod. *Vulg. vanis postul.* Unde Fruterio conjectura nata, *convenis postul. mihi, amicis postul.* Colvius. Aldus, *vanis postulatibus.* Elmenhorstius. Vid. Not. Var.—9 *Deincipiti die.* Ms. *de ancipite die.* *Vulg. deincipiti.* V. N. Janus Dousa reponit, *deincepe*: ut Principe dicimus. Malui ego, *deincipite die*: ut Ancipite, non Ancipe. *Colvius.* Vulgo, *deincepe die.* Elmenhorstius. *Deincipite die* diserte Ms. Florent. cum Colv. et Wower. Edd. Vett. et Fruter. cum Elm. Scriv. Flor. *deincipiti die.* Dousa, W. Gocsius cum Edd. *Vulc. Scal. deincepe die*, quod magis mihi placet. Alii divisim legunt *de incipiti die*, ab ‘inceps,’ quod Festus interpretatur ‘deinceps.’ *Oud.* Si ‘deinceps’ est a ‘dcin’ et ‘capiro,’ ut revera videtur, et si vera quoque est veterum Grammaticorum opinio, quæ a ‘capiendo’ veniunt, non angere in obliquis, nullum dubium est, quin scribendum sit *deincepe*. cf. Vossius in Etym. v. ‘anceps.’ Festus: ‘Deincipem Antiqui dicebant proxime quemque captum, ut principem primum captum.’ *J. Bosscha.*—1 Ms. idem, *ex adverso.* Vide ad librum præcedentem. *Cole.*—2 *Collocat.* Malim *collocant*: ut mox ‘quisque excuneati.’ V. Ind. Not. *Oud.*—3 Vid. N. Var.—4 Al. *excuriati.*—5 Al. *arto toto.*—6 Pith. *in se.* *Oud.*—7 *Qui aff. non rec.*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Deincepe* [*Deincipiti die*] Ex verbo deinceps factum ab Apuleio nomen adjectivum deinceps deincipitis, ut anceps anticipitis. Deinceps dies est posterus vel sequens dies.

<sup>c</sup> *Perlect.* [*Perlecturum*] Quid si *perlecturum*? legebat enim ex scripto suam Comœdiam Philemon.

<sup>f</sup> *Excuneati*] Ejecti extra theatri cuneos. Vitruvius lib. v. ‘cunei spectaculorum in theatro ita dividantur, uti anguli trigonorum, qui currunt circem curvaturam circinationis, di-

rigant ascensus, scalasque inter cuneos ad primam præcinationem,’ &c. Cunei igitur spatia erant, in quibus spectatores sedebant, divisa a se invicem scalis seu gradibus, quæ, quoniam orchestram versus coaretabantur, ideo cunei sunt appellati. Vide rem clarius et fasias explicatam apud Vitruvium et ejus expositores.

§ *Qui non affuerant*] Pridie, cum priorem partem suæ Comœdiæ recitaret Philemon.

recordari audita,<sup>7</sup> cunctisque jam prioribus gnaris,<sup>h</sup> sequentia expectare. Interim dies ire, neque Philemon ad conductum<sup>8</sup> venire: quidam tarditatem poëtæ murmurari, plures defendere. Sed ubi diutius æquo sedetur,<sup>9</sup> nec Philemon usquam comparet; missi ex promptioribus, qui acciderent,<sup>1</sup> atque eum in suo sibi lectulo mortuum offendunt. Commodum<sup>2</sup> ille anima edita obriguerat: jacebatque incumbens toro,<sup>3</sup> similis cogitanti: adhuc manus volumini<sup>4</sup> implexa, adhuc os recto libro impressum:<sup>5</sup> sed enim jam

*fuisset dictum prius: qui vero interfuerant cæperunt revocare in memoriam ea quæ audiverant; et omnibus præcedentibus jam cognitis, expectare reliqua. Interim dies fuit, neque Philemon venit, ut promiserat: quidam increpant tarditatem poëtæ, plures eum defendunt. At postquam diutius justo sessum est, neque Philemon usquam cernitur; missi sunt aliqui ex paratioribus ad eum accersendum, et inveniunt eum mortuum in suo lecto. Modo obriguerat exhalato spiritu: et jacebat innixus lecto, similis meditati: manus ejus erat adhuc inserta volumini, facies adhuc obversa in librum, quem rectum tenebat: verum ipse jam erat destitutus*

\*\*\*\*\*

audita. Hæc non sunt in Ms. cod. Colv.—8 Sic Ms. Rom. et Bas. II. Reliqui, conditum. Colvius. Correxerit jam Becichemus. Oud.—9 Ald. *sidetur*. Id.—1 Qui acciperent. Hujusmodi menda qui non viderunt, vel si videre, præterire voluerunt, his molestum non erit spicas istas nos legere, ubi suam ipsi fecerint messem: lego, qui accirent. Stewechius. Qui accirent vel accerserent, sententia omnino postulante. Roald. Accirent reposui, licet omnibus libris reclamantibus legentibusque, acciperent. Varro Rhetoricorum lib. xx. 'Ut Consules ac Prætores qui sequuntur in castra, Accensi dicti: quod ad necessarias res sæpius acciantur, veluti accersiti.' Sic enim ibi apud Nonium legendum, non accensiti. Apud eundem pariter emendandus Attius, Armorum judicio: 'Bene facis. Sed quid nunc subiti mihi febris accivit mali?' et M. Varro, Sexagesi: 'Acciti sumus, ut deportaremur: murmur fit verum.' Hæc tanti mihi non fuisset in medium adducere, nisi ut de locorum illorum lectione veriore constaret etiam non doctissimis. Colv. Rom. Ald. et Flor. acciperent. Elmenhorstius. Bene emendarunt Stew. Lips. Colv. et Roald. qui etiam proposuit accerserent. Groslot. etiam accierent. Auson. Epigr. 75. 'accirem medicos: ubi eadem varietas. Sept. de B. Troj. II. 6. 'nti ad eos acciendos pergeret.' Oud.—2 Pith. *commode*. Id.—3 Rom. et Aldus *incubans toro*. Elmenhorstius. Male quoque *incubans* habent Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. Ovid. Met. XI. 657. 'Tum lecto incumbens ait hæc.' Vide ad Met. lib. IV. p. 277. a. Oud.—4 Lips. *volumen*. Id.—5 Dictio, *os*, abest a veteri. Sed forte verius legamus, *adhuc os lecto libro impr.* Aut si scriptum codicem sequeris, *adhuc recto*, vel potius, *lecto libro impressa*, et ad manum referatur. Colv. F. certo. Burmannus. Coll. Voss. Lips. *inpressu*. Pith. *impl. adhos*

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Cunctisque jam prioribus gnaris*] Id est, cognitis. 'Gnarus' enim hoc loco passive sumitur, sicut et apud Tacitum, lib. I. 'Trudebanturque in paludem gnaram vincensibus, ini-

quam nesciis.' et lib. XV. 'idque nulli magis gnarum, quam Neroni.'

<sup>1</sup> *Volumini*] Suæ nimirum Comædiæ, quam in Theatro perlegere habebat in animo, cum mortuus est.



animæ vacuus, libri oblitus, et auditorii securus.<sup>6</sup> Stetere paulisper, qui introierant, percussi<sup>7</sup> tam inopinatæ rei, tam formosæ mortis miraculo.<sup>8</sup> Deinde<sup>9</sup> regressi ad populum renuntiavere, Philemonem poëtam, qui expectaretur, qui in theatro<sup>1</sup> fictum argumentum finiret, jam domi veram fabulam consummasse.<sup>k</sup> Enimvero jam dixisse rebus humanis VALERE ET PLAUDERE: suis vero familiaribus, dolere<sup>2</sup> et plangere: hesternum illi<sup>3</sup> imbrem<sup>1</sup> lacrymas auspicasse: comœdiam ejus prius ad funebrem faciem,<sup>4</sup> quam ad nuptialem venisse.<sup>m</sup> Proin quoniam poëta optimus personam vitæ deposuerit, recta de auditorio ejus exequias eundum:<sup>5</sup> <sup>n</sup> legenda ejus esse<sup>6</sup> nunc ossa,<sup>o</sup> mox car-

*anima, oblitus libri, et minime sollicitus de auditoribus suis. Qui ingressi erant, restiterunt tantisper attoniti miraculo rei tam inexpectatæ, et leti tam pulchri. Postea reversi ad populum retulere, Philemonem poëtam, qui expectabatur ut absolveret fictam fabulam in theatro, jam absolvisse veram domi. Eum enim jam dixisse rebus humanis Valere et plaudere: suis autem amicis reliquisse merorem et planctum: pluviam hesternam præaugiisse ipsi fletum: ejus comœdiam perductam fuisse ad tædam feralem, antequam perduceretur ad jugalem. Proinde, quandoquidem optimus poëta posuisset personam vitæ; cæ auditorio recta procedendum ad ejus funus: nunc oportere legere ejus ossa ac postea versus. Audieram olim ea sic*



*r. l. impressus.* Recte sese habet vulgata lectio *os recto libro impressum.* Ait Apul. faciem ejus obversam stetit et infixam libro, quem 'rectum,' ut legere posset, tenebat. Virg. Æn. iv. 659. de Didone moriente: 'Os impressa toro.' Oud. Hinc legi posset: *impressus*, ut est in Cod. Pith. Ita tamen etiam cum Lipsio melius legeretur: *manus volumen implexa*, vel *manum volumini implexus*. J. Bosscha.—6 Coll. Voss. *securius*. Oud.—7 Ms. noster *percussi*. Colvius.—8 Malo: *famosæ*. Wowerius. Recte alii *famosæ mortis*. Elmenhorstius. Inepte. Illa mors postea demum facta est famosa. Sed illi, qui primi eum sic mortuum viderunt, non possunt dici percussi *famosa morte*, sed *formosa* sive pulchra, quia similis cogitanti incumbat lecto. Lips. *mirac. mortis*. Oud.—9 Lips. *dein*. Id.—1 Lege: *quo in th.* Wowerius. Wowerium recentiores scenti sunt, edentes *quo*, sive, ut. In Mss. et Edd. Vett. tamen est *qui*, quod licet præcedat, non damnare ansim. Oud.—2 Ed. Junt. *dolere*. Id.—3 Coll. Voss. *illum*. Mox pro *ejus* Lips. *enim*. Id.—4 Edd. Rom. Vic. Ven. *facere*. cf. Becichem. Id.—5 Minus recte Ms. *ad exequias eundum*. Terentius Phormione: 'Exequias Chremeti, quibus commodum

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Veram fabulam consummasse*] Scilicet mimum vitæ suæ. Inscriptio vetus apud Gruterum, fol. 742. JAM MEA PERACTA, MOX VESTRA AGETUR FABULA. VALETE ET PLAUDITE.

<sup>1</sup> *Hesternum illi imbrem*] Quo coactus fabulam interruperat, atque au-

ditorium dimiserat.

<sup>m</sup> *Prius ad funebrem faciem, quam ad nuptialem venisse*] Quod est contra Comœdiæ rationem. Ejus enim exitus ut plurimum est connubium.

<sup>n</sup> *Recta de auditorio ejus exequias eundum*] Vetus formula, qua præco-

mina. Hæc ego ita facta, ut commemoravi, olim didiceram: sed haud sine meo periculo recordatus.<sup>7</sup> Nam, ut meministis profecto, cum impedita esset imbri recitatio, in propinquum diem, vobis<sup>8</sup> volentibus, protuli: et quidem Philemonis exemplo pænissime:<sup>9</sup> quippe eodem die<sup>1</sup> in palæstra adeo vehementer talum inverti, ut minimum abfuerim, quin articulum etiam a crure defregerim:<sup>2</sup> tamen articulus loco concessit, exque eo luxu adhuc fluxus est:<sup>3</sup>

*gesta esse ut narravi: verum hodie revocata sunt mihi in memoriam meo discrimine. Sicut enim recordamini proculdubio, cum recitatio mea interrupta esset pluvia, distuli eam, vobis ita cupientibus, in sequentem diem: et certe ad exemplum Philemonis: nam eodem die intorsi mihi calcem prorsus tanta vi, ut perperam abfuerit, quin ruperim quoque juncturam a tibia: nihilominus junctura mota est loco; et adhuc laxior est ex ea luctatione: et primo, dum restituo eam percussione*

ire, jam tempus est.' Sic 'Exequias venire' infra lib. iv. Colv.—6 *Esse deest Pith. Oud.—7 Sed audies me meo periculo recordatus. Locus mendosus: quid si legamus: Sed haud ea sine meo per. rec. Scioppius in Symbola. Alii, sed haud ea sine meo periculo recordatus. Elmenhorstius. Hæc est Mss. et Edd. Vett. usque ad Wowerium lectio, sine dubio corrupta. Wower. edidit sed audietis me meo periculo recordatum: quod nimum a Mss. abit. Scioppium in sua Edit. secutus est Scriver. At quid opus est τῶν ἐα? Lege: sed haud sine meo per. recordatus, scil. hæc ita facta esse. Floridus tacite exhibuit: sed hodie sum m. p. recordatus. Perperam. Nam hodie talum non infregerat, sed ante aliquot dies: cum imbri impedita ejus quoque recitatio, ut Philemonis, esset, tunc ejus recordatus fuit, non hodie. Suffuratus tamen videtur ex margine Ed. Colv. in Bip. Reg. Sed et Piccart. Peric. Crit. c. 16. conjecit hodie ferme meo p. vel ante hos dies ferme meo p. Bontius quoque juvenis legebat: hodie e meo p. Oud.—8 Abest Coll. Voss. Lips. Id.—9 Vulg. plenissime. Notavi supra. Colv. In Ms. Lips. et Edd. Vett. plenissime. Sed tamen pænissime Mss. Florent. Pith. Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. &c. At vero 'pænissime adeo vehementer' jungi mihi non placet. Rectius ergo Wower. distinguit exemplo pænissime. i. e. fere exemplo Philemonis. De hac voce vide supra. Oud.—1 Pith. deest die, et pro inverti id. averti. Id.—2 *Defringerem* Basil. II. scriptura. Vetus cod. *defregerim*: vulgati alii, *destringerem*. Colvins. Flor. *defregerim*. Rom. et Aldus: *destringerem*. Elmenhorstius. Bene lectionem Mss. Florent. et Lips. servavit Scriver. *Defregerim* more Apuleii est pro, valde infregerim. Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. Vulc. Scal. Wower. *defringerem*. Edd. vett. *destringerem*. Pith. *destringerem*. Negligenter Elmenh. et Florid. *fregerim*. Oud.—3 Pith. adhuc*

#### NOTE

populum ad funus evocabat. 'Exequias L. Titio, L. Filio, quibus est commodum, ire jam tempus est: olus ex ædibus effertur.'

° *Legenda ejus esse nunc ossa*] Prins tamen erat cremandus. Neque enim ossilegium (quod erat ossium ac reliquiarum collectio) fiebat, nisi com-

busto jam cadavere. Propert. lib. II. 'Vix venit extremo qui legat ossa die.' Virgil. lib. VI. Æneid. in funere Miseni: 'Postquam collapsi cineres, et flamma quievit: . . . lavare Favillam, Ossaque lecta cado texit Chorinæus ahenus.'

et jam, dum<sup>4</sup> eum ingenti plaga reconcilio,<sup>p</sup> jamjam sudoro affatim corpore,<sup>5</sup><sup>q</sup> diutine<sup>6</sup> obrigui. Inde acerbus dolor intestinorum<sup>r</sup> coortus, modico ante sedatus est, quam me denique violentus<sup>7</sup> exanimaret, et Philemonis ritu compelleret ante letum abire,<sup>s</sup> quam lectum;<sup>8</sup> potius implere fata, quam fanda; consummare potius animam, quam historiam.

5. Cum primum igitur apud Persianas aquas, leni temperie,

*ingenti, cum jam abundanter sudarem toto corpore, diutius alsi. Hinc abortus mihi sævus dolor intestinorum, paulo prius lenitus est, quam me demum enecaret sua vehementia: et cogeret me exemplo Philemonis prius petere mortem, quam lectionem; explere potius Fata, quam quæ dicenda mihi supererant; et finire vitam potius quam historiam inceptam. Ergo statim atque recuperari incessum apud Aquas*



*fluxu est. Id.—4 Et jamdum. Alias, etiam dum. Jamdum, ut Primumdum, et id genus alia. Exempla forsitan mihi colligentur infra ad Apologiam 1. Colv. Est: et jamdum. Sic Mss. Lips. et Pith. Colv. Scal. Elmenh. ut jamdum ponatur pro primo, dum: unde Scriver. edidit fluxus est etiam, dum j. e. pl. reconcilio: jamjam. At hæc non intelligo. Membranæ Florent. carent jam, quo etiam non opus est. Certe cum Florido disjungenda sunt et jam, dum, &c. Dicit enim se obriguisse, dum luxatum membrum vehementi pulsu suam in sedem reconciliat, corpore suo jamjam a palæstra sudoro. Male enim post jamjam Florid. et vulgo ponunt distinctionem. Oud.—5 Id est, sudanti, sudore undanti. Vulgo, sudore affat. corp. Notetur novitas dictionis, 'Sudorus.' Colv. Sic Mss. Florent. Lips. Becich. Colv. &c. Ante sudore, ut est in Pith. vel sudora, sine sensu. Male autem apud Becichem. est effatim. Oud.—6 Diutile. Bene cum Mss. Lips. et Florent. diutine edidere Elmenh. Scriv. Flor. ut lib. 1. Met. 'Milone diutine sermocinante.' Lib. 11. 'diutine visu præflecto.' Apol. p. 54. Pric. 'qui diutine hostias lustrales tenerent.' Vulgo erat diutile, ut et in Pith. Id.—7 Coll. Voss. Lips. violentor. Id.—8 Viol. examinaret, et Ph. r. c. a. l. abiret. Tollenda duo menda, quæ operarum incuria irrepserunt: et scribend. examinaret, et mox letum adire. Stewechius. Letum abire vet. cod. Vulg. letum abiret. Quidui recte dictum, letum abire, quam lectum? Colvius. Letum obire, oppetere mortem. Pyrrh. Male Edd. quædam abiret. Mss. abire. Sed dubito an abire quidem ponatur cum acensativo. Hinc forsitan quoque Pyrrhus, Sopingius, et Wower. prætulērunt obire. Sed obire letum ut dicitur, sic non item valet obire lectum pro adire. Rectius ergo Stewech. et Vir Doctus ad marg. Ed. Junt. post. voluerunt adire. Virg. 1. 10. 'adire labores: et passim 'ad mortem ire,'*

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Et j. dum e. [Et jam eum] ingenti plaga reconcilio* An dum illum articulum reconcilio, hoc est, in suum locum restituo ex magno illo ictu, seu contorsione? an vero, dum eum restituo magno ictu manus incesso, quo luxata ossa in suum locum redirent?

<sup>q</sup> *Sudoro affatim corpore* Ex palæstrica exercitatione.

<sup>r</sup> *Acerbus dolor intestinorum* Vulgo colicus affectus, qui sæpissime ex frigore post sudorem contracto oritur.

<sup>s</sup> *Ante letum abire, &c.* Lusus est in vocibus 'letum' et 'lectum:' inter 'fata,' hoc est, extremum vitæ stadium, et 'fanda,' hoc est, dicenda.

nec minus utique<sup>9</sup> blando fomento gressum recipravi;<sup>1</sup> nondum quidem ad innitendum idonee, sed quantum ad vos festinanti satis videbatur, veniebam redditum,<sup>2</sup> quod pepigeram: cum interim vos mihi beneficio vestro non tantum clauditem demsistis,<sup>3</sup> verum etiam pernicitatem addidistis. An non properandum mihi erat, ut pro eo honore vobis multas gratias dicerem, pro quo nullas preces dixeram? <sup>4</sup> Non quin<sup>5</sup> magnitudo Carthaginis mereatur etiam precem a philosopho<sup>6</sup> pro honore; sed ut integrum et intemeratum vestrum esset beneficium, si nihil ex gratia ejus petitio mea defregisset,<sup>7</sup> id est,<sup>8</sup> ut usquequaque esset gratuitum.<sup>1</sup> Neque enim aut levi mercede emit, qui precatur;<sup>u</sup> aut parum pretium<sup>9</sup> accipit,<sup>1</sup> qui rogatur: adeo ut

*Persianas mihi carum temperatura, et tepore non minus conducibili, quam leni; nondum quidem satis ad bene firmandum vestigia, sed quantum sufficere mihi videbatur properanti redire ad vos, veniebam præstitum quod promiseram: cum vos interea non solum abstulistis mihi claudicationem vestro munere, sed adjecistis quoque velocitatem. Nonne mihi festinandum erat, ut agerem vobis multas grates pro illo honore, pro quo nequaquam vos rogarum? non quod amplitudo Carthaginis non digna sit, quam etiam Philosophus roget pro honore; sed ut benefactum vestrum esset solidum et intactum, si mea rogatio nihil imminuisset ex ipso: (hoc est, ut esset omni ex parte gratuitum.) Nam, neque is qui petit, vili pretio comparat, neque is a quo petitur, recipit exiguam mercedem: ita ut malis comparare quæcum-*

\*\*\*\*\*

‘ruere,’ ‘properare,’ &c. Mox pro *fatu* Pith. *facta*. Oud.—9 *Utili quam*. Flor. *utiquam*. Elmenhorstius. Vulgo, *utili quam*. Sed Mss. duo<sup>o</sup> Florent. Pith. et Coll. Voss. Lips. *utiquam*, unde bene Scriver. edidit *utique*, i. e. profecto: ut sæpiissime apud Nostrum. v. Ind. Sic idem pro *ut inquam* N. 17. correxit *utique*. Oud.—1 Rom. *recuperavi*; male. *Id.*—2 *Veniebam redditum*. Quisquis locum inspexeris animo attento, facile videbis verum esse, *veniebam redditum*: vel, quia res theatralis agitur, *ven. editum*. Stewechius. Bene vetus, *redditum*. Vulg. *reditum*. Colvius. Pith. *veniebantur*. Oud.—3 *Quidam, depressistis*. Colvius. Rom. et Aldus *depressistis*. Elmenhorstius. Mss. *Becicheum*. Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. &c. *demsistis*. In reliquis, *depressistis*. Oud.—4 Vid. Not. Var.—5 Vulg. *quia*. Colvius.—6 Pith. Lips. Edd. ante Colv. a *phil. prec.* Abest a a Mss. Florent. Coll. Voss. Lips. Pith. Oud.—7 *Legerim, defrugasset*: ut apud Caton. de Re Rust. cap. 4. ‘Segetem ne defruget’: ita enim jam olim Beroald. accuratissimis suis in Asinnum commentariis, non *defrudet*: ut et apud Plin. lib. xviii. c. 24. ‘Segetem ne defruget.’ Brant. Ed. Ald. *me adfr.* Oud.—8 Ms. cod. *idem et*. Colvius.—9 *Parvum pretium*. Idem Ms. *pa’uum*: Ald. Rom. *parvum pretium*. Recte, et ad Plauti imitationem: qui aibi: ‘Si pergis parum fidem mihi esse arbitra-

#### NOTE

<sup>1</sup> *Id est, ut usquequaque esset gratuitum*] Videntur hæc verba a manu Glossatoris textui postea inserta.

<sup>u</sup> *Neque enim aut levi mercede emit, qui precatur*] Seneca lib. ii. de beneficiis, cap. 1. ‘non tulit gratis qui

omnia utensilia emere velis,<sup>2</sup> quam rogare. Id ego arbitror præcipue in honore observandum:<sup>3</sup> quem qui<sup>4</sup> laboriose exoraverit, sibi debet unam gratiam,<sup>5</sup> quod impetrarit:<sup>6</sup> qui vero sine molestia ambitus adeptus est, duplam gratiam<sup>7</sup> præbentibus<sup>8</sup> debet: et quod non petierit, et quod acceperit. 6. Duplam ergo gratiam vobis<sup>9</sup> debeo: immo enimvero<sup>1</sup> multijugam: quam ubique equidem et semper prædicabo. Sed nunc impræsentiarum libro isto ad hunc honorem mihi conscripto, ita ut soleo, publice protestabor. Certa est<sup>2</sup> enim ratio, qua debeat philosophus<sup>3</sup> ob decre-

*que usui tuo sunt necessaria, quam petere ab aliis. Ego existimo hoc præsertim spectandum esse in honore: quem is qui impetraverit cum molestia, debet sibi unam gratiam, quod obtinuerit cum: ut ille qui assecutus est eum absque labore petitionis, debet binas grates tribuentibus: scilicet quod non postulaverit illum honorem, et quod fuerit eum consecutus. Igitur debeo vobis duplicem gratiam: ut enim potius multiplicem: quam quidem prædicabo ubique et semper. At nunc, ut meus mos est, profitebor palam in præsens hoc libro composito a me propter hunc honorem. Num est quidam modus, quo Philosophus debeat reddere grates pro simulacro sibi*

//////////

rier.' *Colv.* Manus. *paucum*, forte, *paucum*. Agel. lib. ix. c. 4. 'libros plurimos ære paucio emo.' Ald. et Rom. *parum pretium*, quod placet Colvio: neque dubium habeo, quin ita sit legendum, ut apud Piant. Bacchid. A. III. Sc. 6. 'Si pergis parum mihi fidem arbitrarier.' Terent. Eunucho A. I. Sc. 2. 'Forsitan hic mihi parum habeat fidem,' sic enim ex membranis legit Joan. Gulielmus. *Brant.* Mss. Florent. Pith. Lips. Edd. primæ Junt. Ald. Vulc. Scal. Scriv. *parum pretium*. Bene, ut apud Plantum aliquoties. Adverbia-liter enim ponitur, ut contra 'satis,' 'affatim,' de quibus ad Metam. diximus. Non tamen ubique temere inculcandum reor, ut male fecit Gulielm. et alii in Terentio, l. a Brant. cit. Claudian. l. i. Ruf. vs. 210. 'Mors adeone parum est?' Immo adject. 'parus' pro 'paucus' occurrit in Glossis apud Zinzerling. Prom. Crit. lib. i. c. 4. Becichemus Ep. 99. voluit *pretii*. Oud.—1 Ed. Vic. *accipis*. Id.—2 Vulg. *emere potius velis*. Vid. Not. Var.—3 Ed. Vulc. *conservandum*. Oud.—4 Ms. *quod qui*. Colvius. Legit Becich. *quod qui*. Id. in Omissis. Non male. At vitiose Edd. Vulc. Wow. *quæ mihi*. Oud.—5 Ms. idem, *una grâ*. Colvius. Coll. Voss. Lips. *una gratia*. Bemb. Pith. *nam gratia quod impetravit*, ut legit Vinc. Contar. lib. i. V. L. c. 5. pro nam recipiens *una*. Oud.—6 Margarita poetica legit, *quam impetr.* Colvius.—7 Vulg. *igitur gratiam*. Colvius.—8 Lips. *probantibus*. Oud.—9 Lips. *vobis gratiam*. Oud.—1 Vetus lib. *uno enimv.* Colvius.—2 Verbum est non erat in vulgatis. *Colv.*—3 *Quæ debeat philosopho*. Sic restituta arbitror, *quam debeat philosophus*. Stewechius. Scribo, *qua debeat philosophus. Sibi*, quod sequitur, non est in Ms. *Colv.* *Qua debeat philosophus*, nisi fallunt excerpta, habet Ms. Florent. cum Becichemo, Colv. et seqq. In Lips. Cod. est *qua deb. philosopho*. Edd. vett. *quæ deb. philosopho*. Forsan, *qua vel quæ debeat philosophos*. Certe melior hæc conjectura quam Stewechii *quam deb. philosophus*. Oud.—

#### NOTÆ

cum rogasset accepit: quoniam quidem, ut majoribus nostris gravissimis viris visum est, nulla res carius constat, quam quæ precibus emta est.

tam sibi publice statuam gratias agere: a qua paululum demutabit liber,<sup>4</sup> quem<sup>5</sup> Strabonis Æmiliani excellentissimus honor flagitat: quem librum sperabo me commode posse conscribere, si itis eum hodie nobiscum probare.<sup>6</sup> Est enim in studiis tantus,<sup>7</sup> ut prænobilior sit proprio ingenio, quam patricio<sup>9</sup> consulatu. Quibusnam verbis tibi, Æmiliane Strabo, vir omnium, qui unquam<sup>†</sup> <sup>w</sup> fuerunt,<sup>1</sup> aut sunt, aut etiam erunt, inter optimos clarissime, et<sup>2</sup> inter clarissimos optime, inter utrosque doctissime; <sup>3</sup> quibus tandem verbis, pro hoc tuo erga me animo, gratias habitum

*decreto publicitus: a quo liber, quem præstantissimus honor mihi exhibitus ab Æmiliano Strabone postulat, aliquantum deflectet: quem librum confidam me posse recte componere, si laudaturi estis cum mecum hodie. Etenim is adeo excellit in studiis, ut multo clarior sit suo ingenio, quam consulatu paterno. Quibus verbis, Æmiliane Strabo, vir ex cunctis qui unquam [Numantia] extiterunt, aut existunt, aut etiam futuri sunt, illustrissime inter probissimos, et probissime inter illustrissimos; quibus demum verbis reddam tibi grates mea narratione pro hoc tuo*

4 *Demutavit liber.* Rescribendum, *demutabit liber*: nam id tempus ipsa orationis series deposcit, librum enim elaborandum adhuc fuisse clamant ista, 'quem librum spero me commode posse conscribere.' *Stewech.* Membranaceus codex, *libere*. Colvius. Scribe: *demutabit.* Wowerius. Vulgo, *demutavit.* Elmenh.—5 Coll. Voss. Lips. *quam.* Oud.—6 Vid. Not. Var.—7 Lips. Ed. Junt. post. *tant.* in stud. Pith. *tantum.* Oud.—8 Priores editiones, *tantus prænob. sic.* Colvius. Ita Mss. et Ed. Junt. post. *Stew. Colv. &c.* Male aliæ carent *ut, habentque sic.* Oud.—9 *Al. patricio.*—† *Numantia.* Nomen hoc non est in Ms. lib. *Colv.* Puto scripsisse Apuleium, *inante*, et inde hoc corruptum. *Brant.* Tò *Numantia* non est in Florentinis. *Elmenh.* Delevi vocem, ut quæ locum hic minime habet. De Carthagine agi nemo non videt. Deest quoque in Ed. Junt. post. Pith. *qui m̄na fuerunt.* Lipsius: *ante aut etiannum.* *Brantius inante.* Vide Burmann. ad Virg. *Æn. vii. vs. 289.* Sed cur ergo non, *hodie sunt, et erunt postea?* Nonne hoc conjugatio temporis in usitata hac formula, 'qui fuerunt, sunt, et erunt' indicat. *Oud.*—1 Edd. ante Colv. *fuere.* Id.—2 *Abest et Ed. Junt. post. et delet quoque Lips. Id.*—3 *Inter utrosque doct.* Desunt a Coll. Voss. Lips. *Id.*—4 *Q. t. v. gr. habiturus es commemoratu meo.* Ms. cod. *commematū cū.* Colvius. Sic quidem habent cunctæ Edd. usque ad Elmenhorstium, qui tacitus cum seqq. edidit *hab. sum.* Rectius quidem, nam alterum est sine sensu, verum melius tum foret *sim,* ut margini jam allevit Lindenbrogius. Quippe jungenda 'sim,' 'celebrem,' 'æquiparem.' Hæc enim cuncta dependent a τοῖς 'non-dum reperio.' Sed præterquam vulgata careant sensu et Latinitate, τὰ τὸ λόγῳ plane sunt quibus verbis commemoratu meo, in Cod. Florent. sic tamen

## NOTÆ

<sup>w</sup> [*Numantia*] Non est hæc vox in membranis Florentinis, nec certe in animum facile mihi induxerim illum Æmilianum Strabonem fuisse Numantinum. Quid eo tempore Nu-

mantia erat, nisi Numantia? præterea apparet illum Strabonem Carthaginiensem quidem esse, sed Civem Romanum: quippe cujus pater Consul fuisset.

et commemoratum eam,<sup>4</sup> qua digna ratione<sup>5</sup> tam honorificam benignitatem tuam celebrem, qua<sup>6</sup> remuneratione dicendi gloriam tui facti æquiparem, nondum<sup>7</sup> hercle reperio. 7. Sed quæram sedulo,<sup>8</sup> et conntar,

Dum memor ipse mei,<sup>x</sup> dum spiritus hos reget<sup>9</sup> artus.

Nam nunc impræsentiarum (neque enim diffitebor) lætitia<sup>y</sup> facundiæ obstrepit: et cogitatio voluptate impeditur, ac mens, occupata delectatione, mavult<sup>1</sup> impræsentiarum gaudere, quam prædicare. Quid faciam? Cupio gratus videri:<sup>2</sup> sed præ gaudio nondum mihi vacat gratias agere. Nemo me, nemo ex illis tristioribus velit in isto vituperare, quod honorem meum non minus vereor,<sup>3</sup> quam intel-

*affectu in me? Certe nondum invenio, quo congruo modo prædicem tuam tam honorabilem liberalitatem, et qua mercede sermonis æquem laudem hujus quod erga me fecisti. At studiosè id investigabo, et conabor reperire, Quamdiu ego recordabor mei ipsius, quamdiu anima gubernabit hæc membra. Nunc enim in præsens (nec id negabo) hilaritas interpellat meam eloquentium: et delectatio officit meditationi, et animus meus, voluptate præpeditus, mavult lætari quam laudare. Quid agam? Expeto haberi gratus: at nondum licet mihi rependere grates præ lætitia. Nemo ex istis severioribus, nemo prorsus velit me hac in re damnare, quoniam non minus dignus sum hoc meo honore, quam illum cognosco: quod gestio propter tan-*

//////////

scribitur, at in Pith. et Lipsiano e Coll. Voss. et Lips. *habitu* es commemoratum eam: unde suspicor legendum esse *gratias habiturus te commemoratum eam*. vel, ut leviori etiam mutatione Vir Doct. in marg. Ed. Colv. in Bibl. Reg. *habitu et commemoratum eam*, pro commemorare, celebrem: ut passim apud Plantum et Terentium, 'Is perditum,' 'is quæsitum.' Noster de Deo Soer. p. 694. Ed. Flor. 'incepta prohibitum ibat, nunquam adhortatum.' Gell. vii. 3. 'servatum ire socios.' XII. 1. 'interfectum ire.' V. Salmas. ad Tertull. Pall. p. 106. me ad Met. l. viii. p. 557. a. *Oud.*—5 Fulvii liber, *qua dignatione*, alii, *qua digna oratione*. Elmenhorstius.—6 *Abest qua* ab Edd. Ald. Junt. post. *Oud.*—7 Ms. *audum*. Colvius. *Lego, haut dum*, Brantius. Pith. quoque *audum* vel *andum*. Unde non male Brant. Soping. et Ed. Scriv. *hand dum*, *Oud.*—8 Sic scriptus liber, sic etiam ultima editio. Ante, *sed sedulo et commentabor*. Colvius. Rom. et Ald. *sed commentabor sedulo*. Elmenhorstius. Mss. Flor. Lips. Edd. Junt. post. Bas. sec. et seqq. *quæram sedulo*. In Edd. prioribus *sedulo et commentabor*: unde Becich. Ep. 99. *quæram sedulo et commentabor et conntar*. Conjectio, Glossas in textum receptas, et scribendum esse *sedulo et rimabor*, i. e. quæram, et investigabo. Multus est in hoc verbo Auctor. Vide ad Met. l. v. p. 321. b. Certe non egerem et. *πολυσύνδετον* enim amat Apul. ut supra vidimus sæpissime. *Oud.*—9 Pith. *regit*. Id.—1 Coll. Voss. Lips. *mavult delectationem*. Id.—2 Pith. *gratis vid*. Id.—3 Al. *mercor*: al. *revecor*.—4 *Honore*. Omnes

#### NOTE

<sup>x</sup> *Dum memor ipse mei]* Ex lib. iv. *Æneidos*.

<sup>y</sup> *Lætitia]* Qua gestiebat ob decretam sibi statuatam.

ligo: <sup>2</sup> quod clarissimi et eruditissimi viri tanto testimonio <sup>4</sup> exulto: quippe testimonium mihi perhibuit in curia Carthaginiensium, <sup>5</sup> non minus splendidissima quam benignissima, vir consularis: cui etiam notum esse tantummodo, summus honor est; is etiam laudator mihi apud principes Africae viros quodammodo astitit. <sup>6</sup> Nam, ut comperior, nudius tertius libello misso, per quem postulabat <sup>7</sup> locum celebrem statuæ meæ, cum primis commemoravit inter nos jura amicitiae a commilitio <sup>8</sup> studiorum eisdem magistris inchoata honeste: <sup>9</sup> nunc <sup>1</sup> postea vota omnia mea <sup>2</sup> secundum dignitatis suæ gradus recognovit. <sup>3</sup> Jam illud pri-

*tum honorem mihi exhibitum a viro nobilissimo et doctissimo. Etenim vir consularis, cui vel esse duntaxat cognitum maxima gloria est, reddidit mihi testimonium in Senatu Carthaginiensium, clarissimo juxta et beneficentissimo. Ipse quoque affuit mihi quadam ratione laudator apud viros primarios Africae. Ut enim accipio, misso nudius tertius libello, quo posebat locum frequentem collocando meo simulacro, retulit præcipue jura amicitiae inter nos incepta honeste a societate studiorum apud eosdem magistris: ac deinde recensuit cuncta mea vota pro gradibus sui*



editi ante, testimonio. Colvius. Flor. et Rom. t. testimonio e. Elmenhorstius. Sic e Ms. Lipsii reposit Colv. &c. Sed præcedit 'honorem meum,' et sequitur 'summus honor est: quare placet magis lectio Mss. Florent. Pith. Edd. priorum testimonio exulto: quippe testimonium, &c. Sæpissime enim idem nomen repetunt pro pronomine vel reciproco solo. Oud.—5 Mss. et Edd. vett. Carthaginiensium, et infra. V. ad Frontin. l. 1. cap. 3. Id.—6 Margo editionis postremæ hanc lectionem habet. Alii omnes, extitit. Sed astitit, tanquam patronus clienti. Colv. Sic Mss. plerique, Edd. Junt. post. Bas. sec. etc. extitit Pith. Edd. Rom. Vic. Bas. pr. extitit Ed. Junt. pr. extitit Ald. Oud.—7 Lips. postulabar. Id.—8 Al. commilitiæ. Vid. Not. Var.—9 Non agnoscit hoc Ms. col. Colv. Pith. Ed. Junt. post. hon. incl. Oud.—1 Idem, in. Colvius. Flor. nunc p. vota. Elmenhorstius. Coll. quoque Lips. in Ed. Colv. in Bibl. Reg. nunc. Optime, scil. hodie, ut abunde e seqq. patet. Oud.

#### NOTE

<sup>2</sup> Quod honorem meum non minus reveror, [mereor,] quam intelligo] Quid in hoc vituperare possent tristiores illi et severiores censores, non video. Aliquid hic corruptum esse videtur. Quid, si transponas verba mereor et intelligo? ac legas, quod honorem meum non minus intelligo, quam mereor? id est, quod ut mereor, ita sentiam honorem mihi delatum, et ex eo gaudeam, ac præ gaudio etiam gestiam? quod sane illi severiores atque ἀπαθείς

censores ex animi sui tristitia damnare possint. Tuum esto judicium, candide lector; certe conjecturam meam non leviter juvat quod sequitur: 'quod clarissimi et eruditissimi viri tanto honore exulto.' Aldus habet: non minus reveror: ex quo Brantius revereor: sed haud multo ad rem magis.

<sup>3</sup> Vota omnia mea secundum dignitatis suæ gradus recognovit] Id est, memoravit etiam omnia vota, quæ feceram



mum beneficium, quod condiscipulum<sup>3</sup> se meminit. Ecce et hoc alterum beneficium, quod tantus diligi se<sup>4</sup> ex pari prædicat. 8. Quin etiam<sup>5</sup> commemoravit, et alibi gentium et civitatum honores mihi statuarum et alios decretos. Quid addi potest ad hoc<sup>6</sup> præconium viri consularis? Immo etiam docuit argumento<sup>7</sup> suscepti sacerdotii, summum mihi honorem Carthaginis adesse.<sup>b</sup> Jam hoc præcipuum beneficium ac longe ante ceteros excellens, quod me vobis locupletissimus testis suo etiam suffragio<sup>8</sup> commendat.<sup>c</sup> Ad summam<sup>9</sup> pollicitus est, se mihi Carthagini<sup>1</sup> de

*honoris. Jam hoc est primum beneficium, quod recordatur se fuisse meum condiscipulum. En et illud alterum beneficium, quod tantus vir prædicat se amari a me ex æquo. Sed et recensuit quoque honores tum simulacrorum, tum alios mihi attributos in aliis provinciis et urbibus. Quid potest adjici ad hanc laudationem viri consularis? Quin ostendit quoque ratione sacerdotii, quod suscepti, supremum honorem Carthaginis mihi delatum iri propediem. Jam hoc beneficium primum est, et multo præstantius aliis, quod ipse locupletissimus testis laudat etiam me suo suffragio. Postremo promisit se collocaturum mihi simulacrum Carthagini suo*



—2 Edd. vett. *mea omnia*. Id.—3 Pith. *illum pr...ct disc*. Id.—4 Pith. Edd. vett. *se dil*. Id.—5 Edd. Ald. Bas. pr. *quin et*. Id.—6 Ante ubique, et hoc. Colvius.—7 Pith. *argumenti*. Mox pro *excellens* ibid. *extollens*. Oud.—8 Vetus cod. Ald. *nanfragio*. Colvius. Pith. *comm. suffr.* Oud.—9 *Ad summa*. Florent. et Rom. *ad summam*. Elmenhorstius. Alibi dicit Auctor *in summa*. Sed utrumque bene. Vide Fabri Thes. Typographi, credo, errore in Bas. sec. Colv. Vnlc. Scal. Edd. irrepsit *ad summa*. Juven. Sat. III. 79. ‘Ad summam,’ sed vulgo Mss. Serviani *in summa* ad Virg. *Æn.* IV. 237. Oud.—1 Vulg. *Car-*

#### NOTE

pro ejus progressu et evectioe ad omnes suas dignitates, et hoc intelligit infra, cum dicit, ‘ecce et hoc alterum beneficium, quod tantus diligi se ex pari prædicat.’

<sup>b</sup> *Immo etiam docuit argumento suscepti sacerdotii, summum mihi honorem Carthaginis adesse*] Dixerat nimirum Æmilianus Strabo Apuleium ea esse doctrina, ea morum probitate, atque ea religionum peritia, ut proculdubio evasurus esset propediem Pontifex Maximus, qui summus Carthagini honos erat, quemadmodum et Romæ; atque eum jam habere prærequisi-

tam conditionem, sacerdotem scilicet esse: ex solo enim sacerdotum collegio creari poterat Pontifex Maximus Romæ, quem morem etiam verisimile est Carthaginienses, cum Romanis legibus, suscepisse.

<sup>c</sup> *Suo etiam suffragio commendat*] Cum Maximo Pontificatu dignum prædicat, atque eum propediem adepturum, qua re Carthaginensium animos in Apuleii favorem quodammodo præoccupabat, ac suo suffragio, quod maximi momenti erat, utpote viri consularis, ceterorum suffragia videbatur in futurum spondere.

suo statuum positurum : vir, cui omnes provinciæ quadri-  
juges et sejuges curris ubique gentium ponere<sup>2</sup> gratulan-  
tur. Quid ergo<sup>3</sup> superest ad honoris mei tribunal et colu-  
men,<sup>4</sup> ad laudis meæ cumulum?<sup>5</sup> Immo enimvero quid  
superest? Æmilianus Strabo, vir consularis, brevi votis  
omnium<sup>6</sup> futurus proconsul, sententiam de honoribus meis  
in curia Carthaginiensium<sup>7</sup> dixit: omnes ejus auctorida-  
tem secuti sunt. Nonne videtur hoc vobis senatusconsul-  
tum esse? Quid? quod et Carthaginienses omnes, qui in  
illa sanctissima curia aderant, tam libenter decreverunt  
locum statuæ,<sup>8</sup> d ut illos scires<sup>9</sup> idcirco alteram statuum,<sup>e</sup>  
quantum spero, in sequentem curiam protulisse, ut salva  
veneratione, salva reverentia<sup>1</sup> consularis sui, viderentur  
factum ejus non æmulati, sed secuti: id est, ut<sup>2</sup> integro  
die<sup>f</sup> beneficium<sup>3</sup> ad me publicum perveniret. 9. Ceterum

*are: vir, cui universæ provinciæ gaudent collocare ubique curris quadrijuges et sejuges. Quid igitur desideratur amplius ad solium et fastigium mei honoris, et ad emulationem meæ gloriæ? Immo enim quid restat? Æmilianus Strabo, vir consularis, propediem futurus Proconsul secundum desideria omnium, dixit sententiam de honoribus mihi exhibendis in Senatu Carthaginiensium: cuncti assensi sunt ejus auctoritati. An non hoc vobis videtur esse decretum Senatus? Quid? quod et universi Carthaginienses, qui erant in illo augustissimo Senatu, tum volenter constituerunt locum meæ statuæ, ut agnosceres illos, ut spero, ideo tantum distulisse rogationem de altera statuâ mihi concedenda in proximum Senatum, ut inviolato honore, et salva veneratione, quam debent suo civi consulari viro, viderentur non æmulati, sed secuti ejus factum: hoc est, ut publicum munus mihi deferretur solido die.*

*thaginem. Colvius.—2 Vetus, pavere. Colvius.—3 Pith. Edd. Ald. Junt. Bas. pr. igitur. Oud.—4 Al. culmen. Vid. Not. Var.—5 Pith. cubiculum. Oud.—6 Votis reposui, quod in veteri esset, vatis omn. E vulgatis quidam, vocis om. quidam, voce omn. Colvius. Pith. quoque vatis. At Ms. Florent. cum Colv. &c. votis. Edd. Vic. Ven. vocis. Edd. Junt. Ald. Bas. voce. Pro Strabo vir Pith. vir Strabo. Oud.—7 Amplius in Ms. lib. curia ea Karthagin. Colvius.—8 Vid. N. Var.—9 Sic Mss. Flor. Fulv. Lips. Pith. Edd. Rom. Vic. Junt. post. Wower. In aliis Edd. illo. Elmenh. et seqq. ejecerunt prave hanc vocem. Oud.—1 Salva reverentia delet Lips. Id.—2 Vet. lib. idem ubique. Colvius.—3 Lego, ut de integro benef. Brantius. Minus bene*

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Tam libenter decreverunt locum statuæ]* Quam Æmilianus Strabo velle se Apuleio de suo ponere dixerat.

<sup>e</sup> *Alteram statuam]* Publicis Carthaginiensium sumptibus locandam, ut hac oratione callide poscit, cum se

confidere ait eam proxima curia sibi decretum iri.

<sup>f</sup> *Integro die]* Nec alterius statuæ munere jam occupato, qualis erat ille, quo locum petenti Æmiliano Straboni Senatus decreverat. Bran-

meminerant optimi magistratus et benevolentissimi principes, mandatum sibi a vobis,<sup>3</sup> quod volebant.<sup>4</sup> Id ego nescirem ac prædicarem?<sup>5</sup> ingratus essem. Quin etiam universo ordini vestro<sup>6 h</sup> pro amplissimis erga me meritis, quantas maximas possum, gratias ago atque habeo, qui me in illa curia honestissimis acclamationibus decoravere, in qua curia vel nominari tantummodo summus honor est.<sup>7</sup> Igitur, quod difficile factu erat, quodque revera arduum nobis<sup>8</sup> existimabatur, gratum esse populo, placere ordini, probari magistratibus<sup>9</sup> et principibus; id (præfiscine<sup>1</sup> dixerim);<sup>i</sup> jam quodammodo mihi obtigit. Quid<sup>2</sup> igitur superest ad statuæ meæ honorem, nisi æris pretium, artificis<sup>3</sup> ministerium? quæ<sup>4</sup> mihi ne in mediocribus quidem civita-

*Porro illi optimi Magistratus, et proceres farentissimi recordabantur, id quod cupiebant fuisse ipsis præscriptum a vobis. Ego vero hoc ignorarem? et non jactarem? essem ingratus. Quinetiam reddo et memini grates quam maximas quoque toti vestro ordini, ob maxima ejus in me beneficia. O vos, qui me honoravistis honestissimis acclamationibus in illo Senatu, in quo vel solum nominari est maxima gloria. Itaque, quod erat difficile factu, et, quod putabamus quidem esse difficillimum, scilicet placere populo, esse acceptum Senatui, approbari a Magistratibus atque optimatibus, id (absit verbo invidia) jam quadam ratione mihi evenit. Quid restat ergo ut fruatur honore meæ statuæ, nisi pretium æris, et merces statuarii? quæ*

~~~~~

Brant. Rectius Lipsius: *integrum dein. Oud.*—4 Ed. Bas. pr. *notebant. Id.*—5 *Id ego nesc.?* *haud præd.* Veteres edit. *Id ego nes. ac præd.* Forte etiam, *id ego nescirem, ac prædicarem.* Colvius. Mss. et Edd. priores ac *præd.* unde G. Vossius facit *nec pr.* Quod Colv. conjecit, *id ego nescirem ac præd. ingratus essem*, margini quoque allevit Lips. Sed forsân ἀπὸ κοινῶν τὸ non lateus in præced. verbo *nescirem* subintelligendum est: de qua re egi ad Met. lib. vi. p. 121. Pric. et ad Lucan. lib. ii. vs. 373. *Oud.*—6 Edd. ante Colv. habent *nostro* et carent *pro*: quod etiam exultat male a Colv. *Id.*—7 Ald. *honorum.* Colvius. Item Junt. post. *Oud.*—8 *Scriptus liber, nō.* Colvius. Item Pith. *Oud.*—9 Coll. Voss. Lips. *prob. a mag.* *Id.*—1 Vid. Not. Var.—2 Ed. Vic. *quod*: mox pro *nisi* Pith. *non.* *Oud.*—3 Vulgo cum copula, et *artificis.* quæ rectius abest a libro scripto. Colv. Ea quoque carent Mss. Florent. In Ed. Ald. est *artificiis.* *Oud.*—4 Ed. Vic. *qua.* *Id.*—

#### NOTE

tius reponit, *de integro*, sed nihil emendatione opus.

<sup>3</sup> *A vobis*] Populum Carthaginiensem affatur.

<sup>h</sup> *Universo ordini vestro*] Senatui.

<sup>1</sup> *Præfiscine dixerim*] Insederat superstitiosis Veterum animis opinio, periculum esse a fascino, cum quis

aut se ipse laudaret impensius, aut ab aliis laudaretur: atque ideo cum se aut alium quempiam laudarent, ut a se arcerent invidiam et fascinationem, addebant hanc vocem ‘præfiscine,’ vel ‘profiscini,’ aut ‘absit verbo invidiæ.’

tibus unquam defuere;<sup>k</sup> ne ut Carthagini<sup>5</sup> desint, ubi splendidissimus ordo etiam de rebus majoribus judicare potius solet, quam computare. Sed de hoc tum ego<sup>6</sup> perfectius, cum vos effectius.<sup>l</sup> Quin etiam tibi, nobilitas senatorum, claritudo civium, dignitas amicorum, mox ad dedicationem statuæ meæ, libro etiam conscripto, plenius gratias canam, itemque<sup>7 m</sup> libro mandabo, uti per omnes

*nunquam defecerunt, ne in parvis quidem urbibus: nedum me deficiunt Carthagini, ubi illustrissimus Senatus solet potius decernere, quam supputare de rebus etiam maximi momenti. At tunc ego agam de hoc fusius, quando vos plus effeceritis. Quinetiam, o nobiles Senatores, inelyti cives, digni amici, referam grates fusius libro, quem mox componam pro dedicatione meæ statuæ, et jubebo illum librum*



5 Al. *ne dum Cart.*—6 Rom. Ven. Bas. 1. *tamen ego.* Colvius. Item Pith. Correctum jam a Becichemo. *Oud.*—7 *Cantatius.* Alii habent *canacius.* Pyrrhus. *Plenius gratias, canaciusque libro mandabo.* Scriptus codex *canentique.* Basil. poster. *canacique.* Bap. Pius testatur quosdam legere, *causatusque:* et ipse reponit, *capaciusque.* Colvius. Fulvii et Lipsii Ms. *canentique libro.* Lego: *canam ocysusque libro.* Scioppius in Symbola. Ambigo an Apul. dixerit: *canacius gratias libro mandabo.* insolenti phrasi. Certe Cato ‘emacem.’ Virgil. ‘sternacem equum’ dixit. L. si quid. D. de ædil. edicto. ‘curracem vigilacem.’ Libri scripti fere omnes: *canentique libro.* Fortassis: *plenius gratias canam, itemque libro.* Wowerius. Scioppius *p. g. canam ocysusque libro m.* in Flor. 2. *p. g. canaciusque l. m.* ascriptum ad marginem a manu recenti, *p. g. canam, inque libro mandabo.* quod perplacet. *Elmenhorstius.* *Canaciusque l. m.* est Ms. Florentini, Codd. Becichemi, Edd. vett. Colv. Elm. ac Scriv. lectio, sine dubio vitiosa, licet *canacius* explicare conentur Becichemi, et Colv. sive, majore sono, ab adject. ‘canax,’ quod non improbat quoque B. Pius tom. 1. Thes. Crit. p. 368. verum tum omnino abundat vox *libro,* quæ jam præcessit et delenda videtur Cl. Burmann. in Misc. Obs. vol. 11. p. 192. In altero Florent. et Edd. Junt. post. et Bas. sec. legitur *canacique libro.* At nec hoc placet, licet adject. ‘canax’ non omnino dammare ausim. De adjectivis in *ax v.* Heins. ad Ovid. Am. 11. 6. 23. et alibi, Wower. hic loci. Coll. Voss. Lips. *gratius.* Vulc. Scal. *tenaciusque cum Burm.* Alius ibid. Misc. Obs. *cumulatusque:* quod nimis longe abit a Mss. Et in his omnibus, ut et in lectionibus Pyrrhi et Bapt. Pii abundat *ro libro.* Vir D. in marg. Ed. Colv. in Bib. Reg. *agam ocysusque.* E Mss. Fulv. Lips. *canentique* coniecit Sciopp. recepitque Floridus *canam, ocysusque libro m.* Recte *canam:* nam sic diserite unus Florent. pro varia lectione habet: alte-

#### NOTE

<sup>k</sup> *Quæ mihi ne in mediocribus quidem civitatibus unquam defuere]* Supra: ‘quin etiam commemoravit, et alibi gentium et civitatum honores mihi statuarum, et alios decretos.’

<sup>l</sup> *Sed de hoc tum ego perfectius, cum vos effectius]* Hoc est grates vobis majores agam, et beneficia vestra fu-

sus prædicabo, quando vos statuan, quam spero decreturos, reipsa mihi decreveritis, ac posueritis.

<sup>m</sup> *Canam, itemque [ocysusque]* Sic emendavit Scioppius, quem secutus sum. Vulgo est corrupte *canaciusque.*

provincias eat, totoque abhinc orbe, totoque abhinc tempore, laudes benefacti<sup>8</sup> tui ubique gentium semper annorum repræsentet.

NUM. XVII. Viderint, quibus mos est oggerere semet otiosis præsidibus,<sup>9</sup> ut impatientia linguæ<sup>1</sup> n commendationem ingenii quærant, et affectata amicitia vestrae specie<sup>o</sup> glorientur. Utrumque<sup>p</sup> enim a me,<sup>2</sup> Scipio Orfite,<sup>3</sup> longe

*pervagari cunctas provincias, et exhibere laudes vestri beneficii per omnem hinc terrarum orbem, et per omne tempus sequens, apud omnes nationes, et per omnes ætates.*

*Illi, qui soliti sunt seipsos obtrudere præfectis dum vacant, considerent, si volunt, quomodo comparent laudem suo ingenio ex intemperantia suæ linguæ, et superbiant ficta simulatione vestrae amicitia. Nam hæc duo vitia multum aliena sunt a me, o*

rum non placet. Wowerii conjecturam veriore existimo; nisi velis cum Elmenh. præoptare, quod est in eodem Florent. *canam inque libro*. Melius, tamen *itemque vel eique*. Ait Auctor se libro conscripto plenus ei gratias per carmen acturum, eidemque libro mandaturum, ut per omnes eat provincias, &c. His tamen omnibus conjecturis amotis vide potius, num ex *canentique* vel *canam inque* scribendum *Græcanicoque*, ut promittat se Græce librum gratiarum conscripturum, quo per omnes eat provincias et ubique legatur. Passim Auctor 'Græcanicus' utitur pro Græco. V. ad Met. lib. 1. p. 11. a. Cogitavi aliquando *Græcaciis*: nam in Apol. 'Græcator oratio' et Tertull. de Pallio c. 4. p. 25. 'Græcatim.' Pro uti Lips. ut. Oud.—8 Coll. Voss. Lips. et Pith. *beneficii*. Ed. Bas. pr. *benefacti*. Id.—9 *Oggerere se et ot. pr.* Restituendum dubio procul *oggerere sese*, vel *oggerere se nec otiosis vel negotiosis præsidibus, ut impudentia linguæ*. Crebro has voces 'impudicitia,' 'impudentia,' 'imprudencia,' 'impatientia,' locum mutuum invasisse comperi: si quis exempla quærit, adeat notas doctissimi Stephani Pighii amici mei ad Val. Maximum: hoc amplius etiam secundo de Asino a Parisien. merito legebatur, *sensit imprudentia suæ labem*, cum ante vulgaretur, *impudicitia*, quod non nisi ab imprudentibus ibidem suppositum. *Stewech*. Ms. *gerere*. Legendum puto, *semet otiosis*. Colvius. Legerim, *exotiosis* vel *exiliosis*. Brantius. Pith. *hoc gerere se et o*. Mss. et Edd. ante Vulcan. *se et ot. qui rō semet recepit e conj.* Colvii; sive potius Lipsii, qui allevit quoque *odiosis*. Scriv. expulit *rō et*. Prave Braut. at melius *Stewech. se nec ot. vel negot.* Oud.—1 Forte: *impotentia*. Sciopp. in Symb. Sive incontinentia linguæ et pruriginis dicendi. Perverse itaque *Stewech. impudentia*, et Sciopp. *impotentia*: quod temere in textum recepit Floridus. Lib. II. Met. p. 31. Pric. 'Impatientiam Veneris meæ monstrans,' ubi vide Pric. lib. VII. p. 131. 'Impatientia productus dicere volui:' cum amplius tacere nequiret. Vide et lib. X. p. 211. lib. XI. p. 254. Pric. Oud.—2 Vulg. *ejus a me*. Colvius. *Ejus*

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Impatientia* [*Impotentia*] *linguæ*] Ita idem Scioppius. In vulgatis est *impatientia*, quod etiam tolerabile, utpote in idem recidens. Impotentiam linguæ intellige hic *φλυαρίαν*, loquacitatem, qua se suasque dotes ad fastidium usque prædicant; non autem

obtricationem et maledicentiam: argumento sunt quæ sequuntur.

<sup>o</sup> *Et affectata amicitia vestrae specie*] Hoc est, simulantes et jaectantes se a vobis amari: patet ex sequentibus.

<sup>p</sup> *Utrumque*] Loquacitas et jaectantia.

abest. Nam et quantulumcumque ingenium meum jampridem pro captu suo hominibus notius est, quam ut indigeat novæ commendationis. Et gratiam tuam tuorumque similibus<sup>4</sup> malo, quam jacto: magisque sum tantæ amicitiae cupitor,<sup>5</sup> quam gloriator: quoniam cupere nemo, nisi vere putet,<sup>6</sup> potest; <sup>6</sup> potest autem quisvis<sup>7</sup> falso gloriari.<sup>†</sup> Ad hoc ita semper ab ineunte ævo bonas artes sedulo colui; eamque existimationem morum ac studiorum cum in provincia<sup>8</sup> vestra,<sup>9</sup> tum etiam Romæ penes amicos tuos quæsisse me, tute ipse locupletissimus testis es: ut non minus vobis amicitia mea capessenda sit, quam mihi vestra est concupiscenda.<sup>†</sup><sup>8</sup> Quippe non promte veniam im-

*Scipio Orfile. Ingenium enim meum, quantumvis sit parvum, jamdudum nimis cognitum est secundum suas vires hominibus, quam ut opus habeat nova commendatione. Et magis cupio amicitiam tuam et tui similibus, quam eum ostento: et sum magis exoptator tantæ amicitiae, quam ejus jactator: quia nullus potest optare, nisi reipsa existimet rem esse optabilem: at quilibet potest se jactare fulso. Præterea sic studiose semper incubui bonis artibus ab initio meæ vitæ, et tu ipse es mihi luculentissimus testis, me comparavisse mihi talem famam vitæ et doctrinæ apud tuos familiares tum in vestra provincia, tum maxime Romæ: ut mea amicitia non sit vobis minus acceptanda, quam vestra mihi est expectanda. Etenim non libenter*



est quoque in Pith. Plerique tamen Mss. enim. Oud.—3 Ed. Vicent. *Scipiorfile*. V. Spon. Misc. p. 269. et alibi. *Id.*—4 Al. *tuique sim.*—5 Coll. Voss. Lips. cupior. Oud.—6 Pith. Coll. Voss. Lips. Edd. Juntinæ, Aldi *putem*. Fuitne *nisi vere, ut putem, potest*. Lipsius conjecit *nisi mereri*. Tò *putet* deleri vult Vincent. Contar. lib. 1. V. L. c. 5. *Exulat τὸ potest* a Pith. Coll. Voss. et Ed. Vulc. pr. *Id.*—7 Pith. et Lips. *quis*. *Id.*—8 Lips. *tum in*. Pith. *cum etiam pr.* *Id.*—9 Al. *nostra*.—1 Ald. *cupiscenda*: Rom. *inconcupiscenda*. *Inconcupiscere*, ut infra lib. iv. *Incognoscere*: ‘*Ut incognosceret, more ingenii humani, quisnam esset.*’ Hac verborum compositione gaudet Noster. Ad eum modum lib. viii. *Metam.* ‘*Incoactum lac*’ dixit. Et ideo recte scriptum infra de Deo Socratis: ‘*Atque ideo intemperare et regere ea, quorum curam fuerit diligentiamque secuta.*’ Sic *Intribuere* apud Plinium, ubi Trajanus ad illum: ‘*Possumus eorum desiderio indulgere, modo ne quid ideo intriabant, aut minus illis in posterum fiat ad necessarias erogationes.*’ id est, contribuant; ut *Intributiones* in jure nostro non semel, pro contributionibus. *Colvius*. *Inconcupiscenda*. Sic Aldus et Rom. alii, *concupiscenda*. Vide *Indicem*. *Elmenh.* Mss. Florent. Fulv. Lips. Edd. Bas. Colv. Vulc.

#### NOTE

<sup>4</sup> *Nisi vere putet*] Subintellige *id quod cupit esse optandum*: aut aliquid simile.

<sup>†</sup> *Falso gloriari*] Nempe se consecutum quod revera non est consecutus.

<sup>5</sup> *Concupiscenda* [*inconcupis.*] Sic lege uno vocabulo: ‘*inconcupiscere*’ est vehementer cupere: et particula *in* hoc loco non negat, sed auget verbi significationem. Sic infra lib. iv. ‘*ut incognosceret, more ingenii humani,*

pertire rarenter adeundi,<sup>2</sup> assiduitatem ejus requirentis est : summumque argumentum amoris, frequentibus delectari, cessantibus obirasci, perseverantem celebrare, desinentem desiderare : quoniam necesse est ejusdem esse,<sup>3</sup> tujus angat absentia. Ceterum vox colibita silentii perpeti usu non magis juverit,<sup>4</sup> quam nares gravedine oppletæ, aures spiritu obseratæ, oculi albugine obducti. 2. Quid si manus manicis restringantur? quid si pedes pedicis coarcentur? <sup>5</sup> jam rector nostri animus aut somno solvatur, aut vino mergatur, aut morbo sepeliatur? Profecto, ut gladius usu splendescit, situ rubiginat,<sup>6</sup> ita vox in vagina silentii condita, diutino torpore hebetatur.<sup>7</sup> Desuetudo om-

*ignoscere ei, qui raro tantum conveniat, est hominis qui optet frequentius adiri ab illo : et maximum indicium amoris est, gaudere assiduitate amicorum, succensere ipsis cum desinunt nos adire, laudare eum, qui pergit nos frequentare, cessantem vero desiderare : quia necesse est illum amari, ejus absentia cruciat. Porro, vox compressa jugi silentio non plus proderit, quam nares obstructæ destillatione, aures clausæ flatu, et oculi obvelati cataracta. Quid, si manus vinciantur vineulis? quid, si pedes restringantur compedibus? mens autem gubernatrix nostra, vel relaxetur sopore, vel absorbeatur vino, vel involvatur agritudine? Certe, quemadmodum ensis nitescit usu, contrahit autem ferruginem cessatione, sic vox inclusa in vagina taciturnitatis, retunditur longo torpore. Desuetudo creat omnibus segnitiam, seg-*



Scal. Wow. *concupiscenda*. Bas. pr. est *concup.* Vicent. et seqq. est *cupisc.* Temere et affectate Colv. Elmenh. Scriv. Florid. ex corrupta lectione Ed. Romanæ arripuerunt *inconcupiscenda*. Addicit quidem Cod. Pith. sed nisi alii et vetustissimi addixerint, non facile credam. *Oud.*—2 Vid. Not. Var.—3 Notandus hic locus, ut mutilus : qui forsitan ita supplendus, *Quoniam necesse est ejusdem gratam esse presentiam, ejus angat absentia*. Colvius. Locus mutilus, ejus hic sensus : Necesse est te ejus cupidum esse, ejus angat absentia. *Sciopp. in Symb. Supple amorem*. Hoc est, necesse est illos amari, amorem pertinere ad illos, quorum, &c. *Florid.* Male. Simpliciter subintelligo superiorem vocem *amoris* : hoc sensu : Necesse est, enim quoque similiter amare te, ejus absentia te angat : nisi malis scribere cum Philom. Pisano in Add. Ed. Junt. post. *ejusmodi*, sive talem, talique animo esse. Pith. *equidem*. *Ond.* Gruterus XVII. 2. *quon. n. e. cupidum esse*. Id. in Addend.—4 Vid. Not. Var.—5 *Vetus lib. carcerentur*, novo verbo. *Coltrius*. F. *coarcentantur*. Brantius.—6 *Rubiginat*. Pith. *robig.* Fabri Thesaurus habet *rubiginatur*. Male. Neutrum est verbum, pro rubiginem contraho. Glossæ, *Rubigino*, ἰοῦσαι. ut apud Theophr. Char. 10. κλείς ἰαμένας. ubi vide Duportum. *Oud.*—7 Edd. Ald. Junt. post. corrupte *torpore habebatur*. Al. *tempore*

#### NOTE

quisnam esset :’ et lib. VIII. Metamorphos. p. 528. ‘ lac incoactum,’ pro ‘ concretum.’ ‘ Eum rogavit unus e nostris, haberetne vanni lacte, vel adhuc liquidum, vel in caseum recen-

tem incoactum.’

‘ Quoniam necesse est ejusdem esse ]  
Supple amorem. Hoc est, necesse est  
illos amari, amorem pertinere ad il-  
los, quorum, &c.

nibus pigritiam, pigritia veternum parit.<sup>8</sup> Tragedi adeo ni quotidie proclamant, claritudo arteriis<sup>9</sup> obolescit. Igitur identidem boando purgant ravim.<sup>1</sup><sup>w</sup> Ceterum ipsius vocis hominis exercendi<sup>2</sup> cassus labor supervacaneo studio plurifariam superatur. Siquidem voce hominis et tuba rudore torvior,<sup>3</sup><sup>x</sup> et lyra concentu variatior, et tibia questu<sup>4</sup> delectabilior, et fistula susurru<sup>5</sup> jucundior, et buccina<sup>6</sup>

*nities vero somnolentiam. Tragedi quoque, nisi declament quotidie, claritas vocis facessit ab eorum gutture. Ergo expurgant raucedinem subinde clamitando. Porro, irritus labor exercenda ipsius vocis humana vincitur multis modis cura superflua. Nam vox humana stridet ferocius, quam tuba, et magis diversa est in suo concentu, quam lyra, et jucundius queritur quam tibia, et susurrat suavius quam fistula, et*

*habebatur. Hinc Scottus Obs. Philol. lib. I. c. 5. tempore hebetatur. Sed tempore recte Mss. cum Edd. reliquis. Id.—8 Pro parit Pith. pariat. Id.—9 Arteriae. Potius, arteriis, ut in aliis. Colvius. Mss. et Edd. Vett. cum Colv. &c. arteriis. Aldus tamen Junt. post. Bas. sec. Scriv. habent arteriae; nempe asperae. Sed et N. 19. 'venarum pulsus inconditos.' Oud.—1 Ms. ravum: alius: raniium. Fulvius putabat: ravum. Mox lego: exercendi cassus labor. Et infra: ariium instigati clangores. Et: propitia voluntas. Sciopp. in Symb. Nescio cur pro Plautina voce ravim sive raucedinem, Edd. Junt. Ald. dent raucum, et Ursinus velit ravum e Mss. suis, qui habent ravum vel raniium. Oud.—2 Vid. Not. Var.—3 Vox hom. tuba rudore torvior. Sic quidem Vulc. Scalig. Elmenh. Scriv. Florid. edidere contra mentem Auctoris, ut existimo; qui ait variis instrumentorum et bestiarum vocibus ac sonis superari quidem vocem humanam, utpote angustiore (sic ipse Ap.), sed eam majorem habere utilitatem mentibus. In Mss. Pith. Lips. Edd. Rom. et Vic. est vocem. In Ms. Florent. voces. In reliquis Edd. voce: quod omnino retineo, donec lux mihi clarior hoc loco affulgeat. Si nominativum malis, videtur scribendum e Mss. reliquis vox est. Pro tuba torrior Ms. Lips. tuda torrior. Ald. tubae. Oud. Unice verum est voce. Tuba, lyra, &c. sunt nominativi. Mentione tragedorum clamorisque eorum facta, agere incipit de vero vocis humanae usu, magis ad utilitatem mentium, quam delectationem aurium adhibenda. J. Bosscha.—4 Pith. questus. Oud.—5 Vide ad Metam. init. Pith. sursu. Id.—6 Ms. Lips. buccina, ut passim. Id.—7 Sic vetus cod.*

#### NOTE

<sup>u</sup> Arteriis] Non arteriis pluribus, sed uni, asperae nimirum seu laryngi, qui suprema ejus pars est, cujusque ope vox editur.

<sup>w</sup> Boando purgant ravim] Plaut. in Prologo Pænuli: 'Exsurge, praeco: fac populo audientiam. Jamdudum expecto, si tuum officium scias, Exerce vocem, quam per vivis et colis. Nam, nisi clamabis, tacitum te obrepet fames.'

<sup>x</sup> Et tuba rudore torvior, &c.] Observa Apuleium hic tubam a buccina distinguere, ut et tibiam a fistula. Quidam discrimen tubam inter et buccinam statuunt, quod buccina cornea sit, et litui modo intorta, cingendisque armentis inserviat, tuba vero argentea aut aerea, et adhibeatur cingendis viris, Martique accendendo. At tubam buccinamque promiscue usurpatam passim invenias.



significatu longinquior. Mitto dicere<sup>7</sup> multorum<sup>8</sup> animalium immeditatos sonores,<sup>9</sup> distinctis proprietatibus admirandos: ut est taurorum gravis mugitus, luporum acutus ululatus, elephantorum tristis barritus, equorum hilaris hinnitus: nec non avium instigati clangores,<sup>1</sup> nec non leonum indignati fremores,<sup>7</sup> ceteræque id genus voces animalium<sup>2</sup> truces ac liquidæ,<sup>2</sup> quas<sup>3</sup> infesta rabies vel propitia voluptas ciant.<sup>4</sup> Pro quibus homini vox divinitus data, angustior quidem; sed majorem habet utilitatem mentibus, quam auribus delectationem. Quo magis celebrari debet frequentius usurpata, et quidem<sup>5</sup> non nisi in auditorio,<sup>6</sup>

*auditur remotius quam buccina. Non loquor de vocibus plurimorum animalium inarticulatis, quæ mirabiles sunt ob diversas proprietates: velati gravis mugitus proprius est taurorum, ululatus argutus luporum, barritus maestus elephantorum, letus hinnitus equorum: sunt quoque cæcis avium incitati, et fremitus iracundi leonum: atque aliæ ejusmodi animalium voces feroces et claræ, quas vel incensus furor, vel blanda voluptas excitent. Quarum loco vox a Deo tributa est hominibus minor quidem: at offert plus commodi animis, quam voluptatis auribus. Quapropter magis colenda est utendo ea sapius, et sane non alibi quam in concione, præside tanto*



Rom. *dicem*: Bas. 1. cum ceteris, *decem*. Colvius.—8 Alii *multorum*, probante Oud.—9 *Immediatos*. *Immeditatos* legam. *Pyrrh.* *Immeditatos sonores* potius scribendum putavi, quam *immediatos*. Virgilius: ‘Agrestem tenui meditabor arundine masam.’ Colvius. Prætulerim *immediatos*: parique lima Sidorium in Epistola de Theoderico rege adraserim. *Er. Putean.* *Immediatos* sensu caret, nec Latinum est. Recte Mss. Florent. Lips. et Ed. Junt. post. *immeditatos*. Sic Met. lib. 11. imit. ‘immeditatus incensus.’ ubi v. *Oud.*—1 *Angores*. Beich. recte castigat hunc locum, *avium inst. clangores*. Colvius in *Omiss.* Quia angustiore gutture sunt. *Pyrrh.* Sed hominis vocem esse angustiolem dicit Auctor. Mss. Lips. Pith. et Edd. ante Wow. habent tamen *angores*. G. Vossius conjecit *ovium inst. angores*; ut balatus significetur. Pro eo facit, quod Apul. videri posset hic loqui tantum de quadrupedibus; quia his subdit rursus ‘leones;’ et mox demum de avibus agit. Verum illic de avibus dulce canentibus sermo est, hic de gravi sono; quare non est, cur hic aves omiserit, majores præsertim, quibus incondita est vox et propria ‘clangere.’ Vid. *Ælian. H. Anim.* v. 51. ad Met. lib. 1x. p. 656. b. *Clangores* ergo merito e suis Codd. prætulit Beichem. Ep. 99. ut est in Florent. et conjecit Groslo. atque ita Sciopp. Wow. Scriv. et Florid. *Oud.*—2 *Fremores*: *ceteræque* i. g. *voc. an.* Nihil horum in scripto exemplari. *Colvius.* Ed. Vic. *fremos*. Al. *frenores*. *Oud.*—3 Ed. Aldi *qua*. Id.—4 Beichem. Ep. 99. vult *cient*. Sed est subjunctivus a ‘*cire*.’ Vid. ad Met. lib. viii. p. 524. b. Id.—5 Coll. Voss. Lips. caret  $\tau\phi$  et. Id.—6 *Auditorio*. Sic Romana editio.

#### NOTÆ

<sup>7</sup> *Leonum indignati fremores*] Rugitus vulgo dicuntur.

<sup>2</sup> *Liquidæ*] Lenæ, blandæ, quæ leniter fluunt: cum contra truces et

feroces non fluere, sed magno impetu extrudi, et guttur sua asperitate radere videantur: et hæc sunt, quas mittit infesta rabies.

tanto viro præsidente, in hac excellenti celebritate multorum eruditorum, multorum benignorum. 3. Equidem <sup>7</sup> etsi <sup>8</sup> fidibus apprime callerem, non nisi confertos homines consecrarem.<sup>9</sup> In solitudine cantillavit <sup>1</sup>

Orpheus in sylvis,<sup>a</sup> inter delphinas <sup>2</sup> Arion, quippe, si fides fabulis, Orpheus exilio <sup>b</sup> desolatus, Arion navigio præcipitatus.<sup>c</sup> Ille immanium bestiarum delinctor; <sup>3</sup> hic misericordium belluarum oblectator: ambo miserimi cantores, quia non sponte ad laudem, sed necessario ad salutem nitebantur.<sup>4</sup> Eos ego impensius admirarer,<sup>5</sup> si hominibus potius, quam bestiis placuissent. Avibus hæc

*viro, in hac illustri frequentia plurimorum doctorum, plurimorum benevolorum. Certe quamvis scirem egregie fidibus canere, non quæreren nisi magnos cætus hominum. Cantillavit in solitario loco, 'Orpheus in nemoribus, et Arion inter delphinas,' nempe, si credendum est fabulis, Orpheus exilio relegatus in solitudine, Arion deturbatus ex navi. Ille mitigator crudelium ferarum; hic oblectator cetorum misericordium: uterque cantores infelicissimi; quoniam id moliebantur non ultro ad gloriam sibi parandam, sed necessario ad suam conservationem. Ego mirarer eos magis, si placuissent potius hominibus quam belluis. Hæc solitudines certe*

~~~~~

Ms. in auditorio. Vulgati alii, adjutorio. Colvius. Dicta de voce humana hanc credo scripturam desiderant, celebrari debet, frequentius usurpari et quidem non nisi auditorio, &c. Stewech. Mss. Flor. Lips. Fulv. Pith. Edd. Elm. Flor. in auditorio. ut Fragm. seq. 'in auditorio spectari debet.' Stewech. cum Edd. Rom. Vic. Colv. Vulc. Scal. Wow. Scriv. auditorio ut jungas τῶν præsidente. Sed vel sic posset addi in. ut 'præesse in regione.' Vide ad Hirt. lib. VIII. B. G. c. 24. Edd. reliquæ adjutorio. Oud.—7 Edd. Ald. Junt. post. quidem. Id.—8 Edd. Junt. Ald. et. et pro fidibus Ed. Vic. fidibus. Id.—9 Scripta lectio, non nisi inter confertos homines consecrarem. Colvius. Ms. n. n. inter confertos h. c. Scioppius in Symbola. Ms. non nisi inter confertos homines consecrarem, f. conversarem. Brantius. Frustra, nam inter irrepsit e seq. versu etiam in Ms. Fulv. consecrare Ed. Aldi. Oud.—1 Edd. Vett. cantillavit: ut supra sæpius. Id.—2 Prave Edd. Ald. Junt. post. Bas. pr. delphinæ. V. ad Met. lib. vi. p. 440. a. Id.—3 Ed. Vic. delenitor, ut alibi. Id.—4 Eadem, videbantur. Colv. F. trudebantur vel, ludebant. Brantius. Inepte, solenni errore in Mss. confunduntur 'videbantur' et 'nitebantur.' Oud.—5 Ed. Vic. admiraretur. Id.—6 Ut inquam. Lego, utique. Brantius. Recte cum Edd. Scriv. et Flor. Ed. Wow. ut ita inquam. Mss. Florent. Lips. Pith. et Edd. reliquæ ut inquam. Sic utique in utiquam abiisse quoque vidimus supra ad N. 16. Ms. Bembin. ut inque: hinc Vinc. Contar. lib. I. V. L. c. 5. utrim-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Orpheus in sylvis, &c.] Desumptus est hic versus ex Pharmaceutria, Ecloga VIII. Virgil.

<sup>b</sup> Exilio] At voluntario quidem, ad quod se, post amissam Eurydicen, hominum pertæsus ultro damnave-

rat.

<sup>c</sup> Arion navigio præcipitatus] Gellius omnem historiam, seu potius fabulam, ex Herodoto refert Noct. Atticarum lib. XVI. cap. 19.

secretaria<sup>d</sup> utique<sup>6</sup> magis congruerint<sup>7</sup> merulis, et lusciniis,<sup>8</sup> et oloribus. Et merulæ in remotis tesquis<sup>e</sup> fringultiunt;<sup>9</sup> lusciniæ in solitudine Africana<sup>1</sup> canticum adolescentiæ<sup>5</sup> garrunt;<sup>2</sup> olores apud avios fluvios carmen senectæ meditantur.<sup>b</sup> Enimvero qui pueris, adolescentibus,<sup>3</sup> et senibus utile carmen prompturus est, is<sup>4</sup> in mediis millibus hominum canat;<sup>5</sup> ita ut hoc meum de virtutibus Orfiti<sup>6</sup> carmen est, serum quidem fortasse,<sup>7</sup> sed serium; nec minus gratum, quam utile Carthaginensium pueris, juvenibus,<sup>8</sup> et senibus: quos indulgentia præcipuus omnium<sup>9</sup>

*melius convenerint volueribus, merulis, philomelis, et cycnis. Etenim merulæ cantillant in solitudinibus: philomelæ canunt in deserto Africano cantilenam suæ juventæ: cygni moluntur canticum suæ senectutis in annibus solitariis. At qui exhibiturus est canticum conducibile pueris, juvenibus, et senibus, ille debet cantare in mediis millibus hominum: sicut est hoc meum canticum de virtutibus Orfiti, fortasse quidem tardum, ut serium; neque minus jucundum quam conducibile pueris, adolescentibus, et senibus Carthaginensium: quos proconsul omnium præstantissi-*



que, i. e. in aquis et sylvis. Oud.—7 *Congruerint* deest in Mss. Lips. et Pith. Id.—8 Coll. Voss. Lips. aut *lusc.* Ed. Vic. *lusciniis*. Id.—9 Pith. *fring.* Vir Doctus ad marg. Ed. Junt. post. *fringultiunt*. Sed aliter Mss. et Noster bis in Apolog. V. Fabri Thes. Id.—1 *Pro in solitudine Africana* Grutero XVII. 2. in mentem venit in solitudine aprica. Nisi statim sequeretur 'apud avios fluvios,' probabiliter conjici posset in solitudine avia, ut 'solitudines avias' dixit Lat. Pacat. Panæg. c. 5. et alii plus semel. Vid. Pric. ad Met. supra p. 160. b. Idem in *Addend.*—2 Al. *garrunt*.—3 Copula in vulgatis, *pueris et adolesc.* Colvius. Ita et Pith. qui pro *senibus* habet *senilibus*. Oud.—4 *Abest Florent. bene.* Id.—5 *Vulg. cantat.* Colvius. Saltem debuisset edi *cantet*. Oud.—6 Ed. Vic. *orfici*. Bas. pr. *onfici*. Id.—7 Sic Mss. et Edd. usque ad Elmenhorst. qui cum seqq. exhibuit *fortassean*: qua auctoritate, nescio. V. ad Met. lib. v. p. 338. a. Id.—8 Ms. liber, *viventibus*. Colvius. Forte, *juventuti*. Brantius. G. Vossius allevit oræ libri 'f. *vigentibus*.' Sed *viventibus* nil, nisi calami error. Oud.—9 Rom. Venet. *hominum*. Colvius. Item

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Hæc secretaria*] Secreta loca, solitaria, remotiora.

<sup>e</sup> *In remotis tesquis*] De hac voce jam supra Florid. l. II. 'quoniam nullus in suis tesquis fructus est.'

<sup>f</sup> *Fringultiunt*] Et de hoc jam ad Apologiam.

<sup>g</sup> *Canticum adolescentiæ*] Amores nempe suos, qui amores adolescentiam decent.

<sup>h</sup> *Olores apud avios fluvios carmen senectæ meditantur*] Quod morituri

canant. Ovid. Epist. Didus ad Ænean. 'Sic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis Ad vada Mæandri concinit albus Olor.' Hanc esse cynorum indolem permulti magni nominis auctores tradiderunt, ad id fabulosum esse multi item docti viri affirmant, atque inter hos Plinius l. x. c. 23. 'Olorum' (inquit) 'morte narratur flebilis cantus: falso, ut arbitror aliquot experimentis.'

proconsul sublevavit, temperatoque<sup>1</sup> desiderio et moderato remedio dedit pueris saturitatem, juvenibus hilaritatem, senibus securitatem. Metuo quidem, Scipio, quoniam laudes tuas attingi, ne me<sup>2</sup> impræsentiarum refrænet<sup>3</sup> vel tua generosa modestia, vel mea ingenua verecundia. Sed nequeo, quin ex plurimis, quæ in te meritissimo<sup>4</sup> admiramur, ex his plurimis quin vel paucissima attingam. Vos ea mecum, cives ab eo servati, recognoscite.

*mus sublevavit sua benignitate, et moderata cupiditate, et medela temperata, tribuit satietatem pueris, lætitan adolescentibus, et tranquillitatem senibus. Vereor equidem, o Scipio Orfite, quia delibari tua præconia, ne aut tua nobilis modestia, aut meus natus pudor me nunc coërceat. Verum non possum abstinere quin ex plurimis quæ justissime miramur in te, saltem perpauca delibem ex his plurimis. Vos, cives conservati ab eo, agnoscite ea mecum.*

~~~~~

Vic. solenni variatione. *Oud.*—1 *Abest que* ab Ed. Vic. *Id.*—2 *Ne me.* Desunt Edd. Juntinis, Aldi. *Id.*—3 *Refrenes.* Sic Mss. Florent. Lips. et Edd. Vett. Wower. ex conject. Piccarti Per. Crit. c. 16. et seqq. dant *refrenet*, ut sequentia non sexto, sed primo casu ponantur: quod et mihi præplacet. *Id.*—4 Alii codices habent *mitissimo.* Pyrrhus. Vulg. *mitissimo.* Ms. *merentissimo.* Sic supra lib. I. et infra de Deo Socratis: 'Falsum meritissimo dixeris.' Cæcilus Asoto: 'Meritissimo hic me dejecit ex hac decuria.' Plautus *Asinaria* Epidico, et alibi, item Terentius. *Colt.* Flor. *mitissimum.* Elmenhorstius. *Meritissimo*, adverbialiter. Adi ad Met. lib. v. p. 339. b. 'rarissimo.' Pith. *meratissimo.* *Oud.*

# APULEII MADAURENSIS

## FLORIDA.

### LIBER IV.

---

---

NUM. XVIII.<sup>5</sup> Tanta multitudo ad audiendum conuenistis, ut potius gratulari Carthagini debeam, quod tam multos eruditionis amicos habet, quam excusare, quod philosophus non recusaverim dissertare. Nam et pro amplitudine civitatis frequentia collecta,<sup>6</sup> et pro magnitudine frequentiae locus delectus est.<sup>7</sup> Præterea in auditorio hoc genus spectari debet, non pavimenti<sup>8</sup> marmoratio,<sup>i</sup> nec proscenii contabulatio, nec scenæ columnatio:<sup>k</sup> sed nec culminum eminentia, nec lacunarium<sup>9</sup> refulgentia, nec se-

*Tanta turba confluxistis ad me audiendum, ut debeam potius gratulari Carthagini, quod habeat tot amatores doctrinæ, quam me purgare, quod cum sim Philosophus, non abnuerim verba facere. Cætus enim congregatus est respondens magnitudini urbis, et locus captus est respondens amplitudini cætus. Insuper in hujusmodi concione consideranda sunt, non stratum marmoreum, nec tabulata proscenii, nec columnæ scenæ: sed neque sublimitas fastigiorum, nec splendor lacunarum,*



5 Verisimile mihi est hanc fuisse præfationem ad lib. II. de Deo Socr. usque ad illa verba *Asclepiades ille, &c.* Groslot.—6 *Mea Coll. Lips. freq. dilecta. Ond.*—7 *Ms. cod. dejectus est. Colvius. Pith. delectatus. Ond.*—8 *Lips. ut non p. Id.*—9 *Florentinus 2. lacunarum. Elmenhorstius. Item Ms. Lips. et Ed. Flor. Scio, quid pro hac lectione afferri possit; non placet tamen.*

#### NOTE

<sup>i</sup> *Pavimenti marmoratio*] Marmorea pavimenta quibus solum sternitur. Marmoratum, apud Vitruvium, est marmor tusum calce admixta, quo utebantur Veteres in tectoriis.

<sup>k</sup> *Nec proscenii contabulatio, nec scenæ columnatio, &c.*] Theatri descriptionem vide apud Vitruvium lib. V. c. 6. et sequentibus.

dilium circumferentia : nec quod hic alias mimus hallucinat<sup>1</sup>or, comædus<sup>1</sup> sermocinatur, tragædus vociferatur,<sup>m</sup> funerepus<sup>2</sup> periclitatur, præstigiator furatur, histrio gesticulatur, ceterique omnes ludiones ostentant populo, quod cujusque artis est : sed istis omnibus supersessis,<sup>n</sup> nihil amplius spectari<sup>3</sup> debet, quam convenientium ratio, et dicentis oratio. Quapropter, ut poëtæ solent,<sup>4</sup> hic ibidem<sup>5</sup> varias civitates substituere; ut ille Tragicus,<sup>o</sup> qui in theatro dici facit :<sup>6</sup>

Liber, qui augusta<sup>7</sup> hæc loca Cythæronis<sup>p</sup> colis :<sup>8</sup>

*neque ambitus sedilium, neque quod hic modo minus decipitur, comædus disserit, tragædus clamat, funambululus versatur in discrimine, circulator subripit, histrio gesticulatur, et omnes alii scenici monstrant populo quod spectat ad suam cujusque artem : verum, omissis iis omnibus, nihil aliud considerandum est, quam ingenium confluentium, et sermo disserentis. Quare, quemadmodum poëtæ solent hic fingere diversas urbes, veluti ille Tragædus, qui inducit histrionem dicentem in theatro : ' Bacche, qui habitas hæc sancta loca Cythæronis.' Item ille comicus, qui dicit :*

//////////

N. 22. ' lacunaria anro oblita.' *Oud.*—1 Idem, *comædiis*. Colvius.—2 Pith. *funercus*. Ed. Vic. *funerepus*. Vide supra ad N. 5. *Oud.*—3 Idem, *spectare*. Et post, ubi, *oratio, oronē*. id est, *orationem*. Colvius. Pith. *spectare debes*. *Oud.*—4 Pith. *solent ut*. Id.—5 Male Sopingius margini allevit *alicubi dum*. Significat, hic loci. Vide ad Met. lib. 1. p. 69. a. ' Hic ibidem opperiminor.' *Id.*—6 Romæ ita editum. In aliis omnibus, *in th. dici solet*. Unde alii, *dicere solet*. Colvius. Lego : *in th. dicere solet*. Modius. *Dici facit* recte Mss. Florent. Pith. Lips. Fulv. et Edd. Rom. Junt. post. cum Colvio et seqq. Dicuntur facere poëtæ et auctores, quicquid in scenam inducunt, vel quos loquentes inferunt : ut multis est observatum. Infra hoc fragm. ' facio quendam percontari.' Gell. v. c. 1. ' poëtarum sapientissimus auditores non vociferari facit.' *Oud.*—7 Flor. *augusta*. Elmenhorstius.—8 Ms. Lips. *Ci-*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Mimus hallucinatur*] Observa verbum hallucinari activa significatione hic usurpari pro eo quod est fallere, decipere, cum vulgo significet decipi.

<sup>m</sup> *Tragædus vociferatur*] Dum vehementiores movet affectus, quod in tragædiis solet.

<sup>n</sup> *Istis omnibus supersessis*] Dicitur tamen supersedere aliqua re, non aliquam rem : at multa sibi indulget Apuleius ; quin et cum accusativo constructum hoc verbum reperio apud Gellium Noctium Atticarum l. 11. c. 29. ' Alia luce crta avis in

pastum profecta est. Cognati et affines operam quam dare rogati sunt supersedent ;' unde et ' opera supersessa' dici potuisset, quomodo hic ' omnibus supersessis.'

<sup>o</sup> *Ille Tragicus*] Cujus Tragici sit versus quem subjungit, dicere mihi in promptu non est.

<sup>p</sup> *Cythæronis*] Mons est Bæotiaæ Baccho sacer in quo ejus Orgia celebrabantur. Ovid. 111. *Metam.* 1. ' Vadit ubi festus facienda ad sacra Cithæron Cantibus et clara bacchantum voce sonabat.'

item ille comicus,<sup>1</sup> qui

Quam parvam partem<sup>2</sup> postulat Plautus loci

De vestris magnis atque<sup>3</sup> amœnis mœnibus,<sup>4</sup>

Athenas quo sine architectis<sup>5</sup> conferam : <sup>2</sup>

non secus et mihi liceat<sup>3</sup> nullam longinquam et transmari-  
nam civitatem hic,<sup>4</sup> sed enim ipsius Carthaginis vel curiam  
vel bibliothecam substituere. Igitur proinde habetote, si  
curia digna protulero, ut si in ipsa curia me audiat: si  
erudita fuerint, ut si in bibliotheca legantur. 2. Quod<sup>5</sup>  
utinam mihi pro amplitudine<sup>6</sup> auditorii proluxa<sup>7</sup> oratio  
suppeteret,<sup>8</sup> ac non hic maxime clauderet,<sup>9</sup> ubi me facun-

<sup>1</sup> Plautus postulat sibi per exiguam portionem loci Ex vestris amplis et pulchris muris, In quam transferat Athenas absque architectis: similiter fas sit mihi quoque ponere hic nullam quidem remotam et transmari-  
nam urbem, verum vel Senatam, vel Bibliothecam ipsius Carthaginis. Ergo, si pronuntiavero verba digna Senatu, itidem ea existimate, ac si auscultetis me in ipso Senatu: et, si ea, que dixero docta fuerint, accipite ea, ut si recitentur in Bibliotheca. Atque utinam mihi parata esset longa oratio respondens magnitudini auditorii: neque hic finiretur, ubi optarem me

ceronis scolis. Edd. Junt. Ald. Cythæois. Oud.—9 Qui parvam partem, &c. Meo iudicio Plauti nomen Auctor non ascripsit, de quo tamen tuum audire lubet iudicium. Stewech. Lego: itemque per parvam partem p. P. l. Modius. Versus e Plautinæ Truculentæ Prologo numeris hic suis reddidimus, ita ut in Camerariana editione leguntur. Vulgo, parvam. Colvius. Per parvam Colv. et Wower. expressere. At Mss. Pith. Lips. Edd. Vett. dant parvam: unde deceptus Stewechius hunc versum non considerat tanquam Plautinum, sed Apuleii habet verba. At Mss. Florent. Lips. Edd. Vulc. Scal. Elm. &c. habent quam parvam: quod probat. Facile enim memoriæ vitio Ap. quam loco τὸν per hic adhibere potuit. Præsertim cum amet τὸν quam cum positivo jungere. Vide ad Met. lib. III. p. 181. b. et lib. VIII. init. Pith. partim. Oud.—1 De vestris magnis atque. Ibidem, de nostris mag. at. Lipsius Antiquis Lectionibus, de muris magnis atq. Colvius. Male Lipsius. Edd. ante Colv. de nostris. Scribendum scilicet de vestris, ut in Plauto. Prologus alloquitur Romanos. V. Gruter. ad Plautum. Oud.—2 Vid. Not. Var.—3 Vulg. licet. Colvius. Mss. Ed. Junt. post. cum Colvio et seqq. licet. Oud.—4 Pith. hoc. Id.—5 Edd. ante Vulc. quo. Id.—6 Ed. Vic. amplitudinem. Id.—7 Ms. cod. auditorii proluxi. Colv.—8 Edd. quædam vitiose suppetet. Oud.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Ille comicus] Plautus in Truculento, ex cuius Prologo desumpti sunt versus sequentes.

<sup>2</sup> De vestris magnis atque amœnis mœnibus] Hoc est, de ampla vestra et amœna urbe mœnibus cincta: continens pro contento.

<sup>3</sup> Sine architectis] Sana lectio est. Nugantur qui aliud quærunt: sine

Delph. et Var. Clas.

architectis, est sine opera architectorum, qui Athenas ipsas destruant, et translatis illinc lignis, lapidibus, aliaque omni materia, eas hic ædificent denuo, quod Plauto certe ad exhibendam suam comœdiam necesse non erat, cum satis esset si spectatores animo fingerent se esse Athenis.

<sup>4</sup> Clauderet] Si sincera sit lectio,

Apul.

3 M

dissimum cuperem! Sed verum verbum est profecto,<sup>1</sup> quod aiunt: Nihil quicquam<sup>u</sup> homini tam prosperum<sup>2</sup> divinitus datum, quin ei<sup>3</sup> tamen admixtum sit aliquid difficultatis; ut etiam in amplissima quaque lætitia subsit quæpiam vel parva querimonia, conjugatione quadam mellis et fellis. Ubi uber, ibi tuber.<sup>w</sup> Id ego cum ante alias,<sup>4</sup> tum etiam nunc<sup>5</sup> impræsentiarum usu experior. Nam quanto videor plura apud vos habere ad commendationem suffragia, tanto sum ad dicendum nimia reverentia vestri cunctatior.<sup>6</sup> Et qui penes extrarios<sup>7</sup> sæpenumero promtis-

*esse eloquentissimum! At verum est certe quod vulgo dicitur: Nihil adeo fortunatum concessum esse a Diis, cui nihilominus aliqua difficultas non sit conjuncta: ita ut etiam in maxima quaque hilaritate lateat aliqua saltem exigua querelæ materia, quadam commixtione dulcedinis et amuritudinis. Ubi est mamma, ibidem est tumor. Ego hoc usu sensi alias, et sentio nunc maxime. Etenim quo videor habere plura suffragia apud vos ad laudem, eo sum timidior ad disserendum, quia nimis revereor vos. Atque ego, qui sæpius disputari paratissime apud ceteros, nunc hæreo apud*

//////////

—9 Vnlg. *clauderetur*.—1 *Profecto* abest Ms. Lips. *Oud*.—2 Ms. cod. *prosperere*. Colvius.—3 Ms. Pith. Edd. vett. præter Junt. post. *et*. *Oud*.—4 *Etiam alias*. Vulgatum ubique, *inalias*; et post: *tum etiam nunc*. Colvius. Ms. et vulgati: *cum in alias*. Sicut Græci, *εις τὰ ἄλλα* pro *ἐν τοῖς ἄλλοις*. Sciopp. in *Symb*. Ms. *etiam alias*. vulgatum ubique *inalias*, quod probō. *Brant*. Mss. Florent. Lips. et nonnulli Codd. *Becichemi*, Edd. *Vulg*. Colv. Scal. Wow. *cum etiam alias*. Codd. *Fulv*. Pith. et Edd. *Vett*. *cum in alias*. Forsan *tum in alias* divisim scribendum, ut 'in ante diem,' nam *inante* non est Latinum. Sed recte *Cod. vet. Becichemi cum ante alias*. *Oud*.—5 *Nunc* male eiecit Colvius, sequentibus eum *Vulg*. Scal. Wow. Agnoscunt voculam Mss. Florent. Pith. et Edd. vett. ut alibi quoque *Auctor*. Certe bis in *Flor. N. 16*. 'nunc impræsentiarum.' *Id*.—6 *Contatior*. *Flor. cunctatior*. *Elmenhorstius*. Item Edd. *Ald. Junt. post. et aliæ*. Vulgo *contatior*. *Al. cunctantior*. De hoc comparativo adi *Cl. Burm. ad Sueton. Jul. c. 60*. 'ad dimicandum cunc-

#### NOTE

'claudere' hic neutraliter sumitur pro 'desinere:' at Rom. habet *clauderetur*, quod melius esse mihi videtur. Colvius 'claudere,' hic pro 'claudicare' positum autumat: sed favet meæ interpretationi quod supra dixit: 'utinam pro amplitudine auditorii proluxa oratio suppeteret.' Brevis enim et cito desinens oratio melius opponitur proluxæ, quam claudicans.

<sup>u</sup> *Nihil quicquam, &c.*] Sic *Plautus*, *Amphitruone*: 'Ita quoque comparatum est in ætate hominum, ita Diis

placitum; voluptati ut mœror comes consequatur.' *Lucret. lib. iv.* 'medio de fonte leporum Surgit amari aliquid.'

<sup>w</sup> *Ubi uber, ibi tuber*] Proverbium est cujus sensus: commodum absque incommodo non inveniri. Ubera enim percommoda sunt, quippe quibus infantes aluntur: at hoc habent molestiæ, quod turgida sint, et nutritibus in multis obeundis muniis suo tumore incommodent.



sime disceptavi,<sup>8</sup> idem nunc penes meos hæsito: ac, mirum dictu, ipsis illecebris deterreor, et stimulis refrænor,<sup>9</sup> et incitamenti cohibeor.<sup>1</sup> An non multa mihi apud vos adhortamina suppetunt, qui sum vobis nec Lare alienus, nec pueritia invisitatus,<sup>2</sup> nec magistris peregrinus, nec secta incognitus,<sup>x</sup> nec voce inauditus, nec libris illectus improbatuvs? Ita mihi et patria in concilio Africæ,<sup>3 y</sup> enimvero<sup>4</sup> et pueritia apud vos,<sup>5</sup> et magistris vos. Et secta, licet Athenis Atticis confirmata, tamen hic inchoata est: <sup>6</sup> et vox mea utraque<sup>7</sup> lingua<sup>z</sup> jam vestris auribus ante

*meos populares: et, quod mirandum est, avocor a dicendo ipsis allectantentis, retardor ipsis instigationibus, et coërceor ipsis stimulationibus. Nonne sunt mihi penes vos plurima hortamenta, cum non sim domo extraneus vobis, et sapius visus sim a vobis dum essem puer, et habuerim magistros apud vos, neque ignoretis meam sectam, et audiveritis jam me dicentem, et legeritis ac probaveritis meos libros? Sic mihi et patria est in finibus Africæ, sed et pueritia quoque mea apud vos transacta est, et vos fuistis mei magistri, et Philosophia mea, quamvis sit corroborata Athenis Atticis, nihilominus hic sumsit exordium: et mea vox jam est optime nota ves-*



tior factus: et J. Gronovium in Var. Lect. ad Tac. lib. III. Hist. c. 4. 'natura et senecta cunctator:' ubi etiam in Ms. Bodl. *cunctatior*. de Deo Socr. p. 697. Ed. Flor. *Cunctatius credere* Edd. quædam contra Mss. Vide Ind. Not. Oud.—7 Vulg. *extraneos*.—8 Conjecit Wower. *dissertavi*, improbane Oud.—9 Vulg. *etsi multis refrænor*. Colvius. Florent. 2. *et simulis refrænor*. Elmenhorstius. *Et stimulis refr.* habet e correctione Becichemi Ep. 100. Ed. Junt. post. jam ante Colv. Bene. Reliquæ Edd. vett. cum Pith. *etsi multis refr.* Ms. Lips. *etsi stimulis refr.* Oud.—1 Ms. lib. *cohibeor*: post, pro *An non*, vulgo, *At non*. Colvius.—2 Vulg. *invisitatus*. Colvius. Flor. *invisitata*. Rom. *invisitatus*. Elmenhorstius. Pith. Ed. Junt. post. cum Colv. et seqq. recte *invisitatus*. Vid. ad Met. lib. VIII. p. 515. a. Oud.—3 Forte potius, *in confinio Africæ*. Colvius. Ego nihil muto. Brant. I. e. Madaura: ubi forsitan habebant concilium sive *κοινὸν* Afri. Erat enim colonia Romana. Male Colv. Pricæus, Floridus et Jac. de Rhoer in Fer. Dav. p. 228. *confinio*, ut Africa proprie dicta intelligatur, ex loco Apuleii in Apol. p. 443. Flor. 'Numidiæ et Getuliæ in ipso confinio.' Oud.—4 Vulg. *id est vestro*. Colvius.—5 Ms. Lips. *ap. nos*. Oud.—6 Edd. Ald. Junt. post. hic rursus e superioribus intrudunt *et magistris vos*. Abest τὸ *est* ab Ed. Junt. post. Id.—7 Pith. Ed. Junt. post. *utrique*. vitiose: unde vir doctus margini alle-

#### NOTÆ

\* *Nec secta incognitus*] Nec ignoretis quam sectam profitear, ejus Philosophi me sectatorem feram, Platonis scilicet.

y *Mihi et patria in concilio Africæ*] Scribe *in confinio*, et Africam proprie dictam hic intellige: Noster in Apo-

logia: 'De patria mea vero, quod eam sitam Numidiæ et Getuliæ in ipso confinio meis scriptis ostendisti,' &c.

z *Utraque lingua*] Græca et Latina.

proximum sexennium probe cognita. 3. Quin et libri mei non alia ubique<sup>8</sup> laude carius censentur,<sup>9</sup> quam quod iudicio vestro comprobantur. Hæc tanta ac totjuga<sup>1</sup> invitamenta communia non minus vos ad audiendum prolectant,<sup>2</sup> quam me ad dicendum<sup>3</sup> retardant: faciliusque laudes vestras alibi gentium, quam apud vos prædicarim: ita apud suos cuique<sup>4</sup> modestia<sup>4</sup> obnoxia est; apud extrarios<sup>5</sup> autem<sup>6</sup> veritas libera. Semper adeo et ubique<sup>7</sup> vos quippe ut parentes<sup>8</sup> ac primos magistros meos celebro, mercedemque vobis rependo: <sup>9</sup> non illam, quam Protagoras<sup>b</sup> sophista pepigit, nec accepit; sed quam Thales sa-

*tris auribus in utraque lingua plusquam a sex annis. Libri quoque mei non magis celebrantur ubique ulla alia gloria, quam quod approbantur vestra sententia. Hæc tanta ac tam multiplicia illectamenta communia non minus vos alliciunt ad audiendum, quam remorantur me a disserendo, et facilius celebraverim vestra præconia apud alias gentes, quam apud vos. Sic modestia coercita est unicuique apud suos, veritas vero est libera apud exteros. Etenim prædico vos semper et ubique tanquam parentes meos et primos institutores, et reddo vobis remunerationem non illam, quam Protagoras sophista pactus est, nec tamen tulit; sed quam Thales sapiens non*



verat utique. Id.—8 Edd. Vic. Bas. pr. denique. Id.—9 Sive pretiosius. Prave Ed. Floridi clarius cens. Id.—1 Ed. Bas. pr. totjuga. Male. Vide ad Met. lib. II. p. 150. b. 'totjugis diebus.' Id.—2 Lips. perlectant: male. Id.—3 Pith. Coll. Voss. Lips. ad audiendum. Unde G. Vossius margini allevit ad audendum: de qua paronomasia vide ad Met. lib. III. p. 231. a. Id.—4 Apud vos cuique mod. Reponebam, ut mihi videbar, non infeliciter: ita apud suos cuique mod. obn. e. etsi enim civis Carthaginiensis non esset Apuleius, in cuius Senatu hæc dicebantur, tamen ad conjecturam meam pertinet, quod subjicit: 'mihi et patria in concilio Africæ, id est vestro, ut pueritia apud vos, et magistri vos.' Stewech. Utique, forte. Brant. Optime correxit Stewechius, et post eum Pricæus ad Apol. p. 120. assensumque præbuit Floridus. Supra jam 'meos' vocavit Carthaginienses, eisque 'extraneos,' ut hic, opposuit. Mss. et Edd. apud vos. Oud. Gruterus Susp. Ined. XVIII. cap. 2. ita apud suos cuique modestiæ obnoxia est; apud extrarios autem veritas libera semper audit et pudica. Idem in Addend. —5 Pith. et Edd. ante Colv. extraneos: ut supra. Id.—6 Lips. aut. Id.—7 Semper adeo. Et ubique. Vulg. semper adeo, et ubique. Colvins. Libera semper adeo, et ubique vos. Sic interpungo: supra: 'quam ubique equidem et semper prædicabo.' Sciopp. in Symb. Distingue: veritas libera. Semper adeo et ubique. Wowerius. Rectius distinxerunt cum Scioppio Wower. et seqq. quam Colv. vel Edd. priores, quæ habent libera semper adeo et ubique. Vos. Groslot. est ubique. Elmenh. in Ed. sua prave distinxerat cum Colvio, sed correxit in Erratis. Oud.—8 Pith. parentis. Id.—9 Romæ, impendo. Colvins. Flor. impendo. Elmenhorstius. Pith. Edd. Rom. Vic. impendo. Minus

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Apud suos cuique] Vulg. apud vos datio.  
male. Stewechio debetur hæc emen- <sup>b</sup> Protagoras] Patrem habuit Arte-

piens nec pepigit, et accepit. Video, quid postuletis: utramque<sup>1</sup> narrabo. Protagoras qui<sup>2</sup> sophista fuit longe multiscius, et cum primis Rhetoricæ repertoribus perfacundus,<sup>3</sup> Democriti physici civis<sup>c</sup> æquævus:<sup>4</sup> inde<sup>5</sup> ei suppeditata doctrina<sup>d</sup> est. Eum<sup>6</sup> Protagoram aiunt cum suo sibi discipulo Euathlo<sup>7</sup> mercedem nimis uberem<sup>e</sup> conditione temeraria pepigisse, ut<sup>8</sup> sibi tum demum id argenti

*pactus est, et tulit. Intelligo quid postuletis: exponam quæ fuerint hæc duo præmia. Fuit quidam sophista Protagoras longe doctissimus, et eloquentissimus pro initio Inventionis Rhetoricæ: civis et æqualis Democriti Physici: a quo hausit scientiam. Ferunt hunc Protagoram pactum fuisse cum suo discipulo Euathlo nimis amplam mercedem sub conditione imprudenti: nempe ut tum demum sibi per-*

bene: mox 'Mercedem sibi rependi.' Non autem *impendo* est in Cod. Florent. ut ait Elmenh. *Oud.*—1 Pith. *utrumque*. Id.—2 Al. *Prot. quidam.*—3 *Cum primis Rhet. repertis perf.* Malim, *in primis*: id est, inter primos. *Colv. Flor. repertoribus*. Elmenhorstius. Exponit Floridus 'eloquentissimus pro initio inventionis Rhetoricæ:' sed tum saltem *pro primis* legi deberet. At hæc scriptura nata est in cerebro Vulcanii: nam Mss. et Edd. Vett. habent *repertoribus*, inter quos cum quoque nominat Quintilianus ibidem. Nec opus est cum Colvio reponi *in primis*. Perfacundus erat, sicuti primi Rhetorices inventores. *Oud.*—4 Non male quidam libri vet. *socius æq.* quos citat Becichemus. *Colv. in Omiss. Lib. antiquus: Dem. Physici socius*. Tolle distinctionem: *civis æquævus*. Wowerius. Bene. Vide Gell. lib. v. c. 3. et ibi laudatos. Pith. *cujus æ.* Mss. Flv. Coll. Voss. Lips. cum Codd. Becichemi *socius æq.* probante ipso et Colvio. Edd. vett. *civis, æquævus*. *Oud.*—5 Pith. *in.* Coll. Voss. Lips. *mih.* Præfero *unde* cum Stewechio. *Id.*—6 Vulgati quidam, *hunc*. Colvius. Pith. *cum*. Edd. Junt. Bas. *hunc*. *Oud.*—7 Ms. *Euado*. Sed nomen idem in Gellio. *Colv.* Pith. quoque *Euado*. *Oud.*—8 Edd. Vic. Junt. Ald. cum Pith. *uti*. Id.—9 Pith. *ritibus*. Id.—

## NOTÆ

monem, sen ut quidam volunt Mæandrum, ut refert Laërtius lib. ix. in ejus Vita. Ob principium cujusdam sui operis (quod sic se habebat, *περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἶδέναι εἶθ' ὡς εἰσίν, εἶθ' ὡς οὐκ εἰσίν. πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἶδέναι, ἢ τε ἀδηλόγη, καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου.* 'De Diis quidem statuere nequeo an sint, necne: sunt enim plurima quæ id scire prohibeant: quippe et summa rei incertitudo, et brevis hominis vita.') prius ab Atheniensibus est, librique filius in foro sub præconis voce a singulis qui illos habebant investigati.

<sup>c</sup> *Democriti physici civis*] Abderites enim fuit Protagoras, ut tradidit

Heraclides Ponticus in libris *περὶ νόμων*. Eupolis tamen in Tragædia quæ inscribitur, *Κόλακες*, cum facit Teium, hoc versu: 'Ἐνδοθὶ μὲν ἐστὶ Πρωταγόρας ὁ Τήϊος.' Intus quidem est Protagoras Teius.'

<sup>d</sup> *Inde ei suppeditata doctrina*] Audivit enim Democritum, ut refert Laërtius.

<sup>e</sup> *Mercedem nimis uberem*] Laërt. ait eum primum pro mercede minas centum exegisse. Ceterum de conditione cum Euathlo pacta nihil habet. Sed litem Euathli cum Protagora ita refert, ut infra dicitur. At Gell. l. v. c. 10. rem sic prorsus narrat, ut hic Apuleius.

daret, si primo tirocinio agendi penes iudices vicisset.<sup>9</sup> 4. Igitur Euathlus, postquam cuncta illa exorabula iudicantium, et decipula adversantium,<sup>1</sup> et artificia dicentium, versutus alioquin et<sup>2</sup> ingeniatus<sup>3f</sup> ad astutiam, facile perdidicit; <sup>4</sup> contentus scire,<sup>5</sup> quod concupierat, cœpit nolle<sup>6</sup> quod pepigerat, sed callide<sup>7</sup> nectundis<sup>8</sup> moris frustrari magistrum, diutuleque<sup>9</sup> nec disserere velle, nec reddere;<sup>1</sup> usque dum Protagoras eum ad iudices provocavit,<sup>2</sup> expositaque conditione, qua docendum<sup>3</sup> receperat, anceps argu-

*solveret illam pecuniam, eum superior evasisset apud Iudices in prima causa, quam oraret. Euathlus ergo callidus alias et indolis pronæ ad vafritiem, cum facile didicisset cuncta illa artificia flectendorum Judicum, et fallendorum adversariorum, et astutias orantium: sat habens scire quod optaverat, cœpit nolle præstare quod promiserat: sed fraudare præceptorem suum, rem protrulendo astute, et diutius neque velle negare, neque persolvere; donec Protagoras vocavit eum in jus, et, explicata conditione, qua aggressus fuerat eum erudire, protulit argumentum utrinque ambi-*

1 *Decipula advers.* Absunt hæc a veteri: num legendum potius, *dicibula advers.* Sic 'Dicibula puerilia,' apud Tertullianum adversus Valentinianos cap. 11. 'Satis meminerat Ptolemæus puerilium dicibulorum, In mari poma nasci, et in arbore pisces.' *Colv.* Ad tu ad lib. x. Met. p. 725. a. 'fraudis decipulo.' In Coll. Voss. Lips. desunt quoque *et artif. dic.* Oud.—2 In veteri libro, *alio quicti.* Colvius. Abest τὸ *et Pith.* Edd. Vic. Junt. pr. Ald. (in qua *alioqui*) et Bas. pr. Oud.—3 Ald. *ingenatus.*—4 Male Pith. et Edd. ante Colv. *perdidit;* licet id jam monuisset Becichemus. Oud.—5 Minus bene Edd. Junt. Ald. Bas. *contentusque.* Coll. Voss. Lips. *certent se.* Id.—6 An add. *dare?* Burmannus.—7 Ed. Ald. *calide.* Oud.—8 *Nectendis.* Ald. Ven. *nectendi.* Colvius. Ms. Fulv. et Ed. Scriv. *nectundis.* Bene. Oud.—9 Sic Mss. Florent. Pith. Lips. et Edd. Scriv. Flor. In aliis *diutuleque.* Sed tum *diutine* foret dicendum. In Flor. N. 2. 'diutule tacentem.' N. 21. 'si diutule percontetur, ambulant diutule.' et sic Gellius, aliique. *Id.*—1 Vid. Not. Var.—2 In vulgato ad *jud. provocatum, &c. proposuit,* quod est in Mss. Lips. Pith. Edd. Rom. Vic. Ven. Elm. Scriv. Flor. nemo non videt esse anacoluthon, de quo sæpe egimus; ad quod tamen hic refugere non necesse est, cum in Ms. Florent. Edd. Junt. Ald. Bas. Vulc. Scal. Wow. exaretur *provocavit,* uti rectissime jam correctum est a Becichemo Ep. 100. G. Vossius alleverat *provocatus,* deponentiali forma. *Id.*—3 *Quam in docendum.* Sic expresse idem Ms. Vulg. *qua docendum.* Quam in, in quam: sic scribendum semper putavi Plauti Casina: 'Nec qua in plura sunt, mihi quæ ego velim?' maleque edi, *Nec quacum.* Sed hoc jam supra monui, ni memoria fallit.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Et ingeniatus*] Hoc etiam vocabulo utitur Plautus in Milite glorioso, Act. III. scen. 1. 'Itidem Divos dispartisse vitam humanam æquum fuit, Qui lepide ingeniatus esset, vitam longinquam darent: Qui improbi essent et scelesti, iis adimerent animam

cito.' Gellius quoque Noct. Attic. l. XII. c. 1. 'Quæ, malum, igitur ratio est, nobilitatem istam nati modo hominis, corpusque et animum bene ingeniatis primordiis inchoatum insitivo degenerique alimento lactis alieni corrumpere?'

mentum ambifariam proposuit. Nam, sive ego vicero, inquit,<sup>3</sup> solvere mercedem debebis, ut condemnatus: seu tu viceris, nihilominus reddere debebis, ut pactus;<sup>4</sup> quippe qui hanc primam causam penes<sup>5</sup> iudices viceris. Ita si vincis, in conditionem<sup>6</sup> incidisti: si vinceris,<sup>7</sup> in damnationem. Quid quæris?<sup>8</sup> Ratio conclusa iudicibus acriter et invincibiliter videbatur. Enimvero Euathlus, utpote<sup>9</sup> tanti veteratoris perfectissimus discipulus, biceps illud argumentum retorsit. Nam, si ita est, inquit, neutro modo, quod petis, debeo. Aut enim vinco, et iudicio dimittor: aut vincor, et pacto absolvor: ex quo non debeo mercedem, si hanc primam causam fuero penes iudices

*guum. Nam, inquit, seu superior fuero causa, cogere persolvere mercedem, utpote damnatus: seu tu superaveris me, debebis tamen eam præstare ex pacto, utpote qui superior fueris apud Iudices in hac prima lite. Sic, si superas, lapsus es in conditionem pacto tuo positum: si superaris, in condemnationem. Quid vis amplius? Conclusio videbatur Iudicibus illata solerter et ineluctabiliter. Atenim Euathlus, quippe qui esset præstantissimus discipulus magistri tan vafri, convertit in eum illud argumentum anceps. Si enim sic se res habet, inquit, nullatenus debeo tibi quod postulas. Nam, vel te supero, et dimittor causa: vel superior, et liberor pacto, juxta quod non debeo mercedem, si superatus fuero apud Iudices in hac prima lite.*



*Colv. Lege cum Romano, qua docendum receperat. Elmenhorstius. Sic expresse in Ms. explicat Colvius pro, in quam. Ego etiam puto, qua im, pro, eum. Ab eo quod est is, non eum casu accusativo, sed im dicebant, ut docet Macrob. i. Satur. c. 4. et utique delectari Lucium nostrum antiquitate scimus, verbisque subinde uti paulo magis præcis, et 'vetustas quidem nobis semper, si sapimus, adoranda est,' ut monet idem Macrob. lib. ii. cap. 10. Brant. Mss. Florent. Lips. Edd. Colv. Vulc. Scal. quam in doc. pro in quam conditionem; ut capit Colvius. Wower. qua in doc. Vulcanius divinavit qua eum doc. Sed tum malim cum Brantio retinere im ἀρχαϊκῶς. Oud.—4 Ut condemn. seu... ut pactus. Omnia hæc absunt a Ms. libro. Colv. Ut et Pith. Oud.—5 Al. hac prima causa p. Vid. Not. Var.—6 Pith. non habet in. Oud.—7 Liber scriptus, et si vinceris. Colvius.—8 Vulg. quod quæris. Colvius. Monuerat id jam Beccichem. Oud.—9 Pith. Euadus, ut poete. Id.—1 Pith.*

#### NOTÆ

<sup>3</sup> *Nam, sive ego vicero, inquit]* Laërtius Argumentum Protagoræ tantum refert, nec meminit Euathli responsionis. Fertur, inquit Laërtius, cum mercedem aliquando exigeret, Euathlusque illius discipulus diceret, 'sed nondum quicquam vici, dixisse: ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἂν νικήσω, ὅτι ἐγὼ ἐνίκησα λα-

βεῖν με ἔδειν ἔάν δὲ σὺν, ὅτι σὺ. At ego quidem si vicero, necesse est me accipere quia vici: si vero tu viceris, etiam oportebit me capere, quia tu viceris.' Quod quidem conditionem Protagoram inter et Euathlum prius pactam innuit, quamvis Laërt. nullam ejus prius fecerit mentionem.

victus. 5. Ita me omni modo <sup>1</sup> liberat, si vincor, conditio; si vinco, sententia.<sup>2 b</sup> Nonne vobis videntur hæc sophistarum <sup>3</sup> argumenta obversa invicem vice spinarum, quas ventus convolverit,<sup>4</sup> inter se cohærere,<sup>5</sup> paribus utrimque aculeis, simili penetratione, mutuo vulnere? Atque ideo merces Protagoræ tam aspera, tam senticosa,<sup>6</sup> versutis et avaris relinquenda est. Cui scilicet <sup>7</sup> multo tanto <sup>8</sup> præstat illa altera merces, quam Thalem memorant <sup>9</sup> suasisse.

*Sic, si supero, decretum Judicum me omnino absolvit; si autem superior, conditio nostro pacto lata me absolvit. Nonne hæc argumenta sophistica videntur vobis in se mutuo conversu instar spinarum, quas ventus conglobaverit, sibi invicem impingi aculeis ab utraque parte æqualibus, pari confossione, plaga reciproca? Propterea-que merces Protagoræ tam horrida, tam spinosa, permittenda est callidis et avaris, qua nimirum longe excellentior est hæc altera merces, quam Thales fertur postu-*



omnino. Id.—2 Vid. Not. inf. et Not. Var.—3 *Sophismatum*. Flor. *sophistarum*. Elmenhorstius. Item Lips. Recte: atque ita jam legi voluit Beciche-  
mus. Oud.—4 Edd. ante Colv. q. v. cum voluerit. Id.—5 *Inter se terere*. Elegans e veteri codice hæc lectio. Vulgant, *inter se coërcere*. Paulo ante pro, *obversa*, Ms. idem, *obversus*. Colvius. Aldina editio: *inter se cohærere*: quod præferendum. Wower. Sic Lipsii lib. et Florent. Ald. et Rom. *inter se coërcere*: unde alii non male, *inter se cohærere*. Elmenhorstius. *Coërcere* vulg. Legendum *cohærere*: ut in Aldina editione legi testatus Joannes a Woweren, vir accuratissime doctus atque eruditus. Brant. Sic Mss. Florent. Lips. Edd. Colv. Scal. Wow. Elm. ut exprimat vim aculeorum, se invicem pungentium mutuo vulnere. Plin. lib. x. c. 74. ‘asini atterunt se spinetis.’ Obstat tamen huic lectioni, quod *terere* non tam de iis dicatur, quæ pungunt, quam quæ abradunt. In Pith. Edd. Colvio prioribus est *cohercere*; unde Schic-  
kerad. Wower. et Groslet. legunt, probantibus Elmenh. et Brantio, *cohærere*: quomodo jam edidit Scriver. quod et ego præfero. Hoc convenit iis, quæ præcedunt, ‘spinarum, quas ventus convolverit.’ Sic hostis hosti cohæret, cum mutuis vulneribus se complexi alter alterum occidunt, et ferientes feriuntur. Edidit Floridus *hærere*. Oud.—6 Ms. *sententiosa*. Colvius. Male, vulgata cum Plauto est, Captiv. Ac. 1. Sc. 2. ‘Nam meus scruposam victus com meat viam.’ Brant. Pith. quoque *sententiosa*. Ed. Aldi *sentiosa*. Oud.—7 Vulg. *cui sed*. Simile supra ad lib. x. *Metamorph. Colv.* Mss. et Edd. Junt. post. Colv. &c. *scilicet*. Oud.—8 Pith. Lips. *m. tanta*. Id.—9 Coll.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *S. vincor, c. s. vinco* [Si vinco, conditio; si vincor, sententia] Præpostere. Repone meo periculo. Si vinco, sententia: si vincor, conditio. Hoc est, si vinco, sententia iudicis me liberat; si autem vincor, liberat me pacta inter nos conditio ex qua nihil debeo nisi primam causam viccro. ‘Tum

iudices’ (inquit Gellius) ‘dubiosum hoc iuexplicabileque esse, quod utrimque dicebatur, rati, ne sententia sua, utramcumque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem iudicatum reliquerunt, causamque in diem longissimam distulerunt.’

Thales Milesius ex septem illis sapientia <sup>1</sup> memoratis viris facile præcipuus fuit: <sup>2</sup> enim geometricæ penes Graios primus repertor, <sup>3</sup> et naturæ rerum certissimus explorator, et astrorum <sup>4</sup> peritissimus contemplator, maximas res parvis lineis reperit: temporum ambitus, ventorum flatus, stellarum meatus, tonitruum sonora miracula, fulgurum obliqua curricula, <sup>5</sup> Solis annua reverticula: idem Lunæ <sup>6</sup> vel nascentis incrementa, vel senescentis dispendia, vel delinquentis <sup>7</sup> obstacula. <sup>8</sup> 6. Idem sane jam proclivi senectute divinam rationem de Sole commentus est: quam equidem non didici <sup>8</sup> modo, verum etiam experiundo comprobavi: quoties Sol magnitudine sua circulum, quem permeat, metiatur. <sup>1</sup> Id a se <sup>2</sup> recens inventum Thales memo-

*lasse sibi reddi. Thales Milesius fuit facile princeps illorum septem virorum celebratorum ob sapientiam: nam fuit primus inventor Geometriæ apud Græcos, et accuratissimus observator rerum naturalium, et doctissimus speculator siderum, invenit lineis exiguis res maximas: puta circuitus temporum, flamina ventorum, vias siderum, admirandos fragores tonitruum, obliquos meatus astrorum, annuas revolutiones Solis: præterea vel augmenta novæ Lunæ, vel decrementa veterascentis, vel obices deficientis. Ille idem jam vergente senecta excogitavit divinum inventum de Sole, quod ego quidem non tantum didici, sed etiam confirmavi experientia; nempe quoties Sol mensuret sua latitudine circulum quem percurrit. Hoc a se nuper*



Voss. Lips. *Thales mem.* Id.—1 Ed. Vicent. *sapientia.* Id.—2 Abest Mss. Lips. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *finit* Edd. Ald. Junt. post. Id.—3 Aldus: *Astroon.* Elmenhorstius.—4 *Siderum obl. cur.* Atqui jam præcesserant ‘stellarum meatus:’ bis ergo idem dicit. Proxime antequam ‘tonitruum miracula:’ unde nullum hic mihi dubium est, quin scribendum sit *fulgurum obliqua curricula* vel *fulgetri.* Passim ‘fulmen’ et ‘tonitru’ junguntur: et ‘obliquum’ fulmini proprium. Utrumque vide in Notis ad Lucan. lib. 1. vs. 154. ‘Obliqua perstringens lumina flamma.’ *Oud.*—5 Malim scribere, *item Lunæ.* Colvius. Sic et Groslot: *Oud.*—6 Al. *delinquentis.* Vid. Not. Var.—7 Idem vetus, *obsticula.* Colvius. Item Fulv. *Oud.*—8 Pith. *dici.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Geometricæ penes Graios primus repertor*] Cujus scientiæ præcepta ab Ægyptiis hauserat, ut refert Laërtius in ejus Vita, quem vide.

<sup>2</sup> *Vel delinquentis obstacula*] Terram: quæ, cum media Solem inter et Lunam intercedit, tenebras offundit huic sideri.

<sup>3</sup> *Quoties Sol magnitudine sua circulum, quem permeat, metiatur*] Hoc est,

quotam circuli illius partem occupet Solis diameter, seu quot sit minutorum. Hujus solaris diametri mensuræ Laërtius in Thaletis Vita nusquam meminit, at aliud refert ejusdem Thaletis de magnitudine Lunari et Solari inventum; Lunarem nimirum Solaris esse tantum septingentesimam et vicesimam.

ratur edocuisse <sup>1</sup> Mandraytum <sup>2</sup> Prienensem: <sup>m</sup> qui nova et inopinata cognitione <sup>3</sup> impendio delectatus, optare jussit, quantam vellet mercedem sibi pro tanto documento rependi. Satis, inquit, mihi fuerit mercedis, Thales sapiens, <sup>4</sup> si id, quod a me didicisti, cum proferre ad quospiam cœperis, tibi non asciveris, <sup>5</sup> sed ejus inventi me potius, quam alium, repertorem prædicaveris. <sup>6</sup> Pulchra merces prorsum, <sup>7</sup> ac tali viro digna, et perpetua. <sup>8</sup> Nam et in hodiernum, ac dehinc <sup>9</sup> semper, Thali ea <sup>1</sup> merces persolvetur ab omnibus nobis, qui ejus cœlestia studia vere cognovimus. <sup>2</sup> Hanc ego vobis mercedem, <sup>3</sup> Carthaginicenses, <sup>4</sup> ubique gentium dependo, <sup>5</sup> pro disciplinis, quas in pueritia sum apud vos adeptus. Ubique enim me vestræ civitatis alumnum fero, ubique vos omnimodis laudibus celebros; vestras disciplinas studiosius percolo, vestras opes gloriosius prædico, vestros etiam Deos <sup>6</sup> religiosius <sup>7</sup> veneror. Nunc quoque <sup>8</sup> igitur

*repertum Thales dicitur ostendisse Madrayto Priensi: qui vehementer delectatus hac nova et inexpectata observatione, præcepit ei ut peteret quantum præmium vellet sibi persolvi pro tanto documento. Satis præmii mihi erit, inquit Thales sapiens, si, quando incipies exponere aliquibus, id quod edoctus es a me, non attribueris illud tibi, sed celebraveris me nunquam auctorem ejus reperti, potius quam alium. Egregium plane præmium, et dignum tali viro, et æternum. Nam et nunc, et in posterum, semper reddetur illi præmium Thaleti a nobis omnibus, quibus vere perspecta sunt ejus studia cœlestia. Ego, o Carthaginienses, persolvo vobis hoc præmium apud omnes nationes pro scientiis, quas acquisivi apud vos dum essem puer. Nam ubique dico me educatum fuisse in vestra urbe, ubique effero vos omnimodis præconiis; diligentius colo vestras artes; gloriosius jacto vestras divitias; adoro etiam religiosius vestra Numina. Ego nunc etiam sumam mihi faustissimum ex-*



Id.—9 Idem, ad se. Colvius.—1 Coll. Voss. Lips. *adivisse*. Pro memoratur Pith. *memora*. Ond.—2 Flor. *Mandritum*. Elmenhorstius. Item Lips. *Oud*. —3 Pith. *cogitatione*. Id.—4 Post inquit voces *Th. sapiens* ponit Floridus. *Id*. —5 Abest non a Coll. Voss. *Id*.—6 *Prædicaveris*. Pith. *prædicaris*. Ed. Vic. *prædicatis*. Id.—7 Ms. *prorsus*. Colv.—8 Pith. *ac perp*. Ond.—9 Lips. *deinde*. Pith. *de his*. Id.—1 Idem, *Thalica*. Colv.—2 *Vere cognovimus*. Fulv. suspicatur: *recognovimus*. Sciopp. in Symb. Non ego. *Oud*.—3 Lips. *merc. vob*. Id. 4 Idem, *Karthaginicisibus*. Colvius.—5 Idem, *dependo*. Sed nihil mutavi. Supra lib. vii. de Asino Aur. ‘Nonnihil vobis, cum lupanari servierit, vindictæ depensuram.’ Cole. Bene nil mutat Colv. ‘Dependo’ significat enim omnino rependo. Adi me ad lib. ix. Met. p. 667. a. ‘depensis pro prandio lacrymis.’ Sequentia usque ad *ubique* desunt in Pith. *Oud*.—6 *Etiam* deest

#### NOTE

<sup>m</sup> *Mandraytum Prienensem*] Neque habet *Mandritum*. hujus meminit Laërtius. Cod. Flor.



principium mihi apud vestras aures auspicatissimum ab Æsculapio Deo capiam, qui arcem vestræ<sup>9</sup> Carthaginis<sup>10</sup> indubitabili numine propitius respicit.<sup>1</sup> 7. Ejus Dei hymnum Græco et Latino carmine vobis heic canam,<sup>2</sup> jam illi a me dedicatum. Sum enim non ignotus illi sacricola,<sup>3</sup> nec recens cultor, nec ingratus antistes: ac jam et prorsa et vorsa<sup>4</sup> facundia veneratus sum; ita ut etiam nunc hymnum

*ordium apud vestras aures a Deo Æsculapio, qui favens intuetur certa præsentia arcem vestræ Carthaginis. Hic concinam vobis hymnum illius Dei versibus Græcis et Latinis, jam illi consecratum a me. Nam sum cultor ejus sacrorum non obscurus, et adorator non novus, et Pontifex non displicens Deo; et jam colui cum oratione soluta et stricta; sicut nunc quoque concinam hymnum ejus utraque lin-*



Pith. *Id.*—7 Ed. Vic. *religiosus*. *Id.*—8 Editum ante, *Et nunc quoque*. Colvius.—9 Edd. ante Colv. *nostræ*. Forsan *vostræ*. Oud.—1 Sic Romana editio. Ms. *p̄pius strepit*: aliarum, *propitius strepit*. Forte etiam, *repi*: tanquam de serpente. Colv. Rom. *strepit*. Inepte. *Elmenh.* Grosi. conj. *regit*. At bene Becich. et Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. &c. *respicit*. In Lips. Pith. Edd. primis *strepit*: unde frustra conjectit Colvius, sive potius Lipsius, *repi*. Oud.—2 *Vobis sic canam*. Legendum: *hic*. Sciopp. in Symb. Fortasse melius: *vobis occinam*. Wowerius. Alii, *hæc occinam*. Flor. *hæc canam*. Elmenhorstius. Ms. Lips. *hic canam*: quomodo e conjectura Scioppii edidit Floridus. In Edd. Bas. sec. Colv. Vulc. Wower. Elmenhorst. *sic canam*. Edd. priores *occinam*, quod placet Wowerio. N. 13. ‘animalia inter se occinunt.’ Non ergo male, nisi præferas *occinam* ut apud Sallustium et Tacitum. Pith. *hoc c.* Florent. Cod. *hæc c.* unde Scriber. exhibuit *heic canam*. Recte. Oudendorp.—3 *Illius agricola*. Ms. cod. *illis agricola*. Gulielmus noster non male, *illius sacricola*. Colvius. *Illius sacricola* elegantissimi Guilhelmi in Miscellis Quæst. cap. 4. emendatio est. Mss. et editi legunt, *ignotus i. agricola*. Insulse. *Elmenh.* Optime jam ante Gulielmum emendarat M. Accursius in Diatr. ad Solinum edita Romæ 1524. *sacricola* pro *agricola*, quod est in Mss. et Edd. O. ante Wowerium. Passim *c* et *g* confundi, nemo nescit. V. Salmas. ad Solin. cap. 1. ‘viscerationem sacricolis daret, ut diserte legitur in Voss. pr. et jam ed. Cam. Sed cum in Mss. Lips. et Pith. sit *illis agricola*, omnino puto cum Viro Docto in marg. Ed. Colv. in Bibl. Reg. amplius emendandum esse *ignotus illi sacricola*: quod quivis sentit longe esse efficacius elegantiusque. Oud.—4 *Et vorsa* desunt Pith. *Id.*—

#### NOTÆ

<sup>10</sup> *Ab Æsculapio Deo capiam, qui arcem vestræ Carthaginis*] Tertullianus: ‘In ipsius denique templis Deum judicem imploras sub Æsculapio stans.’ Fuit quoque urbis Cæsium tutelare numen Æsculapinus, templumque habuit nobile Cæsæ, ut jam observavi ad Apologiam, ad hæc verba: ‘Ea disputatio celebratissima est, vulgo le-

gitur, in omnium manibus versatur, non tam facundia mea, quam mentione Æsculapii religiosis Cæsibus commendata.’

<sup>9</sup> *Illi [Illius] sacricola*] Sic emendavit Gulielmus in Miscellis Quæstionibus c. 4. prius erat *illius agricola*, inepte.

ejus utraque lingua canam: cui dialogum similiter Græcum et Latinum prætexui: <sup>5</sup> in quo sermocinabuntur <sup>6</sup> Sabidius Severus et Julius Persius, <sup>7</sup> viri et inter se mutuo, et vobis, <sup>8</sup> et utilitatibus publicis merito amicissimi, doctrina et eloquentia et benevolentia paribus: <sup>9</sup> incertum modestia quietiores, an industria promptiores, an honoribus <sup>1</sup> clariores. Quibus cum sit summa concordia, tamen hæc sola æmulatione, et in hoc <sup>2</sup> unum certamen est, uter eorum magis Carthaginem diligit: <sup>3</sup> atque <sup>4</sup> summis medullitis viribus contendunt ambo; vincitur neuter. Eorum ego sermonem ratus et vobis auditu gratissimum, et mihi compositu congruentem, et dedicatu religiosum; in principio libri facio quendam ex his, <sup>5</sup> qui mihi <sup>6</sup> Athenis condidicere, <sup>7</sup> percontari <sup>p</sup> a Persio <sup>8</sup> Græce, quæ ego pridie in templo Æsculapii disseuerim: paulatimque illis Severum adjungo: cui interim Romanæ linguæ partes dedi. Nam et Persius, quamvis et ipse optime Latine possit, tamen hodie nobis ac vobis Atticissabit. <sup>9</sup>

*gna: cui præposui colloquium pariter Græcum et Latinum: in quo colloquuntur Sabidius Severus et Julius Persius; viri amicissimi et sibi invicem, et vobis, et publicis commodis, æquali scientia et facundia, et benignitate: dubium est an pacitiores moderatione sua, an expeditiores sua solertia, an sublimiores dignitatibus. Qui cum sint valde unanimes, tamen rivales sunt, et contendunt in hoc solum, uter eorum plus amet Carthaginem: et in hoc quidem certant uterque ex totis penitus viribus; at neuter superatur. Ego existimus eorum orationem futuram esse et vobis jucundissimam auscultatu, et dignam quam componerem, et satis piam ut eam consecrarem, initio libri induco quendam ex meis condiscipulis Athenarum, quærentem Græce a Persio, quænam ego disputaverim pridie in æde Æsculapii: sensimque addo eis Severum: quem interea induco loquentem lingua Romana. Persius enim Attice loquetur nobis ac vobis, tametsi ipse quoque possit perbene loqui Latine.*

//////////

5 Pith. Græce. Scriv. *pertexi*. Id.—6 Mss. Lips. Pith. Edd. ante Colv. *sermocinabantur*. Id.—7 *Savidius Sev. et Jul. Persius*. Idem Ms. *Safidius Severus, et Julius Perseus*. Colvius. *Sabidius* primus rescripsit Scriver. Ms. Florent. et Edd. priores *Saridius*. Lips. et Pith. *Safidius*. Sed *Sabidii* vel *Sacidii* occurrunt in Inscriptionibus. Oud.—8 Edd. ante Colv. *nobis*. Id.—9 Malim cum Becichemo et Sopingio legere *pures*. Id.—1 Ms. *ac honoribus*. Colvius.—2 Ed. Vic. in hæc. Oud.—3 Ms. *deligatus*. Colvius.—4 V. C. *ad quod*. V. D. in marg. Ed. Colv. in Bibl. Reg.—5 Vid. Not. Var.—6 Becichemus male a me. Oud.—7 Lips. Pith. *condidicerunt*. Id.—8 Flor. *Perseo*. Elmenhorstius. Item Coll. Voss. Lips. et Pith. Statim et ante quoque *Perseus*.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Facio quendam ex his, qui, &c. percontari*] Similiter supra: ‘ut ille Tra- gicus qui in Theatro dici facit,’ &c.  
<sup>9</sup> *Atticissabit*] Plaut. in Prologo

NUM. XIX. Asclepiades ille, inter præcipuos medicorum, si unum<sup>1</sup> Hippocratem excipias, ceteris princeps, primus etiam vino<sup>2</sup> opitulari ægris reperit;<sup>3</sup> sed dando scilicet in tempore:<sup>4</sup> cujus rei observationem probe callebat, ut qui<sup>5</sup> diligentissime animadverteret<sup>6</sup> venarum pulsus inconditos, vel præclaros. Is igitur cum forte in civitatem<sup>7</sup> sese reciperet, et rure suo suburbano rediret, aspexit in pomæriis civitatis<sup>8</sup> funus ingens locatum, plurimos homines ingenti multitudine, qui exequias venerant, circumstare omnes tristissimos et obsoletissimos<sup>9</sup> vestitu.

*Ille Asclepiades, inter primarios medicos, reliquorum primus, si demas solum Hippocratem, invenit etiam primus vino mederi ægrotantibus; ut præbendo illud ipsis tempestive: quod optime sciebat explorare; utpote qui accuratissime observaret pulsus arteriarum inordinatos aut velle depravatos. Ille ergo cum forte rediret in urbem, et reverteretur ex prædio suo suburbano, vidit magnum funus positum in pomæriis urbis, permultos homines magna turba, qui proscuti fuerant funus, circumstare ipsum, cunctos mæstissimos et sordidissime indutos. Accessit*



Oud.—9 Flor. optime p. t. h. vobis atticissabit. Elmenhorstius. Solum vobis est etiam in Ms. Pith. et Edd. ante Colvinm, quod præferrem ego. Oud. Ms. atticissavit. Colvius. Item Pith. Oud.—1 Mallem, et si unum. Id.—2 Pith. primus in vino. Edd. Vett. et Pith. reperit ægris opit. Junt. post. ægris rep. opit. Id.—3 Vulg. et qui. Colvius. Mss. cum Becichemo et Edd. Junt. post. Colv. &c. ut qui. Oud.—4 Becichemus animadvertet, vel potius animadvertat, ut est in Pith. Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Operarum, ut reor, vitio in Scriverii Ed. irrepsit pomariis. Oud.—7 Vet. cod. obsoletissimos. Colvius. Ita et Pith. et Ed. Bas. pr. Præfero autem, quod tacite expres-

#### NOTE

Menæchmorum: 'Atque adeo hoc argumentum Græcissat, tamen Non Atticissat, verum Sicilicissat.'

<sup>1</sup> Primus etiam vino opitulari ægris reperit] De Aselepiade hec medico Plin. l. VII. cap. 37. 'Summa autem Aselepiadi Prusiensi' (fama fuit) 'condita nova secta, spretis legatis et pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione qua vinum ægris medetur, relato e funere homine et servato: sed maxime sponsione facta cum fortuna, ne medicus erederetur, si unquam invalidus nullo modo fuisset ipse: et victor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est.' Cn. Pompeii familiaris fuit. De ipso,

deque ejus secta vide plura apud Corn. Celsum in præmio operis.

<sup>2</sup> Sed dando scilicet in tempore] De eodem Aselepiade Scribonius Largus in Præfat. lib. de composit. medicament. 'Ille enim febricitantibus, vitiiisque præcipitibus correptis, quæ δξῆ πᾶθῆ Græci dicunt, negavit medicamenta danda: quia cibo vinoque apte interdum dato remediari tutius eos existimavit.'

<sup>3</sup> In civitatem] Romam.

<sup>4</sup> In pomæriis civitatis] Recte. Funera enim in urbe facere vetitum lege XII. Tabularum: 'Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito.'

Propius accessit, ut etiam cognosceret,<sup>8</sup> more ingenii humani,<sup>9</sup> quisnam esset; quoniam percontanti nemo responderat; an vero ut ipse aliquid in illo ex arte deprehenderet.<sup>10</sup> Certe quidem jacenti homini, ac prope deposito fatum abstulit.<sup>2</sup> Jam miseri illius membra omnia<sup>3</sup> aromatis perspersa,<sup>x</sup> jam os ipsius unguine odoro delibutum, jam eum

*propius, ut, juxta indolem hominum, sciret etiam quisnam esset, quia nemo responderat ipsi, cum id sciscitaretur. Aut potius ut ipse ope suæ scientiæ animadverteret aliquid in eo. Sane quidem depulit mortem ab illo homine strato, ac pæne jam tumultuato. Omnes artus illius infortunati jam erant respersi aromatis: facies ejus jam*



sit Wower. et margini allevit G. Vossius, *obsoletissimo*. In Apolog. p. 404. Flor. 'vestis obsoletior.' p. 524. 'venit nupta, &c. flammeo obsoleto.' *Oud.* —8 Vulg. *incognoscet*. Vid. Not. Var.—9 Abest humani a Pith: Edd. ante Bas. sec. vel Colv. V. ad Petron. c. 71. 'Vitio mentis humanæ concupiit scire.' *Oud.*—1 *At vero ut i. a. in i. e. a. deprehenderet.* Ms. *at vero ut ipse vir aliquid in il. e. a. deprehenderet.* Rejecto illo *at*, quod ex præcedenti dictione repetitum fuisse videtur, lego, *venit, ut ipse aliquid in illo ex arte deprehenderet.* Colvius. Corrige, *deprehenderet.* Wowerius. Colvius, rejecto τῷ *At*, legit: *Venit ut i. a. i. e. a. d. Ego, asseverat ipse rivi aliquid in illo ex arte deprehendere.* Vel etiam, *venit ut ipse rivi aliquid in illo ex arte deprehenderet.* Brantius. Roman. *deprehenderat.* Elmenhorstius. *An vero ut, &c.* Sic τὸ *an* extat in Mss. Pith. Lips. Becichemi, Ursini, ipsis et Lipsio probantibus, et Edd. Vicent. Junt. post. Wow. Scriv. et Flor. clarissimo sensu, pro *sive*. In Mss. Florent. Coll. Voss. et Colv. Lips. Edd. Junt. pr. Ald. Bas. Colv. Vulc. Scal. Elmenh. exaratur *at*: non male, si supra aliter legeretur, ubi vide. Inepte vero *at* delent Colv. et Brant. leguntque *venit ut* vel *asseverat*: vel sic supra quoque non addi debuisset. Pro vero autem hic τὸ *non* habent Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. contra Auctoritatis, ut mihi videtur, mentem. Dein *ut* exulat ab Edd. Vulc. Scal. Elmenh. qui edidit *deprehenderat* cum Scriverio, *ut* retinente, quod tum notaret *postquam simul ac*; et certe sic exarari videtur in Mss. Lips. et Florent. Sed non deprehendere id poterat, priusquam accessisset. In ceteris Edd. usque ad Wower. sine sensu extat *reprehenderet*. Insuper in Ms. Lips. *ipse vir at.* unde non inepte Brantius conjecit *ipse rivi aliquid*, quod tamen mordicus defendere nolim. *Oud.* Gruterus xviii. 2. *aut vero, &c.* Et idem paucis mutatis et transpositis sequentia ibid. ita legit: *contemplatus quam diligentissime, etiam atque etiam pertractavit corpus hominis, et, ut quibusdam signis animadvertit in illo vitam latentem, conf. &c.* In seqq. idem Grut. probat emendationem Stewechii *accabant*, ipsi tamen in mentem venisse ait *hiabant*. Id. in Add.—2 V. Not. Var.—3 *Deest omnia* in Coll.

#### NOTÆ

<sup>10</sup> *Aliquid in illo ex arte deprehenderet*] Ex quo cognosceret an viveret. Vide Cornelium Celsum in præmio operis.

<sup>x</sup> *Membra omnia aromatis perspersa, &c.*] Ex more Antiquorum, ad letalem illum factorem abigendum. Virg. l.

vi. Æneid. in Miseni funere: 'corpusque lavant frigentis et unguunt.' Tertull. de Resurrect. carnis: 'Proinde enim et corpora medicata condimentis, sepulturæ Mausoleis, et monumentis sequestrantur.'

pollinctum,<sup>4</sup> y jam cœnæ paratum<sup>5</sup> z contemplatus, cum diligentissime<sup>6</sup> quibusdam signis animadvertit et etiam atque etiam pertractavit corpus hominis, invenit in illo vitam latentem. Confestim exclamavit, vivere hominem: procul ergo<sup>7</sup> faces abigerent,<sup>8</sup> procul ignes amolirentur; rogam demolirentur, cœnam feralem a tumulo ad mensam referrent.<sup>a</sup> Murmur interea exortum: partim medico credendum dicere, partim etiam irridere medicinam. Postremo, propinquis etiam hominibus invitis, quodne jam<sup>9</sup> ipsi hæreditatem avebant,<sup>b</sup> an quod adhuc illi fidem non habe-

*erat uncta unguento suarcolente; cum considerasset attentissime eum jam unctum, et jam præparatum silicernio deprehendit aliqua indicia vitæ in eo. Contrectavit sæpius corpus hominis; et reperit vitam delitescentem in ipso. Statim exclamavit eum vivum esse. Igitur arcerent tædas, removerent flammæ, destruerent pyram, reportarent epulum funebre a sepulcro ad mensam. Interim oritur strepitus, alii dicunt fidem habendam esse medico, alii etiam derident medicinam. Denique Asclepiades exoravit brevem moram mortuo, ægre nihilominus et difficulter, invitis quæque cunctis ejus cognatis, dubium an quia ipsi jam occupaverant ejus hæreditatem,*



Lips. Oud.—4 Pith. pollicitum. Id.—5 Alii, *scenæ pene p.* Elmenh. Coll. Lips. et Ed. Vic. *penæ.* Al. *pænæ.* Wower. cum Lipsio in marg. et Ms. Pith. edidit *scenæ.* Male. Sequitur statim 'cœnam feralem a tumulo ad mensam referrent.' De hac cœna sive silicernio vide multa apud Kirchman. de Funer. l. iv. c. 4. Oud.—6 *Contemplatus enim dil. etc.* Mirum in modum corrupta hæc omnia, et cum sensu scripta nullo: quem efficere conabar legens: *contemplatus est diligentissime: quibusdam signis animadvertit, et etiam atque etiam pertractavit corpus hominis: et invenit in illo vitam latentem.* Colvius. Schiekeradus: *animam advertit.* Elmenhorstius. Sic distingue: *contemplatus: enim dilig. q. s.* Groslotius. *Contempl. eum dil. q. signis animadvertit. Etiam, etc.* Sic primus edidit Vulcan. cum in Edd. Vett. sit *enim,* in Bas. pr. et Wow. cum Mss. Pith. Lips. *quam dil.* In Edd. Vic. et Ms. Pith. *animadvertit.* Vir doctus, *animadvertis.* Schiekerad. *animam advertit,* sed hoc mox demum sequitur. *Burm. vivere eum vel agere eum d. q. s. animam adv.* Ego malim simpliciter *cum d. q. s. animadvertit, et etiam a. e. p. c. h. invenit.* Male fuit transposita copula *et,* et jam præcessit *rd eum.* Et ante 'invenit' deest in Lips. Pro *latentem* Pith. *jacentem.* Ed. Vic. *pertractavit.* Oud.—7 Vulg. *procul igitur.* Colvius. Pith. cum Edd. ante Colv. *igitur.* Oud.—8 Alii *abjicerent* vel

#### NOTÆ

y *Jam eum pollinctum]* Hoc est, unctum, et odoratis herbis factum, lintheaminibusque involutum: hoc enim est pollinci, et pollinectores qui cadavera sic curabant. Plaut. in Prologo Pœnuli: 'Nam mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.'

z *Jam cœnæ paratum]* Novissimæ

cœnæ ferali, quæ silicernium dicebatur.

a *Cœnam feralem a tumulo ad mensam referrent]* Hinc patet cœnam illam feralem juxta ipsum rogam esitari solitam.

b *Quodne jam ipsi hæreditatem avebant [hæreditate habebant]* Lips. Elect.

bant, ægre tamen ac difficulter Asclepiades <sup>1</sup> impetravit brevem mortuo dilationem. Atque ita vispillonum <sup>2</sup> manibus extortum, <sup>3</sup> velut ab Inferis, postliminio domum retulit, <sup>4</sup> confestimque spiritum recreavit: confestimque animam in corporis latibulis delitescentem <sup>5</sup> quibusdam medicamentis provocavit.

NUM. XX. Sapientis viri <sup>6</sup> super mensam celebre dictum est. Prima, inquit, cratera <sup>d</sup> ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. Verum enimvero Musarum cratera, versa vice, quanto crebrior <sup>7</sup> quantoque meracior, tanto propior ad animi sanitatem. Prima cratera Literatoris, <sup>e</sup> ruditatem eximit: <sup>8</sup> se-

*an vero quoniam nondum ipsi credebant. Et sic ereptum e manibus vispillonum, et tanquam ob Orco, reportavit eum domum postliminio, et statim refocillavit ei spiritum, statimque excivit quibusdam medicaminibus animam reconditam in latebris corporis.*

*Extat insignis sententia sapientis viri de mensa: Primum, inquit, poculum spectat ad sitim sedandum, secundum ad latitiam, tertium ad delectationem, quartum ad furorem. At enim Musarum poculum e contra quo sæpius iteratur, et purius bibitur, eo magis accedit ad sanitatem mentis. Primum poculum quod est lite-*

*abicerent.*—9 Vid. Not. Var.—1 Ed. Vicent. *Asclepides*. Oud.—2 Sic scriptum in veteri libro: vulgo vero, *vespillonum*. Colvius. Mss. Florent. Pith. Lips. Edd. Vic. Colv. etc. *vispillonum*. Sed Floridus reposuit cum Edd. Junt. post. Bas. sec. resp. Edd. Junt. Ald. *villispillonum*. Oud.—3 *Flor. exoratum*. Elmenhorstius.—4 Pith. Edd. ante Colvium carent τῆ que. Oud.—5 Pith. *delitescentis*. Id.—6 *Provocavit. Sap. v.* Videtur hiare, et deesse aliquid. *Brant.*—7 Ed. Scriv. *crebrior*. Pro *propior* Coll. Lips. *promptior*: non male. Oud.—8 Lectio Bas. II. *Aliarum est, literatoris rudato eximit*. Ms. *literatores ruato eximit*. Forte, *literatoris ruditatem eximit*. Sed amplius deliberandum. *Colv.* Locum, distinctione prava corruptum, recte restitui. *Wower.* Lectio aliarum editionum est, *literatoris rudato eximit*. Ms. *literatores ruato*

#### NOTÆ

l. II. cap. 11. vult hic legi non *habebant*, sed *habebant*, hoc est, inhiabant hæreditati.

<sup>e</sup> *Velut ab Inferis, postliminio donum retulit*] Similiter x. *Metam.* ‘Ecce pater suis ipse manibus cooperculo capuli remoto, commodum discusso mortifero sopore, surgentem postliminio mortis deprehendit filium.’ Vide notata, p. 105.

<sup>d</sup> *Sapientis viri super mensam celebre dictum est. Prima, inquit, cratera, &c.*]

Laërtius, in *Vita Anacharsis*, hoc ejus dictum refert, τὸν ἀμπελον τρεῖς φέρειν βότρυς, τὸν πρῶτον, ἠδονῆς· τὸν δεύτερον μέθης· τὸν τρίτον, ἀηδίας. ‘Vitem uvæ tres ferre: primam voluptatis; secundam ebrietatis; tertiam mæroris.’ *Vetus Poëta* apud *Suidam*, in voce οἶνος, non tres, neque quatuor, sed decem crateras memorat, et decimum facit *μανίας*.

<sup>e</sup> *Literatoris*] *Literator* est legendi *Magister* qui pueros docet *literarum*

cunda Grammatici, doctrina<sup>9</sup> instruit: tertia Rhetoris,<sup>1</sup> eloquentia armat. Hactenus a plerisque potatur. Ego<sup>2</sup> et alias crateras<sup>3</sup> Athenis bibi: Poëticae commixtam,<sup>4f</sup> Geometricae<sup>5</sup> limpida,<sup>g</sup> Musicae dulcem, Dialecticae austerulam:<sup>6h</sup> enimvero universae philosophiae, inexplabilem<sup>7</sup> sci-

*ratoris, aufert puero ignorantiam: secundum, quod est Grammatici, erudit scientia: tertium, quod est Rhetoris, instruit facultia. Plerique luc usque tantum bibunt. Ego hansi etiam alia pocula Athenis: Poëticae fabulosum, Geometricae clarum. Musicae suave, Dialecticae acerbiusculum: sed enim totius Philosophiae nunquam satians*

//////////

*eximit. Colv. literatoris ruditatem exiit; forte, literatoris rude eximit, ut significet ferulam tristem, sceptrum pædagogorum, ut vocat Martialis lib. x. Epig. 62. nos dicimus, de roede ontwassen. Nisi 'rudatus' sit magisterium rudis. Brant. Flor. 2. Literatores ruato eximit. Aldus, Pyrrhus et Romanus l. rudato e. Basiliens. 2. l. ruditatem eximit. Elmenhorstius. Cratera Literatoris ruditatem eximit. Sic habent e correctione Becichemi Edd. Junt. post. Bas. sec. Wow. et seqq. Quare id retinui. Nam is sine dubio Auctoris est sensus, et male in Mss. Pith. Florent. et Lips. legitur literatores: nam jungendum cum cratera ut viderunt bene Wower. et Salmas. ad Tertull. pall. p. 437. 'primus informator literarum:' et sic 'cratera Grammatici,' 'cratera Rhetoris,' &c. Rectius ergo Junt. post. eximit. In Edd. primis est rudato. Vulcan. Scal. ruditum. Codd. Florent. uterque, Pith. et Lips. ruato. Non male coniecit Colv. ruditatem exiit. Certe longe melius Brantio. Ceterum 'cratera' in ablativo et 'crateram' habes quoque ap. Hygin. Astron. II. 40. supra 'chlomyda:' de quibus nominativis e Græco accens. vide præter alios et me ad Frontin. l. II. c. 3. ac Cæs. de B. G. III. 20. Munkerum diss. ad Hygin. Huc pertinet idem l. II. Astron. c. 21. 'Lacedæmona bellum gesserit:' ut diserte legitur in Cod. Voss. Sic apud Auson. 'hebdomada' et 'decada:' ut e Mss. est legendum. Oud.—9 Scriptura liber, doctrinam. Colvius. Flor. doctrinam instravit. Elmenhorstius.—1 Idem, rhetores. Colvius. Flor. rhetores. Elmenhorstius.—2 Ed. Bas. pr. ergo. Oud.—3 Idem, aliam crateram. Colvius.—4 Vid. Not. Var.—5 Sic supra N. 18. Sed Geometrica N. 16. atque ita hic Mss. Flor. Fulv. Edd. Vic. Junt. Ald. Oud.—6 Quidam, amarulam. Colvius. Nempè Ed. Bas. pr. Oud.—7 Enimvero universas Ph. inexpl. &c. Ms. cod. cum plerisque vulgarum, Jam vero universitas phil. inexpl. scilicet et nectaream. Putabam concinnius, enim vero universæ Philosophiæ inexplabilem scilicet, et nectaream. Colvius. Universæ ph. inexplabilem sc. nectaream. Sic locum hunc exhibui cum Becichemo, Colvio, et Florido: quomodo etiam Vir Doctus ad marg. Ed. Junt. post. in qua, ut et Edd. Bas.*

#### NOTÆ

characteres dignoscere, et sonos, quorum illi signa sunt, visis iis proferre. Et illi primam puerorum imperitiam tollunt.

<sup>1</sup> *Poëtica commixtam* [commentam] Corruptus videtur hic locus, at restituere in promptu non est. Interim interpretatus sum fabulosam. Verti etiam potuit *inventricem*, aut *excogitricem*. Certe quæcumque sit hujus

loci vera scriptura, hic debuit esse ejus sensus.

<sup>g</sup> *Geometrica limpida*] Recte. Evidentia enim et perspicuitas hujus est disciplinae propria, quippe quæ nihil affirmat quin illud demonstret.

<sup>h</sup> *Dialectica austerulam*] Ob argumentorum et argutiarum et captivum sentes, quibus horret tota.

licet, nectaream. Canit enim Empedocles carmina,<sup>i</sup> Plato dialogos,<sup>k</sup> Socrates hymnos,<sup>l</sup> Epicharmus modos,<sup>m</sup> Xenophon historias,<sup>n</sup> Xenocrates<sup>o</sup> satiras: Apuleius vester<sup>p</sup> hæc omnia; novemque Musas pari studio colit, majore scilicet voluntate, quam facultate: eoque<sup>r</sup> propensius fortassis<sup>2</sup> laudandus est, quod omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in casu est: ita ut contra<sup>3</sup> in maleficiis etiam cogitata scelera, non perfecta adhuc, vindicantur,<sup>4</sup>

*nempe, et nectareum. Nam Empedocles composuit versus, Plato colloquia, Socrates cantica, Epicharmus modulus, Xenophon historias, Xenocrates satiras: vester Apuleius scripsit hæc omnia; et colit novem Musas æquali studio, majori nempe affectu, quam virtute. Et forsitan idco libentius laudandus est; quia in omnibus bonis rebus nisus laudandus est, effectus pendet a fortuna. Sicut contra in malefactis, crimina quamvis tantum meditata, et nondum perpetrata, puniuntur cum animus jam*

Colv. Vulc. Scal. Elm. Scriv. *universas*: atque Na Ms. Florent. *Universitas* Mss. Pith. Lips. et Edd. Vett. G. Vossius ascripsit quasi e Cod. *universam*. Bene. Wower. edidit *universas ph. inexplebiles sc. et nectareus*. Oud.—8 Alii legunt *Xenophanes*.—9 Vulgo ante, *noster*. Colvius. Mss. et Becich. Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. &c. *vester*. Aliæ cum Pith. *noster* pro *voster*. Oud.—1 Tò *que* deest Pith. *Id.*—2 Pith. Lips. et Edd. vett. *fortasse*. *Id.*—3 Prave Edd. primæ Junt. pr. Ald. Bas. pr. *circa*. Monuerunt jam Becich. et Stewech. Sæpissime ita in Apuleio peccatum vidimus supra. *Id.*—4 Sic Bas. II. Ms. cum aliis, *judicantur*. Colvius. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Bas.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Canit enim Empedocles carmina*] Laërt. in ejus Vita ait, quæ ille de Natura deque expiationibus scripsit, ad quinque millia versuum pertinere: quæ vero de medicina, ad sexcentos. Item scripsisse Tragædias et Xerxis transitum versibus, atque alia poemata.

<sup>k</sup> *Plato dialogos*] Numero quinquaginta sex scripsisse eum testatur Laërt. in ejus Vita, quos etiam singillatim recenset.

<sup>l</sup> *Socrates hymnos*] Laërt. refert ipsi a nonnullis tanquam auctori tribui Pæana quendam, cujus initium, Δήλι' Ἀπολλων χαῖρε, καὶ Ἄρτεμι, παιδε κλεεωῶ. Hoc est, 'Delie Apollo salve, et Diana, pueri gloriosi.'

<sup>m</sup> *Epicharmus modos*] Cous fuit hic Philosophus, Pythagoræ auditor. Hujus commentariorum de natura re-

rum, de sentiendiis, de medicina meminit Laërt. sed de modis, sive modulis, ne verbum quidem habet.

<sup>n</sup> *Xenophon historias*] Nempe, περὶ παιδείας Κύρου libros octo, περὶ ἀναβάσεως Κύρου libros septem, et περὶ Ἑλληνικῶν libros septem, qui omnes etiamnum extant cum aliis ejus tum Philosophicis, tum Rhetoricis operibus.

<sup>o</sup> *Xenocrates satiras*] Eum scripsisse versus refert Laërtius, at satirarum expresse non meminit. Wowerius hic non *Xenocrates*, sed *Xenophanes* legi volebat, intelligebatque Xenophanem poetam, cujus meminit in Xenophanis Philosophi Vita idem Laërt. et quem ait scripsisse Iambos: qui versus primum satirographorum fuit. Horat. in arte Poëtica: 'Archilochum proprio rabies armavit Iambo.'



cruenta mente, pura manu. Ergo sicut ad pœnam sufficit meditari punienda, sic et ad laudem satis est, conari prædicanda. Quæ autem major laus, aut certior, quam Carthagini benedicere, ubi tota civitas eruditissimi estis, penes quos omnem disciplinam pueri discunt, juvenes ostentant, senes docent? Carthago provinciæ nostræ magistra venerabilis, Carthago Africae Musa cœlestis,<sup>p</sup> Carthago Camœna togatorum.

NUM. XXI. Habet interdum et necessaria festinatio honestas moras,<sup>5</sup> sæpe uti malis<sup>6</sup> interpellatam voluntatem.<sup>q</sup> Quippe et illis, quibus curriculo confecta via opus est, adeo uti præoptent<sup>7</sup> pendere equo, quam carpento sedere, propter molestias sarcinarum, et pondera vehiculorum, et moras orbium, et salebras orbitarum, adde et lapidum globos, et caudicum toros,<sup>r</sup> et camporum rivos, et collium clivos.

*sit sanguinolentus, licet manus sit adhuc pura. Igitur quemadmodum satis est ad supplicium subeundum moliri digna supplicio, ita sufficit ad laudem merendam agredi laudabilia. Quæ vero major, aut certior laus, quam eleganter loqui Carthagini, in qua vos omnes cives estis doctissimi, apud quos pueri docentur omnes scientias, juvenes eas præ se ferunt, senes eas docent? Carthago est veneranda Magistra nostræ provinciæ, Carthago est cœlestis Camœna Africae, Carthago est Musa togatorum.*

*Necessaria properatio habet etiam aliquando honestas retardationes, adeo ut sæpe gaudeas interruptum esse tuum propositum. Nam et iis qui necesse habent celeriter peragere iter, ita ut malint vehi equo quam sedere in curru, ob incommoda impedimentorum, et gravitatem curruum, et retardationes rotarum, et asperitates orbitarum, adijunge et cumulos lapidum, et prominentias stipitum, et rivos, qui in planis*

//////////

pr. judicantur. Correxerit jam Becichem. et cum Jure Romano convenit. V. Præs. Bynkersh. Obs. l. III. c. 10. Oud.—5 Bas. I. honestatis mores. Colvius. Optime Mss. et Edd. Rom. Vic. ac margo Bas. pr. et seqq. honestas moras. In Junt. Aldi, honestatis mores. Vide ad Met. l. VII. p. 481. b. Flor. N. 1. 'religiosam moram.' Oud.—6 Forte, ut in aliis. Colv. Inepte. Oud.—7 Ut præoptent. Ms. cod. utique præoptent. Colvius. Mss. Pith. Lips. uti vel uti-

#### NOTÆ

<sup>p</sup> Carthago Africae Musa cœlestis] Quæ hic Colvius de Cœlesti Africae Dea ex Pithæo et Lipsio refert, erudita quidem sunt; sed ad hunc locum minime spectare mihi videntur. Illa enim Cœlestis Juno erat, quam Virginem vectura leonis cœlo comitantem Carthago percolebat, ut habet Noster lib. VI. de Asino: at

hic 'Cœlestis' est Epitheton Musæ, itaque Uraniam, unam ex novem Musis, intelligere malim. Carthaginem vero Apuleius figurate vocat Africae Musam cœlestem, eo quod in illa urbe Afri literas docerentur humaniores.

<sup>q</sup> Voluntatem] Festinandi.

<sup>r</sup> Caudicum toros] Hoc est, arbo-

Hisce igitur<sup>8</sup> moramenti omnibus qui volunt devitari,<sup>8</sup> advectorem<sup>9</sup> t sibi met equum deligunt,<sup>1</sup> diutinæ fortitudinis, vivacis pernicitatis :<sup>2</sup> item<sup>3</sup> et ferre validum, et ire rapidum :<sup>4</sup>

Qui campos collesque gradu perlabitur uno,<sup>5</sup>  
ut ait Lucilius :<sup>u</sup> tamen cum<sup>6</sup> eo equo per viam concito<sup>7</sup> per-

*locis occurrunt, et acclivis collium. Igitur qui volunt occurrere his omnibus retardationibus, eligunt sibi vectorem equum constantis roboris, celeritatis vividæ : in super et firmum in vehendo, et celerem in gradiendo : Qui prætergreditur planities et clivos eodem gressu, ut inquit Lucilius. Post cum currunt per viam illo equo*



que : et Edd. ante Bas. sec. Bene. Vulgo *ut*. Ond.—8 Idem, *hisce g.* Colvius. —9 Ms. *ac victorem*. Scribo *atque vectorem*. Lucilius : ‘ Ipse equus non formosus, gradarius, optimus vector.’ Semper Noster, ‘ vector meus,’ cum de equo ei sermo. *Colv.* Malim scribi : *ad vecturam*. Wowerius. Lego, *ad vectorem*, ex iis quæ noto ad lib. i. de asino. ‘ Vector equus ’ sæpius hinc occurrit. *Brant.* Alii, *ad vecturam* : vide Notas Merceri ad Nonium p. 93. *Elmenh.* *Ad vectorem* pro ut vector sit, vix Latinum. Colvii *atque* pro *statim* esse suspicor. Adi ad Met. l. i. p. 60. b. Sed nil ego muto. ‘ Advectorem equus,’ qui vehat ad destinatum locum. Vide Mercerum ab *Elmenh.* cit. *Ond.*—1 Ed. *Vicent.* *diligunt* : ut quidam scribere malunt. Vide ad Cæs. B. G. vi. 13. *Id.*—2 *Pith.* *vivace pertinacitatis*. *Id.*—3 *Idem.* Lego, *item*, vel, ut etiam doctissimus Dousa, *eundem*. Colvius. Lege cum Colvio et Sopingio *item*, qui frequens est error, vel *itidem*. *Ond.*—4 Ms. lib. *valide et ire rapide*. Colvius. Item *Pith.* Male Edd. quædam *vett. iræ*. *Ond.*—5 Optime *Mss.* *Florent.* et *Lips.* ut reposuit *Colv.* Vulgo, *immo* vel *imo*. Est qui mallet *imos*. *Id.*—6 *Tum cum*. Sic *Becichem.* *Mss.* *Florent.* *Lips.* *Pith.* *Edd. Rom.* *Vic. tamen*. Forsan recte, licet sequatur *tamen*. Sæpe enim, intermissis mediis quibusdam, idem verbum repetit Auctor : ut vidimus ad Met. l. i. p. 11. b. *Supra*, ‘ verba, quæ volentia poetæ vocant, ea verba :’ et sæpius. *Im-*

#### NOTE

rum truncos paulum extra terram prominentes et rotundos.

<sup>8</sup> *Hisce igitur moramenti omnibus, &c. devitari*] *Florent.* Codex *devitare*. Locus hic mendi suspectus mihi est. Quid enim sit *moramenti devitari* vel *devitare*? Hoc certe verbum postulat non tertium casum, sed quartum. Melius mihi videtur fore si legatur *obviare*, aut etiam, quod minus alienum erit, *deviare* : ita ut subintelligatur præpositio *ab* : et *deviare ab illis moramenti*, sit ab illis deflectere, illa vitare. Hæc mea conjectura est, quam lectoris iudicio subjectam volo. *Brantius* reponerat, *hisce igitur moramenti omnibus qui nolunt divexari* : recte, si *Ms.* alicujus testimonio ju-

varetur.

<sup>4</sup> *Advectorem*] Vel tollenda syllaba *ad*, legendumque *vectorem*, vel vocabulum in duo dividendum, ut sit *advectorem*, id est, *in vectorem*, vel potius legendum *ad vecturam*, sensu planissimo.

<sup>u</sup> *Qui campos, &c. ut ait Lucilius*] *Satir. lib. xxv.* cuius fragmenta aliqua nobis supersunt. Colvius autem plures ejusdem Lucilii versus ad equi virtutes spectantes singillatim a Grammaticis veteribus laudatos refert, et continua serie digerit : quos hic retulisse non pigebit : ‘ Ipse equus non formosus,’ gradarius, optimus vector, Qui colles camposque gradu perlabitur uno : Quem neque *Lucanis*

volant; si quem interea conspiciantur ex principalibus<sup>8</sup> viris nobilem hominem, bene consultum, bene cognitum; quanquam oppido festinent,<sup>9</sup> tamen honoris ejus gratia cohibent cursum, relevant<sup>1</sup> gradum, retardant equum: et illico in pedes desiliunt: fruticem,<sup>2</sup> quem verberando equo gestant, eam virgam in lævam manum transferunt. Itaque expedita dextra<sup>3</sup> adeunt, ac salutant:<sup>4</sup> et, si diutule<sup>5</sup> ille quidpiam percontetur,<sup>6</sup> ambulant diutule, et fabulantur: denique quantumvis moræ in officio libenter insumunt.

*incitato, si interim aspiciunt aliquem ex primariis hominibus virum clarum, magnæ auctoritatis, et valde notum; licet multum properent, nihilominus, ad ipsum honorandum, reprimunt cursum, suspendunt gressum, remorantur equum: et confestim desiliunt in pedes: quantum ad virgam quam ferunt ad pulsandum equum, transmittunt illam virgam in manum sinistram. Et sic libera dextra eunt ad ipsum et salutant, et si ille aliquid sciscitetur diutius, spatiantur diutius, et colloquantur: postremo ultro impendunt quantumlibet temporis in obsequio.*

mo statim, 'fruticem, quem, &c. eam virgam.' *Id.*—7 Ms. lib. *concitato*. Colvius. Atque ita legit Becichem. sed vide ad l. iv. p. 279. b. 'concito gradu.' *Oud.*—8 Mss. Lips. Pith. *Et princ.* *Id.*—9 *Quanquam o. festinant.* Mss. Lips. Pith. et Edd. O. ante Colv. vel Bas. sec. *festinent.* Recte. Vide supra ad N. 1. *Id.*—1 Idem vetus et alii vulgati, *revelant gradum.* Forte, *revelant gradum*, seu, *rebetant.* Revitare, seu revitere: et Rebitare, seu rebitare. Rebitant gradum, id est reflectunt equum, ut sistat: gradum repetunt. Glossæ veteres: Revitere *περικάμψαι*. Elegans lectio Jos. Scaligeri in Festo: *Revitant, repetant.* Ennius: 'Rives camposque revitant.' Rebitare, pro redire posuit ter una comædia Plantus, Captivus. Alii hic legunt, *repedant*: quidam, *relutant*: quidam, *resecunt.* Colvius. Ms. *revelant.* unde Colv. *revelant gradum*, seu *rebetant.* f. *relutant.* Brærtius. Flor. *revelant gr.* Brantius *relutant gr.* Neutrum mihi placet, nec quid substituam, invenio. *Elmenh.* *Relutant gradum* primum comparet ex emendatione Becichi in Ed. Junt. post. et dein Bas. sec. ac ceteris, exponitque Floridus, 'suspendunt gressum.' Optime. cf. Pyrrh. Retrahit fræno equum, ita ut gradum summi et priores pedes allevet, quò in cursu retardetur. Hinc patet nihil hic esse mutandum, ut putarunt viri docti. In Mss. tamen Florent. Lips. Pith. et Edd. Vett. est *revelant.* Lipsius conjecit *releniunt.* Pro *retardant* Pith. *tardant.* *Oud.*—2 Edd. Ald. Junt. post. *fruticem.* *Id.*—3 Ed. Scriv. *dextera.* *Id.*—4 Omnes vulgati codices, excepto Bas. II. *auscultant.* Unde Stewechius legit, *ausculantur*, id est, *osculantur.* Arnobius salutandi verbum hic probat, loco quem jam modo laudavi. Colv. Rom. ac *auscultant.* Elmenhorstius. Male Stewech. In Pith. ac *sultant.* Sed recte Mss. Florent. Lips. Becichem. Edd. Junt. post. Bas. sec. et seqq. ac *salutant.* *Oud.*—5 Mss. Lips. Pith. *diutule.* *Id.*—6 Vulg. *percontetur.* Colvius. Recte Mss. Florent. Lips. *percontetur.* In aliis *percerte-*

## NOTE

oriundi montibu' tauri Duecre protelo validis cervicibu' possint: Hunc milli passum qui vicerit atque duobus,

Campanus sonipes sub cursor nullu' sequetur Majore spatio; ac diversu' videbitur ire.'

NUM. XXII. <sup>7</sup> Crates ille, <sup>v</sup> Diogenis sectator, qui ut Lar familiaris apud homines ætatis suæ Athenis cultus est.<sup>3</sup> Nulla domus ei <sup>9</sup> unquam clausa erat: <sup>x</sup> nec erat patris familias tam absconditum secretum, quin eo tempestive Crates interveniret, litium omnium et jurgiorum inter propinquos disceptator atque arbiter. Quod Herculem <sup>1</sup> olim poëtæ memorant <sup>2</sup> monstra illa immania hominum ac ferarum virtute subegisse, orbemque terræ purgasse; similiter adversum <sup>3</sup> Iracundiam et Invidiam, Avaritiam <sup>4</sup> atque Libidinem, ceteraque animi humani monstra et flagitia, philosophus iste Hercules fuit. Eas omneis pestes mentibus exegit, familias purgavit, malitiam perdomuit: seminudus et ipse, <sup>y</sup> et clava insignis: <sup>z</sup> etiam Thebis oriundus, unde

*Ille Crates, discipulus Diogenis, qui adoratus est Athenis ab hominibus sui cævi tanquam Lar domesticus, nulla domus ipsi clausa erat unquam: neque ullus paternam familiam habebat arcanum tam abstrusum, quin Crates opportune interveniret ad illud, examinaret et iudex omnium litium et altercationum inter affines. Quod poëta narrat Herculem fortitudine sua quondam domuisse illa enormia monstra hominum et belluarum, et liberasse ipsis orbem terrarum; pariter ille Philosophus extitit ultor Hercules adversus Iram et Licorem, Cupiditatem opum et Luxuriam, atque alia monstra et scelera mentis humanæ. Expulit ex animis omnes illas pestes, mundavit familias, subegit improbitatem: ipse quoque seminudus et spectandus clavi:*



*tur; unde Stewech. conjecerat persciletur. Mss. sequendi sunt. Oud.—7 Huc retraxi Mss. et Edd. Vett. auctoribus hoc fragmentum, quod alii præposuerant fragmento decimo quarto: quia et illud de Cratete agit. Male. Nam ista sicuti navem, &c. patet esse ejusdem argumenti, et hisce connectenda, quod et vidit Floridus, qui tamen male ea inter hoc et XIV. fragm. voluit interponere. Id. Sic tamen desideratur apodosis post protasin post ubi intellexit, &c. J. Bosscha.—8 Post cultus est ponendum τελείον στίγμα. Oud.—9 Τὸ εἰ non est in vet. cod. Diogenes Laërtius de hoc ipso philosopho: Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Θυρεπανόκτης, διὰ τὸ εἰς πᾶσαν εἰσιέναι οἰκίαν, καὶ νουθετεῖν. Colv. Ei abest quoque Pith. in quo pro unquam est nunquam: mox in eodem patrisfam. deest. Oud.—1 Pro quod Pith. quidem. Ald. Herculum. Id.—2 V. C. poetum memorari. Id.—3 Pith. adversus. Id.—4 Edd. ante Vulcan. atque avaritiam.*

#### NOTÆ

<sup>w</sup> Crates ille] De hoc jam aliquid diximus ad Apologiam, ubi de carmine ludico in Manticae laudem ab eo conscripto.

<sup>x</sup> Nulla domus ei unquam clausa erat] Idem refert in ejus vita Laërt. lib. vi. Ἐκαλεῖτο δὲ, inquit, καὶ θυρεπανόκτης, διὰ τὸ εἰς πᾶσαν εἰσιέναι οἰκίαν, καὶ νουθετεῖν. ‘vocabatur autem’ (Crates

nempe) ‘θυρεπανόκτης (portarum apertor) quod in omnem ingrederetur domum, et corripere.’

<sup>y</sup> Seminudus et ipse, &c.] Quemadmodum fuit Hercules.

<sup>z</sup> Et clavi insignis] Baculo nimirum, qui una cum mantica supellex erat Cynicorum.

Herculem fuisse memoria extat.<sup>5 a</sup> Igitur priusquam plane Crates<sup>b</sup> factus, inter proceres Thebanos numeratus est: lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornata<sup>6</sup> vestibulo: ipse bene vestitus, bene prædiatus.<sup>c</sup> Post ubi intellexit<sup>7</sup> nullum sibi in re familiari<sup>8</sup> præsidium legatum, quo fretus ætatem agat, omnia fluxa infirmaque<sup>9</sup> esse: quicquid sub cælo divitiarum est, eas omneis ad bene vivendum nequicquam esse.<sup>1</sup> Sicuti<sup>2</sup> navem bonam, fabre factam,<sup>3</sup> bene intrinsecus compactam, extrinsecus<sup>4</sup> eleganter depictam, mobili clavo,<sup>5</sup> firmis rudentibus, procero malo, insigni carchesio,<sup>e</sup> splendentibus<sup>6</sup> velis, postremo omnibus

*et natus quoque Thebis, unde proditum est Herculem fuisse. Is ergo antequam factus esset prorsus Crates, recensitus est inter optimates Thebanos: stirps ejus ex primariis, familia numerosa erat, ædes decorata magno vestibulo: ipse erat egregie indutus, optimis fundis instructus. Postquam vero cognovit nullum sibi relictum esse subsidium in suis opibus, quo nixus vitam degeret: cuncta esse caduca et debilia: quantumcumque opum est sub cælo, eas universas nihil conferre ad beatam vitam. Quomodo videmus bonam navem, solerter fabricatam, bene coagmentatam interius, pulchre picturatum exterius, habentem gubernaculum agile, funes validos, altum malum, carchesium conspicuum, carbusa nitentia, denique cuncta armamenta*



Pro animi Pith. omni. Id.—5 Pith. memor. Edd. Ald. Junt. post. extet. Id.—6 Pith. Edd. Vic. Ald. Junt. post. ornato. Id.—7 Ed. Junt. post. intelligit. Id.—8 Vulgati libri omnes, vitæ famulare. Colvius. Bene correxere Becichem. Ep. 100. et Colv. Vulg. vitæ vel vitæ famulare contra Mss. et sanum sensum. 'Familiaris' et 'famularis' alibi quoque confusa. V. ad Val. Max. v. 6. l. vi. 7. 3. Oud.—9 Edd. ante Colv. et Stewech. infirmaque. Male. Id.—1 Non quicquam esse. Legerim, non cicci esse, vel, ciccum, ant, cicum. Brantius. Colv. cum seqq. non quicquam esse sive nihil et nullius pretii esse. A Codd. Florent. Lips. Pith. et Edd. primis, item Junt. pr. Ald. Bas. pr. exulat τὸ non. Sed recte Becichem. Stewech. et Ed. Junt. post. legunt nequicquam esse. Oud.—2 Cod. Lips. securi. Id.—3 Sic hæc distinguenda sunt cum Edd. nonnullis. Vulgo bonam fabre f. Id.—4 Vulgo cum copula, et extrinsecus. Colvius.—5 Ms. cabero. Latet quippiam. Sciopp. in Symb. Fulv. Pith. m. cabero. Oud.—6 Pith. splentibus. Id.—7 Lege,

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Unde Herculem fuisse memoria extat] Filius quippe fuit Hercules Jovis et Alcmenæ uxoris Amphitruonis, regis Thebanorum. Vide Plant. in Amphitruone.

<sup>b</sup> Plane Crates] Hoc est, Cynicus, sectator Diogenis, et spretor opum.

<sup>c</sup> Bene prædiatus] Salmas. ad Vopiscum legit hic bene præditus: sed nihil mutandum: bene prædiatus est multis et bonis prædiis sive urbanis sive rusticis locupletatus.

<sup>e</sup> Insigni carchesio] Carchesium summitas mali cui rudentes alligati, vulgo

armamentis idoneis ad usum, et honestis ad contemplationem: eam navem si aut gubernator<sup>7</sup> non agat, aut tempestas agat, ut<sup>8</sup> facile cum illis egregiis instrumentis aut profunda hauserint, aut scopuli comminuerint! Sed et medici cum intraverint<sup>9</sup> ad ægrum, uti visant, nemo<sup>1</sup> eorum, quod tabulina<sup>2f</sup> perpulchra in ædibus cernant, et lacunaria auro oblita, et gregatim pueros<sup>5</sup> ac juvenes eximia forma in cubiculo circa lectum stantes, ægrum jubet uti sit animo bono: sed ubi juxtim consedit, manum hominisprehendit, eam pertractat,<sup>3</sup> venarum pulsum et momenta captat: si quid illic<sup>4</sup> turbatum atque inconditum offendit, illi renuntiat, male morbo haberi. Dives ille cibo interdicitur, eadie in sua sibi copiosa domo<sup>5</sup> panem non accipit:<sup>6</sup> cum

*apta usui, et pulchra aspectu. Si vero vel nauta non regat illam navim, vel tempestas eam jactet, quam facile vel gurgites cum absorpserint cum illis præclaris armamentis, vel rupes fregerint! Quin et medici cum ingressi fuerint ad ægrotum ejus visitandi causa, nullus ex ipsis præcipit ægro ut bene speret, eo quod videant pulcherrima tablina in domo, et laquearii deaurata, et servos atque adolescentes egregie facie positos agminatim circa lectum in cubiculo: eorum postquam sedit prope ipsum, capit manum ejus, tractat illam, explorat pulsum arteriarum, et ejus tempora: si reperit ibi aliquid perturbatum et inordinatum, monet eum, ipsum gravi laborare morbo. Cibus prohibetur huic locupleti, illo die non sumit panem, dum*



*eam autem navem si gubernator non agat. Stewechius. Edd. Elm. Scriv. Flor. tacite eam autem navem e conjectura Stewechii contra Mss. et Edd. Vett. Adi ad N. 7. init. Aut, quod idem Stewech. delebat, πολυσοῦδέως bene sequitur. Ms. Lips. navim. Oud.—8 Legit Lipsius ne. Id.—9 Ald. intractaverint. τὰ sed et med. cum intr. desunt in Pith. Id.—1 Junt. post. et nemo. Id.—2 V. C. p. tab. Id.—3 Junt. post. pertractat. Id.—4 Ed. Scriv. ille. Id.—5 Ms. Lips. in domo sua cop. Id.—6 Ms. non accipit panem. Colvius.—*

#### NOTE

*ta hunc:* a cujus figura Carchesia etiam dicta sunt quædam pocula.

<sup>f</sup> *Tabulina]* Seu *Tablinu*, Conclavia sunt, in quibus tabulæ seu instrumenta contractuum, nomina debitorum, atque aliæ ejusmodi chartæ asservantur. ‘Pinacothecæ’ vero, in quibus tabulæ pictæ et alia orna-

menta. Tablinorum proportiones vide apud Vitruvium, l. vi. c. 3.

<sup>8</sup> *Et gregatim pueros, &c.]* Maximum opulentia argumentum greges servorum habere. Horat. l. Epod. Ode 2. ‘Positosque vernas, ditis examen domus, Circa residentes lares.’

interea totum ejus servitium hilares sunt<sup>7</sup> atque epulantur. Nec in ea re quicquam efficit conditione.<sup>8</sup>

NUM. XXIII. Qui me voluistis<sup>9</sup> dicere ex tempore,<sup>h</sup> accipite rudimentum, post experimentum.<sup>i</sup> Quippe, prout mea opinio<sup>1</sup> est, bono periculo periculum faciam, postquam re probata meditata sum dicturus incogitata.<sup>2k</sup> Neque<sup>3</sup> enim

*interim omnes ejus famuli sunt læti, et convivantur. Nec ejus conditio quicquam eum juvat in hoc.*

*Vos qui voluistis ut loquerer e vestigio, accipite nunc tirocinium, postea specimen. Etenim, quantum arbitror, secure experiar, si dico improvisa, postquam dixi præcogitata quæ reveru approbata sunt. Nam haud timeo, ne ego, qui gratus fui*

7 Forte erat scribendum, *totum ejus servitium hilarescunt*. Colvius. Male. In collectivis non solum numerus, sed genus mutari solet; sicut innumeris patet exemplis. Vide modo, quæ notavi supra ad N. 6. 'Est genus, qui novere.' Oud.—8 Gruterus margini alleverat *officit conditioni*. Florid. edidit *conditio*. Sed deesse quædam videntur. *Id.*—9 Principium hujus libri [De Deo Socr. *J. Bosscha.*] admodum incongrue hic positum cum Lipsio Elect. l. 11. cap. 21. Pithæo Advers. lib. 11. c. 10. et Wowerio retulimus ad finem Floridorum. *Elmenh.* Hoc et sequens fragm. olim junctum fuit libro de Deo Socratis: cui etiam annectant Mss. cuncti: ita tamen ut in Ms. per Lindembrogium collato ante illud *Jam dudum scio* scribatur APULEI MADAURENSIS DE DEO SOCRATIS *liber 1. incipit PROLOCUTIO*, et ad vocem *Plato* NARRATIONIS EXORDIUM. In Cod. quoque Harlemensi et Cujac. secundo exaratur *Explicit Prologus de Deo Socratis, Tractatus incipit*. Nihil minus est, quam Pologus; sed hinc clare patet hæc duo addenda esse Fragmentis seu Floridis, quæ nihil cum argumento Orationis de Deo Socratis habent commune. Ei vero annexa sine dubio sunt: quod in vetustissimis exemplaribus liber iste exceptit Florida, iisque continuo fuit annexus: quare et nos quoque post Florida sequi jussimus eum librum: uti est quoque in Edd. quibusdam Vett. In aliis post libros de Philosophia vel aliter. In Ed. Junt. prioræ hæc cum tota oratione de Deo Socratis non comparent. Bene autem duo hæc fragmenta ad Florida retulerunt jam Lips. Pithæus, Wower. Mercerns et seqq. Adjuti autem hic sumus accuratiore Vulcanii in Philosophicis, quam reliquis libris, cura, et Mss. multis. Oud. quorum indicem vero Libri initio Lector inveniet præfixum. *J. Bosscha.*—1 *Abest mea* a Cod. Bened. coll. Cantabrig. Oud.—2 *Vulgo dict. incognita*. Vid. Not. Var.—3 Edd. ante *Elmenh.*

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Qui me voluistis dicere ex tempore*] Fragmentum hoc in multis editionibus, et in Ms. Thuan. a me sæpius laudato, legitur initio libri de Deo Socratis, perperam. Nihil enim cum eo habet commune, et diversi prorsus est argumenti. Itaque illud ad finem Floridorum merito rejecerunt *Elmenhorstius* et *Woverius*.

<sup>i</sup> *Accipite rudimentum, post experimentum*] Similiter l. i. Florid. 'Sed in omnibus ferme ante est speci rudimentum, quam rei experimentum.'

<sup>k</sup> *Postquam re probata meditata sum dicturus incogitata*] Intricatus locus, et, ut puto, corruptus: sensum tamen qualemcumque erues, si loco *postquam*, reponas *cum post*, et vocem *me-*

metuo, ne in frivolis <sup>4</sup> displiceam, qui in gravioribus placui. Sed ut me <sup>5</sup> omnifariam noveritis, etiam in isto, <sup>6</sup> ut ait Lucilius, schedio <sup>1</sup> incondito <sup>7</sup> experimini, <sup>8</sup> an idem sim repentinus, qui et præparatus; <sup>9</sup> si qui tamen <sup>1</sup> vestrum nondum subitaria ista nostra cognostis: <sup>2</sup> quæ scilicet audietis, pari labore, quo scribimus, venia propensiore, <sup>3</sup> <sup>m</sup> quam <sup>4</sup> legimus. Sic enim ferme assolet apud prudentes viros esse in operibus elaboratis judicatio restrictior, <sup>5</sup> in rebus <sup>6</sup> subitariis

*in majoribus, offendam in levioribus. At ut me cognoscatis ex omni parte, periculum facite etiam in hoc comperdio et inordinato specimine, num sim talis ex improviso, qualis sum meditatatus: si tamen aliqui ex vobis nondum novistis nostra hæc repentina, quæ nimirum auscultabilis eodem labore, quo auscultatis illa quæ scribimus, at faciliori indulgentia, quam ea quæ recitamus e scripto. Nam ita vulgo solet judicium esse accuratius penes viros sapientes in operibus expolitis; at major*

//////////

*nee contra Mss. Oud.—4 Voss. frivolis. Id.—5 Sed me. Sic Romana editio: reliquæ omnes, Sed ut me. Colvius. Mss. cum P. Pithæo l. II. Subsec. c. 10. Vulc. &c. sed ut me. Bene. Alius Cod. sed et me. Edd. ante Vulc. sed ne. Oud.—6 Brem. Fulvii liber, et Flor. etiam in isto. Elmenhorstius. Accedunt duo Cantabr. Harlem. Voss. In Ms. Fulv. etiam isto. Recte. Edd. ante Elmenh. et in isto. Oud.—7 Schedio et incondito. Ms. schedio incondito. Ita scripsit Apuleius. Wower. Romanus et Aldus Schedico: male. Elmenh. Ms. Cantab. schedito. Edd. ante Vulc. schedico. Rectum est schedio. Adi Colv. Festum, et Pithæum l. II. Advers. c. 10. Sed insuper malim cum Wowerio delere τδ et e Cod. Fulviano. Oud.—8 Brem. experiamini. Elmenhorstius.—9 Τδ et dele ex Florentinis. Elmenh. Immo bene Vulc. Scal. Wow. Edd. addito et, quod agnoscunt Mss. Vulc. Brem. aliique. Elmenhorstio accedunt duo Cantabr. Harlem. Voss. et Edd. vett. Sed loco suo exciderat. Male Edd. vett. præparatur. Oud.—1 Tamen tum. Malim, tamendum. Colvius. Mss. et Edd. Vett. carent recte τφ tum. Edd. Ald. Junt. post. si qui tum. In Harl. si qui tamen tamen subitaria nostra ista nondum. Oud.—2 Cognoscitis. Flor. cognostis. Elmenhorstius. Edd. Elmenh. Scriv. Flor. cognostis. Reliqui Mss. et Edd. cognoscitis. Oud.—3 Ms. Bened. expressiore. Paulo ante pro quo Voss. quos. Id.—4 Scil. ea quæ. Male Harl. et Edd. ante Vulc. quæ. Id.—5 Aldus: resecatior. Rom. et Bas. I. resecatior. Inepte. Elmenh. Edd. Vulc. Scal. Heins. esse quod. Sine dubio male. Judicatio et venia enim non*

#### NOTÆ

*ditata* passive intelligas, ut jam alibi observavimus intelligendam: ut sit cum post reprobanda meditata, hoc est, nunc enim postquam quæ meditatatus fueram revera probata a vobis sunt, sum dicturus incogitata. Interpretationem hanc firmat quod sequitur. ‘Neque enim metuo ne in frivolis’ (ea sunt quæ incogitata dixit) <sup>4</sup> displiceam, qui in gravioribus’ (ea sunt

meditata) ‘placui.’

<sup>1</sup> *Etiam in isto, ut ait Lucilius, schedio*] Petronius arbiter: ‘Sed, ne me putes improbasse schedium Lucilianæ humilitatis; quod sentio et ipse carmine effingam.’ *Scheda* sive *schedium* scriptum est inemendatum et rude.

<sup>m</sup> *Pari labore, quo scribimus, venia propensiore, &c.*] Obscurior oratio, ad quam intelligendam supplenda sunt



venia prolixior. Scripta enim pensiculatis et examinatis: 7  
 repentina<sup>8</sup> autem noscitis simul et ignoscitis; nec injuria.  
 Illa enim, quæ scripta legimus, etiam tacentibus vobis<sup>9</sup> ta-  
 lia erunt, qualia<sup>1</sup> illata sunt: hæc vero, quæ impræsentia-  
 rum, et quasi<sup>2</sup> vobiscum partienda<sup>3</sup> sunt, talia<sup>4</sup> erunt, qua-  
 lia vos illa favendo<sup>5</sup> feceritis. 2. Quanto enim exinde ora-  
 tioni modificabor, tanto a vobis in majus tolletur.<sup>6</sup> Vos  
 enim adverto<sup>7</sup> libenter audire. Proinde<sup>8</sup> in vestra manu

*indulgentia in rebus repentinis. Nam perpenditis et examinatis quæ scripta sunt, at una auditis subitaria, et condonatis quod in iis peccatum est: atque id merito. Nam ea quæ legimus scripta, talia erunt etiam vobis silentibus, qualia probata sunt. At hæc quæ sunt digerenda nunc, et veluti vobiscum, talia erunt, qualia vos effeceritis ea vestra benevolentia. Nam quo magis moderabor dehinc meo sermone, eo ille effeferetur altius a vobis. Video vos auscultare libenter. Ideo positum est in vestra*

\*\*\*\*\*

sunt idem, sed fere contraria. Abest autem τδ *elaboratis* prave ab Edd. ante Vulcan. *Restrictior* autem hic notat attentior, accuratior: ut apud Nonium in Afranio: 'restrictior cogitatum.' Statim metaphorice: 'Vela restricta et caperata.' Plerumque notat 'parcior.' Vide Græv. ad Justin. lib. XII. cap. 3. Cort. ad Plin. lib. v. Ep. 8. § 13. Edd. Rom. Vic. Bas. *resecrator*. Ald. Junt. Colv. *resecrator*. Oud.—6 Abest Ms. Bened. τδ *in*. Idem.—7 Bas. I. *pensiculatus exami*. Colvius. Bas. I. *pensiculatus examinatis*. Bremens. *pensiculatis, præconsideratis, examinatis*. Non placet. *Elmenh.* Ed. Vic. *pensiculatus*. Hinc Bas. pr. *pensiculatus*. Cod. Bened. *examinatis*. cf. supra ad N. 9. Oud.—8 Edd. Vett. *repentinam*. Id.—9 Ms. Bened. Edd. Ald. Junt. Bas. *et*. Bene autem Scal. *Elmenh.* et seqq. *dedere vobis*, cum Mss. præter Vulcan. Harlem. et Edd. ceteras, *nobis*. Sensus est: Licet vos de scriptis taceatis; iis tamen manebit suum pretium, prout bona vel mala erunt. *Id.*—1 Flor. *quali*. *Elmenhorstius*.—2 *Quæ inpr. et quasi*. In ipso hujus opusculi limine offendit me illa Lucii opinio de rebus quæ domi leguntur et quæ audiuntur in gymnasio: hæc, quod subitaria sint, veniam facilius mereri contendit, his verbis: *Illæ enim, quæ scripta legimus, et tacentibus nobis talia erunt, qualia illata sunt. Hæc vero in præsentiarum, et quasi vobiscum partienda sunt, talia erunt, qualia vos illa favendo feceritis*. Ex quibus verbis sententiam idoneam confieri posse non Apollini, non veritati crediderim: fortean poterit si scripserimus: *Hæc vero, quæ in præsentiarum quasi vobiscum partienda sunt, talia erunt, qualia vos illa favendo feceritis*. Stewechius. Forte non male legam, et quæ quasi vobis impartienda sunt. Colvius. Bremens. et excerpta Batavica: *Quasi vobis compartienda*. Rom. et Ald. *Quasi vobis partienda*. *Elmenh.* Exulat τδ *quæ* ab Edd. Vulcanio prioribus. Wower. autem delevit recte τδ *et*; ut monnerat Stewech. Colvius legebat *inpr. et quæ q.* Sed Mss. quæ præponunt τδ *inpr.* Oud.—3 Sic recte idem Stewech. Vulc. et seqq. cum Ms. Voss. Colvius legendum conjecerat *vobis impart.* Vulgo olim inepte edebatur *nobiscum partienda*. Mss. Brem. Leid. Harlem. Cantabr. duo *vobis compartienda*. Nusquam reperi τδ 'compartior:' alioquin præferrem. *Id.*—4 Ed. Junt. *alia*. Id.—5 Florentin. et Leidens. *faciendo*. male. *Elmenh.* Accedunt Voss. et Harlem. Oud.—6 *Tanto, &c. tolletur*. Non sunt hæc in Mss. Flor. et Brem. *Elmenh.* Nec in Voss. et Harlem. Oud.—7 Ms. Harlem. Edd. Elm. Serv. Flor. *Vos animadverto*. Alii cum

#### NOTÆ

quæ in Interpretatione supplevimus: quod patet ex sequentibus.

situm est,<sup>9</sup> vela nostra sinuare, et immittere,<sup>1 n</sup> ne pendula et flaccida,<sup>2</sup> neve restricta<sup>3</sup> et caperata sint. At ego, quod Aristippus dixit, experiar: Aristippus ille Cyrenaicæ<sup>4</sup> sectæ repertor,<sup>o</sup> quodque malebat ipse, Socratis<sup>5</sup> discipu-

*potestate attollere nostra carbasa, et mittere ventum in ea: ne sint pendentia, neu laxa, neve contracta et corrugata. Ego vero periculum faciam ejus quod Aristippus dixit. Ille Aristippus fuit inventor sectæ Cyrenaicæ, et, quod ipse præoptu-*

\*\*\*\*\*

Edd. Vulc. Scal. Wow. *Vos enim animadverto.* Sed Cantabr. uterque et Edd. vett. *vos enim adverto.* Recte. 'Adverto' enim idem est quod, sentio, animadverto. Vide ad Cæsar. B. G. iv. 26. et vii. 46. ad Hirt. B. Alex. cap. 30. Cic. de Inv. ii. 51. *Id.*—8 Edd. Vic. Bas. *perinde.* *Id.*—9 Edd. vett. *manu vestra.* et Voss. Cantabr. Mss. *situm esse.* *Id.*—1 Edd. vett. *et jam immittere.* Edd. Vulc. Scal. Heins. Wow. *et mittere.* Cantabr. duo cum Vossiano *et jam mittere*: unde bene emendavi, ni fallor, *et immittere*: quod verbum passim adhibent, sicut in aurigatione, ita et in velificatione: cum, pedali fune emisso, laxantur vela, ne nimis astricta et caperata sint, sed laxæ fluant. Iis ergo hoc bene rursus opposuit: sicut etiam contraria sunt τῶ immittere, astringere, adducere, contrahere. Est ergo plenis velis navi liberum cursum dare, et permittere, quo ventus agat. Pessime ergo Stewech. Manganus et Elmenh. voluere, immo edidit jam Floridus, *auram immittere*: quod hic nihili est. Si aliud quid reponendum, malim e Mss. Harlem. ac Leid. *et pendere mittere*, ac Florent. Edd. Elm. Scriv. *etiam remittere*, reponere *et jam remittere*. Verum 'remittere vela' potius videtur notare, sinere ut flaccida pendeant, ut in illis 'remittere fræna,' 'arcum,' &c. quod a mente Auctoris est alienissimum. Quare *et immittere* præstat, nisi e vestigiis Mstorum velles rescribere *et habenam immittere*: metaphora de equorum frænis sumta: ut solet sæpissime. Adi me ad Lucan. l. ix. 332. 'flatum effudere prementem:' ut legendum docui. et Cl. Duker. ad Flor. l. ii. c. 2. 'classis remis quasi habenis agebatur.' *Oud.*—2 *Pend. neve fl.* Sic perperam exhibent Scal. Elm. Scriv. Flor. Non enim hæc distinguenda sunt. Agitur de una re, et recte Mss. et Edd. reliquæ dant *et f.* *Id.*—3 Edd. Vic. Ald. Junt. Bas. *ne.* Mss. Voss. et Harlem. *caperrata.* *Id.*—4 Rom. *Cyrenaciæ*: male. Vide Laërtium in vita Aristippi, et Hieronymum in Ecclesiast. c. viii. *Elmenh.* Ms. Bened. *Cyrenacæ.* *Oud.*—5 Harlem. Voss. *Socrati*: ut Neocli, Ulixi, &c. vid. ad

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Vela nostra sinuare et [summare et auram] immittere*] Sic recte emendavit Stewechius: prius erat, *sinuare et etiam remittere*, sensu prorsus contrario iis quæ sequuntur, 'ne pendula neve flaccida,' &c. Vela summare, est vela extollere et expandere, opponiturque τῶ 'legere,' seu 'deducere,' quod inferioribus sæculis 'calare' dictum est: posset tamen retineri *sinuare*, et exponi, in sinum curvare. Ms. Thuan. habet *et amittere.*

<sup>o</sup> *Cyrenaicæ sectæ repertor*] Quæ sic

dicta fuit, quia Aristippus erat Cyrenæus. Hæc postea ex simplici triplex effecta est, cum alii se ad Hegesia *Hegesiacos*, alii ab Anniceride *Annicerios*, alii demum a Theodoro *Theodoreos* appellarent. Aristippus ille, ut refert Diog. Laërt. in ejus Vita, primus Socraticorum mercedem exegit, et quæstu philosophatus est. De Cyrenaicis Cicero Tusculan. Quæst. l. iii. 'Atque ab Aristippo Cyrenaici Philosophi nominati omne bonum in voluptate posuerunt, virtu-

lus. Eum quidam tyrannus rogavit, Quid illi<sup>6</sup> philosophiæ studium<sup>p</sup> tam impensum tamque diutinum profuisset. Aristippus respondit: Ut cum omnibus, inquit, hominibus secure et intrepide fabularer.<sup>7</sup> Verbo subito sumta est sententia, quia de repentino oborta est: quasi velut<sup>8</sup> in maceria<sup>9</sup> lapides temerario interjectu poni necesse est: neque interjecto intrinsecus pondere,<sup>s</sup> neque collineato pro fronte situ,<sup>2</sup> neque conniventibus<sup>3</sup> ad regulam lineis. Quip-

*bat, discipulus Socratis. Quidam tyrannus quæsit ab eo, Cui usui amor Philosophiæ adeo vehemens et adeo diuturnus ei fuisset. Aristippus retulit; ut loquerer secure et audacter cum omnibus hominibus. Hoc dictum sumtum est derepente, quoniam exortum est subito: quemadmodum necesse est lapides in maceriu collocari fortuito fartu: neque interposito interius rudere, neque directa positura eorum in fronte, neque lineis revocantibus eos ad normam. Etenim ego ipse ædificator hujus*

\*\*\*\*\*

Met. l. i. p. 46. a. *Id.*—6 Voss. Cod. *quod*. Bened. *ille*. *Id.*—7 *Pro fabularetur* Wow. Ed. *fabularet*. Mox Edd. *vett. est sententia*. *Pro oborta* Harlem. *aborta*. *Id.*—8 *Quam velut*. Edit. *vet. quasi velut*. Colv. *Reposuit Colv. quam contra* Mss. et Edd. *Vett. in quibus est quasi velut*. Wower. *pejus delevit rō quasi*. Vide ad Met. l. i. p. 58. a. *Oud.*—9 *Excerpt. Batav. maceria*. Elmenhorstius. Harlem. Leid. *materia*. Vide Salmas. *Exerc. Plin. p. 269. Oud.*—1 Harlem. *est nec*. Mox *pro interjecto* Harlem. Leid. *intersecto*. *Id.*—2 Ita Pithæus ex libro Cujaciano. Vulgo passim est, *inclinato profunde situ*. Colvius. Alter Ms. *coliniato proponte*. Alter *conlineato pro fronte*. Legendum potius, *collineato*, quam *collimato*: sicut et in Cujaciano fuit. *Sciopp. in Symb. Cod. Fulvii: neque conlineato*: recte ita deinde: *conniventibus*. non: *cohibentibus*. Wowerius. *Rescrib. ex Mss. omnibus collineato*. In Rom. et Ald. est *inclinato profunde situ*. Elmenhorstius. Recte P. Pithæus e Ms. Cujacii correxit; atque ita Mss. nostri *collineato*, vel *coliniato*, vel *conlineato*, nisi quod Vulean. et Bened. cum Ed. Vule. dant *collimato*: forsan recte, si quidem id magis, quam collineare de oculis dicatur: quod incertum. Vide ad Met. l. ix. p. 675. a. ‘*collineatis oculis*’ sive directis. Ed. Scal. *collinito*. In Voss. et Cantabr. *fonte et fronte*, in Fulv. *ponte*. *Oud.*—3 *Cohibentibus*. Flor. *conibentibus*. *Excerpt. Batav. coniventibus*. Scaliger: *conniventibus*. recte. *Elmenh. Vid. N. Var.*—

#### NOTÆ

temque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis.<sup>r</sup>

<sup>p</sup> *Eum quidam tyrannus rogavit, Quid illi philosophiæ studium, &c.*] Tyrannus ille proculdubio Dionysius fuit, cui valde familiaris erat Aristippus. Multarum Dionysii interrogationum responsionumque Aristippi meminit Laërtius; hujus tamen mentionem nullam facit.

<sup>q</sup> *Quasi velut*] Abundat alterutrum.

<sup>r</sup> *In maceria*] Maceria paries est ex lapidibus absque calce et arenato. Cato tamen De Re Rustica cap. 15. Maceriam aliter usurpat: ‘*Maceria*,’ inquit, ‘*si ex calce et cæmentis, vel silice ædificatur*,’ &c.

<sup>s</sup> *Pondere*] Farcimine minutiorum lapidum et arenati.

<sup>t</sup> *Neque conniventibus* [*cohibentibus*, &c.] Sic etiam habet Ms. Thuan. Scriberiana editio *conniventibus*. Quod vertendum esset, *collimantibus*.

pe qui structor orationis hujus egomet,<sup>4</sup> non e meo monte<sup>5</sup> u lapidem directim cæsum<sup>6</sup> afferam, probe omnifariam complanatum,<sup>7</sup> læviter ex optimis oris<sup>w</sup> ad unguem coæquatum; sed cuique operi accommodem,<sup>8</sup> vel inæqualitate aspera;

*orationis, non adveham ex meo monte saxum sectum directe, bene æquatum ex omni parte, accurate lævigatum usque ab extremitatibus. Verum aptabo unicuique operi,*

4 Rom. Ald. et Bas. *structum o.* Elmenhorstius. Sic Mss. et Edd. Floridus tacite eiecit *qui*. Bene, si Mss. addicerent. *Structor* autem primus reposuit Vulc. nec damno. Sic enim exhibent Mss. plerique. *Structior* Harlem. *Stinctum* Bened. *Structum* Cantabr. Voss. et Edd. priores. Forte *quippe qui in structum* seu *structuran orationis hujus*, &c. Frequenter jungunt 'quippe qui:' et Noster sæpe. Nihilominus verissimam puto lectionem *quippe quum* seu *cum*, quod cum subunctivo construi solet. Vide ad Met. l. vii. p. 461. a. *Oud.*—5 *Non de meo monte.* Edd. Vic. Bas. Colv. *non e monte modo.* Ald. Junt. *nonne monte modo.* Ms. Bened. *nomine meo in fonte.* Recte Vulc. astipulantibus ceteris Mss. correxit. Alinde petitam suæ orationis materiam ait, non e solo ingenio, vel propria penu. *Id.*—6 *Bremens. directum cæsum.* Elmenhorstius. Ms. Bened. *erectum cæsis.* Brem. Harlem. *derectum.* Voss. *directum.* Edd. Vett. e *directo.* Colv. *directo.* V. ad Liv. l. 11. Sed bene Vulc. cum Mss. reliquis *directim*: ut sæpe Noster in Philosophicis. Vide Indic. *Oud.*—7 Ms. Bened. *planatum.* Id. *Læviter ex optimis horis ad unguem coæquatum.* Ita Mss. Vulgati: *complanatum leniter ad extrema soras.* Visa est via ad veritatem: recte enim hoc modo rescripseris: *complanatum, læviter ex omnibus oris ad unguem. vel: extremis oris ad unguem coæquatum.* Wowerius. Ms. *ad existimas horas.* Ill. Pinellus, *ad extimas horas.* Er. Putcanus. *Ex optimis oris.* Sic Flor. et Exc. Batav. Scaliger *ex omnibus oris.* Vulgo *ex optimis horis.* Elmenhorstius. Primo *rd læviter recte* reposuit Mss. omnibus assentientibus, vel *læviter* de more, Vulc. et seqq. Male tamen ille junxit cum præcedente 'complanatum,' quod habet satis sua adverbia 'probe omnifariam.' In Edd. Vett. *compl. leniter.* Deinceps cum Elmenh. et Scriv. legendam *ex optimis oris* cum Mss. Florent. Thuan. Leid. Putcan. Harlem. In Edd. Vulc. et Scal. est *ex optimis horis*, ut est in Fulv. Brem. &c. more solito *horis* pro *oris*. Wower. temere e conject. edidit *ex omnibus oris.* Idem rectius conjecerat *extremis oris.* Floridus exhibuit *ex extimis oris*, quod surripuisse eum opinor Salmasio, qui ad Solin. p. 207. legit *læviter extimis oris* vel potius *extimas oras*, ut habent quidam libri, quos vidit. Id mihi verum puto, per notissimam et Apuleio frequentatam syuecdochen, quo faciunt etiam Edd. Vett. *ad extremas oras*, et Voss. *ex optimas oras*, ac Cantabr. uterque *ex optimas hora.* Quid velit Ed. Scalig. exhibens *læviter seni ex Opt. oris*, non capio. *Oud.* Legendum *extimas oras.* J. Bosscha.—8 Flor. *accommodem.* Brem. *accommodum.* Bene. *Elmenh.* Edd. Rom. Vic. Bas. *quem.* Ald. Junt. Colv. *quæ.* Wow. *quæ*, prave et contra Mss. O. Dein Scalig. Elmenh. Florid. edidit *accommodabo.* Scriber. autem e Ms. Brem. probante quoque Elmenhorstio *accommodum.* Non intellexisse locum videntur Viri Docti. 'Accommodem' est subunctivus. Quippe cum structor operis non afferam lapidem bene ad id præparatum, sed accommodem operi talia, qualiacumque

## NOTE

<sup>w</sup> *Non e meo monte*, &c.] Pergit in metaphora sua, ab arte ædificatoria desumta.

<sup>w</sup> *Ex optimis [extimis] oris]* Sic

malui: vulgo est *ex optimis oris*, aut etiam *horis*. Excerpta Batav. *ex omnibus oris.*

vel lævitate<sup>9</sup> lubrica,<sup>x</sup> vel angulis eminula, vel rotunditate volubilia,<sup>1</sup> sine regulæ correctione,<sup>2</sup> et mensuræ parilitate, et perpendiculi solertia. 3. Nulla enim res potest esse eadem festinata simul<sup>3</sup> et examinata: nec esse<sup>4</sup> quicquam omnium, quod habeat<sup>5</sup> et laudem diligentiae simul, et gratiam celeritatis. Præbui me quorundam voluntati, qui oppido<sup>z</sup> voluerunt,<sup>6</sup> quæ a me desiderabantur, ut dicerem ex tempore. Et est, hercule, formido, ne id mihi evenerit,<sup>7</sup> quod corvo suo evenisse Æsopus fabulatur. Id erit, ne,

*aut scabra sua inæqualitate, aut lubrica sua expolitione, aut prominentia suis angulis, aut volubilia sua rotunditate, absque emendatione regulæ, et æqualitate mensuræ, et arte perpendiculi. Nam nihil potest esse simul acceleratum et pensiculationum: nec quicquam omnium est, quod simul habeat et honorem sedulitatis et venustatem festinationis. Morcem gessi voluntati quorundam, qui vehementer cupiverunt, ut illico dicerem, quæ petebantur a me. Et certe timeo ne hoc mihi contigerit quod Æsopus fingit contigisse suo Corvo. Hoc est, ne, dum auepor hanc novam gloriam,*



sunt. Vel lege quæque pro quæcumque. *Oud.*—9 Flor. *lenitate*. male. *Elmenh.* *Lævitate* bene edidere Colv. Vulc. Scal. Wow. jubentibus Mss. O. si excipias Florentinum. Viderunt id quoque Elmenh. et Florid. licet *lenitate* cum ceteris Edd. retineant. Opponuntur τοῖς ‘inæqualitate aspera.’ *Oud.*—1 *Rotundo volubilia*. Florent. *rotunditate volubilia*. Brem. *coæqualitate* v. Roman. *Rotundo volubilia*. Elmenhorstius. *Rotunditate volubilia* extat in Mss. Florent. ut expressere Elmenh. Scriv. Florid. In Cantabr. duobus *rotunda*. Ceteri habent cum Edd. prioribus *rotundo*: quod pro rotunditate occurrit apud Hygin. Astron. l. i. c. 1. ubi V. Munk. et l. ii. c. 27. ‘stellæ in rotundo deformatæ.’ Forsan hic legendum *rotunde vol.* *Oud.*—2 Voss. Cantabr. *correctione*. Id.—3 Tò *simul* non est in Florent. *Elmenh.* Quare uncis includere Elmenh. Scriv. Florid. Male. *Oud.*—4 *Nec esse* scil. *potest*, quod præcedit. Sed Mss. Thuan. Harlem. Cantabr. *nec est*, atque ita calamo editioni suæ allevit Scriver. ac corrigat Florid. Sed et aliud quid latere videtur: nam in Voss. a manu prima exaratum fuit *nec esse est* et pro *quod habent* in Florent. Voss. Cantabr. a m. pr. Harlem. exaratur *quod habere*. In Bened. Cantabr. a m. sec. *non habere*. An fuit *nec est quicquam omnium pote habere?* De illo<sup>9</sup> *pote* diximus ad Metam. Vide Ind. Not. Pro *quicquam* Bened. *quicquid*. Id.—5 Flor. *habere*. Elmenhorstius. Mox Edd. ante Vulc. *dil. sua simul*. Lips. *dil. summæ simul*. *Oud.*—6 Tò *voluerunt* non agnoscit Flor. Brem. legit: *Qui oppido a me desiderabantur, ut dicerem expetirere*. male. *Elmenh.* Exulat τὸ *voluerunt* etiam a Mss. Voss. Harlem. Cantabr. duobus. Supponit *volunt* Cantabr. a m. sec. Fuit forsàn: *qui oppido quæque a me desiderabant, ut dicerem ex tempore*. Initio hujus Fragm. ‘qui me voluistis dicere ex tempore.’ Vel ut placuit Burmanno: *quia oppido a me desiderabatur, ut dic. ex tempore*. *Oud.*—7 Cod. Bened.

## NOTE

<sup>x</sup> Vel lævitate [lenitate] lubrica] Ms. Thuan. habet *lenitate*, scribe *lævitate*.

<sup>5</sup> Nec esse] Seribe ex Ms. Thuaniano: *nec est*.

<sup>z</sup> Qui oppido, &c.] Ms. Thuan. *Qui oppido quæ a me desiderabantur, ut dicerem expetirere*.

dum laudem hanc novam capto, parvam illam,<sup>8</sup> quam ante peperit, cogar amittere. Sed de Apologo<sup>9</sup> quæritis, non pigebit aliquid fabulari. Corvus et vulpis<sup>1a</sup> unam offulam simul viderant, eamque raptum<sup>2b</sup> festinabant pari studio, impari<sup>c</sup> celeritate: vulpis<sup>3</sup> cursu, corvus volatu. Igitur ales bestiam<sup>4</sup> prævenit, et secundo flatu, propassis utrimque pennis prælabitur, et anticipat,<sup>5</sup> atque ita præda simul et victoria lætus, sublime evectus,<sup>6</sup> in quadam proxima quercu,

*cogar perdere illam exiguam quam antehac acquisivi. Si rogatis illam fabulam, narrabo libenter aliquid. Corvus et Vulpes conspexerant simul unam offulam: et properabant una ad eam tollendam aequali cupiditate, at inæquali velocitate: vulpes cursu, corvus volatu. Ergo volucris antevertit feram, et prospero vento expansis ambabus alis prævolat, et prævenit, et sic gaudens ob prædam simul et ob victoriam, elata in altum, consedit secunda in quadam quercu vicina, in supremo ejus vertice.*



*advenerit. Id.—8 Ms. pariter parvam illam. Scioppius in Symb. Scioppius ex Ms. Fulvii pariter parvam illam. Elmenhorstius. Capto, parvam illam Vulc. et seqq. consentiuntque Mss. nisi quod Cantabr. uterque et Harlem. habent parvam. In Edd. vett. est captare apparo, illam. Ms. Fulvii, ut edidit Scriv. c. pariter parvam illam, quod etiam probo; vel potius ejiciendo rō parvam. Oud.—9 Si de Apologo. Flor. sed de apologo. Elmenhorstius. Sed Mss. O. et Edd. præter Scal. Elm. Flor. quæ habent si. male. Auctor dicit, sed jam vultis scire, quæ sit illa Æsopi fabula. Si videtur Scaliger rescripsisse e Flor. N. 16. 'An etiam de ingenio ejus pauca vultis?' Oud.—1 Sic leg. cum Vulcanio, ad cujus Ed. Heinsiana ad apicem expressa est, astipulantibus Ms. Harlem. et mox aliis quoque; non vulpes. Adi omnino Cl. Burmann. ad Phædr. fab. VII. et nos alibi. Idem.—2 Alii: raptam. Vid. Not. Var.—3 Ita Harlem. Vulc. Igitur vulpes Bened. Oud.—4 Mss. Vulc. et Edd. ante Bas. sec. bestia: male. Licet enim 'ales bestia' Latinissime dicatur, hic tamen opponit corvum et vulpem. Justin. lib. II. c. 13. 'alites bestiaque.' Id.—5 Passis alis utrumque pr. et jam a. Hoc modo ex mente scriptoris et sententia apologi bene restitutum iri puto, passis alis, utique prælabitur, et illam anticipat: vel quod propius scripturam vulgarem, utcumque prælabitur. Stevechius. Scribo, passis alis utrumque: id est, a parte utraque. Colv. Ego utrumque, ut non semel in Asino. Brant. Rom. et Ald. passis alis utrumque. Elmenhorstius. Propassis utrumque pennis prælabitur. Sic optime ediderunt Vulc. Wow. Scriv. nam primo propassis extat in Mss. cunctis, nisi quod Harlem. deli præpassu; tum utrumque habent Mss. Vulc. Voss. Harlem. Cantabr. pr. et alii: atque ita correxerat jam Colv. Utrisque edidere Scal. Elm. Flor. pennis legas in Mss. omnibus præter Cantabr. qui retinent alis: abest a Voss. In Edd. Vett. enim est passis alis utrumque. Sed legendum esse ut diximus, vel cum viro docto potius propansis utrumque pennis, evincit locus lib. VI. Metan. ubi eadem hæc verba occurrunt de aquila. Oud. Edd. ante Vulcan. et jam ant. Rectius tum et cum ant. Sed Mss. non agnoscunt eam voculam. Id.—6 In sublime evectus. Roman. sublime evectus. Elmenhorstius. Male Edd. Ald.*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Corvus et vulpis*] Hunc apologum vide apud Phædrum: 'Cum de fenestra corvus raptum caseum,' &c.

<sup>b</sup> *Raptum [simul]* Addidi vocem simul, ex Ms. Thuano.

<sup>c</sup> [*Sed] impari*] Et hanc particulam sed, ex eodem Ms. adjeci.

in summo ejus cacumine<sup>7</sup> tutus sedit. 4. Eo tum vulpis,<sup>8</sup> quia illuc pedem nequibat,<sup>9</sup> dolum jecit: namque eandem arborem successit: et subsistens, cum superne raptorem<sup>1</sup> præda ovantem<sup>2</sup> videret, laudare astu adorsa est: <sup>3</sup> Næ ego inscita,<sup>4</sup> quæ cum alite Apollinis<sup>d</sup> frustra certaverim; quippe cui jampridem corpus tam concinnum est,<sup>5</sup> ut neque<sup>6</sup> oppido parvum, neque nimis grande<sup>7</sup> sit, sed quantum

*Nihilominus vulpes illuc etiam fraudem misit, quia non poterat mittere lapidem: subiit enim eandem arborem: et illic manens, cum cerneret sursum raptorem lactum sua præda, cepit laudare eum dolose. Certe, inquit, ego sum imperita, quæ incassum contenderim cum ave Phæbi: utpote quæ habet jamdudum corpus adco elegans, ut neque valde exiguum sit, neque nimis vastum, sed quantum sufficit ad usum et*



Junt. Bas. sec. Colv. in *sublime*. Vide ad lib. ix. Met. p. 670. b. *Oud.*—7 Mss. Cantabr. *acumine*. Et pro *tutus* Harlem. *tutius*. Id.—8 *Eo quoque tum vulpes*. Vet. edit. *tamen vulpes*. Colv. Edd. Vett. *eoque*, et pleraque ante Vulcan. *tum*. Recte Harlem. *Eo tum vulpis*. *Vulpis* quoque Mss. Flor. Putcan. Leid. Edd. Vule. Scal. Vide supra. *Oud.*—9 *Quia lapidem nequibat*. Ita Leid. et Basil. 2. Bremensis, *quia illic pedem nequibat*. Excerpt. Batav. *Quæ alipedem nequibat*. Roman. *Quo alipedem nequibat consequi*. Florentin. *Qui alipedem nequibat*. Elmenhorstius. *Quo alipedem nequibat consequi, dolum fecit*. Hæc est constans Edd. Vett. ante Vulcan. lectio, qui primus expressit e suo Cod. *quia lapidem nequibat, d. i.* quam scripturam secure secuti sunt ceteri præter Wower. qui edidit *quia alitem nequibat consequi*. Sine dubio melius, nam quæso, cui bono illum lapidem jaceret vulpis? per eum non poterat consequi prædam, nec corvum adigere, ut eam dejiceret. Attamen Mss. O. carent τῶν *consequi*, et *quia lapidem nequibat*, aintt quoque extare in Bas. sec. Ed. forsan et in Cod. Palat. In Mss. Cantabr. Florent. Voss. et aliis *qui alipedem nequibat*. Leid. Harlem. *que alipedem nequibat*. Ms. Brem. et Bonnami (qui forsan idem est) *quia illic pedem nequibat*. Unice mihi vera videtur scriptura *quia illa vel illic pedem nequibat*: jacit vulpes eo dolum, quia eo currere non poterat sive jacere pedem, Gr. *βάλλειν πῶδας*. *Oud.*—1 Edd. ante Vulcan. *victorem*. Id.—2 Ms. Bened. *ovantem*. Id.—3 Sic Harlem. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Reliqui Codd. eum Edd. prioribus *adorsa*, perpetua variatione. V. Ind. Not. *Id.*—4 Excerpt. Bat. et Brem. *Næ ego quidem inscia*. Elmenhorstius. Al. *ne*. Vide ad lib. i. Met. p. 53. a. Mss. Leid. Harlem. a m. sec. *inscia*. Brem. Boum. *quidem inscia*. *Oud.*—5 *Cum pridem tam concinnum est*. Deest huic loco aut imperfecto supplementum, aut non bene sano medicina: quam adhibere tentabat flos eruditiorum Lipsius, legens, *corpus eidem tam concinnum est*. Incipiebam ego, cui: nec ulterius procedere poteram. Colv. Bene exhibuit Vule. et seqq. *cui jam corpus tam conc. est*. Antea editum *cum pridem tam conc. sine corpus*, quod necessario addendum esse viderunt jam Lipsius in Elect. lib. ii. p. 93. et Colv. In Cod. Voss. *cum jam pridem tam c.* in Cantabr. sec. *quippe jam corvus pridem tam concinnum*. In Cantabr. pr. deerat, sed a m. sec. *corvus*. Ceteri Codd. servant lectionem Vulcan. *Oud.*—6 Hic quoque in Edd. ante Vulcan. deerat *ut*. Id.—7 *Nimis grande*. Abest a

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Cum alite Apollinis*] Cui etiam augurium dedit; ex albo tamen, qui prius erat, mutavit in nigrum pœni-

tentia ductus Apollo, post interfec-tam ejus monitis et suasu Coronida, ut canit Ovid. lib. ii. Metam. Fab. 11.

satis<sup>8</sup> ad usum decoremque :<sup>9</sup> pluma mollis, caput argutum, rostrum validum. Jam ipse<sup>1</sup> oculis persequax,<sup>2</sup> unguibus pertinax :<sup>3</sup> nam de colore quid dicam? Nam cum duo colores<sup>4</sup> præstabiles forent, piceus et niveus, quibus inter se nox cum die differunt ;<sup>5</sup> utrumque colorem Apollo suis alitibus condonavit :<sup>6</sup> candidum olori, nigrum corvo.<sup>6</sup> Quod utinam sicuti cyeno cantum indulsit, ita huic quoque vocem tribuisset! ne tam pulchra ales, quæ ex omni avitio<sup>7</sup> f

*venustatem : pluma ipsi mollis, caput exile, rostrum firmum. Jam ipsa avis egregie insequitur oculis, et retinet unguibus prædam : quid autem dicam de colore? Cum enim duo colores essent excellentiores, niger et albus, quibus nox et dies discrepant a se invicem; Phœbus dedit hos ambos colores suis avibus : album cyeno, atrum corvo. Atque utinam concessisset etiam huic vocem, quemadmodum concessit cantum olori! ne avis tam formosa, quæ multo præstantissima est totius generis avium,*

//////////

Cod. Bened. *Id.*—8 *Sed quantum satis.* Prima et ultima vox abest a Bened. *Id.*—9 Ed. Junt. *decorem.* Ms. Bened. *deavem.* *Id.*—1 *Ipsæ (ales).* Primus hanc vocem intrusit Vulc. sed uncis inclusam, quam tamen recepere ceteri præter Wower. Extat tamen in plerisque Mss. *alis* in Vulc. Cod. Sed abest a Cantabr. Voss. Rectius, nam glossam olet. *Id.*—2 Sic Flor. Leid. Basil. 2. et Excerpt. Batav. alii legunt, *oculis perspicax.* Elmenhorstius. Cod. Vulc. quoque *persequax*, ut edidit Bas. sec. Vulc. Wow. et seqq. sed Putean. Voss. Brem. Harlem. Cantabr. cum Edd. prioribus et Scaligero *perspicax* : quod mutari nolim. Nimis captata est altera lectio, cum olim vulgata sit clarissima, et communi ex usu desumpta, nec non paronomasiæ *τοῦ pertinax* accommodatior. *Oud.*—3 Edd. ante Vulcan. *tenax.* Male Plaut. Capt. 11. 2. 39. ‘*tenaxne pater est ejus? . . . Immo edepol pertinax.*’ *Id.*—4 Sic rursus Mss. plerique. Alioquin mallet, quod videtur esse in uno et Edd. prioribus Vulcanio *Enimvero.* Præcedit *nam.* *Id.*—5 Ms. Bened. *differt* : prave. Vide ad Met. lib. 111. p. 224. a. ‘*Hector cum asino capita conferunt.*’ *Id.*—6 Ms. Bened. *donavit.* Mox pro *cyeno* Voss. *cinno.* *Id.*—7 Sic scribendum fuit, non, *a vitio.* Avitium, avium multitudo, genus omne. Notemus vocabulum novum. *Colv.* Ms. *quæ omni a. l. p. voce viduata.* Scioppius in Symb. Bremens. *ex omni aviculo.* Elmenhorstius. Ex indicio Scioppii *ex* abest a Ms.

#### NOTE

\* *Suis alitibus condonavit : c. olori, nigrum corvo*] De Apollinis avibus hæc habet Lil. Gyraldus Syntagmate 7. ‘*Sed enim non modo Gryphes huic Deo ascripsit antiquitas, sed et corvum, ut docet Ælianus in historiis animalium : unde ab Ansonio Phœbeus oseu corvus dicitur : cujus fabulam et Ovidius exequitur, et Hyginus. Phornutus tamen hoc abnuere videtur. Corvum enim ait a Phœbo alienum esse, quod vel ipso colore profanus ac impurus sit habitus, id*

est *μαρὸς* : illique potius cyenum avem attribuit, *μουσικώτατον καὶ λευκώτατον ὄρνεον*, quod scilicet avium sit maxime musicus et candidissimus. Sane et Apollini quidem eruditissimi attribuunt accipitris genus, quod Perdicoseros dicitur, ut ministret illi.’

† *Avitio*] Vox est Apuleiana. Avitium dicitur genus, seu populus avium, qua forma famulorum grex dicitur famulitium.



longe præcellit, voce viduata, deliciæ facundi Dei,<sup>8</sup> muta viveret et elinguis. Id vero ubi corvus audit,<sup>9</sup> hoc solum sibi præ ceteris deesse, dum vult clarissime clangere, ut ne isthoc saltem <sup>1</sup> olori concederet; oblitus ofiulæ, quam mordicus retinebat, toto rictu <sup>2</sup> hiavit: atque ita, quod volatu pepererat,<sup>3</sup> cantu amisit: enimvero vulpis,<sup>4</sup> quod cursu amiserat, astu reciperauit.<sup>5</sup> Eandem istam <sup>6</sup> fabulam in pauca cogamus, quantum potest fieri <sup>7</sup> cohibiliter.<sup>8</sup> Corvus ut se vocalem probaret,<sup>9</sup> quod solum deesse tantæ ejus formæ vulpis <sup>1</sup> simulaverat, crocire <sup>2</sup> adorsus, prædæ, quam ore gestabat, inductricem <sup>h</sup> compotivit.<sup>3</sup>

*amor Dei eloquentis, privata voce, viveret muta et elinguis. Cum autem Corvus hoc audivit, id tantum sibi deesse, ut superet reliquas aves; dum vult clangere acutissime, ut ne in hoc quidem inferior esset cygno; immemor offiulæ quam tenuit mordicus, aperuit totum rostrum. Sicque perdidit cantu, quod acquisiverat volatu. At vulpes recepit calliditate sua quod perdidit cursu. Contrahamus in pauca hanc eandem fabulam quam brevissime fieri potest. Corvus ut ostenderet se esse canorum, quod unum Vulpes finxerat deesse tantæ ejus pulchritudini, aggressus crocicare, fallacem Vulpem compotem fecit prædæ, quam gerebat ore.*

//////////

Urs. vitio Cantabr. aviculo Brem. a vitio Edd. quadam: inepte. Oud.—8 Vid. Not. Var.—9 *Ut corvus audit.* Florent. ubi corvus a. Elmenhorstius. Ubi Mss. Florent. Cantabr. Voss. Harlem. et Edd. Elm. Scriv. Flor. In reliquis ut. Floridus male etiam audivit. Oud.—1 *Ut ne id saltem.* Ms. ut ne illud saltem: alius Ms. ut ne hoc saltem, quod etiam placet, ut sit, hac re. Sciopp. in Symb. Ms. Fulv. hoc. Cantabr. nterque Voss. Harlem. Vulc. id hoc. Edd. ante Vulcan. adhuc. Alter Cod. Fulv. illud cum Wowerio. Hoc placet Scioppio, mihi isthoc. V. ad Met. lib. 1. p. 15. h. Oud.—2 Ed. Junt. tuto. Prave. Id.—3 Bremens. acquisiverat. Elmenhorstius. E glossa. Cl. Burman. ad Phædr. lib. 1. f. 13. vs. 10. præceperat vel ceperat. Sed nil muta. Adi me ad Vegetii lib. iv. in Misc. Obs. vol. ix. tom. ii. p. 214. Oud.—4 Sic Florent. Put. Leid. Harlem. Cantabr. Edd. Vulc. Seal. Elm. Scriv. Flor. Vide supra. Id.—5 Sic Harlem. et Edd. vett. Recuperavit recentiores. Id.—6 Harlem. eandem cam. Id.—7 Inverso modo Harlem. et Voss. Id.—8 Brem. cohibentes. Elmenhorstius. Ms. Thuan. cohibentes. Item Harlem. Sed cohibilis de oratione habili et suas proportionibus decenter habente in Apol. p. 464. Flor. 'Ordinatus et cohibilius eadem Græce et Latine adnitar conscribere:' ubi tamen nunc vulgo cohibitus legitur. Gell. lib. xvi. c. 19. 'celeri et cohibili oratione:' ubi vide Oizel. Male alii ibi legunt cohibi, alii per 'coherentem' exponunt. Oud.—9 Rom. et Ald. præberet. Elmenhorstius. Et omnes ante Vulcan. contra Mss. Oud.—1 Sic rursus idem Mss. et Edd. Id.—2 *Grocire.* Excerpt. Batav. *Grotare.* Rom. Ald. et Brem. *crocicare.* Basil. *grocitare.* Elmenhorstius. *Crocire* bene edidit Florid. forsane Ms. Thuanico. In Ms. Brem. et Edd. Vett. Colv. Scriv. *crocicare.*

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Cohibiliter*] Ms. Thuan. *cohibentes.*

<sup>h</sup> *Inductricem*] Vulpem, quæ cum in fraudem induxerat.

NUM. XXIV. Jamdudum<sup>4</sup> scio,<sup>1</sup> quid hoc significatu<sup>k</sup> flagitetis,<sup>5</sup> ut cetera<sup>6</sup> Latinæ materiæ<sup>1</sup> persequamur.<sup>7</sup> Nam et in principio vobis diversa tendentibus,<sup>8m</sup> ita memini

*Jam pridem novi, quid postuletis hac significatione, nempe ut exequamur reliqua materiæ Latinæ. Cum enim initio flagitaretis diversa, recorder me promisisse ita*

//////////

Vulc. Scal. Wow. Elm. *groccire*: atque ita sane est in Mss. plerisque. In Harlem. et Leid. est *grotare*. Unice verum est *croccire*, pro quo librarii suo more *c* et *g* confundentes scripserunt *groccire*, ut ‘grossus’ pro ‘crassus,’ contra ‘crassari’ pro ‘grassari.’ Plant. Aul. iv. 3. 2. ‘corvus voce crocibat sua.’ Hinc ‘crocitus’ apud Nonium et ‘crocitio’ apud Festum, ut legendum puto cum G. J. Vossio in Etymol. Vulgo ibi *crocatio*. Porro leg. *adorsus*. V. supra. Oud.—3 *Præda q. o. g. seductricem compotivit*. Vulgo, *prædam quam ore gestabat in seductricem compotivit*. Scripsi de hoc loco supra ad lib. 11. Metam. Colo. *Præda quam o. g. inductricem compotivit*. Ita Scaliger. Flor. *Præda q. o. g. i. c.* Leid. et Exc. Batav. *præda q. o. g. inductricem compotuit*. Ald. et Rom. *compotivit*: minus bene. Elmenh. Recte hunc locum constituerant Viri docti hoc modo: *Præda q. o. g. inductricem compotivit*. Ante Colv. in Edd. vett. legebatur *prædam in seductricem compotivit*: ineptissime: ille ergo repositit *præda sed. compotivit* cum Wowerio. J. Guilielm. in *seductricem compotivit* in Planti Rud. c. 2. Sane *præda* habent Mss. plerique, ut et Edd. Vulc. Scalig. ac cum sexto casu hoc verbum construxit Plantus. Verum *præda* extat in Voss. Leid. ac Florent. ut emendavit primus Elmenh. Sic ipse Auctor lib. xi. Met. p. 800. a. ‘voti compotiret:’ ubi idem in verbo error. Hic etiam *compotuit* vitiose Leid. Cantabr. et Vulc. Ed. qui optime cum Scal. Elmenh. &c. repositit *inductricem*, quod extat constanter in Mss. vel *inductricem*. *Seductrix* hoc sensu non adhibitum nisi a Christianis scriptoribus, ideoque notius monachis librariis; unde videmus qui in Edd. vett. inreperit simul in *seduct*. Oud.—4 Vid. Not. Var.—5 Ita recte Elm. &c. uti exaratur in Mss. Florent. Voss. Harlem. Mercerianis et aliis. Vulc. cum Colvio et Wower. dant *scio quod fl.* Non satis Latine: *quid* etiam exhibent Edd. vett. Sed eædem male contra Mss. O. præbent *hæc significari*. In Cod. Bened. *hoc segregatus flores ut*. Inepte. Oud.—6 *Ut cetera, sc. polliceri*. Pro his omnibus, quæ extant in Mss. cunctis, Edd. ante Vulcan. tantum edunt *vobis Latine*. Id.—7 Ms. Fulvii: *Latine narrare persequamur*. Wowerius. Scioppius ex lib. Fulvii *L. narrare p.* Elmenhorstius. Ed. quoque Sciv. habet *narrare*: quo faciunt Edd. vett. Et certe videtur Auctor magis agere de ‘lingua,’ quam de ‘materia,’ quare nequaquam displicet. Conjecturam Jos. Merceri, *ut cetera materiæ Latine pers.* quæ magis etiam placet, expressit etiam in Ed. sua Baro de Coutures, qui cum ubique sequitur. Voss. solenni variatione *prosequi*. Oud.—8 Alii *petentibus*; et pro

#### NOTE

<sup>i</sup> *Jamdudum scio*] Aliud fragmentum argumenti ab hoc priore diversi, quod quidem in Ms. Thuano separatim a superiore legitur.

<sup>k</sup> *Hoc significatu*] Murmure aliquo quod excitant auditores, aut gestu nativæ aliquo.

<sup>1</sup> *Latinæ materiæ*] Materiæ Latina oratione explicandæ: neque enim

materia, quantum ad se, Latina vel Græca est, sed lingua qualibet potest explicari. Scioppius ex Libro Fulvii legebat *Latine narrare persequamur*.

<sup>m</sup> *Diversa tendent*. [*petentibus*] Ms. Thuan. *diversa tendentibus*, melius: *non enim sequitur ‘petebatis.’*

polliceri, ut neutra pars vestrum, nec qui Græce, nec qui Latine petebatis, dictionis hujus expertes abiretis. Quapropter, si ita videtur,<sup>9</sup> satis oratio nostra atticissaverit.<sup>1</sup> Tempus est in Latium<sup>2</sup> demigrare de Græcia. Nam et quæstionis hujus ferme media tenemus:<sup>3</sup> et, quantum<sup>4</sup> mea opinio<sup>5</sup> est, pars ista<sup>6</sup> posterior præ<sup>7</sup> illa Græca, quæ antevertit, nec argumentis<sup>8</sup> fit effœtior,<sup>9</sup> nec sententiis rarior, nec exemplis pauperior, nec oratione defectior.

*facturum, ut neutri ex vobis, neque qui postulabatis Græca, neque qui postulabatis Latina, discederitis hinc vacui hujus orationis. Quare, si sic vobis placet, noster sermo satis Atticissaverit. Tempus est transeundi in Latium ex Græcia. Pervenimus enim fere ad medium hujus quæstionis; ita ut, quemadmodum arbitror, illi posterior pars, collata ad illum Græcam quæ præcessit, non sit minus plena argumentorum quam ipsa, neque minus frequens sententiis, neque magis destituta exemplis, neque minus proluxa sermone.*



vobis alii dant nobis.—9 Edd. Rom. Vic. Ven. Ald. Bas. Colv. *videretur*. Oud.—1 Notat hinc P. Pithæus, disputationis de Dæmonio principium a Nostro Græce conscriptum deesse. *Colv.* Manus. *or. nostra cessaverit*. Alter codex Fulvii: *Atticis fecerit*. Sciopp. in Symb. Fulvii liber: *atticis fecerit*: male. *Elmenh.* Harlem. *vestra att.* Bened. *atticassaverit*. prave. N. 18. 'Atticissabit:' nbi vide Colv. *Oud.*—2 Harlem. *Latinum*: et pro *demigrare* Bened. *demeare*. *Id.*—3 *Formæ media tenemus*. Tò *formæ* non est in Florentino. Bremensis et Aldus *ferme* habent. *Elmenh.* *Ferme med. ten.* primus et sec. Cujaciani. tertius *forme*: aberat ea vox male a libro Fabri et a Florentinis. Mox omnes libri habent, *ars ista posterior*; male: nam verius est quod vulgatur, *pars ista*. Mercerus. Vitiose Edd. Scalig. *Elm. formæ*. *Oud.*—4 *Ut quantum*. Abest ut ab Harlem. In Edd. ante Vulcan. legas *et*. Bene si pro *sit* statim cum Colvio et Bas. sec. legas *fit*; immo id præfero. *Id.*—5 Abest *mea* a Cod. Bened. *Id.*—6 Flor. et Leidens. *ars ista*. Elmenhorstius. Accedunt Mss. Mercer. Voss. Fulv. Vulc. Cantabr. pr. Harlem. Exulant hæc a Bened. *Oud.*—7 Sic recte Scalig. vel Vulc. Ed. sec. et seqq. cum Mss. plerisque. In Leid. et Edd. prioribus *per*: unde Lips. *per illam Græcam*: in Bened. *post*. Sed comparativus cum præpos. *præ* alibi quoque occurrit. Vide me ad Cæs. lib. i. B. G. c. 32. 'graviorem fortunam præ reliquorum.' Herod. i. 62. ἡ τυραννὶς πρὸς ἐλευθερίαν ἢ ἀσπαστότερον. Sic quoque 'ante' ut infra in lib. de Dogm. Plat. videbimus. *Id.*—8 Bened. *agreas*. *Id.*—9 Sic idem Pith. ex eodem scripto codice. Basilienses, Rom. *efficiator*. Ald. Ven. *effectior*. Colvius. Ed. Colv. *fit eff.* bene, si et retineas. Dein *effectior* Harlem. Vulc. pro var. lect. Ald. Ven. Junt. *efficiator* Rom. Bas. prave et vulgari errore. Correxit hic jam P. Pithæus Subs. lib. ii. c. 10. Vide etiam Beechem. Ep. 66. *Oud.*



APULEII MADAURENSIS

LIBER

DE DEO SOCRATIS.

## INDEX CODD. MSS.

Mss. qui usui fuerunt in duobus ultimis Floridorum fragmentis et libro de Deo Socratis sunt :

*Mss. Florentinus, Putaneus, Leidensis, et Bremensis*, omnes collati a Lindenbrogio et citati ab Elmenhorstio ; qui autem in Excerptis Lindenbrogii vocatur Cod. *Boumanni* idem est ac Bremensis.

*Thuanaeus* citatus a Florido.

*Mss. Fulciani* duo, adhibiti a Scioppio et Wowerio, sed quorum fides suspecta est Mercero. Vide enim infra ad pag. 680. Ed. Flor.

*Cujaciani* tres, et unus *N. Fabri*, aliique citati a Jos. Mercero.

*Ms. Palatinus* collatus a Grutero, qui liber idem est ac *Vulcanii*.

*Mss. Cantabrigiensis* et *Benedictinus* collati a Jac. Gronovio Cantabrigiæ.

*Vossianus* e Bibliotheca Leidensi, codex optimus, collatus ab ipso Oudendorpio, et

*Havlemensis*, item ab Oudendorpio collatus.—*J. Bosscha*.

# APULEII MADAURENSIS

## LIBER

### DE DEO SOCRATIS.<sup>1</sup>

[P.664. Ed. Flor.]

PLATO omnem naturam<sup>a</sup> rerum, quod ejus ad animalia præcipue pertineat,<sup>2</sup> trifariam divisit: <sup>b</sup> censuitque, esse

*Plato distribuit in tres partes totam naturam rerum, præsertim illud ex ipsa quod*

1 Hic titulus hujus libri, nec alius: ut, DE DÆMONIO SOCRATIS, quemadmodum quidam scribunt. Quos falsi coarguit Divus Augustinus lib. viii. cap. 14. de Civit. Dei, cujus verba habes alibi. Plutarchi vero opusculum est, *Περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου. Colv.* Hic liber in manuscripto Bremensi appellatur duplici titulo, *De Deo Socratis, sive natura daemonum.* In Florentinis et Leidensibus membranis prior saltem comparet inscriptio, quam veram et germanam esse docent nos Augustin. de Civ. Dei lib. viii. c. 14. Priscian. Gramm. lib. x. p. 855. Sarisberiensis lib. vi. de nugis curial. c. 28. et Epist. 172. p. 280. Vincentius Beluacensis specul. historiar. lib. iii. c. 66. et lib. iv. c. 7. *Elmenh.* Sic Mss. Edd. Vett. et auctores hunc librum citantes, non de *dæmonio Socratis*, ut citant Servius ad Virg. *Æn.* iii. 63. B. Pius tom. 1. Thes. Crit. p. 570. alii. Vide Grammat. Putsch. Ind. vel *de D. S. sive natura Daemonum*, ut habet Cod. Bremensis. Vide præter Colv. et Elmenh. etiam Fabric. de L. L. scriptoribus p. 519. Cum Nostro conferendus est Maxim. Tyrius Diss. xxv. et xxvi. atque illic vid. comment. Heinsii ac Davisii. *Oud.*—2 Ita Mss. et Edd. Vule. Scalig. Elmenh. et seqq. Scilicet

#### NOTE

LIBRI hujus sub hoc nomine meminernnt D. Augustinus De Civitate Dei, lib. viii. cap. 11. Priscianus Grammaticus, lib. x. Joannes Sarisberiensis, lib. vi. De Nugis Curialium, cap. 28. et alii multi.

<sup>a</sup> *Plato omnem naturam*] Male hic liber incipit in multis editionibus ab eo fragmento, cujus initium est, 'Qui me voluistis dicere,' &c. quod ad Floridorum finem rejeci, auctoribus Lip-

sio, Elect. l. ii. c. 21. Pitheo, Adversar. l. ii. cap. 10. et Wowerio. Ms. codex Bibliothecæ tum Thuanæ, nunc Menarsianæ, a D. Quesnel mihi communicatus, tractatum hunc continens, ab eo quoque Fragmento incipit. Ejus porro Ms. ope non pauca toto hoc Opusculo emendata invenies.

<sup>b</sup> *Trifariam divisit*] In Timæo, cujus locum retulimus ad lib. de Philo-

Deos secundum<sup>3</sup> summum, medium, et infimum.<sup>c</sup> Fac intelligas non modo loci disclusionem,<sup>4</sup> verum etiam naturæ dignitate: quæ et ipsa neque uno, neque gemino modo, sed pluribus cernit.<sup>5</sup> Ordini tamen<sup>6</sup> manifestius fuit a loci dispositione. Nam proinde ut<sup>7</sup> majestas postulabat, Diis immortalibus cælum dicavit: quos quidem Deos cœlites partim visu usurpamus; alios intellectu vestigamus. Ac visu<sup>8</sup> quidem cernimus

[665] Vos, o clarissima mundi  
Lumina,<sup>d</sup> labentem cœlo quæ ducitis annum.

*spectat ad animalia: et existimavit existere Deos juxta summum, medium, et infimum. Intellige non tantum separationem loci, sed præstantiam quoque naturæ: quæ etiam distinguitur non una ratione, neque duabus, sed multis. At fuit clarius incipere a situ loci. Etenim assignavit Cælum Diis Immortalibus, prout eorum dignitas posecebat: quorum quidem Deorum Cœlestium alios assequimur oculorum acie, alios indagamus mente. Et intuemur quidem oculis Vos, o splendidissimæ lampades orbis, quæ agitis per Cælum annum currentem. Neque tantum hos Principes Deos: So-*

*illud naturæ, quod. In Edd. prioribus quæ ad a. jure pert. Hinc Vir Doctus margini Junt. Ed. allevit ad animarum jura. Male. Wowerius edidit, quæ ad an. præc. pertinet. In Ms. Bened. quod est, et mox dividi pro divisit. Oud.—3 Vid. N. Var.—4 Typothetarum vitio a Bas. et Par. Edd. excidit vocula non; hinc Stewech. pro modo conjecit legendum non, ut ἐλλεπη modo. Non male, si id darent Mss. Sed illi omnes retinent non modo. Oud.—5 Sed pluribus cernitur. Mire variant libri; alter Cujacianus, tenuit. Fabri, discernit. Primus et tertius Cujaciani, cernit; atque id omnino positum pro composito, discernit, vel secernit. Hoc enim ait, Platonem summum, medium, et infimum, non uno modo, sed pluribus discernere. Ut infra in comparatione Deorum et hominum, 'Deos ab hominibus plurimum differentes loci sublimitate, vitæ perpetuitate, naturæ perfectione,' &c. Et sane non raro simplicia usurpata pro compositis. Infra, 'cum se vigore animi quantum licuit a corpore moverunt,' pro, semoverunt. Velleius lib. II. 'qui multum amore Imperatoris sui crepantes ante in hostem inciderunt,' &c. pro, discrepantes; frustra enim ibi aliam medicinam quærent viri docti. Merc. Discernitur tacite exhibent Elmenh. et Flor. Scilicet quia in Cod. Lindenbr. erat pl. eis cernitur, ut conjicio. At Mss. ceteri et Edd. habent simplex cernitur, etiam de Coutur. Sed Cod. Bened. cernit, ut editum a Mercero. quod non temere mutem. 'Cerni' enim pro 'discerni' alibi quoque occurrere observarunt viri docti. Adi hic Mercer. N. Heinsium ad Ovid. Met. lib. VII. 223. Oud.—6 Ord. tum. Ald. et Bas. 2. Reliquæ, ordiri tamen. Colvius.—7 Ita Mss. cum Edd. Scal. vel Vulc. sec. Elm. &c. Aliæ perinde. Sed vide ad Met. lib. V. p. 342. a. 'proinde ut merebantur.' Oud.—8 Harlem. at. Bened. visi-*

#### NOTÆ

sophia Naturali.

<sup>c</sup> Deos secundum summum, medium, et infimum] Divisionem hanc explicat ipse Apuleius, l. de Philosophia Naturali, his verbis: 'Deorum tri-

nas nuncupat species,' &c. vide locum, p. 583.

<sup>d</sup> Vos, o clarissima mundi Lumina] Desumpta hæc ex lib. I. Georgic. Virgili.



Nec modo ista præcipua: Solem dici opificem,<sup>9</sup> Lunamque Solis æmulam, noctis decus: seu corniculata, seu dividua,<sup>1</sup> seu protumida,<sup>2</sup> seu plena sit; varia ignium face: quanto longius facessat a Sole,<sup>3</sup> tanto longius collustrata: pari incremento itineris et luminis,<sup>4</sup> mensem suis auctibus,<sup>5</sup> ac dehinc<sup>6</sup> paribus dispendiis æstimans:<sup>7</sup> sive<sup>8</sup> illa proprio, seu<sup>9</sup> perpeti candore, ut Chaldæi arbitrantur, parte luminis compos, parte altera cassa fulgoris, pro circumversione oris discolor, multijuga, pollens<sup>1</sup> speciem sui variat: seu

*lem patrem dici, et Lunam imitatricem Solis, honorem Noctis: sive sit falcata, sive dimidia, sive gibbosa, sive rotunda: splendore luminis diverso: eo impensius illuminata, quo discedit longius a Sole: æquali augmento viæ ac lucis, definiens mensem suis incrementis, ac deinde æqualibus decrementis: seu illa habens alborem proprium ac permanentem, ut Chaldæi existimant, dimidia sui parte luce prædita, altera parte carens splendore, habens multiplicem conversionem faciei suæ discoloris,*



tu. Id.—9 Tò Solem delet Flor. et Brem. col. Festus Avienus p. 83. 'igneæ cujus Lumina sunt late, et soror ille diei Tendat ut infusi rutilum jubar, altera noctis Ut face flammanti tenebrosos rumpat amictus.' *Elmenh.* Delectanda vox *Solem*, auctoribus omnibus Mss. satis enim intelligitur, quis sit diei opifex. *Merc.* Delevit itaque Coutur. Deest sane in Mss. Florent. Brem. Voss. utroque Cantabr. Harlem. &c. Lindenbrogii e Glossa interlinari natum automat. Sed tum pro *Lunamque Solis æm.* rectius foret *illius æm.* Oud.—1 Harlem. a. m. sec. *dimidia* e Glossa, *de hæve manu.* In Apol. p. 546. ed. Flor. 'dividua pars dotis.' Bened. *divina.* Id.—2 Alii *perturnida.* Elmenhorstius. *Protumida* primus edidit Vulcan. astipulantibus Mss. O. In prioribus *perturnida.* Lipsius allevit *pratumida.* Huic loco comparanda quæ dicta sunt ad Met. lib. xi. p. 757. a. Oud.—3 Vulgata lectio, *ea cessat a Sole.* Quam expressimus, ea in Cujacii libro est, ut testatur Pithæus. Colv.—4 Abest et a Bened. Oud.—5 *Menses suis a.* Alii omnes libri *mensem.* Mihi religio non fuit sequi alterum Cujacianum, quem animadverti ex optimo exemplari descriptum, in quo disertim, *mensis.* Mercerus. Harlem. quoque *mensis.* Oud. *Suis actibus.* Emendat amicus noster Th. Canterus, s. *auctibus.* Colv. *Auctibus,* i. e. incrementis. Prave Mss. quidam et Edd. ante Colv. et Vulcan. *actibus,* perpetua variatione. Vide ad Lucan. lib. x. vs. 217. ad Catal. Burm. p. 577. Solin. c. 23. in f. 'auctus vel cliquia maris.' Anson. in Protr. vs. 89. 'sublimi auctu.' Noster lib. 111. Met. 'immodicis auctibus.' Oud.—6 Bened. *aut dehinc.* Edd. ante Colv. *de,* et pro *dispendiis* Bened. *dispectus.* Id.—7 Bremens. *æstuans.* Rom. et Ald. *extimans.* Elmenhorstius.—8 Bened. et Edd. ante Vulc. *seu.* Oud.—9 Delet Lips. *seu:* Dousa legit et ad Catull. C. sec. xxxv. An *Ceu?* Id.—1 Vid. Not. Var.—2 Harlem. *expars.*

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Seu corniculata, seu dividua, seu protumida, &c.]* Hæc et multa alia, quæ sequuntur, ex Platonis Epinomide desumpta sunt.

<sup>f</sup> *Circumversione oris discolor, multijuga, pollens, &c.]* Hanc hypothesin

sic exponit Lucretius, lib. v. 'Est etiam quare proprio cum lumine possit Volvier, et varias splendoris reddere formas. Corpus enim licet esse aliud, quod fertur, et una Labitur, omnimodis occursans offi-

tota proprii candoris expers,<sup>2</sup> alienæ lucis [666] indiga,<sup>3</sup> denso corpore, seu lævi ccu quodam speculo radios Solis obstiti<sup>4</sup> vel adversi usurpat,<sup>5</sup> et, ut verbis<sup>5</sup> utar Lucretii, Notham<sup>6</sup> jactat de corpore lucem.<sup>h</sup>

Utra harum<sup>7</sup> vera sententia est, nam hoc postea videro,<sup>8</sup> ta-

*mutat suos vultus; sive omnino destituta propria albedine, et egens alieno homine, corpore opaco, vel polito tanquam speculo excipit radios Solis obliqui, vel recta oppositi, atque, ut adhibeam verba Lucretii, Vibrat adulterinum lumen ex suo corpore. Utravis harum opinionum vera sit, hoc enim expendam infra, certe,*

//////////

Oud.—3 V. C. *indicia*. Vulcanius. Florent. et Rom. *Lucis indicia*, male. Festus Avienus in Arateis Prognost. p. 116. ‘Sen plenum luminis orbem Cynthia distendit, seu cum teres ambitus olli Ceditur, et mediæ velut indiga lucis, utrinque Sustinet obductæ sibi met dispendia formæ, Corona prima replens, et cornua fessa dehiscens.’ Chalcidius in Platonis Timæum p. 112. *Elmenh.* Harlem. Bened. Voss. et Edd. Rom. Elm. *indicia*. Vitiose. Quid enim foret ‘usurpare indicia alienæ lucis.’ Oud.—4 Al. *obsistit*. al. *obstitit*. Vid. Not. Var.—5 Colv. conjecit *sive ut verbis*; quia *rd et abest* ab Edd. ante Vulcan. qui bene e Mss. addidit. Consentiant Mss. O. Oud.—6 Inepte Edd. usque ad Wower. *notam*: quamvis jam monuerat Colv. e Lucret. lib. v. vs. 575. ubi omnino vide Lambin. Voss. et Harlem. *jactam*. Id.—7 *Utraque harum*. Ex Cujacii etiam libro hic emendatus locus: qui vulgatur, *Utraque ex animarum*. Unde semper legimus, *Utraque enim harum*. Colv.—8 *Nec hæc postea video*. F. *nec post hæc*. Brantius. Inepte Edd. ante Vulcan. contra Mss. dant *nec hæc p. video*. Vulcan. et seqq. ante Elm. *nam hoc postea videro*. Elmenh. autem et seqq. ediderunt *videro*; tamen, &c. ut præcedentia pertineant ad sententiam, et hic nova incipiat periodos, quasi

#### NOTÆ

ciensque, Nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur. Versarique potest, globus ut, si forte, pilai, Dimidia ex parti candenti lumine tinctus; Versandoque globum variantes edere formas, Donicum eam partem, quæcumque est ignibus aucta, Ad speciem vertit nobis, oculosque patientes: Inde minutatim retro contorquet, et auferit Luciferam partem glomeraminis, atque pilai: Ut Babylonica Chaldæam doctrina, refutans Astrologorum artem, contra convincere tendit.’ Ubi obiter observa Lucretium opinionem hanc non Chaldæis tribuere, sed Babylonii Chaldæos refutantibus. Ceterum eam refellunt Lunæ Eclipses, in quibus ea quantumvis tota facie nobis obversa splendens, ubi primum in ter-

ræ umbram incidit, obscuratur paulatim, et prout illam umbram ingreditur: quod fieri minime posset, si lumen suum faciès illa Lunæ ex sese haberet.

<sup>3</sup> *Radios Solis obstiti vel adversi usurpat*] Ita Scaliger legendum censuit. Obstitus Sol est obliquo aspectu Lunam respiciens. *Obstitum* Festo, *obliquum*. Lucret. ‘Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum, Omnia mendose fieri, atque obstita, necesse est.’ Emms, lib. xviii. a Festo laudatus: ‘Montibus obstitis obstantibus, unde oritur nox.’ Noster paulo infra: ‘pro situ, et flexu, et obstito Circulorum.’

<sup>h</sup> *Notham jactat de corpore lucem*] Ad hos Lucretii versus respexit, qui leguntur lib. v. ‘Lunaque sive no-

men neque de Luna, neque de Sole quisquam Græcus aut barbarus facile cunctaverit,<sup>9</sup> Deos esse: nec modo istos, ut dixi, verum etiam quinque stellas,<sup>1</sup> quæ vulgo vagæ ab imperitis nuncupantur: quæ tamen<sup>1</sup> inflexo<sup>2</sup> et certo et stato cursu<sup>3</sup> meatus longe ordinatissimos diutinis vicibus<sup>4</sup> æternos efficiunt, varia quippe<sup>5k</sup> curriculi sui specie,<sup>6</sup> sed

*quantum ad Lunam et ad Solem, nemo Græcus vel Barbarus non conjecerit facile eos esse Deos; neque tantum hos, sicut dixi, ast quinque etiam Astra, quæ vulgo appellantur Errantia ab indoctis: quæ nihilominus suo circuitu recto et certo et constante faciunt sibi transitus quam optime dispositos, per quos obeant perpetuo suos divinos cursus, diversa quidem apparentia sui cursus, verum eadem semper et*

//////////

dicat, de sententia postea videro: hoc tamen certum est, quod ad Lunam et Solem, neminem conjecisse. Et certe ita extat in Florent. Voss. Cantabr. Harlem. Merc. Sed in Edd. Rom. Vic. Ven. est *video sum*. Bas. *video sed*. In aliis *videro cur*. Ms. Vulc. sive Pal. *Videro, cur vero*. Unde mihi maxime placet legere *Utra quippeni vera sent. est. Nam hoc postea videro tamen, cur, &c.* Oud.—9 *Cur neque de s. n. d. l. f. conjecerit*. Florent. tamen *neque de s. n. d. l. f. cunctaverit*. Elmenhorstius. Rom. *sum neque*. Bas. 1. *sed neque*. Colvius. Vid. Not. Var.—1 *Quinque stellas* clare expressis literis habent Mss. Leid. Vulc. Harlem. Brem. Merc. ut reponi jussit Elmenh. et ita a Sole et Luna planetas quinque distinguunt Hygin. lib. 1. Astron. præf. Plato in Timæo p. 1052. Vulc. tamen Scal. et Wow. edidere VII. cum Cod. Florent. ut Solem et Lunam includat: quomodo unus et alter jam nominatus deinde toto numero comprehenditur. Sic in Act. Apost. sæpius: ‘Petrus et XII. Apostoli.’ atque alibi sæpiissime. Verum nimis diserte hic præcedit, *non modo istos, ut dixi*. in Cantabr. est *7* in altero et Voss. *nt*. Edd. primæ cum Basil. *et*. Finitæ *verum, &c. stellas*, i. e. *et ceteras st.* ut loquitur de dogm. Plat. lib. 1. p. 581. Ed. Flor. ‘Solis et Lunæ globum, hoc agere, ceterasque stellas, quas non recte Erroneas et Vagas dicimus.’ Ald. Junt. Colv. simpliciter *Verum etiam stellas*. Oud.—2 *Ms. quæ tamen inflexo*. Scioppius in Symbola.—3 *Et stato cursui*. Bened. *constituto c.* Harlem. *et statuto c.* Male: passim ita librarii. Veget. lib. v. c. 10. ‘circa diem statum:’ ibi 3. Leidd. et Edd. nonnullæ *statutum*: Noster de Mundo p. 735. Ed. Flor. ‘statis cursibus:’ ubi eadem confusio. Vide ad Flor. N. 15. Voss. *et e statu c.* Oud.—4 *Divinis vicibus*. Diutinis v. Bremensis. Elmenhorstius. Quænam sint illæ ‘divinæ vices,’ non capio. Optime Bremensis. *diutinis*, sive diuturnis, longis, et perpetuis: quod et margini allevit Vir doctus. Passim *diutinus* in *divinus* corruptum est, etiam apud Nostrum. V. Ind. Not. Oud.—5 Male hoc e solo Florentino contra reliquos Mss. cunctos et Edd. mutavit Elmenh. cum

#### NOTE

tho fertur loca lumine lustrans, Sive suam proprio jactat de corpore lucem.’

<sup>1</sup> *Quæ vulgo vagæ ab imperitis nuncupantur: quæ tamen, &c.*] Noster, in lib. de Philosophia Naturali: ‘Solis quippe et Lunæ globum hoc agere, ceterasque Stellas, quas nos non recte Erroneas et Vagas dicimus,’

&c. Cic. lib. 1. Quæst. Tuscul. ‘Astra suspeximus, tum ea, quæ sunt infixa certis locis, tum illa non re sed verbo Errantia. Archimedes Lunæ, Solis, quinque Errantium motus in Sphæram collegit.’

<sup>k</sup> *Varia quippe [quidem] Ms. Tlman. varia quippe.*

una semper et æquabili pernitate, tunc progressus,<sup>7</sup> tum vero<sup>8</sup> regressus mirabili vicissitudine assimilant<sup>9</sup> pro situ et flexu,<sup>1</sup> et obstito circulorum,<sup>1 m</sup> quos probe callet, qui signorum ortus et obitus [667] comperit.<sup>2</sup> In eodem visibilium<sup>3</sup> Deorum numero, cetera quoque<sup>4</sup> sidera, qui cum Platone sentis, locato,<sup>5</sup>

Arcturum, pluviasque Hyadas,<sup>n</sup> geminosque Triones,<sup>6 o</sup>

*æquali celeritate repræsentant mutatione admiranda, modo progressiones, modo autem regressiones, secundum posituram, et curvaturam, et obliquitatem Circulorum, quos ille optime novit, qui didicit ortus, et occasus Astrorum. Tu, qui Platonem sequeris, repone in eodem numero Deorum conspicuorum, Arcturum, et Hyadas*

//////////

seqq. in *quidem*; quod intricatiorem reddit periodon. In Ms. Bened. est *variam quippe c. s. speciem*. Id.—6 Bremens. *circuli s. Elmenhorstius*. Abest τὸ sui ab editis ante Elmenhorst. ut et ab ed. Merc. contra Mss. plerisque. *Oud.*—7 Sic Mss. et Edd. præter Floridi tum. Id.—8 Harl. Ursin. Voss. *tunc vero*. Vulc. aliique et Edd. Vulc. Scal. Wow. *tum autem*. Ms. Pal. *tunc autem*. Id.—9 Mss. et Edd. pleræque *assimulant*. V. Ind. Not. *Id.*—1 *Et flexu et abstituto circ.* Scribe: *et flexu obstito circulorum*. Wowerius. Flor. *abstituto*. Rom. *obstituto*, inepte. *Elmenhorstius*.—2 Editi quidam *competit*. Catullus: ‘Qui signorum ortus comperit, atque obitus.’ *Colvius*. Harlem. *compererit*. Basil. *competit*. *Oud.*—3 *In eodem visib.* Male hæc Edd. Vett. ante Vulcan. connectunt τῶ comperit, habentque eorum contra Mss. *Id.*—4 Abest Harlem. Cod. *Id.*—5 *Locato* non est in Batav. excerptis. *Elmenh. Leid.* Harlem. *idcirco*. Deest Msto cujus variæ lectiones a Cl. Burmanno margini Ed. Floridi sunt allitæ, qui liber forte est Leid. vel Bremens. Alias enim cum his respondent. Forsan legendum *inserito*. *Oud.*—6 *Arcturum, geminos*. Manusc. *Arcturum p. h. g. t.* Quæ sic sagaciter resolvit Fulvius:

#### NOTE

<sup>1</sup> *Tum progressus, tum vero regressus, &c. assimilant pro situ et flexu, &c.*] Progressus, stationes, et retrogressiones Planetarum Veneris, Mercurii, et Martis innuit, quas Ptolemaica hypothesis non nisi magnis Deferentium et Epicyclorum ambagibus, Copernicana simplicissime ac nullo negotio explicat.

<sup>m</sup> *Et obstito circulorum*] Obliquo Circulorum. Supra: ‘radios Solis obstiti, vel adversi usurpat.’

<sup>n</sup> *Arcturum, pluviasque Hyadas, &c.*] Versum hanc Fulvius Ursinus apte reposuit, lacunæ explendæ causa. Desumptus est ex lib. III. Æneid. Fulvii conjecturam probant Mss. Leid. excerpta Batav. et Florent. in quibus legitur, *Arcturum, Phiotum, geminos-*

*que Triones*. Arcturus porro stella est in Signo Bootæ, post majoris Ursæ caudam, a qua etiam nomen traxit: est enim ἔρκτος Græcis Ursa, et οὐρά cauda.

*Pluviasque Hyadas*] Hyades septem sunt stellæ in capite Tauri. De his Ovid. Fast. lib. VI. ‘Ora micant Tauri septem radiantia flammis, Navita quas Hyadas Grævis ab imbre vocat.’ Veteres Latini Hyadas verterunt Senculas, ut observat Tiro Ciceronis libertus, apud A. Gellium, nomen derivantes ἀπὸ τῶν ὑδῶν a suis, non autem ἀπὸ τοῦ θεῖν a pluen-do, quod tamen verum est ejus etymon.

<sup>o</sup> *Geminosque Triones*] Utramque Ursam, majorem et minorem.

aliosque itidem radiantes Deos,<sup>7</sup> quibus cœli chorum<sup>p</sup> com-  
tum<sup>8</sup> et coronatum suda tempestate visimus,<sup>9</sup> pictis noc-  
tibus severa gratia,<sup>1</sup> torvo decore:<sup>2</sup> suspicientes in hoc  
perfectissimo mundi, ut ait Ennius,<sup>3</sup> clypeo miris fulgori-  
bus variata<sup>4</sup> cœlamina. Est aliud genus Deorum, quod  
natura<sup>5</sup> visibus nostris denegavit:<sup>9</sup> nec non tamen intel-  
lectu eos rimabundi<sup>7</sup> contemplamur,<sup>6</sup> acie mentis acius

Pluviosas, et ambas Arctos: similiterque alios Deos fulgentes, quibus cernimus  
cælestem Cætum ornatum et cinctum sereno tempore, cum noctes pictæ sunt tristi  
amœnitate, truci venustate: intuentes cælaturas distinctus splendoribus admirabili-  
bus in illo præstantissimo scuto Mundi, ut inquit Ennius. Est alia species Deorum,  
quam Natura removit a nostro conspectu, et tamen stupentes intuemur eos cogita-



*Arcturum pluviasque hyadas, geminosque Triones.* Scioppius in Symbola. Liber  
scriptus: *Arcturum pluvius Hyadas, geminos leonem.* Repone vulgatum Vir-  
giliï versum, qui extat III. *Æneid. Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque*  
*Triones.* Wowerius. Hunc versum Fulvius Ursinus ex Virgil. *Æneid. III. vs.*  
*516.* lacunæ explendæ apte reposuit, ejus emendationem approbant Mem-  
branæ Leidenses, Excerpta Batavica, et Florent. in quibus legitur, *Arcturum,*  
*Phiotum, geminosque triones.* Arcturum dicit custodem ursæ, Hyadas Pluv-  
vias, geminosque triones, boves duos. Vide Veteres Criticos ad hunc ver-  
sum. Agellium lib. x. c. 9. et Jo. Ludov. de la Cerda in Notis eruditiss. ad  
lib. I. *Æn.* et II. *Georg. Elmenh.* Verissime et acutissime emendavit Ful-  
vius Ursinus, secutus vestigia libri scripti, quibus nostri consentiunt; præ-  
cipue Cujacianus alter, in quo erat, *Arcturum phigi.* nam alii minus diserte,  
A. G. T. Merc. Versus egregie restitutus est ab Ursino et Wowerio, cum  
in prioris codice legeretur *Arcturum phygt.* Consentiant Mss. Florent.  
Leid. Harlem. Mercer. dantes *Arcturum PhyGt* vel *phigi.* Non autem, ut  
ait Elmenh. *Arcturum Phiotum geminosque Triones.* Ante ipsum edebatur *Ar-*  
*cturum, Geminus, Leonem.* Voss. *Arcturum G. L. Oud.*—7 Bened. *itudiantes*  
*Deo.* Edd. Ald. Junt. *rudientes D. Id.*—8 *Computum.* Leve peccatum, ac  
dignum animadversione: scribo, *comptum.* Stewechius. *Chorum comptum.*  
Sic Rom. Ven. Ald. Aliæ, *chorum comptum.* Hæc pleraque quæ de Diis  
Dæmonibusque hic disseruntur e Platonis *Epinomide* mutuata sunt. *Colrius.*  
Lips. *compiatum.* Oud.—9 Excerpta Batavica *vicinus:* male. *Elmenhorstius.*  
Bened. *infinus.* Leid. Vulc. *vicinus.* Oud.—1 Bened. *serena.* Male. Vide ad  
Flor. N. 9. 'gravitas jucunda.' *Id.*—2 Bened. Voss. Harlem. *t. decori.* *Id.*  
—3 Bened. *eternus:* inepte. *Id.*—4 Bened. a m. pr. *varieta.* *Id.*—5 Bened.  
*quo naturam.* *Id.*—6 *Intellectu eos mirabundi cont.* Lego, *rimabundi.* Brantius.  
Cum Vulcan. Scalig. Wower. Brantio, Mereero prætuli *rimabundi,* quia cou-

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Cæli chorum*] Plato, in *Epinomi-*  
*de χορείαν πάντων χορῶν καλλίστην καὶ*  
*μεγαλοπρεπεστάτην* dixit.

<sup>9</sup> *Quod natura visibus nostris denegavit*] Ex his tamen, quos infra En-  
nianis versibus contentos referet, sex  
sunt visibiles: Diana nempe, cui Lu-  
na; Venus, cui stella Phosphorus,

sen Lucifer; Mars, cui stella Pyrois;  
Mercurius, cui proximus Solis Pla-  
netes; Jupiter, cui stella cognomi-  
nis; et Apollo, cui Sol vulgo tribui-  
tur.

<sup>7</sup> *Rimabundi* [*mirabundi*] Ms. Flu-  
an. *rimabundi.*

contemplantes.<sup>7</sup> Quorum in numero<sup>8</sup> sunt illi duodecim, numeroso situ nominum<sup>9</sup> in duos versus ab Ennio coarctati :<sup>1</sup>

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,  
Mercurius, Jovi',<sup>2</sup> Neptunus, Vulcanus, Apollo :

[668] ceterique id genus,<sup>3</sup> quorum nomina quidem sunt nostris auribus jam diu cognita; potentiæ vero animis conjectatæ,<sup>4</sup> per varias<sup>5</sup> utilitates in vita agenda animadversæ<sup>6</sup> in iis rebus, quibus eorum<sup>7</sup> singuli curant. Ceterum profana philosophiæ turba imperitorum,<sup>8</sup> vana sanctitudinis, priva veræ rationis,<sup>9</sup> inops religionis, impos veritatis, scrupulo-

*tionē, considerantes eos attentius oculis animi. In quorum numero sunt hi duodecim, comprehensi duobus versibus ab Ennio, nominibus eorum apte inter se dispositis: Juno, Vesta, Pallas, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jupiter, Neptunus, Vulcanus, Phœbus, aliique ejusmodi, quorum vocabula sunt quidem jamdudum nota nostris auribus: virtutes autem, quas conjicimus mentibus, inter vivendum compertæ ob diversa commoda in illis rebus, quarum unusquisque eorum curam gerit. Porro multitudo ignavorum, quæ rejicitur a Philosophia tanquam profana, cujus sanctitas est falsa, quæ caret recta ratione, quæ est religionis vacua,*

//////////

firmatur a Mss. Thuan. Putean. Harlem. Leid. Bremens. aliisque, et frequens Auctoris est stylus. Ad hoc facilius depravatio est rarioris vocis *mirabundi* in *mirab.* quam contra. Ad me ad Met. lib. i. p. 95. b. ubi eadem est varietas. *Mirabundi* cum reliquis Edd. habent Florent. Voss. et Cantabr. *Oud.*—7 *Aldus facie m. male.* Batav. excerpta, *arctius contemplantes.* Elmenhorstius. Prave Edd. Ald. Junt. *facie.* Leid. et Harlem. *arctius.* Suspectum autem mihi repetitum illud *contemplantes.* Vir doctus margini Ed. Junt. allevit *contententes.* Mss. nil variant. *Oud.*—8 Ms. Lindenbr. *de quorum num.* Id.—9 Vid. Not. Var.—1 Ed. Vic. *coarctatis.* *Oud.*—2 *Jovis.* Inepte Harlem. a m. sec. *Jupiter.* Scriv. Flor. *Jovi'* quia elidi debet s. Id.—3 Bened. male *generis.* Id.—4 Sic egregie restituit Vulc. cum Mss. Vulgo erat ut et in Harlem. *possumus conjectare.* Bened. *animæ.* Id.—5 Harlem. *propter v.* Id.—6 Sic recte idem Vulc. et Mss. O. In Edd. Vett. *animadversos,* quia habent *possumus conjectare* sc. *Deos.* Pessime Ed. Colv. *animadversus.* Id.—7 Al. *quas eor.*—8 *Profanæ phil. turba inop.* F. *profana.* Brantius. Ed. Vic. *profane.* Aliæ ante Vulcan. *profanæ.* Male: quod vidit etiam Brant. nec melius *philosophiæ* abest a Bened. 'Profanus,' pro, expers sacris philosophicis, positum est cum Genitivo. *Oud.*—9 *Privæ rationis.* Malim legi, *privata rationis:* consulendus Agellius lib. ii. cap. 20. et Festus in 'privus:' Nonius in 'priva.' In eo quod post subditur de summo Deo 'ipsum solum ab om-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Jovi'*] Antiquus nominativus, cuius obliqui casus in usu sunt, cum ipse obsoleverit, seu potius in unam vocem coaluerit cum voce 'pater,' ut factum ex utraque fuerit vocabulum *Jupiter.*

<sup>2</sup> *Privæ reæ rationis]* Festi brevior Paulus: 'privos privasque Antiqui dicebant pro singulis: ob quam causam et privata dicuntur, quæ uniuscujusque sint.' Hinc et 'privilegium' et 'privatus.' Dicimus ta-

sissimo cultu,<sup>1</sup> insolentissimo spretu<sup>2</sup> Deos negligit;<sup>3</sup> pars in superstitione, pars in contentu, timida vel tumida.<sup>4</sup> Hos namque cunctos Deos, in sublimi ætheris vertice locatos,

*quæ non potest assequi veritatem, Deos inhonestat cultu superstitionissimo, aut contentu impudentissimo, dum alii meticulosi sunt ex superstitione, alii vero turgidi ex eorum spretu. Etenim permulti colunt hos omnes Deos residentes in alto cacu-*



nibus nexibus patiendi aliquid, gerendive, nulla vice ad alicujus rei mutua obstrictum: in eo subdubito legine debeat, ad alicujus rei munia obstrictum. Vide Festum in 'munus.' *Stewech. Priva vera rat.* pro, *privata.* Brantius. Sic disertim Romanus, Ald. Membranæ Brem. et Bas. t. Florent. et Exc. Bat. *prava vera r.* alii *privata v. r.* minus bene. *Elmenh. Mss. Voss. Leid. Harlem. prava.* Urs. *para.* At *primum* sine dubio pro experte sumsit Ap. nam nimis audacter edidit Philomathes Pisanus *expers v. r.* Bened. autem *vero.* Ursin. *vera.* Ond.—1 V. C. *vultu.* Vulcanius. Leid. *vultu.* Elmenh. Male. Ond.—2 *Insolentissimo spiritu.* V. C. *insolentissimos precii.* Minus recte, ut et quæ sequuntur, *pars in contentu timida vel tumida.* Vulcanius. Assentior Fulviano codici legenti: *insolentissimo spretu Deos negl. pars in superstitione, pars in contentu tumida.* Spretus, id est, contentus. *Scioppius in Symbola.* Non plane rejecerim Fulviani Cod. lectionem: *insolentissimo spretu.* Et illa: *omnes sed inscie metuunt.* Idem liber: *verissime metuunt.* Wowerius. *Insolentissimo spretu.* Rom. et Ald. *insolentissimo spiritu,* Elmenhorstius. *Spretu* tacite cum Wower. et Sciopp. reposuit ex Ursini Cod. Elmenh. pro vulgato *spiritu,* quod recte de contentibus et animo elatis dicitur. Nihilominus cum in Cantabr. quoque sit *spto,* Voss. *spretu,* et in Vulcan. libro *insolentissimos precii,* Harlem. *insolentissimos precum,* immo diserte in suis *spretu* legi mox testetur Mercerus, ego quoque *spretu* præfero. Passim in usu est 'spernere Deos.' Ond.—3 *Deos negligit.* Male hæc absunt ab Ed. Vulc. Id.—4 *Pars in contemptum, p. in superstitionem tum.* Florent. *p. in contentu, p. in superstitione timida vel tumida.* Elmenhorstius. Libri optimi ita habent, *pars in superstitione, pars in contentu timida vel tumida:* quomodo et Florentinum et Vulcanii librum habuisse video. 'Timida' ad superstitionem refertur, 'tumida' ad contentum. Male ergo fecerunt viri docti qui alterum sedibus suis ejecerunt. Ex iisdem libris iisdem recte, *spretu,* quod et nostri præferant. *Merc.* Priores tres voces male exulant ab Edd. Ald. et Junt. Pertinent ad eos, qui 'scrupulosissimo cultu Deos negligunt.' Ceterum Codd. Flor. Urs. Cantabr. Voss. Harlem. Vulcan. Merc. habent *superstitione et contentu.* Optime: non enim quantitatem notat, sed causam, cur sint timidi vel tumidi: de qua vi præpositionis in egi sapius supra. Porro *timida vel tumida* edidit primus Scaliger, habentque Mss. Florent. Voss. Mercer. Cantabr. pr. Agnoscent quoque Elmenh. Scriv. qui necis includere *timida vel,* Mercer. cum Cont. et Florid. In ceteris Edd. et Mss. solum *tumida,*

#### NOTÆ

men et 'privatum, cui aliquid est adentum.' Plantus, Pseudolo, Act. III. Scæn. 2. 'His discipulis privos custodes dabo.' Hinc *privata* potius quam *priva* hoc loco legendum videtur, potuit tamen Apuleius hanc vocem eodem sensu usurpare, quæ est ejus in abutendis vocabulis licentia.

<sup>1</sup> *Scrupulosissimo cultu, insolentissimo spretu]* Hæc disjunctive intellige, quasi scriptum sit: *alii scrupulosissimo cultu, alii insolentissimo spretu.*

<sup>2</sup> *Timida vel tumida]* Timida nempe in superstitionem, vel tumida in contentum.

ab humana contagione procul discretos,<sup>5</sup> plurimi, sed non rite, venerantur; omnes, sed inscie, metuunt; <sup>6</sup> pauci, sed impie, diffidentur. Quos Deos Plato existimat naturas incorporales,<sup>7</sup> animales, neque fine ullo,<sup>8</sup> neque exordio,<sup>7</sup> sed prorsus [669] ac retro æviternas, corporis contagione <sup>9</sup> suapte natura <sup>12</sup> remotas, ingenio ad summam beatitudinem

*mine Cæli, longe remotos a contagio hominum, verum eos colunt illegitimo cultu; universi eos timent, sed imperite: pauci negant eos existere, sed irreligiose faciunt. Quos Deos Pluto arbitratur esse substantias incorporeas, animatas, absque ullo fine atque principio, verum æternas ante et post, discretas propria sua natura a contagio corporis, mente facta ad supremam felicitatem, bonas non communicatione ullius*



vel solum *timida*, ut in Harlem. et Vulc. *Oud.*—5 Bat. Exc. *disertos*. Elmenhorstius. Leid. Harlem. *disertos*. *Oud.*—6 Fulv. lib. *Sed verissime m.* Elmenhorstius. Item VV. LL. Burmanni. *Oud.*—7 Floren. Bas. 1. et Brem. *Quod eos P. natura i. Wower. quod Deos P. e. veros incorporales.* Elmenhorstius. Mss. Cantabr. Voss. quoque *quod eos*. Mss. Thuan. Voss. Putcan. Leid. Vulc. Harlem. Cantabr. et Edd. Vulc. Scal. Merc. Cont. Flor. *naturas incorporales, animales.* Recte. ‘Naturæ’ sunt præ entia sive existentia. In Edd. præcis et Wower. legas *veros* et sequentia *æviternos, remotos, bonos* indigniore genere, uti certe deberet esse, si *natura* legamus cum Mss. Florent. et Brem. quod perperam retento fœminino genere in textum recepere Elmenh. et Scriv. Lectioni *naturas* aliquantum obstant *τὰ suapte natura*. Nihilominus placet, nam Mss. fœmininum genus servant. Adi de talibus D’Orvill. in Vanno Crit. p. 172. Dein *æiedis* in Bened.—8 Corrupte Edd. Vett. *sine*. Hinc tamen Ald. Junt. Bas. sec. Colv. *neque sine ullo fine*. Id.—9 Voss. *contagionis*. Id.—1 *Sua quidem natura*. Ms. *suaque nat.* Scioppius in Symbola. Flor. *suaque natura*. Elmenhorstius. *Suaque natura* libri omnes: non, *sua quidem natura*, ut in vulgatis: possis scribere, *sua quoque natura remotas*; nisi velis minus eleganter ab Apuleio scriptum, pro, corporis contagione ejusque natura remotas. *Merc.* Edd. ante Elmenh. *Sua quidem nat.* Sed Mss. Voss. Thuan. Florent. Harlem. Vulc. Cantabr. Merc. *suaque*, ut edidit Elmenh. Scriv. Merc. et Cout. sine ullo sensu. Recte Floridus et Th.

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Quos Deos Plato existimat naturas incorporales*] Contrarium habet Plato, in Epinom. *νομοῖσι δὲ δὴ θεῖ πάντα τὰ κατ’ οὐρανὸν ταῦτα εἶναι ζώων γένη· ὃ δὴ πᾶν χρὴ φάναι θεῖον γένος ἀστρων γεγονέναι, σάματος μὲν τυχὸν καλλίστου, ψυχῆς δ’ εὐδαιμονεστάτης τε καὶ ἀρίστης.* ‘Hæc cœlestia putamus animalia esse, divinum astrorum genus, corpore pulcherrimo, animaque beatissima et optima constitutum.’ Et in Timæo, corpora eis maxima ex parte ignea tribuit. Pro *Natura*, quod in vulgatis est, reposui ex Ms.

Thuano *Naturas*.

<sup>y</sup> *Neque exordio*] Plato tamen prædictis locis ortum Diis et initium assignat, quin et in Timæo disertis verbis affirmat, non ex suorum corporum natura esse eos immortales et indissolubiles, sed ex supremi Creatoris voluntate, quæ ipsis majus præstantiusque vinculum futurum sit ad vitæ custodiam, quam nexus illi, quibus fuerunt tunc, cum gignebantur, colligati.

<sup>z</sup> *Suapte [suaque] natura*] Lege meo periculo *suapte*.



perfecto,<sup>2</sup> nullius extrarii<sup>3</sup> boni participatione,<sup>4</sup> sed ex sese bonas,<sup>5</sup> et ad omnia<sup>6</sup> competentia sibi promptu facili,<sup>7</sup> simplici, libero, et absoluto :<sup>8</sup> quorum parentem, qui omnium<sup>9</sup> rerum dominator atque auctor est, solutum<sup>1</sup> ab omnibus nexibus patiendi aliquid gerendive, nulla vice ad alicujus rei munia obstrictum,<sup>2</sup> cur ego<sup>3</sup> nunc dicere exordiar ?<sup>4</sup> cum Plato cœlesti<sup>5</sup> facundia præditus, æquiparabilia Diis in-

*boni externi, verum ex se ipsis, et quibus universa sibi convenientia suppetunt facile, simpliciter, libere, et perfecte: de quorum patre, qui est dominus et creator cunctarum rerum, quique est liber ab omni necessitate quiddam agendi vel tolerandi, nullo ordine obligatus ad obeunda officia rei cujusquam, quare nunc incipiam loqui? quandoquidem Plato instructus divina eloquentia, verba faciens digna Diis immor-*



Sellius Observ. Add. ad p. 26. *suapte*. Vide omnino ad lib. ix. Met. p. 642. a. Oud.—2 *Porrecto*. Rom. edit. *prorecto*. Colv. Elmenh. *Perfecto* reposuit Vulc. cum seqq. ut habent Harlem. et Mss. multi, si excerptis fides. Cantabr. cum Edd. vett. *prorecto*. Voss. et Var. Lect. Burm. *perrecto*. Edd. Bas. Colv. *porrecto*, i. e. late extenso, et summæ beatitudinis capacissimo, ejusque tantum terminis incluso. Belg. *het verstand reikt zoo ver*. Nou male. In Bened. est *prorecto*. Oud.—3 Ben. *contrarii*. Male. Id.—4 Cantabr. pr. *participationem*. Id.—5 Florent. *ex se bonas*. Harlem. et Mss. Mercer. *ex sese bona*. Cantabr. Voss. *ex se bona*. Vulcan. et alii *ex sese bono*. Edd. priores *ex bono*. Wow. *ex sese bonos*. Id.—6 Caret τῶ ad Bas. pr. et sibi abest Edd. ante Vulcan. Id.—7 *Promptu nutu*. Ms. habet, *promptu, pro promptu nutu*. Scioppius in Symbola. Τὸ nutu non est in Flor. et Brem. Bas. Ald. Rom. *prono nutu* legunt. Elmenhorstius. *Promptu facili* Mss. plerique, ut reposuere Elmenh. Scriv. Flor. ut in promptu esse, habere. Edd. primæ *prono nutu*. Vulc. Scal. Wow. *promptu nutu*. Merc. *prompto*, atque ita Mss. Harlem. et Vulc. In Var. Lect. Burm. *promptu nutu*. Oud.—8 Sic Cantabr. Voss. Harlem. Palat. cum Edd. Vulc. Wow. Merc. Cout. Aliæ *et absoluto*. Harlem. *absolvit*. Voss. *absoluto*. Id.—9 *Cur ego n. d. e.* Male in omnibus scriptis et editionibus hæc separabantur a superioribus, tanquam initium novæ periodi; scriptumque erat, *cur ergo*: nam sane uno ductu legendum, quomodo excudi jussimus: *quorum parentem, &c. cum ego nunc dicere exordiar?* Merccrus. Sine sensu editores Vulcanio priores ante τὸ cur ponebant τελεῖον στήμα: quo fiebat, ut *parentem* sine verbo poneretur. Cantabr. Harlem. Voss. *parentumque o.* Oud.—1 *Solutum*. Edd. ante Vulcan. *solum*. Id.—2 Flor. N. v. ad a. r. *mutua o.* Elmenhorstius. *Mutua* habent libri scripti et antiquæ editiones, prorsus bene: hoc est, mutationis expertem, ut superiori clausula expressit τὸ ἀπαθές. Male recentiores omnes, *munia*. Merccrus. Exponit Floridus ‘nullo ordine obligatus:’ quod non capio. Sic tamen Mss. O. Verum pro *munia*, quod primus e margine sui Cod. vel Stewechii emendatione recepit Vulc. habent Mss. Cantabr. Florent. Harlem. Voss. Merc. alique et Edd. priores *mutua*. Forsan *mutua munia* scripserat Auctor. Quod si sit, recte intelligo, quid sit *nulla vice*: ut scilicet ad Deorum parentem nullæ vices obeundi munia deveniant, quæ ceteri Dii *mutua* inter se exercent. Alioqui *nulla vi* deberet legi, ni fallor. Oud.—3 Qui tanto miuius Platone. Male autem Mss. plerique, item Edd. Aldi, Vulc. Scal. Elm. Scriv. habent *ergo*. Correxerit jam Merc. Id. Sed denuo recepit Ed. Bip. J. Bosscha.—1 Ed. Vicent. *exordiare*. Oud.—5 Edd. Vicent. Bas. pr. *lesti*. Id.

mortalibus disserens, frequentissime prædicet, hunc solum majestatis incredibili quadam nimietate et ineffabili,<sup>6</sup> non posse, penuria sermonis humani, quavis oratione vel modice comprehendere;<sup>a</sup> vix sapientibus<sup>b</sup> viris,<sup>7</sup> cum se vigore † animi, quantum licuit, a corpore semoverunt,<sup>8</sup> intellectum hujus Dei (id quoque interdum, velut<sup>9</sup> in arctissimis<sup>1</sup> tenebris, rapidissimo coruscamine<sup>2</sup> lumen candidum) intermicare. Missum igitur hunc locum faciam, in quo<sup>3</sup> non mihi quidem tantum, sed ne Platoni quidem meo quiverunt<sup>4</sup> ulla verba pro amplitudine rei suppetere: ac jam<sup>c</sup> in rebus<sup>5</sup> me-

*talibus, sæpissime affirmat hunc unum, ob incredibilem et inexplicabilem exuberantiam Majestatis, non posse attingi saltem mediocriter ullo sermone, propter inopiam humanæ orationis, vix sapientibus viris obtingere cognitionem hujus Dei, etiam quando seceverunt se a corpore quam maxime potuerunt acie mentis: atque eam cognitionem interlucere aliquando, quemadmodum lux alba interlucet in profundissima obscuritate fulgore celerrimo. Omittam ergo hunc locum, in quo voces omnes non modo mihi desunt, verum ne potuerunt quidem sufficere Platoni meo magistro, prout amplitudo rei postulabat: et jam canam receptui in rebus excedentibus meam*

—6 Harlem. Vulc. cum Edd. Vulc. Wow. *incredibilis q. nim. ineffabili*: non male. Et uncis inclusit Scriv. Bened. *quedam*. Id.—7 Vid. Not. Var.—† Cantabr. Voss. *vigori*. Id.—8 Alii *moverunt*. August. *removerunt*. Brem. *admoverunt*. Ald. et Rom. *semoverint*. Elmenhorstius. Edd. vet. *semoverint*. Mss. Florent. Harlem. Voss. Vulc. Merc. ejusque Ed. et Wower. *moverunt*, ut sit simplex pro composito. Vide Merc. supra ad pag. 664. Ed. Florid. In Cantabr. *moveri*. Hinc aliquando cogitavi legendum sine reciproco *se*, *comprehendi vix sapientibus viris intellectum hujus Dei cum a corpore semoverunt*: sive, cum omnem corpoream cogitationem de hoc Deo a se amoverunt. Verum omnino in priore distinctione acquiescendum, nec conjecturis lic indulgendum, patet e seqq. *Oud.*—9 Cantabr. Voss. Harlem. *vel*. Id.—1 Al. *altissimis*.—2 *Rapacissimo corusc.* Reposuit ex veteribus libris Vives, *rapidissimo corusc.* et rectius. *Colrius*. Roman. et Bas. 1. *rapacissimo*, Elmenhorstius. *Rapidissimo* habent constanter Mss. O. etiam apud August. ubi ante Vivem et hic ante Vulcan. vulgo legebatur *rapacissimo*: quæ voces sæpe in Mss. permutantur. Adi ad Frontin. 1. 6. 2. ‘Rapidus’ de igne et lumine celerrimo obvium. Ovid. Rem. Am. 700. ‘Nec rapidas ausim tinguere in amne faces:’ ubi vide. *Oud.*—3 Bened. *quod*. Abest Ed. Colv. *Id.*—4 Edd. ante Vulcan. *valuerunt*. Id.—5 *Ac jam rebus*. Fæde hæc contaminata erant in omnibus editionibus; in quibus, *quid igitur faciam in rebus*: at illa, *quid igitur*, in nullis scriptis libris comparet; qui omnes habent, *faciam rebus mediocritu-*

#### NOTE

<sup>a</sup> *Cum Plato, &c. prædicet, hunc, &c. non posse, &c. quavis oratione vel modice comprehendere; vix sapientibus viris, &c.]* Ex Timæo Platonis. Noster, lib. de Philosophiâ Naturali: ‘Quem quidem (Deum) cœlestem pronuntiat, (Plato) indictum, innominabilem, et,

ut ipse ait, ἄβηρον, ἀκατωνόμαστον,’ &c.

<sup>b</sup> *Vix [a] sapientibus] Tolle a, suadente Ms. Thuano.*

<sup>c</sup> *Ac jam, &c.]* Ita inveni manu correctum in meo exemplari Elmenhorstiano, pro eo quod est in vulga-

diocritatem meam et quidem longe<sup>6</sup> superantibus, receptui canam,<sup>7</sup> tandemque orationem de [670] cœlo in terram devocabo: in qua præcipuum animal homines sumus: quamquam plerique se, incuria disciplinæ,<sup>8</sup> ita depravarint, omnibus erroribus ac piacularibus sceleribus<sup>9</sup> imbuerint, et prope exosa<sup>9</sup> mansuetudine<sup>f</sup> generis sui<sup>1</sup> immane efferrarint, ut possit videri<sup>2</sup> nullum animal in terris homine postremius.<sup>3g</sup> Sed nunc non de errorum disputatione, sed de naturæ distributione<sup>4</sup> disserimus.<sup>5</sup>

*tenuitatem longo intervallo, ac demum deducam meum sermonem ex cælo in terram, in qua nos Homines sumus primum animal: quamvis maxima pars, negligentia bonæ institutionis, sic se corruerunt, impleveruntque cunctis erroribus, et criminibus atrocissimis, sicque crudeliter feroces evaserunt, prope consumpta lenitate suæ naturæ; ut nullum animal queat reperiri in terris rilius Homine. At jam agamus, non de disceptatione errorum, sed de divisione Naturæ.*



*tem meam inlonge superantibus. Veram lectionem restitui rejecta prima litera, ac jam rebus m. m. inlonge superantibus receptui canam. Mercerus. Juvant sane Harlem. Voss. Cantabr. pr. et Mss. Merceri non agnoscentes quid igitur: immo in Bened. pro q. i. fac. solum scribitur et. Oud.—6 Cantabr. pr. Voss. Harlem. et Mss. Merceri, ipso probante, inlonge. Male. cf. ad Met. lib. III. p. 226. b. Id.—7 Basil. 2. receptum canam. male. Elmenh. Item in Var. Lect. Burm. Ed. Bas. sec. et Vulcan. ut apud Ovid. lib. I. Met. 340. 'et cecinit jussos inflata receptus:' ubi vide Heius, et Burm. sed Historici passim dicunt 'receptui canere.' Oud.—8 Belle disc. Tò bellæ delet Florent. Brem. Ald. et Rom. Elmenh. Belle discipline, quod Vulcanius e suis addidit, inveni in uno Cujaciano: aliis bene aberat, ut et Florentino abfuisse notat Elmenhorstius. Nolui etiam libros sequi, quamvis omnes habeant, erroribus ac piacularibus depraverint, sceleribus imbuerint: prorsus inverso ordine. Merc. Apage istud belle, intrusum e suo Cod. a Vulcanio, licet agnoscat quoque Cantabr. pr. Non convenit huic loco; ubi de re gravi et seria agitur: quare eam quoque rejecere recte Wower. Merc. Cout. uti exulat a Mss. ceteris, et Edd. prioribus. Oud. Vid. Not. Var.—9 Exesa. In marg. poet. exosa. Colvius. F. excussa, vel exuta. Brantius.—1 Abest sui ab Ed. Floridi. Oud.—2 Cantabr. posset, et Harlem. videre. Id.—3 Bened. postremus: et pro errorum Harlem. erroris. Lips. earum disputatione. Id.—4 Sed de naturæ distributione. Hæc male omittit Aldus. Elmenh. Item Cod. Bened. Oud.—5 Disseramus. Flor. disseremus. Elmenh. Disserimus scribendum, non ut vulgo,*

#### NOTE

tis, quid igitur faciam, &c. quod ideo amplexus sum, quia jam supra interrogatio similis præcessit, cui suam cæpit jam addere subjectionem, 'Miserum igitur,' &c.

<sup>4</sup> [Belle] Deest in Ms. Thmano.

<sup>9</sup> Ac piacularibus sceleribus] Piaculum et piacular scelus est, propter quod expiatio debetur, teste Servio,

ad hunc versum lib. VI. Æneid. 'Distulit in seram commissa piacula mortem.'

<sup>f</sup> Et prope exosa [exesa] mansuetudine, &c.] Quid, si legas exosa? sic omnino scriptum fuisse nullus dubito.

<sup>g</sup> Postremius] Nomini 'postremus,' quod superlativi gradus est, alios gra-

Igitur homines ratione plaudentes,<sup>6</sup> oratione pollentes,<sup>h</sup> immortalibus animis, moribundis membris,<sup>7</sup> levibus et anxiiis mentibus,<sup>8</sup> brutis et obnoxiiis corporibus, dissimillimis<sup>9</sup> moribus, simillimis erroribus,<sup>i</sup> pervicaci<sup>2</sup> audacia, pertinaci spe, casso<sup>3</sup> labore, fortuna caduca, singillatim<sup>4</sup> mortales, cunctim<sup>5</sup> tamen universo genere perpetui,<sup>i</sup> vicissim sufficiens prole mutabiles, volucris tempore, tarda sapientia, cita morte, querula<sup>6</sup> vita terras incolunt. Habetis interim<sup>7</sup> bina animalia:<sup>k</sup> Deos ab hominibus plurimum differentes, loci sublimitate, vitæ perpetuitate, naturæ perfectione, nullo inter se propinquo communicatu;<sup>8</sup> cum et [671] habitacu-

*Ergo homines habitant tellurem præditi ratione, valentes sermone, mentibus immortalibus, corporibus mortalibus, animis futilibus et sollicitis, corporibus stupidis et infirmis, vita maxime dispari, erroribus valde paribus, temeritate pertinaci, spe obstinata, labore vano, fluxa sorte, singuli mortales, omnes tamen æterni in tota sua specie, in hoc mutabiles, quod substituant alternis sobolem in suum locum, celeri ævo, lenta præventia, propra morte, vita querula. Interea ecce vobis duo genera animalium, Deos nempe permultum discrepantes ab hominibus, altitudine habitationis, æternitate vitæ, præstantiæ Naturæ, nullum habentes cum iis communicationem proximam: cum illæ supremæ sedes dirimantur ab iis tanto intervallo*

//////////

disseramus, nec, ut scripti omnes, disseremus. Mercerus. Cantabr. quoque et Voss. et Harlem. cum Ed. Elmenh. *disseremus*. Bened. *disserimus*, ut vere coniecit Mercerus. *Oud.* Hinc igitur firmatur conjectura initio hujus lib. proposita: *secundum Deos summam, medium, infimam*. J. Bosscha.—6 Vid. Not. Var.—7 *Et mor.* Bened. *moribundos* Edd. Ald. Junt. *Oud.*—8 Margar. poët. *et annexis mentibus*. Colvius. Abest et a Bened. *Oud.*—9 Augustin. *dissimilibus*. Id.—1 *Similibus err. Et sim.* Edd. Ald. Junt. *simillimis* Edd. Elmenh. Scriv. Flor. *Id.*—2 Voss. *pervicacia*. Id.—3 Vitiose Edd. quædam August. *crasso*. V. ad Flor. N. 17. *Id.*—4 *Singulatim*. In B. August. *singillatim*, ibid. et etiam lib. XII. cap. 10. *sigillatim*. Dixi ad Florida. Colvius. Rom. *singulatim*. Elmenhorstins. *Singillatim* Mss. at Edd. Vic. Bas. Colv. *singulatum*. Vide supra ad Flor. N. 9. Vitiose Ald. Junt. *sigillatim*. *Oud.*—5 Al. *cunctis et cuncti*.—6 Prave Ed. Scal. *querula*. *Oud.*—7 *Ridicule* Cantabr. *interra*. Id.—8 Fulvii liber *concomitatu*: male. *Elmenh.* Cantabr. *municatu*.

#### NOTE

dis tribuit Noster, hic comparativum, in Apologia superlativum. ‘Cum adolescentulis postremis inter scorta et pocula puer hoc ævi convivium agitat.’

<sup>h</sup> *Ratione plaudentes, oratione pollentes*] Sic legitur hic locus apud D. Augustin. de Civit. Dei, lib. IX. cap. 8. Colvius malebat *ratione eluentes*. Lud. Vives, *ratione gaudentes*. Wower.

invertenda verba arbitratur, et legendum, *ratione pollentes, oratione plaudentes*.

<sup>i</sup> *Cunctim tamen universo genere perpetui*] Ex Platone, lib. IV. de Legibus.

<sup>k</sup> *Habetis interim bina animalia, &c.*] Vide Divum Augustinum, lib. IX. cap. 12. de Civitate Dei.

la<sup>9</sup> *summa ab infimis* <sup>1</sup> *tanta intercapedo fastigii dispescat*,<sup>2</sup> et vivacitas illic æterna et indefecta sit; hic caduca et succidua:<sup>3</sup> et ingenia<sup>4</sup> illa ad beatitudinem sublimata sint; hæc ad miserias infimata.<sup>5</sup> <sup>m</sup> Quid igitur? nullone<sup>6</sup> conexu natura se vinxit,<sup>7</sup> sed in divinam et humanam partem sectam se et interruptam,<sup>8</sup> et veluti<sup>9</sup> debilem passa est? Nam, ut idem Plato ait, nullus Deus miscetur hominibus:<sup>1</sup> <sup>n</sup> sed hoc præcipuum<sup>2</sup> eorum sublimitatis specimen est, quod

*altitudinis, et illic vita sit perpetua et nunquam deficiens; hic vero fluxa et interrupta: atque illæ mentes sint erectæ ad felicitatem; hæc vero depressæ ad calamitates. Quid ergo? an Natura nullo vinculo conexuit, sed reliquit se divisam in partem Deorum, et in partem hominum, atque ideo interruptam, et quasi mancam? Ut enim idem Plato dicit, Nullus Deus conversatur cum hominibus: verum hoc est præcipuum argumentum eorum celsitudinis, quod non inqui-*

//////////

Vulgatis consentit August. *Oud.*—9 *Ea habitacula.* Ex Ursini libro tacite sic edidit, cum Scriv. Flor. Elmenhorstius, cui accedunt Harlem. Voss. et Cantabr. uterque. Sed abest τὸ ἐὰν a 2. Codd. Lindenbrogii. In Edd. prioribus item Merc. et Cout. et August. lib. ix. c. 12. Prisciano p. 885. editur *cum et habitacula*; melius pro genio Apuleii, qui amat Polysyndeton, ut monui sæpius. V. Ind. Not. Bened. *habicula.* Id.—1 *Deest ab* in Harlem. Voss. et Cantabr. utroque, atque Edd. Merc. et Cout. *Id.*—2 *Dispescant.* Id est, distent: ut accipitur a Prisciano lib. x. ubi hic locus in medium adducitur. Non ita Augustinus, sed: *Cum et habitacula summa ab infimis tanta intercapedo fastigii dispescat.* Colvins. Priscianus et Edd. ante Vulcan. *intercapedine dispescant*: neutraliter pro *distent.* Sed Mss. O. cum August. *intercapedo dispescat*: nec video causam, cur ab ea lectione recedamus. Adi ad Flor. N. 15. ‘nec ab ea multo pelagi dispescitur.’ Salmasius tamen Plin. Exerc. p. 563. accedit Prisciano, et Mss. vulgares corruptos pronuntiat. *Oud.*—3 Vid. Not. Var.—4 Edd. ante Vulcan. carent copula. Mox pro *sint* Harlem. *sunt.* *Ond.*—5 Sic recte Rom. Aldus, Augustinus et Ms. Bremensis in Florent. et Leidensi est, *infirmita*: male. Verbo ‘infimare’ bene respondet τὸ ‘sublimare,’ atque ita loquitur lib. t. Metam. ‘Manes sublimare, Deos infimare.’ *Elmenh.* Ubi vide. *Infirmita* habent etiam Voss. Cantabr. Harlem. *Oud.*—6 Harlem. *qui igitur ullone.* Id.—7 *Natura sejunxit.* Legerim, *in se junxit.* Brantius. Bene Vulc. cum seqq. et Mss. *natura se vinxit.* *Oud.*—8 Vid. Not. Var.—9 *Ac veluti.* Ita Mss. Cantabr. uterque Voss. Harlem. Ursin. Ed. Merc. Cout. non ut vulgo *et veluti.* *Oud.*—1 August. lib. ix. c. 16. *homini.* Id.—2 Bened. *principum.* Id.—3 *Contractione.* Lego, *contactione* vel

#### NOTE

<sup>1</sup> *Cum et [ca] habitacula, &c.*] Locum hunc aliter paulo legit Priscianus l. x. ‘Dispesco,’ inquit, ‘dispescui, quod ponit Apuleius in Dialogo, qui est de Deo Socratis:’ cum habitacula summa ab infimis tanta intercapedine dispescant, id est, distent.

<sup>10</sup> *Ingenia illa ad beatitudinem subli-*

*mata sint, hæc ad miserias infimata*] Noster, lib. t. Metamorph. ‘Manes sublimare, Deos infimare.’

<sup>11</sup> *Ut idem Plato ait, nullus Deus miscetur hominibus*] In Convivio: θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται. ‘Deus vero non miscetur homini.’

nulla attractione<sup>3</sup> nostra contaminantur.<sup>4</sup> Pars eorum tantummodo<sup>5</sup> obtutu hebeti visuntur; ut sidera: de quorum adhuc et magnitudine et coloribus<sup>6</sup> homines ambigunt: ceteri autem<sup>p</sup> solo intellectu, neque prompto, noscuntur.<sup>7</sup> Quod quidem mirari super Diis<sup>8</sup> immortalibus nequaquam congruerit; <sup>9</sup> cum alioquin<sup>1</sup> et inter homines, qui fortunæ munere opulenti<sup>2</sup> elatus, et usque ad regni nutabilem<sup>3</sup> suggestum et pendulum tribunal evectus est, raro aditus,<sup>4</sup> <sup>q</sup> longe remotis arbitris,<sup>5</sup> in quibusdam dignitatis suæ pene-

*nentur ullo contactu nostro. Quidam ex illis conspiciuntur solum visu debili, puta Astra, de quorum mole et coloribus homines etiamnum dubitant: reliqui vero percipiuntur tantum cogitatione, eaque non facili. Quod sane minime mirandum est in Diis immortalibus, cum alius ex hominibus quoque qui crectus est beneficio Fortunæ, et elatus usque ad solium vacillans, et thronum pendentem regni, raro conve-*

//////////

*contractatione, aut, attractione: quemadmodum B. August. lib. viii. cap. 16. etiam legisse videtur. Sic infra: 'Neque illos sacris rerum humanarum, sed a contractatione sola removi.' Colvius. Rom. Bas. 1. August. contractione. Elmenhorstius. Attractione recte seposuit Vulc. et seqq. nam consentiunt Mss. plerique, item Augustinus et auctor de Mundo p. 738. Ed. Flor. 'summam illam potestatem neque indecore attractantem cominus cuncta.' Olim edebatur contractione: unde Colv. et Acidalius ad Velleium divinarant contactatione: quod minus bene olim mihi placuit ad Lucan. lib. v. 91. 'Contactumque ferens hominis?' rectius esset contractatione: ut cuius facile incidere potest, extatque in Var. Lect. Burm. et paulo post p. 674. Ed. Flor. et apud Augustin. Oud.—4 Sic quoque August. et Mss. plerique. At Cantabr. uterque Voss. et Edd. ante Vulcan. contaminatur. sc. sublimitas. Non placet. Id.—5 Edd. ante Vulcan. tamen. Id.—6 Et magn. et color. Prave Bened. magn. et color. Id.—7 Ut Dii majorum gentium, sed quibus non attributa sidera, ut prioribus. Est autem hæc emendatio egregia Vulcanii, cui consonant maxima ex parte Codices. Antea excusum celo a. soli intellecta n. p. nosc. sine sensu. Ceteri est in Mss. O. nisi quod Florent. et Voss. ceteri. Sed sola intellecta iidem et Cantabr. uterque. In Harlem. solo intellectu. Dein nascuntur Florent. Bened. et Voss. Id.—8 Edd. ante Vulcan. super his. Id.—9 Edd. Bass. Colv. congruit. Id.—1 Voss. et Ald. alioqui. Id.—2 Al. opulentia.—3 Al. mutabilem.—4 Aditus et. Emendo, aditur. Vulcanius. Durissima hæc est lectio aditus. Sed Wower. et Contur. tacite ediderunt aditur, ex conjectura Vulcanii, quod placuit etiam Mercero, sed Mss. O. aditus. Quid si legamus aditus det, l. &c. passim 'dare, præbere aditum' is dicitur, qui facile quemvis ad se admittit, ut sæpe apud Ovidium. Oud.—5 Rom.*

#### NOTE

<sup>o</sup> Quod nulla attractione nostra contaminantur] Deos Plato a contractatione removet rerum humanarum, non autem ab earum cura: nam in Epinom. dicit, 'Deos rerum omnium maximarum simul et minimarum curam habere.'

<sup>p</sup> Ceteri autem] Ut Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Neptunus, Vulcanus, Tethys, et reliqui, quibus astra assignata non sunt.

<sup>q</sup> Raro aditus] Supple sit, ita ut 'aditus' participium passivum sit verbi 'adeo,' et, 'raro aditus sit,'

tralibus degens. Parit enim conversatio contemptum, raritas conciliat<sup>6</sup> admirationem. <sup>r</sup> Quid [672] igitur, oro te, (objecerit aliqui,) <sup>7</sup> post istam, <sup>8</sup> cœlestem quidem, sed pæne inhumanam tuam sententiam <sup>s</sup> faciam? <sup>9</sup> si omnino homines a Diis immortalibus procul repelluntur, <sup>t</sup> atque ita in hæc terræ tartara <sup>2</sup> relegantur, ut omnis sit illis adversus cœlestes Deos communicatio denegata; nec quisquam <sup>3</sup> eos e cœli-

*natur, et semolis procul testibus vivat in quibusdam recessibus suæ majestatis. Nam familiaritas creat contemptum, raritas parit admirationem. Quid ergo agam (opponet quispiam orator) post hanc tuam opinionem, cœlestem quidem, sed fere crudelem? si homines penitus remorentur a Diis immortalibus, et si detruduntur in hæc infima telluris, ut omnis communicatio sublata sit ipsis cum Diis cœlicolis,*



Venet. Ald. *arbitriis*: id est, *arbitris*: ut Ministeria, id est, ministri, et talia id genus. *Colrius*. Ms. Bened. cum Edd. primis *arbitriis*. Vide ad Met. lib. 1. p. 52. a. *Oud.*—6 *Ipsa rebus*. In Ms. deest vox *ipsa*. Scioppius in Symbola. Dele has voces jubentibus membranis Flor. Bremens. et Fulvianis. *Elmenh.* Expunxi cum Merc. et Cout. has voces fide Mss. trium Lindenbr. item Voss. Cantabr. utriusque et Harlem. A Fulviano abest quoque *ipsa*; quod hinc tacite induxit Wower. *Oud.*—7 *Orator objecerit aliquis*. Ita et Fulvii alter legit; nisi quod pro *aliquis* habet, *alicui*. Magis autem placet alterius libri lectio: *tuam sententiam faciam*. Scioppins in Symbola. Flor. *aliqui*. Elmenhorstius. Libri, *aliqui*, vel, *aliquid*. Mihi non facile eripietur, totum hoc esse scioli cujusdam additamentum, scriptumque ab Apuleio: *Quid igitur, oro te, quid post istam cœlestem quidem, sed pæne inhumanam sententiam faciam? Sane faciem libri omnes, non patefaciam*. Mercerus. Ego malim cum Gronovio Obs. in Eccles. auct. c. 21. p. 231. rescribere *Oro te, objecerit aliqui*. Ultimum enim clare Florent. Harlem. Voss. cum Merceri aliquot Codd. In Vulcan. et uno Fulv. *alicui*. Vide ad Flor. N. 1. *Oud.*—8 Inepte Edd. ante Vulcan. *primo istam*. Id.—9 *Patefaciam* fere libri omnes, sed tamen scribendum: *faciam*. Wowerius. *Faciam* Flor. Bat. et Puteani. Excerpta *missam faciam*, Leidens. et Basil. 2. *patefaciam*, male. *Elmenh.* *Faciam* bene rescripsit primus Wower. licet male pronuntiet, in plerisque libris esse *patefaciam*. Id enim non comparet nisi in altero Fulviano et Vulcan. Cod. qui cum Sealigero sic edidit, eum antea exprimeretur *missam faciam*. Reliqui omnes modo *faciam*. Forsan ex *pate* fieri posset *rite*. *Oud.*—1 Vulgo *pelluntur*. Elmenhorstius. Var. Lect. Burm. cum Ed. Scal. *pelluntur*. *Oud.*—2 Harlem. *tarta*. Id.—3 Cantabr. Harl. Edd. ante Vulcan. *ne*

#### NOTÆ

idem sit ac ‘ raro audeatur.’

<sup>r</sup> *Raritas conciliat [ipsa rebus] admirationem]* Ms. Thu. non habet: *ipsa rebus*.

<sup>s</sup> *Sed pæne inhumanam tuam sententiam]* Cum vox ‘ inhumanam’ possit significare et crudelem, et ab huma-

na natura alienam, utrumque hic sensum habet, opponiturque decentissime ‘ cœlesti.’ Cum autem hujusmodi voces ambigui sensus non possint recte per alias simpliciter exponi, ne mirere quod omnem hujus vim in Interpretatione non expresserim.

tum numero velut pastor, vel equiso,<sup>4</sup> vel bubsequa<sup>5</sup> seu<sup>6</sup> balantium, vel hinnientium, vel mugientium greges intersat, qui<sup>7</sup> ferocibus moderetur, morbidis medeatur,<sup>8</sup> egenis opituletur? Nullus, inquis,<sup>9</sup> Deus humanis rebus<sup>1</sup> intervenit. Cui igitur preces allegabo? cui vota<sup>2</sup> nuncupabo? cui victimam<sup>3</sup> cædam? quem miseris auxiliatorem, quem bonis fautorem,<sup>4</sup> quem adversatorem<sup>5</sup> malis in omni vita ciebo?<sup>6</sup> quem denique, (quod frequentissimum est,) juri-jurando arbitrum adhibebo? an ut Virgilianus Ascanius,

Per caput hoc<sup>7</sup> juro,<sup>1</sup> per quod pater ante solebat?

*neque ullus ex numero Deorum visitet eos, tanquam opilio greges ovium, aut equitarius greges equorum, aut bubulcus armenta boum; ut reprimat ferocientes, sanct agros, juvet pauperes? Nullus Deus (ais) se immiscet rebus hominum. Quem igitur precabor? cui faciam vota? cui immolabo hostiam? quem invocabo per totam meam vitam, tanquam adiutorem infortunatorum? quem tanquam amicum proborum? quem tanquam hostem improborum? quem postremo admovebo testem sacramento (quod frequentissime accidit)? num dicam sicut Iulus apud Virgilium, Juro per hoc caput, per quod meus pater consueverat prius jurare?*



*quisq.* Præpos. e abest ab Harlem. Id.—4 Flor. *Equitio.* Rom. et Aldus *Equisio.* Bas. 2. *equisitio.* Elmenhorstius. Cantabr. uterque et Voss. *equitio.* Harlem. et Edd. ante Bas. sec. *equisio.* Ms. Vulc. et Edd. Bas. sec. Vulc. Scal. *quisitio:* prave. Vide ad Met. lib. viii. p. 473. a. *Oud.*—5 *Bubsequa.* Rom. *bubsequa.* Bremens. *Busseca.* Bas. 2. Excerpt. Bat. et Puteani *Bosequa.* Elmenhorstius. Cantabr. Voss. Edd. Ald. et Junt. *busequa.* Harlem. Leid. et Vulc. Ed. *bosequa.* Edd. Scal. Elm. Scriv. *bobsequa.* Vide itidem ad Met. lib. viii. p. 505. a. *Oud.*—6 Vulc. cum seqq. præter Wower. minus hene reposuit *ecu*, i. e. quasi, velut; nam id jam præcesserat. Ita tamen videtur esse in Mss. nonnullis; sed Mss. Fulv. et Harlem. recte servant *seu*, i. e. sive. Offendisse videtur Vulcanium aliosque, quod sequatur *vel pro sive.* Sed vide ad Met. lib. v. p. 107. *Pric. Id.*—7 Harlem. *interius a.* Id.—8 Bened. *mederetur.* Id.—9 *Inquit.* Romæ impressum, *inquis.* Colvius. Lege, *inquis.* Woverius. Vitiose Edd. Vic. Ald. Junt. Bas. Colv. *inquit.* Vulc. *inquis.* Mss. et Ed. Rom. *inquis.* *Oud.*—1 Abest ab Ed. Scalig. *Id.*—2 Præfero *vota* e Mss. utroque Cantabr. Voss. Harlem. atque ita Edd. Vulc. Wow. Merc. et Cout. Flor. Al. *rotum.* Id.—3 Edd. Ald. Junt. *victima.* Id.—4 Edd. ante Vulcan. *faut. bon.* Id.—5 Vid. Not. Var.—6 *Cum vita.* Tentabam, *cum voto:* sed *ἐπέχω.* Colvius. Recte Vulc. &c. cum Mss. *in omni vita.* Ante edebatur *cum vita.* In Bened. et Voss. est *omni vita ciebo*, sine *τῆ in.* *Oud.*—7 *Jurijurando*, &c. *hoc.* Totus hic locus de Jurejurando corruptus, hiulcus, mutilus viros doctos merito torsit. Sed quis Œdipus se tantis difficultatibus explicare absque veteri cod. potuisset? cujus ope pauca aliquot literis immutatis adjectis, spero me optimam ei medicinam attulisse. *Vulc.* Bene hæc omnia inseruit Vulc. cum seqq. astipulantibus Mss. cunctis. *Oud.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Per caput hoc juro]* Desumptus hic versus ex lib. Æneid. ix. Duplici autem sensu intelligitur a Virgilio In-

terpretibus: alii enim 'caput hoc' intelligunt caput Æneæ, per quod solitus esset ipse Æneas jurare, et per



At enim, o Iule, pater tuus hoc jurejurando uti poterat<sup>8</sup> inter Trojanos stirpe cognatos, et fortassean<sup>9</sup> inter Græcos prælio cognitos: <sup>1</sup> at enim inter [673] Rutulos<sup>2</sup> recens cognitos, si nemo huic capiti crediderit,<sup>u</sup> quis pro te Deus fidem dicet? <sup>3</sup> An, ut ferocissimo<sup>4</sup> Mezentio,<sup>v</sup> dextra<sup>5</sup> et telum? quippe<sup>6</sup> hæc sola advenerat,<sup>7\*</sup> quibus propugnabat,

Dextra mihi Deus,<sup>y</sup> et telum, quod missile libro.

Apagesis tam cruentos<sup>8</sup> Deos, dexteram cædibus fessam, telumque sanguine rubiginosum:<sup>9</sup> utrumque idoneum non

*Sedenim, o Ascani, tuus parens poterat adhibere hoc sacramentum inter Troës affines origine, atque etiam forsitan inter Græcos sibi notos certamine: verum, inter Rutulos nuper tibi notos, si nullus fidem habuerit isti capiti, quis Deus fidejubebit pro te? Num tua manus, et jaculum, veluti ferocissimo Mezentio? nam invocat hæc tantum, quibus se defendebat. Manus mea mihi est Deus, nec non jaculum, quod millo libratum. Aufer, quæso, Deos tam sanguinolentos: manum fugigatam homicidiis, et jaculum ferruginosum cruore. Hæc auubo*

//////////

—8 Edd. carentes priore periodo habent *potero*. Id.—9 Sic hic Mss. O. Edd. ante Vulcan. *fortasse*. Vide ad Met. lib. v. p. 338. Id.—1 Ita Mss. O. in Edd. iisdem *gentes pr. cognititas*. Unde vero habeat Floridus suum *Graios*, ipse viderit. Id.—2 Sic habent Codd. Fulv. Cantabr. uterque Voss. Thuan. Harlem. Batav. nec dubito de ceteris, ut et Edd. priores. *Enim* excidit ex Ed. Vule. et hinc seqq. Passim ‘at enim’ Apul. utitur cum ceteris, pro ‘sed antem.’ V. Ind. Immo modo hic præcesserat, quæ forsau causa est, cur omiserit Vule. Sed forsau sub eo latet aliquid, ut statim videbimus. Id. Vid. Not. Var.—3 Cantabr. duo et Harlem. *dicat*. Oud.—4 Brem. *fortissimo*. Elmenhorstius. Uterque Cantabr. Fulv. Harlem. Vule. Voss. Mss. *ut se feroc*. Oud.—5 Ed. Scriv. *dextera*. Id.—6 *Quippe, &c. telum*. Desunt Ms. Bened. et Edd. ante Vulcan. Male. Id.—7 Vide Not. inf. et Not. Var.—8 Bened. *cruento*. et, *dextra cæd. fessa*. Oud.—9 Ald. *rubiginosum*. Elmenhorstius.

#### NOTÆ

quod tunc temporis, natus ejus, patrem imitatus, juraret: alii (quod magis placet) caput intelligunt ipsius Iuli, per quod, utpote sibi carissimum, pater jurare esset solitus, antequam esset Pontifex; cum enim ex quo Pontifex fuisset factus, jurare jam per nati caput non potuisse, sed tantum per Deos.

<sup>u</sup> At [enim] inter Rutulos recens cognitos, si nemo huic capiti crediderit [credat, &c.] At non Rutulis jurat Iulus, sed Euryalo, qui et ipse Trojanus

erat, et Priamo ex matris parte cognatus, ut videre est lib. ix. Æneid. jam laudato. Ms. Thuan. habet: *atenim inter Rutulos*.

<sup>v</sup> Mezentio] Qui sæpius apud Virgilium ‘contemptor Divum’ dicitur.

<sup>x</sup> Hæc sola advenerat [adjuvat] Ms. Thuan. *advenerat*, fortasse *adveneratur*.

<sup>y</sup> Dextra mihi Deus, &c.] Lib. x. Æneid. Mezentius hos Deos sic invocat: ‘Dextra mihi Deus, et telum, quod missile libro, Nunc adsint.’

est, propter quod<sup>1</sup> adjures; ne ut per ista juretur,<sup>2 2 a</sup> cum sit summi Deorum hic honor<sup>3</sup> proprius. Nam et jusjurandum<sup>4</sup> Jovis jurandum<sup>b</sup> dicitur, ut ait Ennius. Quid igitur censes?<sup>5</sup> Jurabo per Jovem lapidem, Romano vetustissimo ritu?<sup>c</sup> Atqui,<sup>6</sup> si Platonis vera sententia est, nunquam se Deum cum homine communicare, facilius me audierit lapis, quam Jupiter. Non usque adeo<sup>7</sup> (responderit<sup>8</sup> enim<sup>9</sup>

*non sunt digna quæ invoces, neque jurandum est per illa, quandoquidem hic honor peculiariter pertinet ad supremum Dcorum. Etenim jusjurandum quoque appellatur Jovisjurandum, ut inquit Ennius. Quid ergo suades? an jurabo per Jovem lapidem, antiquissimo Romanorum more? Verum, si opinio Platonis est vera, Deum nempe nunquam habere commercium cum homine, saxum facilius me audiet, quam Jupiter. Hoc non verum est. Nam Plato reponet meo ore pro sua opinione:*

~~~~~

Immo Ald. habet *rubigiosum*. Var. Lect. Burm. *rubigiosum*. Oud.—1 Vulgo per quod. Elmenhorstius. Mss. Florent. Voss. Cantabr. aliique cum Edd. Wow. Merc. Coutur. et Elmenh. in notis propter. At rectius delebis utrumque, et per et propter. Certe nullum idoneum sensum elicio e τῶ propter. Oud.—2 Vid. Not. Var.—3 Exulat hic a Bened. Oud.—4 Acute Lipsius, *Jovis jurandum*. Colvius. Puto deesse verbum *Jovis*. Nam et apud Cic. III. de Offic. ita legitur: Ennius: ‘O fides alma apta pennis et jusjurandum Jovis.’ Lipsius legit, *Jovis jurandum*. Brantius. *Jovis jurandum* non est in Florentino, Rom. et Aldo. Vide Lips. Elect. I. cap. 18. *Elmenh.* Egregie supplevit Vulcan. *nam et jusjur. Jovisjur. dic.* e suo codice, cui astipulantur Thuan. Harlem. Putean. Brem. et alii. Vulgo deerat *Jovis jurandum*: ut et in Florent. ac Bened. Contra Cantabr. habet, *nam et (ad in Ms.) Jovisjur. d.* uti conjecerat Lipsius. Vir Doct. in marg. Ed. Junt. *ei Jusjur. d.* Non male Brant. *jusjurandum Jovis dic.* Oud.—5 Quid igitur censes. Ultima vox abest Edd. ante Vulcan. nec male, si Mss. addicat. Sed supra hoc lib. ‘quid igitur faciam?’ *Id.*—6 Voss. Harlem. atque. *Id.*—7 Non usque adeo. Hoc quoque delendum est, suppositum alieno loco, et deinde auctore Ms. scribendum: *non usque adeo, inquit, seunctos*. Woverius. Ita recte omnes libri; quæ male induxit Woverius. *Merc.* Parenthesi interposita suo more repetit primas voces. Vide ad Met. lib. I. init. et sæpius. Ante Vulcan. editum solum non contra Mss. Oud.—8 *Respondebit.* Flor. *responderit.* Elmenhorstius. Putean. quoque Harlem. Voss. Cantabr. *responderit*, elegantius quam vulgare *respondebit.* Bened. *respondit.* Oud.—9 Abest Ed. Wow.

#### NOTE

<sup>2</sup> Propter quod adjures, &c.] Ms. Thuan. propter quod adjures, neve per ista: ut etiam manu emendatum video in meo Elmenhorstiano exemplari: in Interpretatione sic verti, quasi desit initio proptere, idque sensus commodioris causa.

<sup>a</sup> Ne ut [neve] per ista juretur] Totam hanc periodum Woverius delet, veluti supposititiam.

<sup>b</sup> Jovisjurandum] Sic Lipsius, l. I.

Elect. cap. 18. restituit, cum prius abesset a textu vox *Jovisjurandum*. Laudatur a Cicerone versus Ennii, ad quem videtur hic Noster respicere: ‘Fides alma, apta pennis, jurandum Jovis.’ Citatur et a Lipsio versus Nævii: ‘In sacratum Jovisjurandum sanguine.’

<sup>c</sup> Per Jovem lapidem, Romano vetustissimo ritu] Ritum hunc explicat Festus in voce ‘lapidem.’ ‘Lapidem’

Plato pro sententia sua,<sup>1</sup> mea voce), Non usque adeo, inquit,<sup>2</sup> sejunctos et alienatos a nobis Deos prædico, [674] ut ne vota quidem nostra ad illos<sup>3</sup> arbitrer pervenire. Neque enim ipsos cura<sup>d</sup> rerum humanarum,<sup>4</sup> sed contrectatione sola removi. Ceterum sunt quædam divinæ mediæ<sup>5</sup> potestates, inter summum æthera et infimas terras, in isto intersitæ<sup>6</sup> aëris spatio, per quas et desideria nostra<sup>e</sup> et merita ad Deos commeant. Hos Græci nomine<sup>7</sup> δαίμονας nuncupant: inter terricolos coelicolasque vectores,<sup>8</sup> hinc pre-

*Non dico (ait) Deos tantopere semotos et aversos a nobis, ut ne existimem quidem nostras preces deferri ad eos. Num non arcui eos a cura, sed tantum a contactu rerum humanarum. Porro sunt quædam virtutes divinæ mediæ, positæ in hoc intervallo aëris inter supremum Cælum et inimum tellurem, quarum opera et vota nostra, et egregie facta transeunt ad Deos: hos appellant Græco vocabulo Dæmonas, qui inter incolas terræ et ætheris portant hinc preces, inde beneficia: qui ab*

\*\*\*\*\*

*Id.—1 Edd. vett. sua sent. A Cantabr. et Voss. abest sua. Id.—2 Edd. ante Scal. vel Vulc. Ed. sec. carent hoc verbo contra Mss. O. Id.—3 Nostra ad illos. Edd. eadem restra, male; omissis duabus ultimis voculis. Id.—4 Illos sacris rerum h. V. C. illa (alias ulla) sacra r. h. sed contrectationem solam removi. Vulcanius. Ms. illa sacra rer. Forte: illos a cura. Scioppius in Symbola. Flor. Brem. et Leid. illos sacra r. h. s. contrectatione: unde Scioppius neque e. i. a cura r. h. s. contrectatione. Elmenhorstius. Religio mihi non fuit exprimere certissimam Scioppii conjecturam, illos a cura rerum humanarum; pro quo in libris, illa sacra, ommissa litera a. Mereerus. Bened. cum Florent. Brem. Leid. illos sacra. Harlem. illa sacris. Immo Var. Lect. Burm. ipsos cura r. h. Sane malim ego hic quoque deletæ præpositionem a, uti mox a contrectatione præpositum non comparet in ullo codice nec Edd. Mere. Vulcan. Oud.—5 Cantabr. medicæ. Id.—6 Brem. intersito: probat Oud.—7 At. Græco n.—8 Terricolas male abest a Florentinis. Brem. inter homines eque. v. Photius ex Hierocle fol. 750. Plato τὰ σώματα πρῶτα οὐράνια καλεῖ, καὶ θεοὺς, τὰ δὲ μέσα λογικὰ αἰθέρια καὶ δαίμονας ἀγαθοῦς ἐρμηνείας τε καὶ ἀγγέλους τῶν συμπερόντων ἀνθρώποις γινομένους. Elmenh. Edebatur vulgo, inter mortales coelicolasque. Vulcanius edidit, inter terricolos coelicolasque: quem secuta: sunt posteriores edd. At illud, terricolos, nusquam in libris nostris, ne in Florentinis quoque, teste Elmenhorstio, qui ex Bremensi affert, inter homines coelicolasque: quam ego veram esse lectionem puto, eamque in codicibus nostris*

#### NOTÆ

(inquit) ‘silicem tenebant juraturi per Jovem hæc verba dicentes: si sciens fallo, tum me diespiter salva urbe, arceque, bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem.’ Apud Athenienses lapis erat destinatus ad quem juramenta fierent, teste Suida.

<sup>d</sup> *Ipsos [a] cura* Sic reposni vestigia secutus membranarum Thuanarum,

quæ habent *ipsa sacra*, in vulgatis legitur *illos a sacris*, nullo sensu.

<sup>e</sup> *Sunt quædam mediæ potestates, &c. per quas et desideria nostra, &c.* Ex Platonis Symposio, et Epinomide. Ejusmodi Dæmones Ἀθάνατοι δέετροι Maximo Tyrio, ‘secundæ beatitudinis Numina’ Martiano Capellæ dicuntur.

cum, inde donorum; qui ultro citro<sup>9</sup> portant, hinc petitiones, inde suppetias,<sup>1</sup> ceu quidam utriusque interpretes,<sup>2</sup> et salutigeri.<sup>3 f</sup> Per hos eosdem, ut Plato in Symposio autumat, cuncta denuntiata,<sup>4</sup> et Magorum varia miracula,<sup>5 g</sup> omnesque præsigiorum species reguntur. Eorum quippe de numero præditi curant singula,<sup>h</sup> proinde ut est eorum<sup>6</sup>

*una parte in alteram gerunt hinc supplicationes, illinc auxilia, tanquam aliqui interpretes et salutatores amborum. Opera horum ipsorum, quemadmodum Plato ait in Symposio, omnes revelationes, et diversa miracula Magorum, et omnia genera prædictionum dirigitur. Etenim ex illis præfecti curam gerunt uniuscujusque*

//////////

latere in voce, nomine, quæ prorsus alieno loco posita versu præcedenti, quos Græci nomine dæmones nuncupant. Mox libri omnes, ultro citro, eleganter. Idem etiam, utriusque interpretes et salutigeruli: quæ cur mutemus causa nulla. Merc. Terricolæ dedit Vulc. e suo Cod. ad Libr. de Mundo init. Abest hæc vox a Flor. Cant. Voss. Harlem. Merc. Codd. Mortales Edd. ante Vulc. e glossa. Forsan alia insuper vox latet. Oud.—9 Qui ultro citroque. Ms. quæ ultro citroque. Scioppius in Symbola. Flor. ultro citro. Elmenhorstius. Fulv. quæ, scil. potestates. Sed jam præcessit hos. Dein ultro citro cum Florent. habent Voss. Cantabr. uterque Mercer. et Harlem. atque ita bene edidere Merc. et Coutur. Adi ad Met. lib. i. p. 26. a. Oud.—1 Bened. vim suppetiarum. Cantabr. Voss. suppeticius. Pro Ceu Harlem. seu. Id.—2 Utrinque interpretes. Flor. utriusque. Elmenhorstius. Utriusque Vulc. reposuit cum Elm. Scriv. Merc. Coutur. et Flor. quibus assentiunt Mss. Florent. Harlem. Voss. Vulc. Bened. Mercer. scil. 'hinc et inde.' Malim tamen ego aliam lectionem utrinque. Oud.—3 Al. salutiferi.—4 Lipsius, Deum nuntiata: cui adversari videtur locus Mart. Capellæ, qui statim citabitur. Colvius. Lips. Deum nuncia. male. Elmenh. Lips. Epist. Quæst. lib. ii. p. 65. Deum nuntiata. Hinc Woverius tacite edidit Deum denuntiata. Non arridet: nam 'cuncta Deum' non solum per eos nuntiabantur hominibus, sed et cuncta hominum Diis. Cuncta Deum nunt. tamen in Var. Ms. Lect. Burm. Oud.—5 Inverse Harlem. Ed. Merc. var. Mag. mir. Id.—6 Flor. et Brem. singuli eorum proinde ut est. Elmenhorstius. Lego, singulis. Brantius. Singuli eorum. Ita scribendum, non singula, ex omnibus libris, quos sequi debuerant præcedentes editores. Idem mox recte, somniis conformandis. Mercerus. Singula proinde ut est eorum Scaligeri lectio est, cum Vulcan. ediderat singula eorum proinde ut est tr. pr. Forte cum Brantio singulis in Dati-

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Et salutigeri] Plant. Aulul. Act. III. Scen. 5. 'Salutigerulos pueros' dixit, qui salutem heræ nomine, quo juberet, ferrent.

<sup>g</sup> Per hos eosdem, ut Plato in Symposio autumat, cuncta denuntiata, et Magorum varia miracula, &c.] Ait revera Plato, loco ab Apuleio laudato, per hoc Dæmonum genus vaticinium omne procedere, Sacerdotumque artem circa sacrificia, expiationesque, et in-

cantationes, et divinationem omnem, atque Magiam. Deum quidem homini non misceri, sed per id medium commercium omne atque colloquium inter Deos hominesque confici, et vigilantibus nobis, et dormientibus.

<sup>h</sup> Eorum quippe de numero præditi curant singula] Vox præditi, si germana sit lectio, nihil aliud hic sonat, quam præpositi, præfecti. Eodem sensu usurpatum juvenio hoc libro in-

cuique tributa provincia: vel somniis conformandis,<sup>7</sup> vel extis fissiculandis,<sup>8</sup> <sup>i</sup> [675] vel præpetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis,<sup>k</sup> vel vatibus inspirandis,<sup>9</sup> vel fulminibus jaculandis, vel nubibus<sup>l</sup> coruscandis, ceteris-

*rei, prout assignata est provincia singulis eorum, aut fingendis insomniis, aut findendis visceribus, aut regendis alitibus, aut instruendis aribus canoris, aut afflandis prophetis, aut immittendis fulminibus, aut illuminandis fulgure nubibus, ac, uno*

vo. Vide supra ad p. 668. 'quibus eorum singuli curant.' Abest hic *corum* a Bened. Edd. ante Vulcan. *provide*. Vide ad Met. lib. v. p. 342. a. Oud.—7 *Soma. confirmandis*. Malo cum Ms. *conformandis*. Scioppius in Symbola. Secutus V. C. scripsi: *conformandis*. Wowerius. *Conformandis*. Sic Flor. et Fulvii liber. Vulgo *confirmandis*. Vide Minutius Felicem fol. 43. *Elmenh.* Msstis Ursini et Florent. consentiunt Harlem. et Mercer. et recte ita rescribi curarunt Sciopp. Wow. &c. Mox dicit Auctor 'somnia pingat.' V. Ovid. *Metam.* l. xi. de Morpheo. Harlem. *somnis*. Oud.—8 Vulgo *ext. physiculandis*. Vide Not. Var.—9 Sic Mss. omnes, quod inepte Vulcanius mutavit in *Tagibus i*. Minutius Felix fol. 19. 'Auctoritatem quasi presentis numinis consequuntur, dum inspirantur interim vatibus, dum fauis immorantur.' *Elmenh.* Non Vulcan. contra Mss. mutavit, sed Scaliger, quem merito hic nemo audivit. Nihil frequentius apud poëtas 'inspiratione vatium.'

## NOTE

fra: 'at ubi vita edita remeandum est, eundem illum, qui nobis præditus fuit, raptare illico,' &c.

<sup>l</sup> *Vel extis fissiculandis*] Glossæ Isidori 'fissiculator: angur naturas in extis animantium quærens.' A 'fissuris,' quæ nonnunquam in extis observantur, tractum verbum 'fissiculare,' quod Elmenhorst. explicat 'rimari,' id est, observare fissuras: qui quidem sensus cum Glossis Isidori congruit. Hic tamen crediderim potius 'fissiculare' idem esse ac fissuris exta distinguere, nempe ante extispicium: quod munus, ut et formationem somniorum, eruditionem oscinum, ceteraque ad divinationem spectantia Dæmonibus tribuit post Platonem Apuleius: fuerint ergo ii causa illa arcana, omnia ad divinationem præparans, quam Cicero se ignorare fatetur lib. i. De Divinatione: 'quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio, quæ causa sit, nescio.'

<sup>k</sup> *Præpetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis*] Præpetes, quæ et alites, teste Festo, 'aves sunt volatu auspicia facientes,' ideo præpetes dictæ, quod se ante auspicantem ferant: nam præpetere Antiqui dicebant pro anteiire. Oscines vero, teste eodem, 'aves auspiciam ore facientes.' Harum ergo observabatur cantus et garritus ad anguria; illarum autem volatus. Dicitur porro avis volatus gubernari, eadem metaphora, qua infra Noster dicit, 'ceterum cum illis fessa sunt remigia pennarum, terra ceu portus est.'

<sup>l</sup> *Vel fulminibus jaculandis, vel nubibus, &c.*] Totum hunc locum mire illustrent hæc Martiani Capellæ l. ii. 'At intra Solis meatum' (inquit) 'usque lunarem globum secundæ beatitatis Numina, suppresque potentia: per quæ tamen vaticinia, somniacque ac prodigia componuntur: hæc aruspicio exta fissiculant, admonentia quædam, vocesque transmittunt, au-

que adeo, per quæ futura dinoscimus. Quæ cuncta cœlestium voluntate et numine et auctoritate, sed Dæmonum obsequio et opera et ministerio fieri arbitrandum est. Horum enim munus et opera<sup>1</sup> atque cura est,<sup>2</sup> ut Hannibali somnia orbitatem oculi comminentur,<sup>3</sup> [676] Flaminio<sup>4</sup> extispicia<sup>5</sup> periculum cladis prædicant,<sup>6</sup> At-

*verbo, reliquis faciendis, quorum ope discimus ventura. Quæ universa existimandum est geri jussu, nutu, atque arbitrio Deorum, ut famulatu et labore ac ministerio Dæmonum. Nam eorum est officium et labor et sollicitudo, ut somnia prædicant Annibali captivitatem oculi: ut inspectio viscerum prænuntient Flaminio*

\*\*\*\*\*

*Oud.*—1 *Et ministerio, &c. et opera.* Hæc cuncta ante Vulcan. refragantibus Mss. O. deerant. Quia tamen in Florent. Harlem. Voss. et Cantabr. scribitur atque opera, et præcedat et opera, sequatur atque cura, putarim τὰ et opera vacare. *Id.*—2 *Exulat est* ab Edd. ante Vulcan. *Id.*—3 *Comminarentur.* Fulv. *comminarent.* Rom. *commonceant.* Elmenhorstius. *Comminarentur* Vulcanio debetur, habentque Mss. O. nisi quod in Fulv. sit *comminarent.* In Edd. prioribus *commonceant.* Certe locutionis ratio et sequentia jubent esse præsens; quare etiam Wower. Merc. Cont. et Florid. tacite edidere *comminentur.* Forsan fuerit *comminitentur.* Vide ad Met. lib. III. p. 202. a. Alioquin si Codd. addicerent, præferrem *commonceant.* Hoc enim verbum somnis est proprium. Adi omnino N. Heins. ad Ovid. Met. lib. XIII. vs. 216. Bronkhus. ad Tibull. III. 4. II. *Oud.*—4 Ita discrete optimus Cujacianus: omnes vero, *addicant* et *præcurrant*: ad quod exemplum etiam, *comminentur* et *prædicant*, scripsi secutus doctorum judicia, quamvis libri habeant, *comminarentur* et *prædicent*, nisi quod in uno, *prædiceret.* Mercerus. Voss. *flaminio.* statim *Flaminio.* *Oud.*—5 *Al. auspicio.*—6 *Prædicent.* Sic hic quoque Seal. Elm. et Scriv. Edd. cum Mss. Flor. Fulv. et aliis. At Leid. Harlem. *prædiceret.* Cantabr. uterque Voss. cum Mss. Mercer. et Edd. vett. *prædicent*, quasi a ‘prædicare,’ ut lib. IV. Met. p. 299. b. ‘de somniis anxiatum iri prædicant:’ ubi etiam Ms. *prædicant.* Lib. III. init. ‘fore mihi Chaldæus prædicabat:’ ubi itidem variatur. Quare hæsito an hic *prædicent*, an *prædicant* cum Stewechio (ad Met. lib. IX. p. 182. Ed. Pric.) Wower.

#### NOTÆ

guratisque loquuntur omnibus. Plenumque enim quærentes admonent vel sideris cursu, vel fulminis jaculo, vel ostentaria novitate.’ Plura vide in eodem libro huc facientia.

<sup>m</sup> *Ut Hannibali somnia orbitatem oculi comminentur*] Cicero lib. I. de Divinat. ‘Hannibalem Cælius scribit, cum columnam auream, quæ esset in fano Junonis Lacinia, auferre vellet, dubitaretque ntrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebravisse: cumque solidam invenisset, statuissetque tollere, secundum quie-

tem visam esse ei Junonem prædicere ne id faceret: minitarique, si id fecisset, se enrataram ut eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret: idque ab homine aento non esse neglectum: itaque ex eo anro, quod exterebratum esset, buculam enrasse faciendam, et eam in summa columna collocavisse.’

<sup>n</sup> *Flaminio extispicia periculum cladis prædicant*] Cladis, qua, ipso duce, ad Thrasymentum lacum ab Annibale deletus est exercitus Romanus. Vide Livium lib. XXI. capp. 3. et 4. Cice-

to Navio<sup>7</sup> auguria<sup>8</sup> miraculum cotis addicant:<sup>9</sup>° item ut nonnullis<sup>1</sup> regni futuri signa præcurrant, ut Tarquinius<sup>2</sup> Priscus aquila obumbretur ab apice,<sup>p</sup> Servius Tullius

*periculum stragis; ut auspiciu concedant Attio Navio miraculum cotis: præterea, ut indicia venturi imperii præcedant in quibusdam: ut Aquila operiat verticem Tarquinio Prisco; flamma collustret caput Servio Tullio: denique omnes prædic-*



Merc. Cont. et Florido recipere præstet. *Oud.*—7 *Attio Navio.* Ms. *Accio Næcio auguri.* Scioppinus in *Symbola.* Edd. primæ et infra multæ aliæ *Accio.* Ms. Bened. *Arvo navigio,* et statim *Quotio Navio,* ubi Voss. *Actio.* Bas. pr. utrobique *Nærio.* mox abest *Navio* a Cantabr. Omnia male. Legendum *Atto Navio.* Adi Cl. Drakenb. aliosque ad Liv. lib. 1. c. 36. *Oud.*—8 Hæc vox exulat ab Edd. ante Vulcan. Cod. Fulv. *Anguri:* male. *Id.*—9 Var. Lect. Bnm. et Edd. ante Colv. prave *adjiciant.* Angurale verbum esse ‘ad dicere,’ nemo nescit. *Id.*—1 Ita tacite exhibuere Merc. Cont. Florid. cum in Edd. primis edebatur *itaque ut.* sed in Mss. et Edd. Vulc. Scal. Elm. Scriv. *ita ut,* sive, *adeo ut.* Wower. silens delevit τὸ *ita.* Cogitavi aliquando, nonn jun-genda sint *addicant ita,* scil. ut voluerat Navius, vel simile quid. Vide de hoc ‘ita’ Cl. Burmann. ad Phædr. lib. 1. prol. vs. 12. Sed ἐπέχω. Dein male *nonnulla* Edd. ante Vulcan. *Id.*—2 Bened. *q.* *Tarq.* *Id.*—3 Brem. *col-*

#### NOTÆ

ro, lib. 1. de Divinatione. ‘Quid? bello Punico secundo, nonne C. Flaminius Consul iterum neglexit signa rerum futurarum magna cum clade Reipublicæ? qui exercitu lustrato, cum Arretium versus castra movisset, et contra Annibalem legiones duceret, et ipse et equus ejus ante signum Jovis Statoris sine causa repente concidit: nec eam rem habuit religioni, objecto signo, ut peritis videbatur, ne committeret prælium. Idem cum tripudio auspicaretur, pul-larinus diem prælii committendi diffe-rebat. Tum Flaminius ex eo quæ-sivit, si ne postea quidem pulli pascen-entur, quid faciendum censeret: cum ille quiescendum respondisset: Fla-minius, Præclara verò auspicia, si esuriantibus pullis, res geri poterit, satris nihil geretur! itaque signa convelli, et se sequi jussit, &c. itaque tribus his horis concisus exerci-tus, atque ipse interfectus est.’

° *Atto* [*Attio*] *Navio auguria mira-culum cotis addicant*] Rem narrat Li-vius, l. 1. cap. 36. ‘Tarquinius’ (Pis-  
*Delph. et Var. Clas.*

cus) ‘equitem maxime suis desse viribus ratus, ad Rannenses, Titien-ses, Luceres, quas Centurias Romu-lus scripserat, addere alias consti-tuit, suoque insignes relinquere no-mine: id quia inaugurato Romulus fecerat, negare Attius Navius incly-tus ea tempestate augur, neque mu-tari, neque novum constitui, nisi aves addixissent, posse. Ex eo ira Regi mota, eludensque artem, (ut ferunt,) ‘Agedum,’ inquit, ‘divine tu, inan-gura, fierine possit, quod nunc ego mente concipio.’ Cum ille, in augurio rem expertus, profecto futuram dix-isset, ‘Atqui hæc animo agitavi,’ inquit, ‘te novacula cotem discissu-rum: cape hæc et perage quod aves tuæ fieri posse portendant.’ Tum il-lum haud emetanter discidisse cotem ferunt.’ Cicero lib. 1. de Divi-natione idem testatur, additque cotem illam et novaculam defossam fuisse in comitio, supraque imposi-tum puteal.

p *Ut Tarquinius Priscus aquila ob-umbretur ab apice*] Livius lib. 1. cap.

flamma colluminetur<sup>3</sup> a capite;<sup>4</sup> postremo cuncta ariolum<sup>5</sup> præsagia, Tuscorum [677] piacula,<sup>r</sup> fulguratorum bidentalia,<sup>6s</sup> carmina Sibyllarum:<sup>t</sup> quæ omnia, ut dixi, mediæ quæpiam potestates inter homines ac Deos obeunt.<sup>7</sup> Neque enim pro majestate Deum cœlestium fuerit, ut eorum quisquam vel Hannibali<sup>8</sup> somnium pingat,<sup>9</sup> vel Flaminio

*tiones divinorum, expiationes Hetruscorum, circumseptiones locorum fulmine tactorum, versus Sibyllarum: quæ universa geruntur, ut dixi, ab aliquibus virtutibus mediis inter Deos et homines. Næm non sit conveniens dignitati Deorum cœlicolarum, ut ullus eorum aut repræsentet somnium Annibali, aut subtrahat victimam*

*lustretur.* Elmenhorstins.—4 Bas. pr. *ut a capite.* Oud.—5 Vulg. *ariolorum.*—6 Vide Not. Var.—7 Al. *obediunt.*—8 Bened. caret τφ *vel.* Oud.—9 L. *pingat vel inping.* Burmannus. *Somnium pingat* quasi e Mss. citat Salmas. ad

#### NOTÆ

34. 'Ad Janiculum forte ventum erat: ibi ei (Tarquinio) carpento sedenti cum uxore, aquila, suspensis demissa leniter alis, pileum auferit: superque carpentum magno clangore volitans, rursus, velut ministerio divinitus missa, capiti apte reponit: inde sublimis abiit. Accepisse id augurium læta dicitur Tanaquil, perita, ut vulgo Etrusci, cœlestium prodigiorum mulier: excelsa et alta sperare, complexa virum, jubet,' &c.

<sup>3</sup> *Servius Tullius flamma colluminetur a capite*] Idem Livius lib. i. cap. 39. 'Eo tempore in regia prodigium visu eventuque mirabile fuit. Pnero dormienti, cui Servio Tullio nomen fuit, caput arsisse ferunt multorum in conspectu: plurimo igitur clamore inde ad tantæ rei miraculum orto, excitum regem, &c. tum adducto in secretam viro Tanaquil: 'Videsne tu pnerum hunc,' inquit, 'quem tam humili cultu educamus? scire licet hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futuram, præsidiumque Regiæ afflictæ, proinde materiem ingentis publicæ privatumque decoris omni indulgentia nostra nutriamus:' inde pue-

rum liberum loco cœptum haberi, erudiri que artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur.'

<sup>r</sup> *Tuscorum piacula*] Cærimoniarum, auguriorum, divinationisque omnis, atque expiationum peritissimos olim habitos fuisse Tuscos, sive Hetruscos, legere est apud Livium passim.

<sup>s</sup> *Fulgurat.* [*fulguritorum*] *bidentalia*] Festus: 'Fulguratum, id quod est fulmine ictum: qui locus statim fieri putabatur religiosus, quod eum Deus sibi dicasse videretur.' Sepiebatur ejusmodi locus, bidentaque dicebatur a bidentibus, hoc est, ovibus; quæ, fulminis expiandi causa, in eo immolabantur. Sidon. Apollinaris Carm. 9. ad Felicem Consulem: 'Nec quæ fulmine Thuscus expiato Septum Numina quærit ad bidental.'

<sup>t</sup> *Carmina Sibyllarum*] Æneas apud Virgil. lib. vi. Æneid. Sibyllam alloquens: 'foliis tantum ne carmina manda.' Librorum Sibyllinorum frequentissima apud Livium mentio. Consulebantur ii a Quindecimviris, quorum munus hoc erat, si quod prodigium evenisset: atque ex iis sacra ei expiando decernebantur.



hostiam corroget,<sup>1 u</sup> vel Atto Navio avem velificet,<sup>2 w</sup> vel Sibyllæ fatiloquia versificet,<sup>3</sup> vel Tarquinio velit apicem<sup>x</sup> rapere, sed reddere,<sup>4</sup> Servio vero inflammare verticem, nec exurere. Non est operæ<sup>y</sup> Diis superis ad hæc descendere. Mediorum Divorum<sup>5</sup> ista sortitio<sup>6</sup> est, qui in aëris plagis<sup>7</sup> terræ<sup>8</sup> contiguus,<sup>9</sup> nec minus confinibus cœlo, perinde ver-

*Flaminio, aut dirigat alitem Accio Navio, aut redigat in carmina oracula Sibyllæ: aut velit eripere pileum Tarquinio, verum statim ei restituere; accendere vero caput Servio, ut non eremare. Diis summi non dignantur sese demittere ad ista. Hæc est provincia Deorum mediorum, qui sic habitant in regionibus aëris, quæ vicinæ sunt telluri, et simul contiguæ cœlo, quemadmodum animalia propria de-*

//////////

Solin. p. 781. *Oud.*—1 Libri vulgares: *corrodāt*. Scripserim: *corripiat*. Narrat enim lib. II. Livius, et alii, vitulum sacrificanti aufugisse. *Wower.* Rom. et Ald. *corrodāt*. *Wower.* *corripiat*. Elmenhorstius. Quid si abroget vel obroget, i. e. detrahat? Vide ad Sueton. Cæs. cap. 28. Mss. O. *corroget* vel *conroget*: quod nemo facile intelligat. Edd. ante Vulcan. *corrodāt*, quod bene dictum foret de extis mutilis. *Oud.*—2 Vide Not. Var.—3 *Vel Sib. vatil. versificet*. Hæc verba non sunt in manuscriptis Florentinis. *Elmenh.* Quare uncis includere Elm. et Scriv. *Oud.*—4 *Rapere sed reddere*. Duas priores voces non agnoscunt Mss. Cantabr. Voss. et Edd. ante Vulcan. minus bene, ut ex historia notum. *Id.*—5 Vulgati non agnoscunt. *Elmenh.* Nempe Edd. ante Vulcan. uti nec Mss. Cantabr. et Voss. *Oud.*—6 Edd. Vic. Bas. *sortio*. *Id.*—*Aëris plagis*. Florent. Rom. et Basil. *aëris plagis*. Elmenhorstius. Vulc. Wov. Merc. *aëris*. Cantabr. et alii cum Edd. Scal. Elm. *aëreis*. Harlem. et Bened. cum Edd. vett. *aëris*. *Oud.*—8 Abest Ed. Vulc. *Id.*—9 *Conterminis*. Excerpta Bat. et Puteani *continuis*. Brem. *contiguus*, quod

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Flaminio hostiam corroget*] Latet mendum. Roman. et Ald. habent *corrodāt*. *Wower.* *corripiat*, melius, ut opinor. Lego enim apud Livium l. xxxii. cap. ult. cum Arimini consulatum iniret Flaminius, immolaretque, vitulum jam ictum e manibus sacrificantium sese proripuisse, multosque circumstantes eruore respersisse; quod a plerisque in omen magni terroris acceptum est.

<sup>w</sup> *Vel Atto [Accio] Navio avem velificet*] Sic Lindenbrogius, et Woverius ex corrupta lectione Florent. Leid. et Bremens. *navem velificet*: quæ et Thuani codicis est. Porro 'avem velificare' dicit Apuleius, ut supra dixit 'præpetibus gubernandis,' et infra, 'cum illis fessa sunt remigia

pennarum,' metaphora ducta a navibus. Veteres editiones habent *cotifict*: unde Lipsius Elect. I. cap. 18. *cotim sicut*, hoc est, *secet*, acute certe, et verisimiliter: sed ne ejus conjecturam sequar, prohibet quod sequitur, 'vel Sibyllæ fatiloquia versificet,' unde hoc loco scriptum fuisse *velificet* satis superque evincetur, si meminerimus quam studiosus sit Noster figura illius, Afris Scriptoribus in deliciis habitæ, quæ Græcis *δμοιωπρωτων*, et *δμοιοτέλευτων*, Latinis 'similiter cadens,' et 'similiter desinens' dicitur.

<sup>x</sup> *Apicem*] Pileum, quem summo capite gestabat.

<sup>y</sup> *Non est operæ*] *Supple pretium*.

santur, ut [678] in <sup>1</sup> quacumque parte naturæ propria animalia, in æthere volantia, in terra gradientia. <sup>2</sup> Nam cum quatuor sint elementa notissima, veluti quadrifariam <sup>3</sup> natura magnis partibus disterrminata, <sup>4</sup> sintque <sup>5</sup> propria animalia terræ, aquæ, flammæque; <sup>6</sup> (siquidem <sup>7</sup> Aristoteles auctor est, <sup>a</sup> in fornacibus flagrantibus quædam propria animalia pennulis <sup>8</sup> apta volitare, totumque ævum suum in igni <sup>9</sup> diversari, <sup>1</sup> cum eo exoriri, cumque eo extingui;) præterea, cum totjuga sidera, <sup>2</sup> <sup>b</sup> ut jam <sup>3</sup> prius dictum est, sur-

*gunt in singulis regionibus mundi, volatilia nempe in aëre, et quæ pedibus incedunt, in terra. Cum enim sint quatuor elementa maxime cognita, quasi Natura dicisa sit in quatuor vasta membra, et sint animalia peculiaria telluri, et igni; quoniam Aristoteles affirmat quædam peculiaria animalia instructa alis volare in caminis ardentibus, et degere omnem suam vitam in igne, nasci cum eo, et cum eo interire; insuper, quandoquidem, ut jam dictum est ante, tot varia astra conspiciuntur su-*

//////////

placet. *Elmenh.* Glossa est vocis *contiguus* vel *continuis*, quod extat etiam in Harlem. Utrum verius sit vix dixerim, nam æque bonum. Inclino in posterius, quia proxime accedit ad literas vocis *conterminis*. *Oud.*—1 *Aut* in Cantabr. Flor. Voss. *Id.*—2 *Edd. ante Vulcan. sint an. et in æth. vol. et in t. gr. Id.*—3 *Edd. Vic. Bas. quadrifaria. Id.*—4 *Voss. Edd. ante Vulcan. disterrmina. Id.*—5 *Sunt quædam propria. Flor. et excerpta Bas. sit, quæ propria. Elmenhorstius. Libri omnes, sit, quæ propria: unde patet legendum ut edidi, sintque propria, rejectis quæ male addita in aliis editionibus. Mox scriptum erat, terrarum, flammæ, sine conjunctione; sed omnino deest, et aquarum. Enumerat enim animalia trium elementorum, ut probet etiam quarto aëri esse sua. Merc.* Revocavi cum Mercero, Coutur. et Florido, qui se ita primus corrigere credit ex scripta viri docti manu (forsan fuit ipsius Merceri, nam sæpius illa manus cum eo consentit) lectionem vulgarem ante Vulcan. qui hic e suo cod. cum Scal. et Wow. reposuit *sint quædam*. Verum Auctor non vult, ut hoc ita sit; sed supponit ita esse, *cum quatuor sint elementa, et cum sint animalia, &c.* Pejus *Elmenh.* et *Scriv. quæ sit*, sine sensu: nam 'natura disterrminata' sunt ablativi. *Sitque* vel *sit quæ* extat in Mss. Thuan. Harl. Voss. Cantabr. utroque, tribus a Lindembrogio collatis, cunctisque Merceri. *Oud.*—6 *Terrarum et flammæ.* Abest τδ et a Cantabr. Voss. et Merceri. libris: at in Harlem. exaratur *terræ, aquæ, flammæque*. Bene: sic enim infra, 'Ut in igni flammida, in unda fluxa, in terra globulenta.' V. de Dogm. Plat. Vidit id jam Merc. qui deesse aiebat et *aguarum*, quod ideo invexit quoque Coutur. Mercerum hic laudans. *Id.*—7 *Edd. Ald. Junt. Colv. sig. et. Id.*—8 *Rom. pennulis. Elmenhorstius. Nec non Var. Lect. Burm. Edd. primæ, Bas. Colv. ut supra sæpe. Oud.*—9 *Harlem. igne. male. Id.*—1 *Brem. versari. Elmenhorstius. Harlem. cum Ed. Colv. deversari. Oud.*—2 *Tot vaga sid. Flor. tot juga s. Elmenhorstius. Totjuga sid.* Ita recte li-

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Disterrminata, sintque [quæ sit]* Ms. Thuan. *disterrminata sit, quæ*, unde suspicor *disterrminata, sintque*, ut in meo Elmenhorstiano exemplari correctum est.

<sup>a</sup> *Aristoteles auctor est*] Lib. v. *Historiæ Animalium*, cap. 19.

<sup>b</sup> *Totjuga sidera*] Sic malo cum Florent. membranæ legere, quam *tot vaga*: neque enim Planetas tantum,

sum in æthere,<sup>4</sup> hoc est,<sup>5</sup> in ipso liquidissimo ignis ardore comparcant; cur hoc solum quartum elementum<sup>6</sup> aëris, quod tanto spatio intersitum<sup>7</sup> est, cassum ab omnibus,<sup>8</sup> desertumque<sup>9</sup> a cultoribus suis natura pateretur? quin in eo quoque aëre animalia gignerentur,<sup>1</sup> ut in igni<sup>2</sup> flammida, in unda fluxa,<sup>3</sup> in terra glebulenta?<sup>4</sup> Nam quidem qui<sup>5</sup> aves aëri attribuat,<sup>6</sup> falsum sententiæ<sup>7</sup> meritissimo<sup>8</sup> dixeris: quippe nulla earum ultra<sup>9</sup> Olympi verticem<sup>c</sup> sublima-

*perne in æthere, id est, in ipsa clarissima fragrantia ignis; quare Natura sineret tantum illud quartum elementum Aëris, quod tam late patet, inane omnium rerum, et vacuum incolis? quidni animalia procrearentur etiam in illo Aëre, quemadmodum procreantur animalia ardentia in igne, mollia in aqua, terrea vero in terra? nam certe jure affirmaveris eum, qui assignet volucres aëri, falli opinione: siquidem nulla volucris ex iis extollitur supra cacumen Olympi, qui tametsi feratur altissi-*

bri, non vaga: quos debuerant sequi viri docti: 'totjuga' nihil aliud quam tot sidera, ut 'multijuga,' multa. Idem libri, *solum quatuor*; e quo malui facere, *solum e quatuor*, quam *quartum*; cum eandem scripturam videam confirmari Florentini et Bremensis assensu. Mox scripsi, *gigneret*, ut in altero Cnjaciano: in aliis, *gignerent*. Mercerus. *Totjuga*. Recte. consentit Voss. In Apolog. quoque 'totjuga sidera.' V. Ind. *Oud.*—3 Abest Edd. Wowerii et Vulcanio prioribus. *Id.*—4 Flor. et Brem. Fulvii liber, *cursum in æth.* Elmenhorstius. Item Harlem. Voss. Vulc. Cantabr. vitiose, nisi *comparent* legas active, et de planetis capias. Sed non puto. *sursus* Bened. *Oud.*—5 Voss. *id.* Ed. Merc. *id est.* *Id.*—6 Flor. et Brem. *cum h. s. quatuor e.* Elmenhorstius. *Solum quartum el. aëris.* Hæc lectio rursus Vulcanio debetur. Antea excusum fuit *ex quatuor*, scil. elementis. Merc. *solum e quatuor*. Sed Mss. Florent. Brem. Voss. Cantabr. Harlem. aliique *solum quatuor elementa aëris.* Bened. *III<sup>or</sup> elementorum.* Forsan bene, nisi *elementum* sit per syncopen pro *elementorum*. *Oud.*—7 Edd. Vulc. Wow. *interpositum*: male. V. supra. *Id.*—8 Brem. *ab hominibus.* Elmenhorstius.—9 Abest *que* a Cantabr. Harlem. Voss. Edd. Merc. Cout. *Oud.*—1 Harlem. Cujac. *sec. gigneret* cum Mercero et Cout. In Voss. et aliis *gignerent*. *Id.*—2 *In igne.* Malim *igni* cum Mss. Harlem. Voss. et Edd. ante Vulcan. ut supra et alibi. Sic enim cum Antiquis etiam Virg. *Æn.* iv. 2. Sept. de B. Tr. ii. 12. Abest *in* a Voss. *Id.*—3 Ms. Bremensis. *fluxida*: recte. *Elmenh.* Sed auctoritatem quaero. Si quid mutandum, malim ego *fluida*: ut conjecit vir doctus in marg. Ed. Junt. *Oud.*—4 Cantabr. *glebulenda*. *Id.*—5 Ita Mss. et Vulcan. cum seqq. Al. *quod quidam.* *Id.*—6 *Qui aves aëri attribuet.* Ita recte libri omnes, in quibus etiam mox, *quippe qui ares nulla earum*; repetitis ex superiori versiculo dictionibus illis, *qui aves*, quæ sunt delendæ. Merc. Voss. *avas*. Idem cum Harlem. Edd. Merc. Cout. *attribuet*. In reliquis *attribuet*. *Oud.*—7 Vulgo *falsum sentire*. Elmenh. Sic rursus Vulc. et seqq. cum Mss. Ante *sentire*. Harlem. *sentient*. De hoc genitivo vide ad Met. l. i. p. 67. a. Apud Terentium 'falsus animi.' *Oud.*—8 Bened. male *meritissime*. *Id.*—9 *Quon avis nulla earum ul-*

## NOTÆ

sed et cetera Astra intelligit. *Totjuga* dicit pro tot vel totuplicis generis, ut 'multijuga' pro multiplici, initio hujus libri de Luna loquens; 'circum-

versione oris discoloris multijuga pol-lens.'

<sup>c</sup> *Ultra Olympi verticem*] Mons est Thessaliam inter et Macedoniam,

tur; qui cum<sup>1</sup> excellentissimus<sup>2</sup> omnium perhibeatur, tamen altitudinem perpendiculo si metiare, ut geometræ autumant, stadia decem<sup>3</sup> altitudo fastigii non [679] æquiparat;<sup>d</sup> cum sit aëris agmen<sup>4</sup> immensum usque ad citimam Lunæ helicem,<sup>5</sup> quæ porro<sup>6</sup> ætheris sursum versus<sup>7</sup> exor-

*mus omnium montium, altitudo tamen ejus verticis non æquat decem stadia, ut existimant Geometræ, si mensures ejus altitudinem ad perpendiculum; cum sit immensa molis aëris, usque ad citeriorem Lunæ gyrum, qui est initium ætheris sur-*

\*\*\*\*\*

*tra. F. parum ultra. Brantius. Forsan recte: quum axis nulla earum est lectio Edd. Colv. et Flor. At Wower. edidit quum nulla earum. Scriv. quum aves nulla. In Mss. O. et Edd. reliquis qui vel quæ aves nulla ear. nisi quod Ald. et Junt. dent axis. Hinc vir doctus tentavit quia vix ulla. Placet quia. Sed quæ aves videtur Mercero, qui cum Coutur. delevit quæ vel quum aves, et mihi irrepisse e præcedenti versu: nisi adhibuerit Auctor aves in sing. numero, ut 'valles' pro vallis apud Cæsar. ubi similia plura vide ad lib. vii. B. G. c. 74. Sed vel sic aves vel earum superflue ponitur. Oud.—1 Id Bened. Idem.—2 Conjecit Colv. excellentissimus.—3 Stadia\*\* Bene Colvius supplevit stadia X. nota res ex Plutarcho et antiquis Geographis. Merc. Var. Lect. Burm. cum Brem. stadia centum. Sed egregie Colv. et Wower. cum seqq. correxere. Oud.—4 Hoc rursus debemus Vulcanio, et Mstorum consensui; pro mole, copia, et magnitudine. Vide ad Met. l. iv. p. 248. a. 'Agminibus stagnantibus:' de Mundo p. 718. Ed. Flor. 'nebularum agmina,' Vulgo augmentum. Id.—5 Usque ad citima Lunæ falcem. Hæc lectio ex ora posterioris Basileensis est. Vulgatim passim, usque ad stitima Lunæ felicemque. Sed ex ista scriptura, quam primam posui, legerim, usque ab citima Lunæ saltem, quæ porro, &c. Lud. Vives in cap. 15. lib. viii. de Civit. Dei aliter citat hunc locum, nempe, usque ad extima Lunæ calique; porro ætheris sursum versus exordium est. Colvius. Citima Lunæ Helicemque. Flor. Leid. et Brem. citamam L. Vide August. de Civit. lib. viii. c. 15. Brem. et Leid. felicemque p. Puteani excerpta facemque p. male. Elmenh. Ad citinam Lunæ facem. Ita scribendum. Libri omnes, citamam. Sed iidem fere omnes corrupte felicemque. Unus Cujacianus, quem dixi ex optimo descriptum, facemque optime. Citimam dicit Lunæ facem, respectu hominum, alludens ad notum illud Ciceronis e vi. de Republ. 'Quæ ultima cælo, citima terris luce lucebat aliena.' Iidem libri omnes habent exortum pro exordium, minus bene. At rectissime in iis, aëris agmen immensum. Mercerus. Vid. Not. Var.—6 Brem. partem: a Puteani manuscripto τὸ porro abest. Elmenh.—7 Bened. verso.*

#### NOTE

Thessaliæ tamen vulgo ascriptus. Sunt et alii montes hoc nomine, in Mysia, in insula Lesbo, in Æthiopia ad Mare Rubrum haud procul ab urbe Heliopoli, &c.

<sup>d</sup> *Stadia decem altitudo fastigii non æquiparat*] Deerat numerus decem, sed supplevit Colvius Martiani Capellæ auctoritate ductus, qui lib. ii. sic habet: 'Non enim de humilitate aëris

illius quæro qui vulncribus permeatur, quem Olympi montis cacumen excedit, qui vix decem stadiorum altitudine sublimatur.' Plutarchus, in Paulo Æmilio non vix, sed plusquam decem stadiorum ait esse Olympi altitudinem.

<sup>e</sup> *Ad citimam [citima] Lunæ helicem, quæ porro, &c.*] Ms. Thuan. *ad citinam Lunæ felicemque*: unde omnino resti-

dium<sup>8</sup> est. Quid igitur tanta vis aëris, quæ ab humillimis<sup>9</sup> Lunæ anfractibus usque ad summum Olympi<sup>f</sup> verticem interjacet? quid tandem? <sup>1</sup> vacabitne animalibus suis, atque erit ista naturæ pars mortua ac debilis? Immo enim, si sedulo<sup>2</sup> advertas, ipsæ quoque aves terrestre animal,<sup>3</sup> non aërium, rectius perhibeantur. Enim semper<sup>4</sup> illis victus omnis in terra, ibidem pabulum, ibidem cubile,<sup>5</sup> tantum quod<sup>6</sup> aëra proximum terræ volitando<sup>7</sup> transverberant. Ceterum, cum illis fessa sunt remigia<sup>8</sup> pennarum, terra ceu portus est. Quod si manifestum flagitat<sup>9</sup> ratio, debere propria etiam animalia<sup>1</sup> in aëre intelligi; superest, ut, quæ

*sum versus. Quid ergo tanta copia aëris, quæ expanditur ab infimis meatibus Lunæ ad supremum usque cacumen montis Olympi? quid demum? an carebit suis animalibus, atque hæc pars mundi erit inanima et manca? Etenim, si diligenter observes, ipsæ etiam volucres melius censebuntur animalia terrena, non autem aëria. Namque tota earum vita est semper in terra: in ea est earum cibus, in ea requiescunt, nihil habent aërii, nisi quod tranant volatu aërem contiguum telluris. Porro, quando remi alarum sunt ipsis defatigati, tellus est eis quasi portus. Quod si ratio evidenter postulat, ut intelligenda sint etiam propria animalia in aëre; restat ut*

//////////

Oud.—8 Rom. Leid. et Brem. *exortum*. Elmenhorstius. Item Fulv. Harlem. Voss. Mercer. Oud.—9 Edd. ante Vulcan. *humilibus*. Ceterum *Lunæ anfractibus usque ad summum* vitiose desunt in Ed. Scriv. Id.—1 Edd. eadem *tun*. Id.—2 Bremens. *sedule*. Elmenhorstius. Pro quoque Harlem. *queque*. Oud.—3 Flor. et Leid. *per terrestre an*. Elmenhorstius. *Perterrestre* libri omnes nostri, non *semperterrestre*, nec *superterrestre*. Mercerus. Mss. Cantabr. Edd. Vic. Bas. Par. *semper terrestre*. At Florent. Harlem. Voss. Leid. Mercer. et Edd. Ald. Junt. Merc. Cont. *perterrestre*. Oud.—4 *Enim semper* extat quoque in Voss. *Est enim semper a Vulcanio* est. Edebatur autem *semper enim sine rō est*: atque ita Cantabr. uterque et Harlem. Sed aliter Mss. plerique. Scilicet ab Auctore fuit *Enim semper*. Vide Indicem. Id.—5 Bened. *et ibidem c*. Id.—6 Male Harlem. et Edd. ante Vulcan. *tantumque*. De hac formula vide laudatos viros doctos ad Nepot. Datam. c. 6. § 7. ad Petron. c. 78. ad Vellei. l. II. c. 117. Græv. ad Luciani Solæc. init. Salm. ad Solin. c. 19. in fil. ‘tantum quod villosos habet armos.’ Id.—7 Eadem *volando*. Id.—8 Brem. *regimina*. Elmenhorstius. Male. Voss. *pinnarum*, et pro *portus* Bened. *precatus*, Edd. Vic. Bas. *potitus*. Oud.—9 Harlem. *flagitet*. Id.—1 Alio ordine Bened.

#### NOTE

tuendum est ad *citinam Lunæ helicem*, quæ porro, &c. eo sensu, qui in Interpretatione expressus est: ‘*citima laticæ Lunæ*’ sunt gyri spirales, quos Luna quotidiano motu describit, qua parte illi gyri terram spectant. Ludovicus Vives in cap. 15. lib. VIII. de civitate Dei D. Augustini, hunc lo-

cum aliter citat, nempe, *usque ad extima Lunæ cartique*, &c.

<sup>f</sup> *Quæ ab humillimis Lunæ anfractibus, usque ad summum Olympi, &c.*] Hæc quoque lectio Ms. Thuani est: in Scriverii editione, *perperam, quæ ab humillimis Olympi, &c.*

tandem et cujusmodi ea sint, disseramus. Igitur terrena nequaquam, devertunt<sup>2</sup> enim pondere; sed ne flammida,<sup>3</sup> ne sursum versus calore rapiantur. Temperanda<sup>4</sup> ergo nobis pro loci medietate media natura, ut ex regionis ingenio sit etiam<sup>5</sup> cultoribus ejus ingenium. Cedo igitur mente formemus, et gignamus animo<sup>6</sup> id genus corporum texta,<sup>7</sup> quæ neque<sup>8</sup> [680] tam bruta, quam terrea,<sup>9</sup> neque tam levia, quam ætherea, sed quodammodo utrimque sejugata,<sup>1</sup> vel enim<sup>2</sup> utrimque commixta sint, sive amolita,<sup>3</sup>

*disceptemus quæ demum, et qualia illa sint. Ergo minime sunt terrestria, nam deprimerentur sua gravitate: verum non sunt quoque ignea, ne extollantur sursum suo ardore. Igitur formanda nobis est quadam natura temperata justo temperamento habitationis, ut incolæ ejus habeant indolem conformem indoli loci. Age ergo, fingamus animo, et mente procreemus corpora sic constituta, ut nec sint tam gravia quam sunt terrena, nec tam levia quam sunt cælestia, at sint aliquo modo diversa ab utrisque, aut etiam temperata ex utrisque, sive remota a participatione*

in quo pro ut quæ statim ut qui. Id.—2 Videtur scripsisse devertant: sed illud retinent omnes libri, qui et mox, sed ne flammida; quod et rectum est. Mox: temperande ergo: e quo feci, temperanda est ergo. Et statim, sit etiam cultoribus ejus ingenium; ex omnibus libris. Merc. Non male devertant: edidit ita Florid. Oud.—3 Nec flammida. Harlem. Vulc. Voss. Bened. Mercer. cum Edd. Merc. et Cout. ne pro ne quidem: bene, ut sæpe. Edd. vett. flammia contra Mss. Paulo ante 'in igni flammida.' Id.—4 Frigide additur est in Edd. Cout. Flor. e conjectura Merceri. Voss. temperande. Id.—5 Ita rescripti cum Mss. Harlem. Flor. Voss. Fulv. Bened. Edd. Merc. Cout. Vulgo sed et. Edd. ante Vulcan. cum Ms. Cantabr. sit et in. Id.—6 Edd. eadem omnino. Id.—7 Tertia quæ. Flor. texta quæ. Elmenhorstius. Id genus corporum texta. Ita recte libri, quos secutus Vulcanius in prima editione; in altera malo consilio mutavit, et in eandem frandem induxit sequentes editores. Merc. Hunc quoque locum non intelligentes librarii mire corruerunt; unde in vett. Edd. legas corpus, tertia quædam animalia. Corporum bene jam edidit Vulc. et Wow. Quædam animalia, delevit in sec. Ed. Vulc. et Elmenh. ac Scriv. Bene. Sed optime Merc. Cout. et Florid. exhibuere id genus corporum texta. Sic enim discrete exprimunt Mss. Vulc. Florent. et Mercer. Voss. corporum texta. Omnes corporum. In Harlem. solum legas id genus corporum, quæ. Sed perperam. 'Id genus' Nostri more pro ejus generis. 'Textum,' 'textus' et 'textura' sæpe in usu est de fabrica corporis. Vide Lexica. Hinc Lucan. l. ix. vs. 777. 'laterum textura.' Manil. II. 663. 'Et duo contauro licet uno corpora textu:' ut bene Bentlei. unde et sæpe 'filum corporis' occurrit, ut mox videbimus. Hesych. ἰσφῆ, σῶμα. 'Textum mundi' Mart. Cap. p. 14. Oud.—8 Quæ neque sint. Abest a Mss. quod sciam, cunctis, et Edd. Vulc. Scal. Merc. Cout. nec opus: immo statim sequitur τὸ sint. Id.—9 Al. terrena.—1 Lego, utrimque secus jugata. Brantius.—2 Vel enim utrimque commixta legendum esse docui ad Nonium. Male enim editiones omnes habuerunt, velut enim, ante Elmenhorstianam. At libri scripti discrete, vel enim.

#### NOTÆ

⊕ Corporum texta] Sic reposui ex vulgatis tertia. Thuano codice, ubi est textu: male in

seu <sup>4</sup> modificata utriusque rei participatione. Sed facilius ex utroque, quam ex neutro, intelligentur.<sup>5</sup> Habeant igitur hæc Dæmonum corpora et modicum <sup>6</sup> ponderis, ne ad superna incedant; <sup>7</sup><sup>h</sup> et aliquid levitatis,<sup>8</sup> ne ad inferna præcipitentur. Quod<sup>9</sup> ne vobis videar pœtico ritu incredibilia confingere, dabo primum exemplum hujus libratae medietatis. Neque enim procul ab hac corporis subtilitate nubes concretas videmus, quæ si usque adeo leves forent, ut ea, quæ omnino carent pondere, nunquam infra <sup>1</sup> juga, ut sæpenumero animadvertimus, gravatae,<sup>2</sup> caput editi montis ceu quibusdam curvis torquibus coronarent. Porro, si suapte natura tam spissæ ac graves <sup>3</sup> forent, ut nulla illas <sup>4</sup> vegetioris <sup>5</sup> levitatis admixtio sublevaret, profecto non se-

*amborum, sive attemperata ex ea. Verum facilius concipiuntur commixta ex ambobus, quam ex neutris. Ergo illa corpora Dæmonum habere debent et paululum gravitatis, ne ferantur sursum, et aliquantum levitatis, ne detrudantur deorsum. Ac ne existimetis me excogitare incredibilia more pœtarum, afferam primum exemplum hujus temperatae mediocritatis. Nam cernimus nubes coalescere haud multum direrse ab hac tenuitate corporis: quæ, si essent æque leves atque ea, quæ prorsus non habent gravitatem, nunquam cingerent cacumen excelsi montis veluti quibusdam torquibus incurvis, depressæ infra ejus verticem, ut observamus sæpissime. Ceterum, si essent ex suamet natura tam densæ ac ponderosæ, ut nulla temperatio levitatis vividioris eas sustolleret, certe impingerent in terram labentes suo-*



ut primo Florido: 'vel enim colliculus sepimine consecratus.' Merc. Sic Scal. Elm. Merc. &c. cum Mss. Reliquæ *velut enim, male. Enim valet vero, autem. Voss. vel en, utrumque. Oud.—3 Al. inolita.—4 Harlem. Edd. Merc. Cont. sive. Oud.—5 In præsentī Edd. Elm. Scriv. Flor. Id.—6 Carent et Edd. ante Vulcan. statim ne deest Bened. Id.—7 Forte, inscendant. Colvius. F. incitent et præcipitent. Brantius. Flor. incedat. Elmenhorstius.—8 Ita libri omnes, non et quid: quod non fuerat mutandum sine auctoribus libris. Merc. Carent τφ et etiam Harlem. Cantabr. et Edd. ante Vulcan. Edd. Vnlc. Wow. quid. Oud.—9 Ed. Wow. sed. Mox pro exemplum Bened. exempli: et pro subtilitate Cantabr. sublimitate. Id.—1 Cantabr. infixa. Harlem. intra. Id.—2 Edd. quædam gravate. Pro montis ceu Harlem. montibus seu. Id.—3 Cantabr. Harlem. Voss. Edd. Merc. Cont. spissæ tam graves. Ed. Vule. spissæ ac jam gr. Wow. spissæ ac tam gr. Id.—4 Voss. nullam. Bened. illa. Id.—5 Florent. veterioris. Schik. ventosioris. Elmenhorstius. Vegetioris recte edidit e suo libro Vulcanius, cui alter Cujacianus consentit: alii, *retioris*, vel *exterioris*: pessime. nec aliud quærendum quam *vegetioris*. Mercerus. Ita recte emendavit Vule. consensu Mss. plerorumque. Vulgo erat inepte *vetustioris*. Florent. tamen, Voss. et Cantabr. *veterioris*. Bened. et alii *exterioris*. Frustra Schikerad. voluit *ventosioris*, alius *vastioris*. Lips. *vel-**

## NOTÆ

<sup>h</sup> Ne ad superna incedant] Quid, si legas *inscendant*? Mr. Thuan. *recedant*.

cus quam plumbi rodus,<sup>i</sup> et lapis, suoapte nisu<sup>6</sup> caducæ, terris illiderentur. Nunc enimvero pendulæ et mobiles huc atque illuc<sup>7</sup> vice navium in aëris pelago ventis gubernantur, paululum immutantes<sup>8</sup> [681] proximitate et longinquitate. Quippe si aquæ humore<sup>9</sup> k fœcundæ sunt, veluti

*met conatu, perinde ac massa plumbea rudis, et saxum. At nunc ipsæ pendentes et mobiles in hanc atque illam partem reguntur a ventis in mari aëris veluti navigia, nonnihil variantes in propinquitate et remotione. Nam si sunt gravidæ liquore*

*ut sudioris. Oud.—6 Plumbi globus et lapis suoapte vi, &c. Nimio placet manuscripti lectio: plumbi robur vel lapis suoapte nisu, &c. Sicut Lucretius robur ferri, robur aëris dixit, pro ferro, ære. Sic lib. ix. p. 167. 'magno nisu ferro librato.' Et 166. 'telum solo nisi violentia defixum,' id est, impetus. Sciopp. in Symb. Plumbi robur. Sic Brem. et Fulvii liber, in Florent. et Leid. legitur plumbi robus: unde Mercerus in Notis ad Nonium pag. 94. plumbi rodus facit. Sed priorem recte explicat Scioppius. Elmenh. Plumbi rodus. Ita legendum esse monui dudum. Optimi quique scripti libri præferunt robus, quod et in Florentinis et Leidensibus membranis esse testatur Elmenhorstius. Plumbi rodus etiam dixit Lucilius, ut 'saxeum rodus' Accius. Qui plumbi robur defendunt, inventis frugibus glande vesci digni. Mox recte libri, suoapte nisu, non suoapte vi. Mercerus. Egregia Merceri est emendatio pro vulgato globus ad Nonium p. 94. quo faciunt Codd. Fulv. Brem. et Harlem. robur, quod etiam defendi posset loco Mart. Cap. p. 8. Ed. Gr. 'liventis plumbi fusili robore.' Sed ibi quoque Ill. Heinsius legit rodere tom. III. Th. Epist. p. 461. ubi omnino eum vide. Sed imprimis rō rodus confirmant Mss. in quibus robus ut Mercer. Cantabr. uterque, Leid. Voss. et Florent. sic habentes eum glossa interlineari pistillum perpendiculi. At robur amplexi sunt Elm. et Scriv. rodus Floridus. Alibi mentem habuit Burmann. dum hic margini allevit rhombus. Vide ad Ovid. Amor. I. 8. et ad II. Fast. 575. Oud. Et lapis. Fulv. et Edd. ante Vulcan. vel. Id. Suapte vi. Rescribe ex Flor. Fulv. Excerpt. Bat. et Put. suoapte nisu. Elmenhorstius. Voss. quoque Cantabr. Harlem. cum Thuan. Mercer. et Edd. Elmenh. &c. suoapte nisu. Vide Sciopp. supra. In Bened. suoapte n. in reliquis suoapte vi. Vide ad Met. I. IX. p. 642. a. Ceterum pessime in marg. Bas. pr. e conjectura ponitur caduca: nam caducæ ad nubes referendum. Oud.—7 Edd. ante Vulcan. et illuc. Id.—8 Cantabr. mutantes. Id.—9 Si aliquo humore f. Placet Ms. si aquæ humore f.*

## NOTE

<sup>i</sup> Plumbi rodus] Editiones quædam plumbi globus. Scioppio magis placet Ms. lectio plumbi robur: sic, inquit, 'robur ferri,' 'robur aëris' Lucretius dixit pro ferro et ære; nec ferri solum, aut aëris, sed et 'saxi robur,' pro saxo dixit lib. I. vs. 880. 'Conveniebat enim fruges quoque sæpe minutas, Robore cum saxi franguntur, mittere signum Sanguinis.' Exemplar meum Elmenhorstianum habet eadem docta manu emenda-

tum plumbi rodus, optime profecto. 'Rodus, vel Raudus,' (inquit Festus) 'significat rem rudem et imperfectam, nam saxum quoque raudus appellant poëtæ,' &c. et infra: 'vulgus quidem in usu habuit, non modo pro ære imperfecto,' (hoc est, massa aëris, ut hic pro massa plumbi), 'ut Lucilius, cum ait, Plumbi paxillum, rodus, linique mataxam: sed etiam pro signato,' &c.

<sup>k</sup> Aquæ humore] Ms. Thuan. aliquo



ad fœtum<sup>1</sup> edendum, deorsum degrassantur.<sup>2</sup> Atque ideo<sup>3</sup> humectiores humiliter deant, aquilo agmine,<sup>4</sup> tractu segniore:<sup>5</sup> sudis vero<sup>6</sup> sublimior cursus, et tum lanarum vel-leribus<sup>6</sup> similes aguntur, cano agmine,<sup>7</sup> volatu perniciose. Nonne audis, quid super tonitru<sup>8</sup> Lucretius facundissime disserat:

*aquæ, deprimuntur ad ima, quasi ad paricendum. Proptereaque nubes aquosiores deprimuntur inferius, atra cuterva, lentiore cursu: at serena altius deant, et tunc impelluntur similes globis lænæ, acie candida, celeriore cursu. Annon auscultas quid Lucretius disputet eloquentissime de tonitru? Primo quidem cœrulem cœ-*

//////////

Sciopp. in Symb. Ms. liber: *Si aquæ humore f. Vere. Wower. Brem. si a. humecto f. Fulvii liber, si aquæ humore f. bene. Elmenh.* Non mutavi, quia ita in omnibus libris nostris, nisi quod in optimo Cujaciano, alia quo. Aiunt in Fulvii libro esse, *aquæ*. Sed is auctoritatis minus certæ. Si quid mutandum, scriberem *aqueo*; sed melius nihil mutari. Mox pro *degrassantur* credo scribendum, *degravantur*; ut supra, 'nunquam infra juga gravatæ.' Merc. Reliqui Mss. aliquo. Ond.—1 Harlem. *velut*. Inepte Bened. et Edd. ante Vulcan. *fletum*. Id.—2 Florent. Voss. Bened. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *deorsus*. *Degrassantur* vero retinent Mss. et Edd. O. nisi quod in Elmenh. sit *degressantur*. Videtur Ap. ad proprietatem verbi respexisse; qua notaret, cum impetu et celeri gradu descendere, *καταβαλεω*. Audacissime certe Coutur. et Florid. reposuere *degravantur* et conjectura Merceri et alius viri docti, si non is ipse est Mercerus. cf. supra ad p. 678. Ed. Flor. 'sintque propria.' Burmann. conjecit *decrassantur*. Ond.—3 Edd. ante Vulcan. *omnino*. Id.—4 Hoc vero invitit omnibus libris ita rescribendum: *aquilo agmine, tractu segniore, non aquilonis agmine, tractu segniore*; e quo pessime Woverius, *Aquilonis agmine factæ segniore*. Quid enim ad pluviam Aquilo? At, *aquilo agmine*, id est nigro: ut apud Varronem: 'Atque Ægens fluctu quam lavit ante aquilo.' Indicant sequentia, in quibus pluviae aquilo agmini opponit nivis canum agmen. Merc. Egregia hæc est emendatio Lipsii in marg. et Merceri, quam bene in textum recepere Coutur. et Florid. licet cum editis Mss. constanter habeant *aquilonis*. De τῶν 'aquilus' vide Festum et Nonium. Ond.—5 Sic tacite Floridus edidit, e conjectura Merceri, cum autem et in Mss. sit *segniore*, s scilicet adhæsit e seq. voce *sudis*. Hinc tamen Woverius sese non extricans interpolavit tacite *aquilonis agmine factæ segniore*. quod est nihili. Id.—6 Florent. Harlem. Edd. ante Vulcan. *cum*. Bas. pr. *lanatum*. Mox Bened. *agantur*. Id.—7 Rom. *cavo a. male. Elmenh.* Optime sic emendarunt jam olim Lips. et Vulc. consentientibus Mss. O. pro edito antiquitus *cavo*. Contra 'cavam nubem' abiit in *canam* de mundo p. 727. Ed. Flor. Canæ nubes sunt tennes, aquilis et nigris oppositæ. Ond.—8 *Super tonitrum*. Vulgo plerisque in edit. *tonitruum*. Forte deorat, *natura*, aut tale quid; ut si legas, *super natura tonitruum*. Locus Lucretii est e lib. vi. Colv. Rom.

#### NOTÆ

*humore.*

<sup>1</sup> *Degrassantur*] Eadem manu correctum in meo Elmenhorstiano exemplari *degravantur*.

<sup>2</sup> *Aquilo agmine*] Sic proculdubio legendum. Male vulgati omnes *Aquilonis agmine*. Aquilus color est fas-

cus, subniger, qui color est aquæ. 'Aquilum agmen' hic opponitur cano agmini, quod mox sequitur.

<sup>3</sup> *Sudis vero*] Sudæ nubes sunt nebulae illæ tennes quæ cælo sudo serenoque sæpissime conspiciuntur.

Principio tonitru<sup>o</sup> quatiuntur cœrula cœli,  
 Propterea quia<sup>9</sup> concurrunt sublime volantes  
 Ætherææ nubes, contra pugnantibu' ventis.<sup>1</sup>

Quod si nubes sublime volitant, quibus omnis<sup>2</sup> et exortus  
 est terrenus,<sup>3</sup> et retro defluxus<sup>4</sup> in terras est;<sup>5</sup> quid tan-  
 dem censes<sup>6</sup> Dæmonum corpora, quæ sunt concretu multo  
 tanto subtiliori?<sup>7</sup> Non enim sunt<sup>8</sup> ex hac fæculenta nube-

lum concutitur tonitru, Ideo quod nubes ætherææ alte meantes Inter se con-  
 currunt, ventis ipsis adversantibus. *Quod si in alto volant nubes, quæ omnes  
 habent suam originem ex terra, ac denuo relabuntur in terram; quid postremo ex-  
 istimas corpora Dæmonum esse, quæ sunt longe minus densata, eoque tenuiora?  
 nam non sunt concreta ex hujusmodi nebula sordida, et densa obscuritate, quemad-*



et Aldus tonitruum. Stew. tonitrum. Elmenhorstius. Colv. edidit tonitrum,  
 quod conjecit Stewech. extatque in Ms. Cantabr. At super hoc sensu non  
 habet accusativum. Quod si sit facile retineri posset tonitruum: nam et hoc  
 in singulari pro tonitru occurrit. Vide ad Met. lib. VIII. p. 529. b. Quare  
 retineo, quod Vule. et ceteri cum reliquis Mss. dant, tonitru. Oud.—9 Mss.  
 omnes propter alia. Elmenhorstius. Certe e nostris Bened. et Voss. At  
 Leid. propter ava. Pro concurrunt Bas. pr. concurrant. Oud.—1 Propugnanti-  
 bus ventis. Excerpt. Bat. propter nautibus velis, inepte. Elmenh. Porro pug-  
 nantibus ventis. Ita scripsi, quia in manuscriptis, propugnantibus. Delevi eti-  
 am iisdem libris auctoribus tres alios Lucretii versus, qui nihil ad mentem  
 Apuleii. Ex iisdem scripsi, quibus omnis exortus est terrenus, et retro defluxus  
 in terras; quomodo etiam editum ab Elmenhorstio. Merc. Leid. propter pug-  
 nantibus velis. Harlem. Voss. propugnantibus velis. Cantabr. cum Mercer. prop-  
 gnantibus: prave. Vide Lucret. lib. VI. p. 96. Sed acute Mercerus hinc  
 emendavit porro pugn. Ceterum Edd. primæ, nec non Scal. et Wow. addunt  
 3. sequentes Lucretii versus, verum eos agnoscit nullus meorum codex, nec  
 Merceri, qui bene notat, eos nihil facere ad mentem Apuleii. Oud.—2 Sic  
 recte Mss. cum Vulcan. et seqq. Ante omnisque et. Id.—3 Ita quoque Mss.  
 O. ut ediderunt Scal. Elm. &c. nisi quod rectius Cantabr. et Harlem. careant  
 τῶ est. In Edd. reliquis et terminus. Voss. et exortus et terr. Id.—4 Har-  
 lem. defluus. Bened. deflexus. Male carum additnr Edd. ante Vulcan. Id.—  
 5 Malim et hic delere τὸ est cum Cantabr. Harlem. Voss. Edd. Merc. et  
 Cout. Id.—6 Edd. ante Vulcan. contra Mss. futura censes. Id.—7 Concr.  
 multo minus et tanto subt. Florent. et Leid. concreta multo tanto subt. Brem.  
 concreta multo subt. Elmenhorstius. Male addebant, concreta multo minus et  
 tanto subtiliora: ita enim editiones omnes ante Elmenhorstianam. Libri om-  
 nes, multo tanto: at duo optimi, subtilior: ut videatur scripsisse, quæ sunt  
 concretu multo tanto subtiliore. Mox, non enim ex hac fæculenta nubecula, libri  
 omnes, inducta voce sunt. Mercerus. Etiam Voss. et Cantabr. uterque ca-  
 rent minus et: ut ediderunt Elmenh. Seriverinsque. Sed tum Auctor dicere  
 debuit subtilius. Recte nihilominus illi minus et deleverunt, quæ cum tanto  
 absunt etiam a Brem. et Harlem. tanta Voss. Bened. Vide ad Met. lib. VII.  
 p. 142. Pric. 'multo tanto pluribus:' et Ind. Pro subtiliora in Florent. et 2.  
 Mercer. ac Voss. est subtilior, unde Merc. et Cout. edidere concretu multo tan-  
 to subtiliore. Certe in Harlem. subtiliori: sed nude nullum mihi dubium est,

#### NOTE

<sup>o</sup> Principio tonitru, &c.] Lucretius lib. VI. 95.

cula, tumida caligine<sup>9</sup> conglobata, sicuti<sup>1</sup> nubium genus<sup>2</sup> est; sed ex illo purissimo aëris liquido et sereno elemento coalita, eoque<sup>3</sup> nemini hominum<sup>4</sup> temere visibilia, nisi divinitus speciem sui offerant,<sup>5</sup> quod nulla in illis terrena soliditas locum luminis occuparit,<sup>6</sup> quæ nostris<sup>7</sup> oculis<sup>8</sup> possit obsistere, qua soliditate necessario<sup>9</sup> offensa acies immoretur;<sup>1</sup> sed fila corporum<sup>2</sup> possident rara, et [682] splendida, et tenuia, usque adeo ut radios omnis nostri tuoris<sup>3</sup> et

*modum natura nubium est; verum conflata ex illo elemento aëris purissimo, fluïdo, ac sulo: et propterea non facile spectabilia cuipiam homini: nisi exhibeant suam imaginem jussu divino: quoniam nulla densitas terrestris in illis usurperit locum lucis, quæ ob stare queat nostris oculis, in quam densitatem obtutus impingens necessario tardetur; verum habent formas corporum raras, micantes, et subtiles, adeo ut et pervii sint radii totius nostri visus sui raritate, et repercutiant eos suo ful-*

quin exciderit vox *filo*, quod explicantes Glossatores in margine scripserunt *sutura*: unde supra irrepit *futura*. 'Filum' passim dicitur de habitu corporeo, non secus ac 'textum,' de quo supra. Mox de his ipsis corporibus: 'fila corporum possident rara et tenuia,' &c. ubi vide, nec non comm. ad lib. iv. Met. p. 259. a. Salmas. ad Solin. p. 455. Legendus ergo hic locus sic *concreta multo tanto subtiliore filo*. De 'concretus' vide ad Met. l. vi. p. 415. a. *Oud.*—8 Abest Cantabr. Harlem. Mercer. et Ed. Cout. *Id.*—9 Fortassis scribendum, et *humida calig.* Colv. Conjecerat id jam Lipsius in marg. et extat in Var. Lect. Burm. Sed male. Densam et protuberantem nubis caliginem notat. Sic 'custodum tumor' pro densa corona Propert. lib. ii. eleg. 18. 70. ubi vide Comment. *Oud.*—1 Ed. Ald. *sicut.* Bened. Cod. *sint.* *Id.*—2 *Nubium tenuis.* Magis placeret, *nubium genus*: quod etiam Lipsio probatur. Colv. *Nubium genus*, et Fulvianus codex, ut ita de veritate hujus lectionis minime sit dubitandum. *Sciopp. in Symb.* Vulgata mihi scriptura non displicet. *Brant.* Bene emendavit Colv. cum Lipsio, probantibus Mss. cunctis. *Oud.*—3 Edd. ante Vulcan. *euque.* *Id.*—4 *Nulli hom.* Flor. *nemini h.* Elmenhorstius. Recte, atque ita restituendum auctoritate etiam Mss. Putean. Cantabr. utriusque, Voss. Harlem. et Edd. Vulcan. quem illud in *nulli* mutantem temere secuti sunt posteriores editores, præter Mercer. et Contur. Ad id Met. lib. v. p. 325. b. 'hominum nemo.' *Oud.*—5 *Offert.* Elmenh. Cum Cantabr. et Voss. *Oud.*—6 Cantabr. et Edd. vett. *occupaverit.* Voss. *occuparet.* *Id.*—7 *Qui nostris.* Legendum eum Ms. *quæ nostris.* *Sciopp. in Symb.* Scribe ex Ms. *quæ.* Wowerius. *Qui scil. locus.* At Voss. eum Fulv. *quæ:* uti edidere Wow. Merc. Cont. et Flor. ut ad soliditatem referas; sed utriusque eodem redit. *Oud.*—8 Abest Ms. Bened. Harlem. inverso ordine *obs. poss.* *Id.*—9 Cantabr. *necā.* Voss. *necessaria.* Edd. ante Vulcan. *nostra.* *Id.*—1 Brem. *moriatur.* Elmenhorstius. Var. Lect. Burm. *immoriatur.* Wow. *innoraretur.* *Oud.*—2 Al. *filia corp.*—3 Alii, *nostris oris,* vel *nostris vigoris.*

## NOTÆ

<sup>p</sup> *Sed fila corporum, &c.]* Germana lectio. 'Filum corporis' est forma, seu lineamenta, ipseque habitus corporis. A. Gell. lib. i. cap. 9. 'Mores naturasque hominum conjectatio:e

quadam de oris et vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu, sciscitanti.'

<sup>q</sup> *Omnis nostri tuoris]* Intuitus, aspectus. Glossæ Isidori: Tuore, visu.

raritate transmittant,<sup>4</sup> et splendore<sup>5</sup> reverberent, et subtilitate frustrentur.<sup>6</sup> Hinc est illa Minerva<sup>7</sup> HomERICA,<sup>8</sup> quæ mediis coetibus Graium cohibendo<sup>9</sup> Achilli intervenit. Versum Græcum,<sup>1</sup> r si paulisper operiamini, Latine enuntiabo:<sup>2</sup> atque adeo hic sit<sup>3</sup> impræsentiarum. Minerva igitur, ut dixi, Achilli moderando jussu Junonis advenit,

Soli perspicua est,<sup>4</sup> aliorum nemo tuetur.

Hinc et illa Virgiliana Juturna,<sup>5</sup> quæ mediis millibus<sup>6</sup> auxiliabunda fratri conversatur,<sup>4</sup>

Miscetque<sup>7</sup> viris, neque<sup>8</sup> cernitur ulli:

prorsus quod<sup>9</sup> Plautinus miles<sup>u</sup> super clypeo suo gloriat-  
tur,

gore, atque eos effugiant sua temitate. Inde est illa Pallas apud Homerum, quæ assistit in mediis conventibus Græcorum ad reprimendum Achillem. Efferam Latine versum Græcum, si expectetis tantillum, et certe hic esto nunc. Pallas ergo intervenit ex mandato Junonis, ad coercendum Achillem, ut dixi, Visibilis est ei soli, nullus ex aliis ipsam aspicit. Inde etiam est illa Juturna apud Virgilium; quæ versatur in medio nullorum millium hominum ad ferendam opem fratri suo, Et se intermiscet militibus, neque a quoquam videtur, potius quam, unde



Elmenhorstius. Fulv. oris. alter Fulv. vigoris. Harlem. cruoris. Isidori Glossæ: 'Tuore,' 'visu.' ut notavit Elmenh. in Ind. ab antiquo 'tuor' i. e. video: ut leg. e Mss. in Festi v. 'tuor' et 'obtutu.' Oud.—4 Brem. et Leid. *transmutant.* Elmenhorstius. Item Harlem. Oud.—5 Cantabr. non habet copulam. Id.—6 Voss. *frustantur.* Id.—7 Sic Florent. Fulv. Voss. Cantabr. Harlem. et Edd. Wow. Elm. &c. A ceteris exulat τὸ est. Id.—8 Edd. ante Vulcan. item Merc. Cont. et Harlem. Voss. *Hom. Min.* ut apud August. lib. ix. c. 7. Id.—9 Edd. Ald. Junt. prave *cohibendum.* Id.—1 Iliados A. Οἴφ φαινομένη, τῶν δ' ἄλλων οὐτὶς ὄρατο. Colv. Elmenh. τὸ illum e suo cod. addidit Vulc. et dein Scal. et Wow. sed abest a Mss. Videtur autem Græcum versum addidisse Apuleius. Oud.—2 Brem. *nuncupabo.* Elmenhorstius. Harlem. *nunciabo.* Oud.—3 Voss. *ideo.* Harlem. *fit.* Id.—4 Cantabr. a se. Edd. ante Vulcan. *ast.* Id.—5 Brem. *virginum alia:* male. Rom. et Brem. *matrona.* Elmenhorstius. Edd. ante Vulcan. *matrona.* Oud.—6 Sic Mss. O. Edd. vett. ac Wower. addunt *in med. m.* Id.—7 Bened. *misceturque.* Id.—8 Sic Harlem. Voss. Florent. Edd. Merc. Cont. cum optimis Edd. Virgili, non nec. Id.—9 Rom. *protinus.* Lege cum Lipsio, *potius quam Plautinus*

#### NOTE

<sup>r</sup> Versum Græcum] Hic est ex Iliad. A. 198. desumptus. Οἴφ φαινομένη, τῶν δ' ἄλλων οὐτὶς ὄρατο.

<sup>s</sup> Juturna] Danni Rutulorum Regis filia, Turni soror, quam Jupiter Deam fecit. De hac Virgil. lib. xii. Æneid. 'Extemplo Turni sic est affata sororem Diva (Juno) Deam, stagnis quæ fluminibusque sonoris Præ-

sidet: hunc illi Rex ætheris altus honorem Jupiter erepta pro virginitate sacravit.'

<sup>t</sup> Conversatur] Non semper invisibilis, sed nonnunquam etiam 'Formam assimilata Camerti, nonnunquam, 'in faciem conversa Metisci Aurigæ.'

<sup>u</sup> Prorsus quod Plautinus miles, &c.] Lips. Elector. II. cap. 21. legit *potius*

Præstringens <sup>1</sup> oculorum aciem hostibus.

Ac ne ceteros <sup>2</sup> longius persequar, ex hoc ferme Dæmonum numero [683] poëtæ solent, <sup>w</sup> haudquaquam <sup>3</sup> procul a veritate, osores et amatores quorundam hominum Deos fingere, hos evehere et secundare, <sup>x</sup> illos adversari et affligere: igitur et misereri, et indignari, et angi, et lætari, omnemque humani animi faciem <sup>4</sup> pati, ac simili <sup>5</sup> motu cordis <sup>6</sup> et salo mentis <sup>7</sup> ad omnes <sup>8</sup> cogitationum æstus fluctuare. Quæ omnes turbelæque <sup>9</sup> tempestatesque procul a Deorum cœlestium tran-

*Miles Plauti ob suum scutum se jactat, Retundens obtutum hostibus. Et ne necesse habeam fusius recensere reliquos, poëtæ consueverunt ex hac fere multitudine Dæmonum, minime contra veritatem, comminisci Deos inimicos, et amicos quorundam hominum: hos reddere felices et extollere; illos vero odio habere et deprimere. Ergo et misericordia tangi, et irasci, et sollicitari, et gaudere, atque experiri cunctas mutationes mentis humanæ, et jactari ad omnes agitationes cogitationum simili commotione pectoris, atque æstu animi. Quæ omnes turbæ ac procllæ longe*



*miles. Elect. II. c. 21. Elmenh. Prorsus quod* Mss. O. cum Vulcan. et seqq. nisi quod in Cantabr. et Harlem. sit *prorsusque*: in Var. Lect. Burm. *protinus quod*. Edd. priores *protinusque*. *Potius quam quod*, uti conjecit Florid. certe exigit sensus. *Oud.*—1 Al. *perstringens*.—2 Var. Lect. Burm. Edd. ante Vulcan. *cunctos*. Pro *persequar* Bened. *persequitur*. *Oud.*—3 *Abest quaquam* ab Edd. ante Vulcan. *Id. Haud procul, &c. Haud procul a veritate, osores et amatores quorundam hominum Deos fingere: hos prosperare et evehere, illos contra adversari et affligere.* Sic hæc omnia emendatissima sunt ex D. Augustini ejusdem lib. IX. c. 3. ubi sic omnino leguntur. Vulgo sensu nullo: *Haud procul a veritate, censores causæ et amatores quorundam hominum Deos fingere, et tueri illos, interdum adversari et affligere.* Colvius. *Osores recte* Mss. et Colv. cum seqq. Ante *censores causæ*. *Oud. Vid. Not. Var.*—4 Voss. *faciam*. *Oud.*—5 Omnibus libris nostris deest *ac*. Mercerus. Item Mss. Cantabr. Voss. Harlem. Edd. Merc. Cout. *Oud.*—6 Vulc. cod. pro var. lect. *corporis*: male. *Id.*—7 Vitiose Ed. Scal. *solamentis*. Vide ad Met. lib. IV. p. 237. *Id.*—8 In D. August. c. 3. 6. et 7. *per omnes*. Colvius.—9 *Turbelæ*. Sic Flor. et Aldus. Leid. et Rom. *turbellæ*. Brem. et Bas. 2. *turbulæ*. August. de Civit. Dei lib. IX. c. 8. *Elmenh.* Libri nostri magno consensu *turbulæ*, quod restitutum a Vulcanio e libro suo non debuerunt mutare editores sequentes.

#### NOTÆ

*quam Plautinus miles, &c.* ego scriptum existimo *potius quam quod Plautinus miles, &c.* ut sit sensus, Juturnam, fratris in præliis auxiliantem, ideo potius a ceteris conspici non potuisse, quod eorum visum tenuitate sua fugeret, quam quod ipsis oculorum aciem præstringeret nimio splendore, qualem clypeo suo conciliari præcipit apud Plautum Miles gloriosus. Hunc

sensum, quia mihi verisimillimus visus est, in Interpretatione expressi.

<sup>w</sup> *Ex hoc ferme Dæmonum numero poëtæ solent, &c.*] Locus hic a Divo Augustino citatur lib. IX. De Civitate Dei.

<sup>x</sup> *Osores et amatores, &c. evehere et secundare* [*hos prosperare et evehere, &c.*] Eadem habet Plato in Epinomide.

quillitate exulant.<sup>1</sup> Cuncti enim coelites, semper eodem statu mentis, æterna æquabilitate potiuntur, quia nunquam illis<sup>2</sup> nec ad dolorem versus,<sup>3</sup> nec ad voluptatem finibus suis pellitur, nec quoquam<sup>4</sup> a sua perpetua secta<sup>5</sup> ad quempiam subitum habitum dimovetur,<sup>5</sup> nec alterius vi; nam nihil est Deo potentius:<sup>6</sup> neque suapte sponte;<sup>7</sup> nam nihil est Deo perfectius. Porro autem qui potest videri perfectus<sup>8</sup> fuisse, qui a priore statu ad alium rectiorem statum<sup>9</sup> migrat?<sup>1</sup> cum præsertim nemo sponte capessat<sup>2</sup> nova, nisi

*remotæ sunt a quiete Deorum Cælicolarum. Nam omnes Cælicolæ, æqualitate perpetua, fruuntur semper eadem temperie animi, qui illis nunquam dimovetur ex suis sedibus, neque ad dolorem, neque ad voluptatem: nec ulla re distrahitur a sua æterna agendi ratione ad quamvis repentinam habitudinem, neque violentia aliena, quia nihil est validius Deo: neque ultroneo motu: nihil enim est perfectius Deo. Ceterum, quomodo ille potest existimari fuisse perfectus, qui transit a priore statu ad alium statum meliorem? præsertim quoniam nullus ultro amplectitur nova, nisi ille qui*



*Merc. Turbellæque. Sic Bened. Ms. et August. Edd. Ald. Junt. Turbellæ cum Leid. Edd. pleræque. Turbulæ Florent. Voss. Brem. Cantabr. Putean. Harlem. Mercer. et Edd. Vulc. Scal. Merc. Cont. Vide de hac confusione Ind. Not. Turbæ prave Wower. Oud.—1 Edd. Junt. Ald. exultant. Id.—2 Quæ nunq. ill. Iidem libri recte, qui nunquam illis: refertur enim ad statum mentis. Merc. Cantabr. quoque, Voss. et Harlem. cum Edd. Merc. Cont. qui. Ms. Vulc. quia. Recte. Oud.—3 Libri, nec ad dolorem usus: e quo feci versus, ut in Elmenhorstiana Editione. Merc. Ita recte Scal. cum Edd. Elm. et seqq. ut habent Mss. vel usus. A prioribus, ut et Wower. Ed. male abest versus. Passim ad et versus sic jungi docent Lexica. Oud.—4 Sic Mss. et Edd. Vulc. ac seqq. quaquam Bened. In Edd. primis nec enim mens illa. Id.—5 Cantabr. Voss. Ed. Junt. demovetur. Id.—6 Potentius, &c. Deo. Desunt Bened. Id.—7 Exc. Bat. sua natura. Elmenhorstius. Scribendum neque suapte cum Florent. Voss. Cantabr. Harlem. aliisque, Edd. Elm. &c. In reliquis nec. Dein pro sponte in Mss. Thuan. et duobus a Lindenbrogio collatis est natura, ut supra p. 669. Ed. Flor. ubi vide. Prave Ed. Cont. sua sponte. Ceterum male tã nam nihil est Deo perfectius ponuntur in Edd. Vulcanio prioribus ante neque suapte. Itidem omittuntur in illis tã nam et est. Oud.—8 Flor. perfectius. Elmenhorstius. Qui potest v. perfectus f. qui. Sic rursus Vulc. et reliqui præter Wower. qui tacite dedit perfectius: ut extat in Florent. Cantabr. Voss. Vulc. et Harlem. Damno Latinitatis, nisi pro qui legas quod cum Harlem. Mire exaratur in Edd. vet. quid p. v. imperfectus f. quam is qui. Oud.—9 Ed. Vulc. statim. Id.—1 Migravit. Flor. migrat. Elmenhorstius. Migrat est quoque in alio a Lindenbr. collato, ntroque Cantabr. Voss. Harlem. et Edd. Elm. Scriv. Merc. Cont. Flor. Aliæ migravit. Oud.—2 Td sponte adjiunt Memb. Flor. et Brem. Elmenh. Exulat sponte ab Edd. Vulc. Scal.*

#### NOTE

<sup>1</sup> A sua perpetua secta] Hoc loco dum regunt.

<sup>4</sup> secta Deorum] nihil aliud esse videtur, quam constans ac firma sententia, qua res humanas totumque adeo mun-

<sup>2</sup> Suapte sponte] Ms. Thuan. suapte natura, quod in idem recidit.

quem pœnituit priorum. Non enim potest<sup>3</sup> subsequi illa mutata<sup>4</sup> ratio, sine præcedentium infirmatione. Quapropter debet Deus nullam perpeti vel odii<sup>5</sup> vel amoris<sup>a</sup> temporalem perfunctionem; et idcirco nec indignatione, nec misericordia<sup>6</sup> contingi, nullo angore contrahi,<sup>7</sup> nulla alacritate gestire; sed ab omnibus animi [684] passionibus<sup>8</sup> liber, nec dolere<sup>9</sup> unquam, nec aliquando<sup>1</sup> lætari,<sup>b</sup> nec aliquid repentinum velle<sup>2</sup> vel nolle. Sed et hæc cuncta, et id<sup>3</sup> genus cetera, Dæmonum mediocritati<sup>4</sup> rite congruunt.<sup>5</sup> Sunt enim inter nos<sup>6</sup> ac Deos, ut loco regionis,<sup>7</sup> ita ingenio

*fastidiverit anteriora. Neque enim mutatus ille modus agendi potest succedere, nisi priora irrita fiant. Itaque oportet ut Deus nullam sustineat temporalem functionem aut opitulationis, aut affectus: atque ideo neque efficiatur ira, neque commiseratione, neque angatur ulla solitudine, neque exaltet ulla hilaritate; verum solutus ab universis affectibus mentis, neque mereat unquam, neque unquam gaudeat, nec velit aut nolit quicquam subitaneum. At illa omnia, et alia ejusmodi, bene conveniunt mediæ perfectioni Dæmonum. Nam illi tam sunt mediæ inter nos et Deos*



Wow. contra Mss. *Capessat deest Bened. Oud.*—3 Cantabr. Harlem. Voss. Ed. Merc. *potest enim.* Id.—4 Var. Lect. Burm. Edd. ante Vulcan. *mutatio.* Voss. *muta ratio.* Id.—5 *Vel opis.* Editiones, *vel operis:* at libri scripti constanter, *opis:* e quo procul dubio faciendum, *odii.* Dixerat dæmones osores et amatores hominum, et inde concluderat omnibus etiam aliis passionibus obnoxios. Contra nunc Deos ait odii et amoris expertes: et inde infert etiam aliis passionibus solutos ac liberos. Merc. Mss. Fulv. Thuan. Voss. Cantabr. uterque, Merc. omnes *opis,* quod reposuere Merc. Cont. et Florid. Rectius quam *operis,* ut bene monuit Florid. Sed cum Mercero et Lipsio melius puto scribi *odii,* ut respiciat præcedentia, ‘osores et amatores,’ ac seqq. ‘indignatione et misericordia.’ *Oud.*—6 Male Edd. ante Vulcan. *ira,* in quod corruptum est e more scribendi *ira,* ut est in Harlem. *Id.*—7 Bened. *trahi.* Id.—8 *Tò animi* non est in Flor. *Elmenh.* Hinc nuncis includere Elm. Seriv. autem Bened. Inverso ordine *pass. animi* Edd. Vulcanio priores. *Oud.*—9 *Nec dolere, &c. repentinum.* Desunt in Bened. *dolere* Cantabr. *Id.*—1 Harlem. alii. Id.—2 Bened. *vel velle.* Id.—3 Edd. ante Vulcan. *ut hoc.* Cantabr. uterque *et hoc.* Voss. *ut et hic.* Id.—4 Cantabr. *mediocritati.* Id.—5 Brem. *conveniunt.* Elmenhorstius. Vide ad Met. lib. 1. p. 75. b. Prima vox abest Cantabr. et Edd. ante Vulcan. *Oud.*—6 Edd. ante Vulcan. et Wowerii *inter homines:* sed contra Mss. *Id.*—7 Harlem. *et Deos.* Voss. *Deo.* Bened.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Vel odii [operis,] vel amoris* Ms. Thuanus *vel opis, vel amoris,* melius: hoc est, neque ad opem ferendam præ misericordia, neque ad amandum ferri. Deos enim vult hic esse prorsus ἀπαθείς, non autem omnis operis expertes.

<sup>b</sup> *Nec dolere unquam, nec aliquando lætari* Plato in Epinomide ait similiter, ‘Deum, qui divinam sortem perfecte possidet, a doloribus, voluptatibusque liberum esse, et sapientia cognitioneque penitus frui.’

mentis intersiti, habentes communem cum Superis immortalitatem, cum Inferis passionem. Nam, proinde ut nos,<sup>8</sup> pati possunt omnia animorum<sup>9</sup> placamenta vel incitamenta: ut et ira incitentur,<sup>1</sup> et misericordia<sup>2</sup> flectantur, et donis<sup>3</sup> invitentur,<sup>4</sup> et precibus leniantur, et contumeliis exasperentur,<sup>5</sup> et honoribus mulceantur,<sup>6</sup> aliisque omnibus ad similem nobis modum varientur.<sup>7</sup> Quippe, ut fine comprehendam,<sup>8c</sup> Dæmones sunt genere animalia, ingenio rationabilia,<sup>d</sup> animo passiva, corpore aëria, tempore æterna. Ex his quinque,

*indole animi, quam situ suæ habitationis: habentes immortalitatem communem cum Diis, et affectus communes cum hominibus. Possunt enim, quemadmodum et nos, sentire omnes mitigationes et irritationes animorum: ita ut stimulentur ira, inclinentur commiseratione, illiciantur muneribus, demulceantur supplicationibus, incenduntur contumeliis, deliniantur honoribus, et mutantur omnibus aliis rebus, eodem pacto quo nos mutamur. Nam, ut complectar definitione eorum naturam: Dæmones sunt ex genere suo animalia, mente rationabilia, obnoxia affectibus animi, aëria quantum ad corpus, et perpetua quantum ad durationem. Ex his quinque dotibus,*



*in loco.* Cantabr. Vulc. Voss. religionis. Id.—8 Sic præter Voss. Mss. O. et Edd. Scal. Elm. &c. In reliquis perinde: sed vide ad Met. lib. v. p. 342. a. ‘proinde ut merebantur.’ Id.—9 Sic Cantabr. Harlem. et Edd. Vett. quod nescio cur e suo Vulc. et sequentes ex aliis, in quibus Voss. mutarint in *animarum*. Mox ‘animo passiva.’ Id.—1 *Et ira incitentur.* Sic quidem habent Mss. plerique, et edidere Vulc. Scal. Wow. cum seqq. in Indicativo. At Edd. vett. *ut in ira incitentur*, &c. Sed Florent. cum Elm. et seqq. *ut ira incitentur*. Voss. *et ira incitentur*, et sic porro. Optime Cantabr. uterque *ut et ira incitentur*, &c. nisi quod Bened. vitiose *nitentur*. Id.—2 *In miser.* Edd. vett. sed invitis Mss. alioquin non damnarem. Id.—3 Hic et in seqq. ubique et eiecere Elmenh. &c. male et contra Auctoris *εμφασιν*. Ausus est hoc Elmenh. quia primo hoc loco *et* abest a Florent. Sed in ceteris exemplis comparet, ut in omnibus Mss. Id.—4 Manuscriptus Fulvii *donis mutantur*: male. Arnobius lib. i. ‘Deos thure invitatis incenso.’ Ad quem locum vide quæ notavi. Elmenh. Var. Lect. Burm. *mutentur*: sed *invitentur* recte defendit Elmenh. Oud.—5 *Et contum. exasp.* Exulant ab Harlem. et Vulc. Id.—6 Florent. *mulcerentur*. Id.—7 Edd. Vulc. Scal. Wow. Merc. Cont. *variant*. Verum Mss. O. habent vel *variantur* vel *varientur*: nisi quod solus Voss. det *variant*. Sed ‘variare’ Noster non adhibet neutraliter, sed active, ut initio hujus libri ‘speciem variat.’ Lib. ii. Met. p. 45. Pric. ‘*variatur aspectum*.’ ‘Variari’ passive, frequenter. Id.—8 Quasi dicas *ut tandem absolvam*. Habent autem sic Mss. tantum non omnes cum Edd. Vulc. et seqq. Quæro tamen exemplum, ubi *fine* ita ponatur. Hinc Floridus interpretatus est ‘definitione:’ absurde. In Florent. cod. exaratur *ut in fine*. Sed Thuan. et Voss. cum Edd. præcis *finem*; quod nescio an non præstet, sive *ut finem ca-*

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Ut fine comprehendam*] Ms. Th. *ut finem comprehendam*.

<sup>d</sup> *Dæmones sunt genere animalia, ingenio rationabilia, &c.*] Vide Platonem

in Timæo, et Augustinum, De Civitate Dei lib. viii. cap. 16. et lib. ix. cap. 8.



quæ commemoravi, tria a principio<sup>9</sup> eadem nobiscum,<sup>1</sup> quartum proprium,<sup>e</sup> postremum<sup>2</sup> commune cum Diis immortalibus habent; sed differunt ab his passione. Quæ propterea passiva non absurde, ut arbitror, nominavi, quod sunt<sup>3</sup> iisdem, quibus nos, perturbationibus mentis<sup>4</sup> obnoxii. Unde etiam<sup>5</sup> religionum diversis observationibus, et sacrorum variis suppliciis fides impertienda<sup>6</sup> est. Et sunt nonnulli<sup>7 f</sup> ex hoc Divorum<sup>8</sup> numero, qui nocturnis vel diurnis, promptis vel [685] occultis,<sup>9 g</sup> lætioribus vel tristio-

*quas recensui, tres primæ sunt ipsis communes nobiscum, quarta est eorum peculiaris, ultima est eis communis cum Diis immortalibus: rerum discrepant ab illis, quod obnoxii sint affectibus. Atque ideo non inepte, ut puto, appellavi eos Dæmones passivos, quoniam patent iisdem agitationibus animi ac nos. Quam ob causam credendum est etiam variis ritibus religionum, et diversis propitiationibus sacrificiorum. Et sunt quidam ex hoc numero Deorum, qui delectentur victimis aut cærimonis aut observationibus, nocturnis aut diurnis, apertis aut absconditis, hilarioribus aut*

*piam. In Bened. est apprehendum. Id.—9 Male Edd. Ald. Junt. carent τῶ a. Sallust. B. Jug. c. 30. 'A principio acerrime impugnaverat.' Id.—1 Eadem quæ nobiscum. Sic edidere Merc. Cout. et Florid. quam ego constructionem non capio, licet sic extet in Florent. At Mss. Cantabr. uterque Harlem. Voss. eademque nobiscum. Sed ita etiam que abundare videtur, uti non comparet in Ms. Vule. aliisque, nec Edd. prioribus. Tria habent eadem communia sc. nobiscum, vel eadem nobiscum. Nam hoc rectum esse pro eadem nobis vidimus ad Hirt. B. Afric. c. 83. August. habet tria priora illis esse nobiscum communia. Id.—2 Bened. quintum. Id.—3 Cantabr. quia sint. Harlem. cum Edd. ante Vulcan. quia sunt. Voss. et Edd. Merc. Cout. quod sunt. Bene. In aliis quod sint. Id.—4 Perturbationibus mentis. Abest ultima vox ab Ms. Cantabr. et Edd. ante Vulcan. Sed idem codex habet turbinibus. At Noster cum reliquis inclinatur turbo, iuis. Eleganter tamen dictum foret turbinibus mentis. Met. lib. x. 'mentis nubilo turbine correpta:' et simili fere modo vox 'turbinibus' corrupta Met. lib. ii. p. 30. Pric. Merc. et Cont. dederunt etiam turbationibus. Id.—5 Sic Florent. Voss. Harlem. Bened. Edd. Elm. Scriv. Merc. Cout. Flor. In aliis unde et. Id.—6 Fortassis emendandum, impetrienda. Vide Festum. Wower. Scaliger P. impetrienda, recte. Cic. de Divinat. lib. i. fol. 181. 'Ut nunc extis, sic tum avibus magnæ res impetiri solebant.' Festus 'impetritum.' Elmenh. Var. Lect. Burm. quoque impetrienda. Vide et Fabri Thes. v. 'impetrare.' Non ego accedo. Edd. Ald. Junt. Scriv. inpartienda: ut alibi. Vide ad Met. lib. i. p. 16. b. Oud.—7 Sic recte Merc. e suis, Cout. et Florid. e Ms. Thuan. quibus accedit Harlem. Vulgo etsi nonnulli sunt: quod locum habere nequit. Voss. etsi nonnullus. Id.—8 Cantabr. diversorum. Id.—9 Fulvianus pompis.*

## NOTÆ

<sup>e</sup> Quartum proprium] Nempe, quod sint corpora aërea.

<sup>f</sup> Et s. n. [Etsi nonnulli sunt] Ms. Thuan. Et sunt nonnulli: melius.

<sup>g</sup> Qui nocturnis vel diurnis, promptis

vel occultis, &c.] Virgil. lib. vi. Æneid. 'ipse atri velleris agnam Æneas matri Eumenidum, magnæque sorori Ense ferit, sterilemque tibi, Proserpina, vaccam. Tum Stygio Regi noctur-

ribus<sup>1</sup> hostiis,<sup>h</sup> vel cærimoniis, vel ritibus gaudeant:<sup>2</sup> uti Ægyptia numina<sup>3</sup> ferme plangoribus,<sup>i</sup> Græca plerumque choreis, barbara autem<sup>4</sup> strepitu cymbalistarum et tympanistarum<sup>5</sup> et choraularum.<sup>6</sup> Itidem pro regionibus et cetera<sup>7</sup> in sacris differunt longa varietate: pomparum agmina,<sup>8</sup> mysteriorum<sup>9</sup> silentia,<sup>k</sup> sacerdotum officia, sacrifican-

*mæstioribus: veluti Dii Ægyptii fere delectantur planctibus, Græci ut plurimum saltationibus, Barbari vero sonitu quem edunt cymbalistas et tympanistas et tibicines. Similiter et alia discrepant magna diversitate in sacris, secundum varia loca: puta turbæ pomparum, arcana mysteriorum, munia sacerdotum, obsequia sacrifican-*

//////////

Bas. pr. Colv. et occ. Id.—1 Voss. et trist. Id.—2 *Gaudeant.* Edd. ante Vulcan. *gaudent.* Id.—3 *Lege cum Bremensi Ægyptiaca numina.* Maxim. Tyr. diss. 38. *παρὰ δὲ Αἰγυπτίους ἰσοτιμίαν μὲν ἔχει τὸ θεῖον τιμῆς καὶ δακρύων.* Elmenh. Vitiose Edd. ante Colv. *Æg. Minerva.* Bened. *Æg. numera.* *Ægyptiaca* quod est in Brem. et probavit Elmenh. edidit Florid. sed Met. lib. II. 'Ægyptius propheta.' Ceterum de his vide Spanhem. ad Callim. p. 522. *Oud.*—4 Harlem. Voss. *aut.* Id.—5 *Et tympanistarum.* Hæc delet Ms. Brem. Elmenh.—6 Brem. *choraularum.* Elmenhorstius. Voss. *coraularum.* Harlem. *cor...* sed vide ad Met. lib. VIII. p. 171. *Pric. Oud.*—7 *Et cetera.* Desunt Edd. ante Vulcan. *Id.*—8 *Flor. longe v.* Elmenhorstius. Item Cantabr. uterque et Edd. ante Vulcan. Male autem eadem jungunt *varietate pomp. agm.* Aliæ minus recte post *pomparum* distinguunt. *Oud.*—9 *Prave Cantabr.*

#### NOTÆ

nas inchoat aras, &c. Noster lib. I. *Metamorphos.* 'devotionibus sepulcralibus in scrobem procuratis:' ad quem locum vide quæ observavimus. Dii Superi sacrificiis diurnis gaudebant in propatulo factis, sæpeque ex albis pecoribus.

<sup>h</sup> *Lætiioribus vel tristioribus hostiis*] D. Augustinus, de Civitate Dei, lib. II. cap. 11. 'Labeo, quem hujusmodi rerum peritissimam prædicant, numina bona a numinibus malis ista etiam cultus diversitate distinguit: ut malos Deos propitiari cædibus et tristioribus supplicationibus asserat, bonos autem obsequiis lætis atque jucundis: qualia sunt, ut ipse ait, ludii, convivia, lectisternia.' Vide Lil. Gyraldum, de Diis, Syntagmate 17.

<sup>i</sup> *Ægyptia [Ægyptiaca] numina ferme plangoribus*] Tibullus lib. II. Eleg. 7. 'Nile pater, quamvis possum te dicere causa, Aut quibus in terris occu-

luisse caput? Te propter nullos telus tua postulat imbres, Arida nec pluvio supplicat herba Jovi. Te canit, atque suum pubes miratur Osirim Barbara, Memphiten plangere docta bovem.' Apud Ezechielem Prophetam: Phœnissæ mulieres sedebant plangentes Thamus, qui est Adonis, idemque Osiris, et Bacchus, ut videre est apud Lil. Gyraldum: et Adonia anniversaria ejus festa mense Junio celebrari luctu mulierum solita: unde Orpheus, in Hymno, ab honore lacrymarum qui illi impendebatur, *δακρυσίμων* eum nuncupat. Maximus Tyrius Dissertat. 58. *παρὰ δὲ Αἰγυπτίους ἰσοτιμίαν μὲν ἔχει τὸ θεῖον τιμῆς καὶ δακρύων.* 'Apud Ægyptios vero tantum colitur nomen, quantum fletur.'

<sup>k</sup> *Pomparum agmina, mysteriorum silentia, &c.*] Vid. lib. ultimum de Asino, ubi pompam et sacra Isidis fuse describit.

tium obsequia : item Deorum effigies et [686] exuviae,<sup>1</sup> templorum religiones et regiones,<sup>2</sup> hostiarum cruores et colores.<sup>3</sup> Quæ omnia pro cujusque more loci<sup>4</sup> solennia et rata sunt, ut plerumque somniis<sup>5</sup> et vaticinationibus<sup>6</sup> et

*tium: præterea simulacra ac reliquiæ Deorum, religiones et situs delubrorum, varietas sanguinis et coloris in victimis. Quæ universa usitate et rite facta sunt, si fiant juxta consuetudinem singularum regionum, quemadmodum cognovimus potissi-*



et Edd. ante Vulc. *ministerorum*. Id.—1 Al. *eximiae*. Vid. Not. Var.—2 Recte hanc vocem inducent membranæ Flor. et Leid. *Elmenh.* Colv. cum Ed. Bas. non habet *religiones*. Utramque vocem servant Vulc. et seqq. At mihi hic friget vox *regiones*. Sensus enim foret: regiones variant pro regionibus et cujusque more loci: quare malim simpliciter cum Mss. Florent. Voss. Leid. Harlem. Vulc. Cantabr. utroque et Edd. primis, item Ald. et Junt. *templorum religiones*. Nihil tamen definitio. Uncis includere Elm. et Scriv. *τὰ* et *regiones*. Oud. Vid. Not. inf.—3 Bened. *calores*. Oud.—4 Edd. ante Vulcan. carent hac voce. Id.—5 *In somniis*. Abest *τὸ* in a Flor. et Brem. Vide Notas ad Minutium pag. 43. *Elmenh.* Carent quoque Mss. Harlem. Bened. et Edd. ante Vulcan. Oud.—6 Cantabr. *naucinoibus*. Harlem. *vatici-*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Deorum effigies et exuviae*] Exuviae Deorum sunt sacra symbola, donaria, aut etiam spolia Diis dicata. Noster lib. xi. *Metamorphos.* ‘potentissimorum Deum præferabant insignes exuvias.’ Et sub finem ejusdem libri: ‘si tecum nunc saltem reputaveris exuvias Deæ, quas in provincia sumisti, in eodem fano depositas perseverare.’

<sup>2</sup> *Et regiones*] Male hanc vocem Elmenhorstius delendam censet, faventibus licet Florent. et Leidensibus membranæ. Observa orationem binis semper membris procedentem: ‘Deorum effigies et exuviae, templorum religiones et regiones, hostiarum cruores et colores.’ Et certe merito dixit Apul. *religiones et regiones*: ut enim variis ritibus et cærimoniis Dii colebantur, ita et variis in locis regionibusque sua templa habebant. Nam qui Paci, qui Pudicitia, qui bonis artibus præessent Dii, eos intra mœnia collocandos Veteres putaverunt: qui vero Voluptatibus, rixis, incendiis, ut Venus, Mars, Vul-

canus, eos excludere ex urbibus solebant. Vestam autem, Jovem, et Minervam, qui Dii tutores sunt urbium, in ipsarum et arcium medio collocabant: Neptunum ad maris littus. Æsculapium Romani in insula Tiberina reposuerunt, quod ægroti maxime aqua indigeant: alibi tamen extra urbem templa habuit, quod ibi aër sit salubrior. Vitruvius, lib. i. cap. 2. ‘Naturalis autem decor sic erit, si primum omnibus templis saluberrimæ regiones, aquarumque fontes in his locis idonei eligentur, in quibus fana constituantur; deinde maxime Æsculapio, Saluti, et eorum Deorum, quorum plurimi medicinis ægri curari videntur: cum enim ex pestilenti in salubrem locum corpora ægra translata fuerint, et e fontibus salubribus aquarum usus subministrantur, celerius convalescent: ita efficietur uti ex natura loci majores aetasque cum dignitate Divinitas excipiat opinionibus.’

<sup>3</sup> *Et colores*] Virgil. ‘Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus al-

oraculis comperimus sæpenumero indignata numina, si quid<sup>7</sup> in sacris socordia vel superbia negligatur:° cujus generis mihi exempla affatim suppetunt; sed adeo celebrata et frequentata<sup>8</sup> sunt, ut nemo ea commemorare adortus sit, quin multo plura omiserit, quam recensuerit. Idcirco supersedebo<sup>9</sup> impræsentiarum in his rebus<sup>1</sup> orationem occupare: quæ<sup>2</sup> si non apud omnes certam fidem,<sup>3</sup> at certe<sup>4</sup> penes cunctos notitiam promiscuam possident.<sup>5</sup> Id potius<sup>6</sup> præstiterit Latine dissertare,<sup>7</sup> varias species dæmonum<sup>8</sup> [687] a philosophis<sup>9</sup> perhiberi, quo<sup>1</sup> liquidius et plenius de præsagio Socratis,<sup>2</sup> deque ejus amico numine<sup>3</sup>

*num ex somniis et prædictionibus atque oraculis Deos frequenter iratos, si aliquid prætermittatur negligentia, vel contemptu in eorum sacris: cujusmodi exempla habeo sat multa: verum ita decantata ac pervulgata sunt, ut nullus aggressus fuerit ea recensere, qui non prætermiserit longe plura, quam commemoraverit. Ea de causa jam desinam insumere mea verba in has res: quibus si non prorsus universi credunt; nihilominus sane omnes passim eas cognoscunt. Melius erit hoc disputare Latine; scilicet recenseri a Philosophis diversa genera Dæmonum, ut clarius et copiosius intelligatis quid fuerit prænotio Socratis, et familiaris ejus Dæmon. Anima enim*



*nantibus.* Voss. *vaticinaonibus.* Id.—7 Bened. *quod.* Id.—8 Inverso ordine Edd. primæ, Vulc. Wow. In Junt. Ald. *frequentia.* Et abest Harlem. Id.—9 Edd. ante Vulcan. *residebo.* Id.—1 Tò in adjeci ex Florentino. *Elmenh.* Recte, consentiunt Leid. Cantabr. uterque, Harlem, omnesque Edd. præter Vulc. Scal. Wow. Passim ‘occupari in aliqua re’ occurrit. *Oud.*—2 Sic Mss. tres a Lindenbrogio consulti, et Harlem. Voss. Merc. cum Bened. Eddque Elm. &c. In reliquis *quod.* Id.—3 *Certam fidem.* Delet Bremensis. *Elmenh.* Bened. *cunctam.* Oud.—4 Voss. *certas.* Id.—5 Male possidet Florent. Bened. et Edd. ante Vulcan. Id.—6 Bened. *hoc p.* Voss. *hic.* Edd. ante Vulcan. *hæc.* Id.—7 Edd. Scriv. Flor. *cdissertare:* sed contra Mss. Vide ad Met. lib. vii. p. 451. Id.—8 Sic Vulc. et seqq. cum plerisque ut videtur Mss. At Harlem. tamen cum Edd. prioribus *divinorum numinum.* Voss. Cantabr. *dumunum.* Bened. *divinum.* Sed ‘divina numina’ ait de Diis, quibus hic non est locus. Vide ad Met. lib. ix. p. 620. b. Id.—9 Abest a Bened. Harlem. Voss. Edd. Merc. Cout. Id.—1 Mss. sex et Ed. Elmerh. *quod:* male: ut passim *quo* est corruptum. Id.—2 Cantabr. Voss. *Socrati:* bene: sic supra Flor. N. 23. Mss. et Edd. in eo consentiunt. Plura vide ad Met. lib. i. p. 46. a. *Ulixi.* Id.—3 Sic optime Mss. O. et Edd. Vulc. ac seqq. Antea deerat *amico:* unde Stewech. (vide supra) tentabat *Deique ejus*

#### NOTE

ham.’ Vide alios ejusdem versus supra relatos ad hæc verba: ‘qui nocturnis vel diurnis,’ &c.

° *Indignata numina, si quid sacris, &c. negligatur]* Unde persæpe aut

oraculis, aut libris Sibyllinis, aut Augurum responso imperata eorundem sacrorum iteratio. Sexcenta invenias exempla apud Livium.

cognoscatis. Nam quodam significatu et animus humanus, etiam<sup>4</sup> nunc in corpore situs, δαίμων nuncupatur.<sup>p</sup>

Diine hunc ardorem<sup>5</sup> <sup>q</sup> mentibus addunt,

Euryale? an sua cuique Deus fit dira<sup>6</sup> cupido?

Igitur et bona cupido animi, bonus Deus est.<sup>7</sup> Unde nonnulli arbitrantur, ut jam<sup>8</sup> prius<sup>9</sup> dictum<sup>s</sup> est, εὐδαίμονας dici beatos, quorum dæmon<sup>r</sup> bonus, id est, animus<sup>t</sup> virtute perfectus est. Eum nostra lingua,<sup>2</sup> ut ego interpretor, haud sciam an bono, certe quidem meo periculo, poteris Genium vocare; quod<sup>3</sup> is Deus, qui est animus sui cuique,<sup>4</sup> <sup>t</sup>

*humana, etiamnum cum posita est in corpore, appellatur; Dæmon quædam significatione. An Dii inspirant animis hunc fervorem, O Euryale? num vero sua cuique violenta cupiditas evadit Deus? Ergo et honesta cupiditas mentis est bonus Deus. Quapropter quidam existimant, ut jam ante dictum est, felices vocari Eudæmonas, quorum Dæmon est bonus, hoc est, Mens ornata virtute. Hunc Dæmonem poteris appellare nostra lingua Genium, nescio an secure, sed saltem me sponsore: quia ille Dæmon, qui est mens uniuscujusque, licet sit immortalis, nihilominus*

//////////

numine. Bened. nomine. Id.—4 Bened. et. Id.—5 Excerpta Bat. Diique hunc ard. menti accommodant. Vide Ind. Elmenhorstius. Ms. Thuan. Diine hunc animum mortalibus addunt. At duo Codd. Lindenbrogii et Harlem. Diique hunc ardorem menti accommodant. Forsan bene: ut non hi versus sint sed ipsa Apuleii verba. Nam seq. versum non agnoscunt Thuan. Florent. Leid. Cantabr. uterque Harlem. et Voss. qui sic habet *Diine nunc ardorem M. A. Oud.*—6 Ed. Junt. *dura.* Id.—7 Sic Mss. Edd. ante Vulcan. *Deus bonus est.* Ed. Flor. *bonus est Deus.* Id.—8 Abest ut a Voss. Id.—9 Flor. *jam diu.* Elmenhorstius. Ed. Elm. *jam diu.* Scriv. ejecit prius. Quod revocavit Florid. e eod. Thuan. quocum consentiunt reliqui. *Oud.*—1 Ms. Fulv. *dæmon bonus animi.* Exulat est a Vulc. et Harlem. Codd. Id.—2 *Quem nostra lingua.* Manusc. *cum nost. l.* Vera lectio cum n. l. Seiopp. in Symbola. Cantabr. Vulc. aliique cum Edd. ante Elmenh. *quem.* Sed Flor. Fulv. Harlem. Bened. Voss. *cum:* unde bene Seiopp. rescripsit *cum,* et tacite edidere Elm. Scriv. Mere. Cout. Flor. *Oud.*—3 Edd. ante Vulcan. *quoniam.* Harlem. *quia.* Id.—4 Recte Vulc. et seqq. cum Mss. edidere *animus sui cui-*

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Et animus humanus, etiam nunc in corpore situs, δαίμων nuncupatur.]* Videndus Divus Augustinus, De Civitate Dei, lib. vii. cap. 13. Suidas, in εὐδαιμονία.

<sup>q</sup> *Diine hunc ardorem, &c.]* Ex libro Æneid. ix. desumpti sunt hi versus. Loco horum Ms. Thuan. habet tantum: *Diine hunc animum mortalibus addunt?*

<sup>r</sup> *Unde nonnulli arbitrantur . . . εὐδαίμονας dici beatos, quorum Dæmon, &c.]* Potius forte quia Genium, qui

Dæmon est, vocaverunt nonnulli, τὴν ἐκάστου τύχην, ‘uniuscujusque fortunam.’ Glossar. Henrici Stephani: *τύχη ἐκάστου ἀνθρώπου:* Genium: unde quod Latini ‘jurare per Genium Cæsaris,’ id Græci ὀμνῶναι τὴν τοῦ Καίσαρος τύχην dicunt: ut observat Lindenbrogii ad Censorini caput secundum.

<sup>s</sup> *Ut jam prius dictum.]* Sic Ms. Thuan. et sic emendatum in meo exemplari Elmenhorstiano: ubi autem hoc prius dixerit, non succurrit mihi:

quanquam sit immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur:<sup>5</sup> <sup>u</sup> ut eæ preces, quibus Genium et Genitam precamur,<sup>w</sup> conjunctionem [688] nostram nexumque videantur mihi obtestari, corpus atque animum duobus nominibus comprehendentes, quorum communio et copulatio sumus. Est et secundo significato species Dæmonum,<sup>6</sup> animus humanus emeritis stipendiis<sup>7</sup> vitæ<sup>x</sup> corpori suo abjurans:<sup>y</sup>

*quadam ratione generatur cum homine: ita ut illæ supplicationes, quibus obsecramus Genium et genua, mihi videantur testificari connexionem atque unionem nostram; cum complectantur duobus vocabulis corpus et mentem, quorum unione et conjunctione nos constamus. Est etiam genus Dæmonum altera significatione, Animi humana, quæ*

//////////

*que. Ante cuiusque. Bened. Voss. civiumque. Ed. Junt. animosus. Male sui exulat ab Ed. Wower. Id.—5 Al. genitus. Vid. Not. Var.—6 Sic Mss. O. cum Vulcanio et seqq. Ante, ac Var. Lect. Burm. et s. signatu sp. d. sit. Ed. Colv. ut s. signatu sp. d. sit. Oud.—7 Vid. Not. Var.—8 Florent. Harlem.*

#### NOTÆ

certe non hoc opusculo.

<sup>t</sup> *Qui est animus sui cuique*] Vide apud Plutarch. lib. *περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου*, quæ Timarchus, ab antro Trophonii redux, narrat sibi visa auditaque: quæ quidem omnem Geniorum historiam non parum illustrant. Thuanus Ms. habet *suis cuique*, non *sui*: recte.

<sup>u</sup> *Tamen quodammodo cum homine gignitur*] Censorinus, De Die Natali, cap. 3. 'Genius est Deus, cujus in tutela, ut quisque natus est, vivit. Hic, sive quod una genitur nobiscum, sive etiam quod nos genitos suscipit ac tuetur, certe a genendo Genius appellatur.'

<sup>w</sup> *Ut eæ p. q. G. et Genitam [hæ preces, quibus Genium et genua] precamur*] Sic restitui, Th. cod. auctoritatem secutus: habet enim: *ut hæ preces, quibus Genium et Genia precantur conjunctionem nostram, nec sunt quæ videantur mihi obtestari, &c.* Hoc vult Apuleius, per morem obtestandi per Genium, et amplectendi genua eorum quos precamur, duas partes, ex quibus constat homo, designari, animum scilicet per Genium, et corpus

per genua: vocem 'nexumque' ex vocibus 'nec sunt quæ' expressi, ad sonum attendens, qui utrimque pæne idem: vocem *genua* agnoscunt membranae Florentinae Elmenhorstio laudatæ.

<sup>x</sup> *Emeritis stipendiis vitæ*] Metaphora a militibus ducta, qui post certum exactum numerum annorum, quos per stipendia numerabant, a militia missionem impetrabant, cui missioni haud absimilis videtur ex hac vita discessus; Militia enim est (ut scripturæ sacræ verbis utar) vita hominis super terram. 'Emeritis' hic passive, ut apud Plaut. Mostellaria, Act. I. Scen. 2. 'Unum ubi emeritum est stipendium, igitur Tum specimen cernitur,' &c. De hac secunda specie Dæmonum videndus est Plato, in Cratylo. Apud Plutarchum, lib. *περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου*, Theanor Crotoniata, Pythagoricus Philosophus, dicit animos ortu liberatos et vacantes postmodum a corpore, et tanquam liberos prorsus emissos, Genios esse, curam hominum gerentes, et, sicut athletæ, vacatione artis ob senium impetrata, non omne tamen protinus

hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem dictitatum.<sup>2</sup> Ex hisce<sup>3</sup> ergo Lemuribus, qui posteriorum<sup>9</sup> suorum curam sortitus,<sup>1</sup> placato<sup>2</sup> et quieto numine [689] domum possidet, Lar dicitur familiaris:<sup>a</sup> qui vero ob adversa<sup>3</sup> vitæ merita,<sup>b</sup> nullis bonis sedibus,<sup>c</sup> incerta vagatione,<sup>4</sup> ceu quo-

*abdicat se suo corpore post transactam vitam: invenio eam appellatam esse prisco sermone Latino Lemurem. Inter hos igitur Lemures, ille, qui suscepta tutela suorum posteriorum incolit ades numine placido et tranquillo, vocatur Lar domesticus: quantum autem ad eum, qui nullam habens bonam habitationem, propter mala meri-*

~~~~~

hiisdem. Oud.—9 Florent. *quo posteriorum*. male. *Elmenh.* Item Cantabr. quoque Harlem. et Edd. ante Vulcan. *posteriorum*. Ut 'posteriores' dicantur pro posteris; uti contra 'priors' passim pro majoribus. Bened. *qui officiorum*. Oud.—1 Bened. *cura*. Edd. Ald. Junt. *sortitur*. Id.—2 Edd. ante Vulcan. *pacato*. Statim pro numine Voss. *nomine*. Id.—3 Voss. Cantabr. *ad*. Edd. ante Vulcan. *propter*. Id.—4 *Nullis bonis sedibus intervagatione*. Concinniorem credidi sententiam fore ex hac conjectura, *nullis positis sedibus incerta vagatione*. Larvis id ubique tributum, propter adversa vitæ merita, erraticas esse. Propert. lib. iv. de umbris et manibus: 'Nocte vagæ ferimur, nox clausas liberat umbras.' *Stewech.* Basil. i. *intervagatione*. Emendo, *incerta vagatione*: ut etiam *Stewechium* corrigere post vidi. *Cole.* Malim, *nullis propriis sed.* Wowerius. *Incerta vagatione* Leid. et Brem. Aldus *in terra vagatione*. Florent. *incerta vacatione*. in Rom. *intervagatione*. *Elmenhorstius.* *Incerta vagatione* *Stewech.* et Colvius. forte, *intervagatione*, ut Basil. I. *Brant.* Ejecit *non bonis* Markland. Epist. Crit. p. 103. ut repetitum e versu sequenti. Ego nil contra Mss. innovo. 'Sedes' habent quidem, sed quales

#### NOTÆ

abjiciunt studium et curam corporis: sed delectantur, cum alios exerceri vident, exhortantur, iisque præsto adsunt: ita, confectis vitæ ærumnis, animos, qui ob præstantiam in Genios versi sunt, non plane despiciere res humanas, hominumque rationes et studia: sed propitios iis, qui eundem finem affectant, adjuvare eorum conatus; incitantes et provehentes, cum eos vident propinqua spe contendere ad finem, eumque jam attingere.

<sup>y</sup> *Corpori [corpore] suo abjurans*] Id est, ita relinquens corpus, ut aliud postmodum non sit ingressurus: quæ quidem omnimoda a corpore missio nonnisi bonis animis concedebatur, qui per innumeros ortus, gravibus ærumnis exactis, bene et alacriter circuitionem absolverant, ut ait idem

Theanor apud Plutarchum. Ms. Thuanus non habet vocem *abjurans*.

<sup>2</sup> *Lemurem dictitatum*] Quod nomen genericum hic facit Larium et Larvarum, Nonius Marcellus solis Larvis tribuit. Verba ejus in voce 'Lemures.' Lemures, 'Larvæ nocturnæ, et terrificationes imaginum, et bestiarum.' Varro de Vita Populi Romani libro primo: Quibus temporibus in sacris fabam jactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra jannam ejicere.<sup>7</sup>

<sup>a</sup> *Qui posteriorum, &c. domum possidet, Lar dicitur familiaris*] Glossæ veteres, θεοὶ κατοικίδιοι: Lares familiares. ἡρώες κατοικίδιοι.

<sup>b</sup> *Qui vero ob adversa vite merita, &c.*] Vide Platonem in Phædone.

<sup>c</sup> *Nullis bonis sedibus*] Wowerius *nullis propriis sedibus*.

dam exilio,<sup>5</sup> punitur, inane terriculamentum<sup>6</sup> bonis hominibus, ceterum noxium malis, id genus plerique Larvas<sup>7</sup> perhibent. Cum vero incertum est,<sup>d</sup> quæ cuique eorum<sup>8</sup> sortitio<sup>9</sup> evenerit, utrum Lar sit,<sup>1</sup> an<sup>2</sup> Larva; nomine Manem<sup>3</sup> Deum nuncupant: scilicet honoris gratia<sup>4</sup> Dei vocabulum additum est. Quippe tantum eos Deos appellant,<sup>5</sup> qui ex eodem numero juste ac prudenter vitæ curriculo<sup>6</sup> gubernato, pro numine postea ab hominibus proditi,<sup>7</sup> fanis et

*ta suæ vitæ plectitur erratione incerta, veluti quodam exilio, vanos metus incutiens probis hominibus, at nocens improbis, maxima pars appellant ejusmodi Lemures Larvas. At quando dubium est quæ sors obtigerit cuilibet eorum, num scilicet sit Lar, num Larva; nominant ipsun Manem Deum: nempe adjectum est quoque nomen Dei reverentiæ causa. Illos enim solum vocant Deos, qui, cum sint ex eodem numero Lemurum, postquam direxerant cursum suæ vitæ probe ac sapienter, celebrati postmodum ab hominibus tanquam Dii, passim coluntur templis et ritibus;*



Nomades habent, incertas, nec quietas, nec bonas. Dein recte Stewech. et Colv. *incerta* correxere pro *in terra* ut est in Edd. primis vel Bas. pr. et Var. Lect. Burm. *interrogatione*. Mss. O. *incerta*: dein *vacatione* Florent. Cantabr. Voss. de more *c* pro *g*. Oud.—5 Proba lectio est. Sic supra Flor. N. 15. ‘exilio vocis punire.’ Harlem. seu. Cantabr. Voss. *excidio*. Al. *exordia*. Salmas. ad Solin. p. 891. Ed. ult. ex V. Cod. *casortio*. Vide eum et Markland. loco cit. *Ponitur* vitiose Cod. Vulc. *pō*. Harlem. quasi fuisset *potitur*. Acute. *Id.*—6 Harlem. *inanes*. Bened. *terriculatum*. Voss. Cantabr. *terricolamentum*. Sed *terriculamenta* de Larvis sic in Apol. p. 508. *Id.*—7 Sic Mss. O. nisi quod vitiose in Cantabr. sit *hoc ego pl. L.* Voss. *hic genus*. Bened. *est hoc genus ple-raque*. Vulgo ante Elmenh. *hanc pl. Larvam*. Sed anacolutho sibi frequenti utitur Auctor. *Id.*—8 Bened. *c. horum*. Male exulat ultima vox ab Cod. Vulc. et Edd. ejus, Scal. Wow. *Id.*—9 Voss. *sortio*. Ed. Scriv. *sortito*. *Id.*—1 Edd. Ald. Junt. *utrumque*. Harlem. *sit Lar*. *Id.*—2 *Alii* Bened. *Id.*—3 Al. *Manium*. Vid. Not. Var.—4 *Scil. et honoris gr.* Abest *scilicet* a Cantabr. et Harlem. Eddque ante Vulcan. *Et non agnoscit* Florent. Recte. Unde uncis includere Elm. et Scriv. Pro *vocabulum* Ed. Merc. *nomen*. Oud.—5 *Tantum appellant*. Edd. ante Vulcan. *cum appellent*: et eadem pro eodem mox eorem. *Id.* Legendum videtur *Quemadmodum eos D. appellant*. J. Bosscha.—6 Voss. Harlem. *curric. vitæ*. Oud.—7 Vid. Not. Var.—8 Rom. et Ald.

#### NOTE

<sup>d</sup> *Id genus plerique Larvas perhibent. Cum vero incertum est, &c.*] Martian. Capella l. II. ‘verum illi Manes quoniam corporibus illo tempore tribuuntur, quo fit prima conceptio, etiam post vitam iisdem corporibus delectantur, atque cum his manentes appellantur Lemures. Qui, si vitæ prioris adjuti fuerint honestate, in Lares domorum urbiumque vertuntur: sin autem depravantur ex corpore, larvæ

perhibentur, ac Maniæ. Manes igitur hic tam boni quam truces sunt constituti, quos ἀγαθὸς καὶ κακὸς δαίμονας memorat Graia discretio.’ In his etiam locis sunt Manes, eorumque præstites Mana, atque Manava: Dii etiam quos Aquilos dicunt, item Fura, Furinaque, et Mater Mania; et cetera, quæ Martianus pluribus est executus eodem loco.



cærimoniis vulgo advertuntur:<sup>8</sup> ut in Bœotia Amphiarus,<sup>9c</sup> in Africa Mopsus,<sup>f</sup> [690] in Ægypto Osiris,<sup>1 s</sup> alius aliubi gentium,<sup>2</sup> Æsculapius ubique.<sup>h</sup> Verum hæc omnis distributio eorum Dæmonum fuit, qui quondam in corpore humano<sup>3</sup> fuerunt. Sunt autem non posteriore numero,<sup>4</sup> præ-

quemadmodum Amphiarus in Bœotia, Mopsus in Africa, Osiris in Ægypto, alius apud alias nationes, Æsculapius apud omnes. At hæc divisio fuit illorum Dæmonum, qui olim versati sunt in corpore humano. Verum est alia species Dæmonum



admittuntur, male. Infra: 'bonorum probator, si rite advertatur.' *Elmenhorstius*. Edd. ante *Vulcan*, et *Wowerii* admittuntur: sed vide *Wower*, et paulo infra.—9 Flor. *Amphiareus*. Rom. *Amphiaranus*, male. *Tertull.* de anima c. 45. 'Amphiaræum apud Orosium in confinio Bœotiæ oracula reddidisse,' dicit. *Pansanias* in Atticis fol. 33. *Aristid.* orat. in *Aselepiadas*. Notæ ad *Minutium Fel.* p. 42. *Elmenh.* Bened. *Bœotica*. Var. Lect. *Burm.* Rom. Vic. *Amphiaranus*. Harlem. *Amphiareus*. Voss. *aphiareus*. Oud.—1 Bened. *Asiris*. Id.—2 *Alibi gent.* Malo cum Rom. *aliubi g.* *Elmenhorstius*. *Aliqui* Voss. Cantab. In Edd. Rom. Vic. Bas. pr. *Elmenh.* &c. *aliubi*. Vide *Fabr. Thes.* Oud.—3 Floren. et Rom. c. numero. Excerpta *Puteani*, *Bat.* et *Bremens.* c. *vivo*. *Elmenhorstius*. Libri nostri, in corpore numero: sed alter *Cujacianus*, in corpore uno: hoc est, in corpore vivo. *Mercerus*. In corpore humano et suo cod. repositus *Vulc.* cum vulgo inepte ederetur in corporis numero. At præter citatos etiam Mss. Voss. Cantabr. corpore numero seu uno. *Leid.* et Harlem. quoque diserte corp. vivo. uti maluerunt *Merc. Cout.* Forsan mun-

#### NOTE

<sup>e</sup> *Ut in Bœotia Amphiarus*] Hic vates erat *Argivus*, ad bellum *Thebanum* uxoris dolo abductus, quem in eo bello, terra dehiscente, una cum curru et equis absorptum, vivumque ad *Plutonium* delapsus canit *Stattius* in fine lib. VII. et initio lib. VIII. *Thebaidos*: is postea a *Deo* cultus est, atque in ejus templo pelli mactati arietis incubantes captabant somnia, ex quibus futura prænoscerent. *Cicero*, lib. 1. de *Divinatione*: 'Amphiaræum autem sic honoravit fama Græciæ, *Deus* ut haberetur, atque, ut ab ejus solo, in quo est humanus, oracula peterentur.'

<sup>f</sup> *In Africa Mopsus*] In *Cilicia* quidem adoratum *Mopsus* reperio, sed non in *Africa*. *Origenes*, lib. III. contra *Celsum*, ait *Celsum* dicere non secus nos facere qui comprehensum et mortuum colimus, ac *Getæ* fa-

ciunt, qui *Zamolxin* adorant et colunt; et *Cilices*, qui *Mopsum*; et *Acaruanes*, qui *Amphilochum*, et *Amphiaræum Thebani*, et *Lebadii Trophonium*. Is *Mopsus Argivorum Rex* fuit. *Cicero* eodem lib. II. de *Divinatione*. 'Amphilochus et *Mopsus Argivorum Reges* fuerunt, sed iidem *Augures*: iique urbes in ora maritima *Ciliciæ Græcæ* condiderunt.'

<sup>g</sup> *In Ægypto Osiris*] Vide quæ supra observavimus ad hæc verba, 'Ægyptiaca numina ferme plangoribus.' Et lib. II. de *Asino*. Item *Plutarchum* libello de *Iside et Osiride*.

<sup>h</sup> *Æsculapius ubique*] Præcipue tamen *Epidauri* in *Peloponneso*: unde et *Romani* translata ejus effigies grassante pestilentia: quin et *penuliani* eum cultu *Carthaginenses* prosequuntur, ut innuit *Noster* in *Florida*.

stantiori<sup>5</sup> longe dignitate, superius aliud augustiusque genus<sup>6</sup> Dæmonum, qui semper a corporis compedibus et nexibus liberi, certis potestatibus curant.<sup>7</sup> Quorum e numero Somnus atque Amor<sup>1</sup> diversam<sup>8</sup> inter se vim possident: Amor vigilandi, Somnus soporandi. Ex hac ergo<sup>9</sup> sublimiori<sup>1</sup> Dæmonum copia Plato autumat, singulis hominibus in vita agenda testes et custodes singulos<sup>2</sup> additos,<sup>k</sup>

*sublimior et venerabilior, numero non minore, multo excellentiore dignitate, qui Dæmones perpetuo soluti a vinculis et conjunctione corporis, curam gerunt quarundam virtutum. Inter quos Somnus et Amor habent virtutes inter se contrarias: Amor nempe virtutem expergeficiendi, Somnus vero sopiendi. Ex hoc igitur præstantiori numero Dæmonum Plato existimat singulis hominibus attributos esse singulos, qui sint arbitri et custodes in vivendo, qui nulli visibiles, perpetuo sint præ-*



*dano vel terreno. Oud.—4 Edd. ante Vulcan. posteriores. Id.—5 Bened. Voss. Edd. ante Vulcan. præstantiore. Id.—6 Edd. ante Vulcan. genus aliud angustius aio; nisi quod in Ald. et Junt. sit animo. At superius agnoscunt Mss. O. idemque ordo est in Mss. Sed que non habent Harlem. Vulc. Voss. et Cantabr. uterque (quorum primus habet augustinus g<sup>o</sup>, alter augustius g<sub>o</sub>) nec Edd. Merc. Cout. Id.—7 Certis potestatibus curantur. Bene Vulcanius correxit, nisi quod cum Fulviano potius codice scribere debuit: certis potestatibus curant. ‘Curare alicui’ phrasis est vetusta, qua sæpissime hic Noster Madaurensis utitur: et dixi de ea Suspect. Lection. lib. iv. epist. 1. Sciopp. in Symb. Scribe, curant. Woverius. Scal. Ms. Puteani et Fulvii c. p. curant, recte. Rom. et Aldus, c. precatibus procurantur. Elmenhorstius. Bene emendarunt Wover. et Sciopp. e Ms. Ursini, cui, præter alios, astipulantur Mss. Voss. Vulc. et Harlem. Reliqui codd. certis potestatibus curantur vel curantur certis pot. Edd. ante Vulcan. procurantur certis precatibus, vel ut Ald. et Junt. precantibus. Inepte. ‘Curant potestatibus’ dictum more Apuleii pro potestates. Vide Ind. Not. Oud.—8 Voss. Edd. Ald. Junt. diversa. Voss. possideant. Id.—9 Cantabr. Harlem. Voss. igitur. Id.—1 Harlem. Voss. et Edd. ante Vulcan. sublimiore. Id.—2 Pro singulos Florent. Cantabr. Vulc. Harlem. Voss. singulis. Id.—*

#### NOTE

<sup>i</sup> Quorum e numero Somnus atque Amor] De Amore quidem conceptis verbis Plato in Convivio: οἱ τοὶ δὲ οἱ δαίμονες πολλοὶ καὶ παντοδαποὶ εἰσιν εἰς δὲ τούτων ἐστὶ καὶ ὁ Ἔρως. ‘Enimvero hi Dæmones multi atque varii sunt. Ex his unus est Amor.’ Somnus Noctis filius est et Mortis frater, apud Hesiodum.

<sup>k</sup> Singulis hominibus in vita agenda testes et custodes singulos additos] Euclides Socraticus Philosophus non unum, sed duos unicuique attributos putavit δαίμονας seu Genios, bonum

unum, alterum malum. Et post eum idem sensere alii multi. Servius ad hæc Virgiliti, ‘‘Quisque suos patimur Manes:’ cum,’ inquit, ‘ nascimur, duos Genios sortimur: unus est qui hortatur ad bona, alter, qui depravat ad mala: nec incongrue dicuntur Genii, quia cum unusquisque genitus fuerit, ei statim observatores deputantur: quibus assistentibus post mortem, aut asserimur in meliorem vitam, aut condemnatur in deterio-rem,’ &c. Plutarch. in vita Bruti, apparuisse ei malum ipsius Genium

qui nemini conspicui, semper adsint, arbitri<sup>3</sup> omnium<sup>4</sup> non modo actorum, verum etiam cogitatorum.<sup>1</sup> At ubi vita edita<sup>5</sup> remeandum est, eundem<sup>6</sup> illum, qui [691] nobis præditus fuit, raptare<sup>7</sup> illico<sup>8</sup> et trahere<sup>m</sup> veluti custodiam suam ad iudicium, atque illic in causa dicenda<sup>9</sup> assistere: si qua commentatur, redarguere: si qua vera dicat, asseverare: prorsus illius<sup>r</sup> testimonio ferri sententiam. Proinde vos omnes,<sup>2</sup> qui<sup>n</sup> hanc Platonis divinam sententiam, me interprete, auscultatis,<sup>3</sup> ita animos vestros<sup>4</sup> ad quæcumque vel agenda,<sup>5</sup> vel meditanda formate, ut sciatis, nihil homini<sup>o</sup> præ istis<sup>6</sup> custodibus, nec intra<sup>7</sup> animum,

*sentēs, testes cunctorum non solum factorum, sed cogitationum quoque. Verum, quando revertendum est, peracta vita, ad Deum iudicem, illum ipsum qui fuit præpositus nobis, statim corripere eum, cui præpositus fuerat, et pertrahere, quasi suæ custodiæ traditum, in iudicium, ibique stare ipsi, dum suam causam orat; si comminiscatur quidpiam, illud reprehendere; si dicat aliqua vera, affirmare illa; et decretum pronuntiari plane juxta illius testimonium. Itaque vos omnes, qui auditis hanc divinam opinionem Platonis, me ipsam vobis exponente, sic instituite vestras mentes ad quævis sive faciendæ, sive cogitandæ, ut noscatis nihil esse arcanum, neque intra, neque extra mentem, coram iis custodibus, quin ille, qui vobis præfectus*

//////////

3 Deest Edd. ante Vulcan. Sed post *actorum* illæ addunt *testes* contra Mss. *Id.*—4 Bened. *omni.* Statim pro *at* Edd. ante Vulcan. *ac. Id.*—5 *Al. edita.*—6 Harlem. *eundi in.* Ond.—7 Ed. Scriv. *aptare.* *Id.*—8 Male Vulcanius delet. *Elmenh.* Exulat a Ms. *Vulc.* et Edd. *cjus, Seal.* et *Wov.* contra Mss. et Edd. reliquas. *Ond.*—9 *Al. dicenda.*—1 Scaliger pro *illius,* bene. *Elmenh.* Voss. *testimonia.* Ond.—2 *Deinde vos omnes.* Ita libri nostri omnes: quod non fuit mutandum. Mox *idem, ad quæcumque agenda.* Quod sequitur, *nihil homini,* edidit e suis Vulcanius, quem secutus sum, addicente altero Cujaciano. Vulgo erat, *omnino,* quod et pars scriptorum retinet. *Merc.* Voss. etiam Cantabr. et Ed. *Cout. deinde.* In reliquis *proinde.* Edd. vet. quædam *nos.* Hæc autem usque ad *sententiam* desunt Cod. Harlem. *Ond.*—3 Bas. 1. Rom. *osculatis.* Colvins. Rom. *osculatis,* male. *Elmenh.* Ms. *Vulc. asculatis.* Voss. *obscultatis.* Bened. *osculatis.* Hinc vides unde in Edd. Rom. *Vic. Bas.* irreperit *osculatis.* Ond.—4 Edd. *Vic. Ald. nostros.* *Id.*—5 Abest vel male a Cantabr. Voss. Harlem. ac *Mercer.* Mss. ut et Ed. *Cout. Id.*—6 Mss. Flor. Cantabr. Edd. pleræque *nihil omnino.* Edd. *Vulc. Wov. homine.* Sed

#### NOTÆ

refert, dixisseque se esse *cjus κακὸν δαίμονα.*

<sup>1</sup> *Arbitri omnium non modo actorum, verum etiam cogitatorum]* Videndus Plato in *Epinom.* loco jam citato.

<sup>m</sup> *At ubi vita edita remeandum est, eundem illum, qui nobis præditus fuit, raptare illico et trahere, &c.]* Plato in *Phædone* idem habet.

<sup>n</sup> *Proinde vos omnes, qui, &c.]* Ex his verbis patet libellum hunc esse vel dissertationem, vel dissertationis partem ab Apuleio publice habitæ, qualium fragmenta sunt et ipsa *Florida.*

<sup>o</sup> *Ut sciatis, nihil homini [omnino]* Ms. *Thuan. nihil homini.*

nec foris, esse secreti, quin omnia curiose ille participet,<sup>8</sup> omnia visat, omnia intelligat, in ipsis<sup>9</sup> penitissimus mentibus vice conscientiae deversetur.<sup>1</sup> Hic, quem dico, prorsus custos,<sup>2</sup> singularis praefectus, domesticus speculator,<sup>3</sup> proprius curator, intimus cognitor, assiduus observator, individuus arbiter, inseparabilis<sup>4</sup> testis, malorum improbator, honorum probator, si rite animadvertatur,<sup>5</sup> sedulo cognoscatur, religiose colatur, ita ut a Socrate justitia et innocentia<sup>6</sup> cultus est; in rebus incertis prospector,<sup>7</sup> dubiis praemonitor, periculosus tutator,<sup>8</sup> egenis opitulator; qui

*est, studeat particeps fieri cunctorum, consideret omnia, cognoscat universa, atque inhabitet in ipso infimo animorum loco instar conscientiae. Hic, de quo loquor, inlinus custos peculiaris praepositus, explorator familiaris, curator peculiaris, penitissima perspicuus, perpetuus speculator, testis inseparabilis, individuus arbiter, damnator malorum, laudator honorum, si legitime colatur, diligenter cognoscatur, pie honoretur, quemadmodum honoratus fuit a Socrate, aequitate et probitate; sit praevisor in rebus ambiguis, praemonitor in incertis, defensor in periculosis, auxiliator*



Mss. mei reliqui et Cujac. sec. cum Ed. Scal. sive Vulc. sec. Merc. et Cont. homini, quod mutandum non fuerat. 'Præ' autem non notat 'coram,' ut interpretatur Floridus, sed 'propter.' Id.—7 Voss. *ni intra*. Mox pro *quin* Edd. ante Vulcan. *quando*. Id.—8 Ms. Puteani *percipiat*. Elmenhorstius. Accedit Harlem. Pro *visat* Cantabr. *riset*. Oud.—9 Edd. ante Vulcan. *et in illis*. Agnoscut et Cantabrigienses. Id.—1 *Diversetur*. Cantabr. Voss. *deversetur*. Bene. Id.—2 Forte, *proprius custos*. Colvius. Quintil. declam. 252. 'unde tantus ac tam prorsus domus tuæ tumultus.' Nihil igitur mutandum. Elmenh. Quintiliani locum ascripserat Lindenbrog. Ibi itidem perperam operosus vel *proprius* cecijere viri docti. Sequitur hic 'proprius curator.' Bened. *prorso custos*. Oud.—3 Bened. *spicul*. τῶ *proprius* caret Bened. Hæc autem usque ad *observator* absunt ab Edd. ante Vulcan. *Et observ*. Bened. Id.—4 Ed. Scal. *insperab*. Id.—5 *Advertatur*. Sic Scaliger, alii, *animadvertatur*. Elmenhorstius. Atque ita Elmenh. et seqq. præter Merc. et Coutur. ediderunt, non male quidem, ut supra: 'advertantur.' Mox: 'qui eos auctoritate advertat.' Vide ad Cæsar. Verum Mss. constanter dant *animadvertatur*; quod non mutandum, ut patet ex seq. 'sedulo cognoscatur.' Oud.—6 Mss. Vulc. pro var. lect. *juste et innocenter*. Id.—7 Cantabr. et Edd. ante Vulcan. *prospectator*. Wow. *prospectior*. Vitiose. Statim Bened. *praemonitor*. Id.—8 *Periculosus viator*. Emendare conor, *periculosus vitator*: sequentia ipsius Auctoris verba considerata relinquo; tum et hæc Minucii Felicitis, qui de eodem Deo disserens, 'Socrates,' inquit, 'novit, qui ad nuntium et arbitrium assidentis sibi dæmonis, vel declinabat negotia, vel petebat.' Meminit ejusdem et Lactantius Firmianus lib. II. Divinarum institutionum, c. 15. *Stewech*. *Per. viator*. Ald. edit. In aliis est *peric. viator*. Colvius. Quid si et, *juvator*? Brantius. Recte cum Mss. *tutator* Vulc. et seqq. *Viator* Ed. Bas. Par. *Vitator* Edd. Rom. Vic. Ald. Junt. Stew. Colv.

#### NOTE

<sup>p</sup> *Prorsus custos*] Similiter apud Quintil. 'prorsus tumultus.' De- clamat. 252. 'unde tantus, ac tam prorsus domus tuæ tumultus.'

tibi queat tum in somniis, tum in signis,<sup>9</sup> tum etiam fortasse coram, cum usus postulat,<sup>1</sup> mala averruncare,<sup>2</sup> bona prosperare, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare, secunda regere, adversa<sup>3</sup> corrigere. Igitur quid mirum?<sup>4</sup> si Socrates, vir apprime perfectus,<sup>5</sup> et Apollinis quoque [692] testimonio sapiens,<sup>1</sup> hunc Deum suum<sup>6</sup> cognovit<sup>1</sup> et coluit,<sup>7</sup> ac propterea ejus custos, et prope dicam,<sup>8</sup> Lar contubernio<sup>9</sup> familiaris, cuncta, quæ arcenda

*in inopia: qui possit in somniis et indiciiis, et forsitan etiam manifeste, quando est opus, avertere mala, augere bona, extollere depressa, sustentare labantia, illustrare obscura, gubernare prospera, corrigere sinistra. Minime mirandum est ergo, si Socrates vir perfectissimus, et sapientissimus etiam confessione Apollinis, cognovit et coluit hunc suum Dæmonem, atque ideo ille ejus custos, ac pæne,*

~~~~~

*Oud.*—9 Rom. *tum in somnis, tum signis.* Vide Iamblichum de mysteriis Ægypt. p. 52. et 84. *Elmenh.* *Tum insomniis, tum signis.* Ita rectissime libri: iidem omnes, igitur *mirum*, e quo faciendum, igitur *nil mirum.* Mercerus. Non habent in Edd. ante Vulcan. Contra Edd. Vulc. Scal. Wow. *tum in somniis* (Vulc. Wow. *somnis.* Vide ad lib. xi. Met. p. 794. b.) *tum in signis*: ut edidi cum *Elmenh.* et habent Mss. O. nisi quod in Mercer. sit *tum signis*, in Cantabr. Voss. *tum in signis, cum somniis.* Mss. quoque Vulc. Harlem. Voss. *somnis.* Edd. Merc. Coutur. absunt *tum in signis.* *Oud.*—1 Bened. *postulabat.* *Id.*—2 Pithæus ita ex lib. vet. Vulgo, *avertere.* Colvius. Brem. *intruncare.* Rom. *avertere, male.* Varro de lingua Lat. lib. iv. ‘Ab avertendo averruncare, et Deus qui ejus rebus præest, Averruncus.’ In Glossis dicitur ἀλεγκτικός. Vide Notas ad Arnobium. *Elmenh.* Consentiant Mss. omnes, nisi quod in Cantabr. et Harlem. sit *autruncare*, Voss. *autruncare*, Brem. *intruncare.* De Deo Averrunco et averruncatione nota omnia. V. Gronov. ad Liv. xxix. 27. *Oud.*—3 Inepte Edd. ante Vulcan. *sidera adversa.* *Id.*—4 *Non igitur mirum.* Sic Vulc. et seqq. cum Mss. plerisque. Antea igitur *nimirum*, quod servat Harlem. immo *non* deest quoque Florentino et Voss. Quare rescribendum potius cum Ms. Bened. *igitur quid mirum?* *Id.*—5 Inverso ordine Harlem. *Id.*—6 Exultat male ab Ed. Scalig. *Id.*—7 Bened. *incoluit.* *Id.*—8 Ita libri omnes nostri, non ut ediderunt Vulcanius, et qui deinceps secuti, *Et prope ut ita dicam.* Mercerus. Eodem redit. Sed *prope dicam* est in Can-

#### NOTÆ

<sup>9</sup> *Et Apollinis quoque testimonio sapiens]* Celebre est Pythiæ oraculum Chærephonti interroganti editum: Ἀνδρῶν ἀπάντων Σωκράτης σοφώτατος. ‘Mortalium unus Socrates vere sapit.’ Quod refert in Socratis vita Laërtius: meminit et Plato in ejus Apologia.

<sup>1</sup> *Hunc Deum suum cognovit, &c.]* Socrates apud Platonem in Theage: ἔστι γὰρ τι θεῖα μοῖρα παρεπόμενον ἐμοὶ ἐκ

παίδος ἀρξάμενον δαίμονιον. ἔστι δὲ τοῦτο φωνή, ἣ ὅταν γένηται, αἰεὶ μοι σημαίνει, ὃ ἂν μέλλω πράττειν, τοῦτου ἀποτροπήν προτρέπει δὲ οὐδέποτε. &c. ‘Adest mihi divina quadam sorte Dæmonium quoddam a prima perueritia me secutum: hoc autem vox est quædam, quæ, cum sit, semper ejus rei, quam facturum sum, dissuasionem innuit, adhortatur vero nunquam.’

sunt, arcuit; quæ cavenda,<sup>1</sup> præcavit; et præmonenda<sup>2</sup> præmonuit: sicubi tamen interfectis sapientiæ officiis,<sup>3</sup> non consilio, sed præsagio indigebat; ut ubi dubitatione clauderet,<sup>4</sup> ibi<sup>5</sup> divinatione consisteret. Multa sunt enim, multa,<sup>6</sup> de quibus etiam sapientes viri ad ariolos et oracula cursitent. An non<sup>7</sup> apud Homerum, ut in quodam ingenti speculo,<sup>8</sup> clarius cernis hæc duo distributa, seorsus divinationis, seorsus<sup>9</sup> sapientiæ officia? Nam cum duo columina totius exercitus dissident,<sup>1</sup> Agamemnon<sup>1</sup> regno pollens,<sup>u</sup> et Achilles bello potens, desideraturque<sup>2</sup> vir fa-

*ut ita dicam, æqualis et contubernalis, ac domesticus, repulit omnia quæ sunt repellenda; prospexit quæ sunt prospicienda; et prædixit quæ sunt prædicenda: si quando tamen interclusis muniis Sapientiæ, non opus habebat consilio, sed Divinatione, ut nimirum tunc confirmaretur præsagio, cum vacillaret incertitudine. Nam plurima sunt, de quibus Sapientes quoque viri recurrunt ad Divinos et ad oracula. Nonne vides apud Homerum, velut in quodam amplo speculo, hæc duo munera præsagii et prudentiæ divisa seorsim a se invicem? Etenim quando duo fulmina totius exercitus, Agamemnon nempe regia potestate præditus, et Achilles fortis in bello, dissentiunt inter se, et opus est viro claro ob*



tabr. Florent. Voss. Harlem. et Edd. ante Vulcan. *Oud.*—9 Al. par. c. Vid. Not. Var.—1 Elmenh. cum seqq. addidit e Florent. *sunt.* Sed non comparet in Mss. ceteris, nec opus est. *ἄρδ κοινῶν* subiintelligitur. *Oud.*—2 Ed. Scal. vitiose *præmonenda.* Voss. *præmonenda præmorit.* Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Sic Florent. (sed *ibi*) Voss. 3. Cantabr. et Mercer. Verissime, ut viderunt Gronov. ad Gell. 1. 7. 'numero verborum sonus clauderet,' et Davis. ad Cicer. Tusc. Quæst. lib. v. c. 8. 'si ex aliqua parte clauderet:' atque edidere Merc. et Cout. Plura vide ad Flor. N. 18. 'ac non hic maxime clauderet?' *Oud.*—5 Florent. *ubi.* Carent hac voce Edd. Vulc. Scal. Wow. ex Ms. Vulc. Bened. *divinationem.* Id.—6 Posterius *multa* delent Flor. Rom. et Ald. *Elmenh.* Cantabr. *cum multa, &c.* Bened. non habet *sunt enim multa.* Ubium *multa* exulat ab omnibus Edd. ante Vulcan. item Wow. et Floridi. Male. Vide Mercer. supra. *Oud.*—7 Bas. 2. Reliquæ, *Ac non.* Colvius. Harlem. *at cum.* Bened. Voss. *at non.* *Oud.*—8 Edd. omnes præter Vulc. Scal. *in quod. ing. sp.* sed in vitis Mss. *Quadam specula* Edd. ante Vulcan. male: licet et *specula* sit in Cantabr. *Ingentis* Bened. *Id.*—9 *Bis seorsum* Edd. Vulc. Scal. Wow. *Id.*—1 Bened. *dissident.* Id.—2 *Abest que* ab Harlem. *Id.*—3 *Peritia vitæ mo-*

#### NOTÆ

<sup>3</sup> *Interfectis sapientiæ officiis]* Rom. et Brement. *intersectis.* Alii, *internectis.* Fulvii liber, *interjectis.* Wowerius, *imperfectis.* Lege, meo periculo, *interceptis:* quod etiam in Interpretatione expressi: ait nimirum in rebus quæ casu reguntur, et in quibus nullus est prudentiæ locus relictus, Dæmonii sui voce moneri solitum So-

cratem, quod consonat iis quæ de eodem Genio habet Plutarchus.

<sup>1</sup> *Nam cum duo columina totius exercitus dissident, Agamemnon, &c.]* Iliad. A.

<sup>u</sup> *Agamemnon regno pollens]* Homero *ἀναξ ἀνδρῶν.* Huic enim in obsidione Trojana imperium exercitus Græci omnes detulerant.

cundia laudatus, et peritia memoratus,<sup>3</sup> qui Atridæ<sup>w</sup> superbiam sedet,<sup>4</sup> Pelidæ<sup>x</sup> ferociam compescat, atque eos auctoritate advertat, exemplis moneat,<sup>5</sup> oratione permulceat: [693] quis<sup>6</sup> igitur tali in tempore ad dicendum exortus est?<sup>7</sup> Nempe Pylius<sup>8</sup> orator,<sup>y</sup> eloquio comis, experimentis catus,<sup>9</sup> senecta<sup>1</sup> venerabilis; cui omnes sciebant corpus annis hebere,<sup>2</sup> animum prudentia vigere, verba dulcedine af-

*eloquentiam, et celebri ob scientiam, qui retundat fastum filii Atræi, et reprimat iracundiam filii Pelæi, et revocet eos sua auctoritate, instruat exemplis, et verbis delinuat: quis igitur tunc temporis aggressus est verba facere? Scilicet Nestor orator suavis facundia, prudens usu rerum, reverendus ob senectutem, cui cuncti cognoscebant corpus debilitatum esse senio, at mentem consilio valere, et verba*



ratus in Edd. ante Vulcan. Contra Mss. Recte *peritia* absolute ponitur. Ad i ad Cæsar. p. 313. et 607. Nec opus est *rerum* vel simile addi, licet ita alibi occurrat. *Id.*—4 Sic bene tacens edidit Floridus. Carent hoc verbo Edd. ante Vulcan. qui cum Scal. Elm. Serv. Merc. habet *sed et*, uti in Mss. exaratur, nisi quod tantum in Harlem. sit *et*, ut edidit e Fulviano Wower. Sed recte 'sedare iram.' Sallust. Jug. c. 38. Ed. Wass. 'dignitati quam iræ magis consulens sedare motus.' *Id.*—5 Malim, *moveat*: sed illud retinent omnes libri, qui et rectissime, *peritia memoratus*; et mox *experimentis catus*. At, *exortus est*, alter Cujacianus, verissime; nam ceteri male, *exortatus*. In iisdem recte, *corpus annis hebere*, non *abire*, neque *hebescere*; item, *deligendi*, non, *dirigendi*. Mercerus. Serv. cum Mercero edidit *moveat*. Oud. *Atque, &c. advertat* absunt Edd. ante Vulcan. *Id.*—6 Florent. Voss. Cantabr. uterque *quid*. Fulvianus *qui*. *Id.*—7 *Ad dicendum exhortatus*. Si me audis, leges, *ad dicendum exoptatus*. Virgil. III. Æn. 'Optavitque locum regno.' Imitatus idem Petronius: 'Hæc ubi calcavit Cæsar juga milite læto, Optavitque locum summo de vertice montis.' *Stewech.* Mendose, sed recte restituit Fulv. *cod. qui i. t. i. t. ad dicendum exortus est*. Wowerius. *Ad dic. exortus Fulvius*. In Flor. Leid. Brem. Aldo et Rom. est *exhortatus*. *Stewech. exoptatus legit. Elmenh. Exortus est* e Mss. Fulv. et Cujac. sec. restituere Wow. Elm. Merc. et seqq. Antea edebatur *est ad dicendum exhortatus*. In Florent. Harlem. Voss. Cantabr. et aliis scribitur, *me ad dic. exhortatus est*. Fuitne *Qui se igitur tali in tempore ad dicendum exhortatus est?* Hæc sane conjectura mihi valde blanditur. Quis dicendi fiduciam sumsit? *Oud.*—8 Cantabr. *Phylidus*. Voss. *Phielidus*. *Id.*—9 Sic Flor. et Fulvii liber, Brem. *cauus*. Leid. et Rom. *cautus*. Elmenhorstius. Sic legendum cum Scaligero Merc. Cont. jubentibus Mss. Florent. Voss. Fulv. Putean. Mercero. Cantabr. Vulc. Harlem. Vulgo *cautus*. Vide ad Flor. N. 3. 'catus canere.' *Oud.*—1 Ed. Junt. *senecto*. Bened. *senectute*. *Id.*—2 Sic etiam ex Membranis Cujacii Pithæus. Vulgo erat, *abire*. Colvius. Rom. et Ald. *abire*. male. *Elmenh.* Edd. ante Colv. inepte *abire*. Pithæus Subsec. lib. II. c. 10. et Merc. *hebere* correxerant, ut habent Mss. O. quare miror Elmenhorstium et seqq. præter Mercero.

## NOTÆ

<sup>w</sup> *Atridæ*] Agamemnonis Atræi filii.

<sup>x</sup> *Pelidæ*] Achilles, cui mater Thetis, pater Pelæus.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>y</sup> *Nempe Pylius orator*] Nestor ex Pylo Messeniæi agri oppido, de quo videndus Homerus Iliad. A.

fluere. Itidem cum rebus creperis<sup>3</sup> et afflictis speculatores<sup>4</sup> deligendi<sup>5</sup> sunt, qui nocte intempesta castra hostium penetrent; nonne Ulixes cum Diomede deliguntur?<sup>a</sup><sup>6</sup> veluti consilium et auxilium, mens et manus, animus et gladius. Enimvero cum Aulide<sup>c</sup> desidibus,<sup>7</sup> et obsessis ab ventis, ac tædio abnuentibus<sup>8</sup> difficultati belli, et facultas itineris, et<sup>9</sup>

*abundare suavitate. Similiter quando rebus dubiis et labascentibus eligendi sunt exploratores, qui ingrediantur castra hostium multa nocte; annon eliguntur Ulysses et Diomedes? tanquam consilium et auxilium, animus et brachium, mens et cnsis? verum quando, Græcis cessantibus et retentis in Aulide, ac jam detractantibus bellum præ tædio, observanda est difficultas belli, et facilitas itineris, et tran-*

//////////

et Contur. dedisse *hebescere*, nisi ex incuria. Apud Virgil. et Valer. Flacc. 'senecta' et 'annis liebere.' Vide ad Valer. lib. i. vs. 53. *Oud.*—3 *Creperis*. Brem. *corporeis*, inepte. *Elmenh.* Bened. etiam *corporeis*. Voss. *creperis*. Harlem. a manu sec. *dubiis*. e Glossa. *Oud.*—4 *Al. spectatores.*—5 *Alii diligendi*, male. Plautus *Amphitr.* Sc. 1. 'Continuo Amphitruo delegit viros primorum principes.' *Elmenh.* Stew. et Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. Scriv. Merc. Cout. *diligendi* a dilectu scilicet. Sed præstat alterum, quod est in Mss. O. præter Vulc. et Harlem. *Eligendi* Ed. Junt. Vide ad Met. lib. vii. p. 476. a. *Oud.*—6 Brem. et Flor. *diliguntur*. *Elmenhorstius*. Mss. Thuan. Florent. Voss. Brem. Cantabr. pr. cum Edd. ante Vulc. *deliguntur*. Male Vulc. e suo codice cum seqq. præter Mercer. Coutur. et Florid. reposuit *diriguntur*: in Bened. *diliguntur*. In Harlem. vacat locus. *Oud.*—7 *In Aulide desidibus*. Rom. in *A. desidentibus*. Flor. ab *A. de cædibus*. male. *Elmenh.* Cum *Aulide*. Vulgo edebatur, in *Aulide*: libri omnes nostri cum ab *Aulide de sedibus et obsessis ac tædio abnuentibus*; pro quo vulgo, *retro ventis abnuentibus*; pessime, et pejus quod alii somniabant, *Rhæteo*. Tædio longæ moræ abnuent navigationem Græci. Dictys lib. ii. 'tædione, an recordatione suorum domitionem cupiebant.' Ab *Aulide* scriptum male repetitione prioris syllabæ. Merc. Ab *Aulide* bene reposuere Merc. Cout. ac Florid. quibus consentiunt etiam Cantabr. pr. Voss. et Harlem. in quibus est cum ab *A. des*. Florent. quoque et Bened. ac Mercer. omnes ab *Aulide*. Vulgo in *Aulide*: sed sine sensus dispendio cum abesse nequit. Unde istud ab inreperit statim videbimus. Ceterum *desidentibus* habent Edd. Wow. et omnes ante Vulcan. de *cædibus* Florent. *decedibus* Vulc. at Cantabr. uterque Voss. et Harlem. ac Mercer. *desedibus*: quasi a 'deses' formaretur quoque Genitivus 'desedis.' Quod notandum. *Oud.*—8 Vid. Not. Var.—9 Male abest et ab Harlem. et

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Rebus creperis*] Festus, 'creperum, dubium.' Nonius: 'crepera res proprie dicitur dubia: unde et crepusculum dicitur lux dubia, et senes decrepiti dicti in dubio vitæ constituti,' &c.

<sup>a</sup> *Nonne Ulixes cum Diomede deliguntur*] Vide Homerum, *Iliad.* K. Vulgati habent *diriguntur* male. Codex Thuanus *deliguntur*, quod amplec-

tor.

<sup>b</sup> *Enimvero cum Aulide desidibus, et obsessis, ac tædio abnuentibus, &c.*] Hæc est lectio codicis Florent. Brem. Leidens. et Thuani, quam ut germanam amplecti non dubito.

<sup>c</sup> *Aulide*] Αἰλῖς Straboni regiuncula est petrosa, et pagus Tanagræorum in Bœotia, e regione Chalcidis urbis Eubææ insulæ, cum portu quinqu-



tranquillitas maris, et clementia ventorum, per fibrarum notas,<sup>d</sup> et alitum vias, et serpentium escas<sup>1 e</sup> explorandæ;<sup>2</sup> tacent nempe mutuo duo illa sapientiæ Graiæ<sup>3</sup> summa cacumina, Ithacensis [694] et Pylus.<sup>4 f</sup> Calchas autem, longe præstabilis ariolari,<sup>5</sup> simul alites et altaria et arborem contemplatus est, actutum<sup>6 g</sup> sua divinatione et tempestates flexit, et classem deduxit, et decennium<sup>7</sup> prædixit. Non secus etiam<sup>8</sup> in Trojano exercitu, cum divinatione res indigent,<sup>9</sup>

*quillitas maris, et lenitas ventorum per indicia fibrarum, et pabula avium, atque iter anguim, silent nimirum vicissim illa duo suprema culmina prudentiæ Græcæ, Ulysses et Nestor. At vero Calchus multo peritior divinandi, statim atque consideravit aves, et aras, et arborem, illico sua ariolatione et placavit procellas, et eduxit naves in mare, et vaticinatus est decem annos. Similiter in castris Trojanis, quando opus est ariolatione, prudens ille Senatus silet, neque aut Hicetaon, aut*

//////////

Edd. Scriv. Flor. Oud.—1 Vid. Not. Var.—2 *Explorandæ essent.* Tò essent Florent. inducit. Excerpt. Bat. *E. tacent n. t.* Elnenhorstius. Addidere Scal. Elm. Scriv. *essent sine codicum auctoritate.* Mss. O. et Edd. Merc. Cout. Flor. *explorandæ: recte, scil. sunt.* Edd. priores *explorata sunt*; nisi quod Ed. Junt. habeat *explorata sunt.* Vule. *explorate T.* Oud.—3 Sic Mss. O. cum Vule. et seqq. præter unicum Benedictinum minima auctoritatis librum, qui dat *Græciæ*, ut est in Edd. prioribus, citaturque ab Acidalio ad Vellei. lib. 1. c. 4. ‘ut firmet ludicrum suum Græciæ juvenutis.’ Voss. *Græciæ.* Id.—4 Cantabr. *Phillius.* Id.—5 Voss. *arioli.* Cantabr. et Edd. ante Vulcan. *ariolus.* Sed vide ad Flor. N. 3. *Id.*—6 *Contemplatus est ictum.* In Flor. est *actum*, in Rom. et Aldo *actutum*, in Brem. *factum.* In Excerpt. Bat. *arbores contemplatus ac tum s. d.* Elmenh. Vid. Not. Var.—7 Abest et a Bened. Voss. *Oud.*—8 Harlem. Voss. Bened. Edd. Mcre. Cout. *et.* Idem.—

#### NOTÆ

ginta navium capace: in hunc portum convenerunt Græcæ naves ad bellum Trojanum profecturæ, ibique magno cum Græcorum omnium tædio, iniqua tempestate diu detentæ, donec sanguine placassent ventos, et virgine cæsa, Iphigenia nempe Agamemnonis filia.

<sup>d</sup> *Per fibrarum notas*] Præcipue jecoris.

<sup>e</sup> *Et a. vias, et s. escas [et alitum escas et serpentium vias]* Alitum escas, non quas alites ederent, sed quas ipsæ suis corporibus serpenti comedendas dederunt: ad octo illos passereulos respicit, quos una cum matre Draco in platanum ascendens devoravit in Anlide, spectantibus Græcis. Unde

Calchas novem annis duraturum bellum Trojanum, decimo vero urbem expugnatum iri est vaticinatus. Vide Homer. Iliad. B. vers. 300. et seqq. Ms. Thuan. habet: *et alitum vias, et serpentum escas*, non male. ‘Alitum viæ essent auspicium: ‘serpentum escæ,’ passerem cum matre.

<sup>f</sup> *Ithacensis et Pylus*] Ulysses Rex Ithacæ insulæ, et Nestor, de quo jam supra.

<sup>g</sup> *Et arborem c. est, actutum [et arborum contemplatus est ictum, &c.]* Thuanæ membranæ: *et factum arborum contemplatus est, ac tum sua Divinatione, &c.* optime. ‘Factus arborum,’ hic erit vidus cum aviculis.

tacet ille sapiens senatus, nec audet aliquid pronuntiare vel Hicetaon,<sup>1</sup> vel Lampo, vel Clytius:<sup>2</sup> sed omnes silentio auscultant aut ingrata auguria Heleni,<sup>3</sup> aut incredita<sup>4</sup> vaticinia Cassandræ.<sup>5</sup> Ad eundem modum Socrates<sup>5</sup> quoque, si-

*Lampus, aut Clytius præsumunt quidpiam dicere: verum cuncti tacentes audiunt vel auspicia Heleni odiosa, vel prædictiones Cassandræ nunquam creditas. Eadem*

//////////

9 Florent. Harlem. indigeret. Id.—1 *Hector*. Legit B. Pius Annotat. posteriorib. *Helenuis*. Colvius. Aldus, Rom. et Bas. *Hector vel Iambo vel Bytius*. Baptista Pius in Annot. post. cap. 193. *Helenuis vel Lampo vel Clytius*, Flor. Leid. et Brem. *Hic etiam vel Lampo vel Clytius*: unde vere eruditissimus Mercerus, *Hicetaon vel Lampus vel Clytius*. Vide Homer. *Iliad.* γ. vs. 146. *Elmenh.* *Hicetaon*. Monui ad Dictym ita restituendum, cum in libris omnibus invenissem, *hic etiam*, quod insuper habitum prioribus Criticis. *Hector* manu promptus et belli laude clarus, sed non fuit τῶν δημογερόντων, quos enumerat Hom. *Iliad.* γ. Δάμῶν τε, Κλύτιόν θ', Ἰκετάονδ' ἄρ', ὕξον Ἄρηος, Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ. Mox libri habent, *vel Iambo vel Clytias*, qui Homero Lampus et Clytius. *Merc.* Voss. etiam et Cantabr. nterque cum Vulc. cod. *hic etiam*. unde verissime emendavit Merc. hic et ad Dictyn Cret. lib. iv. c. 22. In Harlem. *hoc etiam*. Vulgo ante *Elmenh.* Ed. erat *Hector*. Sed B. Pius jam viderat ei hic locum non esse tom. i. *Thes. Crit.* p. 571. *Oud.* Vid. Not. Var.—2 Sic nominant hunc omnes Mythologi. Bene sic ergo emendant Pius, Merc. et edidere Wow. *Cont. Flor.* Mss. *Clytias* cum Edd. Vulc. Scal. vel *ditiis*. *Clytis* Ed. Elm. Sed in erratis correctum *Clytias*. *Bitius* Edd. Ald. Junt. Bas. Colv. *Binatus* Ed. Vicent. *Oud.*—3 *Auguria Helenæ*. Sic Basileensis posterior editio. i. *aug. flava*. Rom. *Fluve*: ad cuius marginem, 'Flevus id est vannus.' B. Pius nimisquam hic a veteri scriptura recedit, dum legit, *Panthoi*. Ego verum puto, *Heleni*: de quo Homerus et Virgilius. *Colv.* Aldus u. *Helenæ*: male. Vide Notas ad Arnobii lib. i. fol. 35. *Elmenh.* Male editiones antiquæ et plerique manuscriptorum *Helenæ*: alter Cujacianus solus habuit, *Heleni*, quomodo scribendum fuit etiam repugnantibus libris. *Merc.* *Heleni* optime jam ante Colv. emendaverat Brodæus, et extat in Mss. Florent. Brem. Put. Harlem. aliisque. *Helenæ* Cantabr. Vulc. ceterique et Edd. Ald. Junt. Colv. *flere* Edd. Rom. Vic. Bas. sec. *flava* Bas. pr. Inepte Pius conjecerat *Panthoi* aut *Phæbi*. De vate Heleno, Cassandræ sponso, nota omnia. *Oud.*—4 In vulgatis est, *non credita*, male. De Cassandra nota res est ex Lycophrone, Cointho Smyrnæo, et aliis. *Elmenh.* Vulc. primus dedit *incredita*. *Oud.*—5 Florent. *Socrati*. Cantabr. Voss.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Vel Hicetaon, vel Lampo [Lampus], vel Clytius* Qui quidem Senatores erant Trojani ob senectutem jam a bello cessantes, concionatores optimi: hos cicadis comparat Homerus, quæ in silva arbori insidentes vocem suam emittunt. Vide ipsum *Iliad.* Γ. vers. 146. et seqq.

<sup>i</sup> *Aut ingrata auguria Heleni* Helenus hic fuit Priami et Hecubæ filius, vaticinio pollens, cuius ingrata

vocat auguria, quoniam nihil fausti Trojanis prænuntiabant.

<sup>k</sup> *Incredita vaticinia Cassandræ* Virgil. lib. II. *Æneid.* 'Tunc etiam factis aperit Cassandra futuris Ora, Dei jussu non unquam credita Teucris.' Hæc filia quoque fuit Priami et Hecubæ: quæ, cum amanti Apollini sui corporis usuram ea lege promississet, si se futurorum scientia vaticinioque donasset; quod petierat con-

cubi locorum aliena sapientiæ officiis <sup>6</sup> consultatio ingruerat, ibi vi dæmonis præsağa regebatur, <sup>7</sup> ejus monitis sedulo <sup>8</sup> obediebat, eoque erat Deo suo <sup>9</sup> longe acceptior. Quod autem <sup>1</sup> incepta Socrati <sup>2</sup> quæpiam Dæmon ille ferme prohibitum ibat, nunquam adhortatum, <sup>m</sup> quodammodo ratio <sup>3</sup> prædicta

*ratione Socrates etiam, si quando imminebat deliberatio remota a munitis prudentiæ, tunc dirigebatur virtute vaticinatrice sui Genii. Sed parcebat diligenter ejus admonitionibus, et ideirco erat multo gratior suo Dæmoni. Cur vero ille Deus fere solebat retare quædam cepta Socratis, at nunquam eum ad ulla impellebat, ratio*

~~~~~

Harlem. *Socratis*. Id.—6 Vid. Not. Var.—7 *Vi Dæmonis præsağa regebat*. Rom. Bas. I. Excerpt. Bat. *sui d. præsağa regebat*. Veram lectionem exhibet Fulvii Ms. *vi d. præsağa regebat*. Cic. 1. de Divin. fol. 192. 'Non parvisti mihi, cum uterer qua soleo præsağitione divina.' Vide notas ad Minut. Fel. fol. 43. Chalceid. in Platonis *Timæum* p. 260. *Elmenh.* Olim ut et in Edd. Vale. Wow. edebatur *sui d. præsağa regebat*. At Edd. Scal. Elm. Merc. Scriv. *vi dæmonis præsağa regebat*: quomodo legas sane in ceteris Mss. O. nisi quod in Bened. sit *rebat*. Forsan scribendum *sui d. præsağa rogabat*, sive consulebat quasi oracula, ubi proprie adhibebant 'rogare': unde passim 'rogare Deos.' Hinc sequitur 'ejus monitis obediebat.' Alioquin Fulviani Cod. lectio omnino recipienda est, præsertim cum ri habeant Mss. O. Nam certe Socrates non regebat præsağa dæmonis, sed regebatur ab eo, et etiam aliquando prohibebatur inceptis, ut subdit Auctor. *Tò Verum ante ejus mon.* cum Mercero delere malim. *Oud.*—8 Bened. *sedulo*. Id.—9 Hoc jam emendavit e conjectura Stewechius supra, et eum plurimis Mss. in textum recepit Vulc. et seqq. Vulgo erat *de*; ut et in Florent. Voss. ac Cantabr. Var. Lect. Burm. *sui Dei præsağa*. Id.—1 Male Edd. ante Vulcan. *qui ante*: vel, *qui autem*, ut in Edd. Ald. Junt. Id.—2 Sic Mss. et Edd. præter Floridi, qui dat *Socratis* sed vide supra. Id. *Socrati\* dæmon*. Sic in Rom. cod. erat: in aliis ut locus integer hic vulgatur: quod verum non est. *Colr.* Recte Fulvii liber, *quispiam dæmonum*. in Rom. et Aldo hic lacuna est minus vocalæ. *Elmenh.* *Quæpiam dæmon ille*. Sic Mss. et Edd. Vulc. Scal. Wow. Merc. Cont. Flor. Florent. Voss. *dæmonum*. Fulv. *quispiam dæmonum ille*: unde *quispiam Dæmon ille* edidit Elm. et Scriv. Omnino male. *Quispiam incertum* quendam, at ille certum denotat: adeoque hæc jungi nequeunt. *Oud.*—3 Hoc rursus Vulcanio debemus, ut diserte extat in ipsius codice, Fulviano, Mercerianis, aliisque. Vulgo ante sine sensu legebatur *nunquam quod admonendum ratio*: ut extat quoque in 2. Cantabr. sed in marg. Cantabr. pr. est *quodammodo*. Voss. *quod admodo*. Absit etiam *adhortatum* a Mss. 2. per Lindenbrog. collatis, Voss. et Harlem. Ejecerunt hoc verbum librarii, quia non invenerunt rationem eam esse ante dictam: sed hæc ratio est illius sapientiæ, de qua jam egit Ap. et qua Socrates omnia quidem videbat, sed

#### NOTE

secuta, promissis stare noluit: qua re indignatus Apollo, cum semel concessa revocare non posset, quod unum potuit, fidem omnem ejus vaticiniis ademitt.

<sup>1</sup> *Ibi vi dæmonis præsağa regebat* [Hanc lectionem, quam germa-

nam puto, exhibet Ms. Fulvii liber: alii aliter, sed minus bene.

<sup>m</sup> *Incepta Socrati* [*Socratis*] *quæpiam Dæmon ille ferme prohibitum ibat, nunquam adhortatum*] Socrates apud Platonem in Theage, loco supra citato. Idem habet et in Apologia sua.

est.<sup>4</sup> Enim Socrates,<sup>5</sup> utpote vir apprime perfectus ex sese, et ad omnia<sup>6</sup> congruentia [695] sibi officia promptus, nullo adhortatore unquam indigebat; at vero prohibitor nonnunquam, si quibus forte conatibus ejus periculum suberat, ut monitus præcaveret, omitteret<sup>7</sup> coepta impræsentiarum, quæ<sup>8</sup> tutius vel postea<sup>9</sup> capesseret, vel alia via adoriretur. In hujusmodi rebus, vocem quamquam divinitus exortam<sup>n</sup> dicebat se audire:<sup>1</sup> ita enim est<sup>2</sup> apud

*quadamtenus allata est supra. Nam Socrates, quippe qui erat vir ex se perfectissimus et expeditus ad cuncta munia sibi convenientia, nunquam opus habebat ullo impulsore: sed aliquando opus habebat dehortatore; si forte periculum latebat sub aliquibus captis, ut admonitus sibi prospiceret, relinqueret incepta in præsens, que securius aut resumeret postmodum, aut aggrediretur alia ratione. Aiebat se audire in talibus negotiis quadam emissam cœlitus: nam sic refertur a Pla-*

periculosa fugere nesciebat, nisi cum dehortatus esset dæmon. Wower. edidit *adhortatus*: male. Ibat prohibitum, non adhortatum, i. e. prohibebat, non adhortabatur, ut clarius in seqq. se explicabit Auctor. *Id.*—4 Iterum hic interstitium in Rom. edit. *prædicta quæpiam est. . . .* Colvius. Bened. caret est. *Oud.*—5 *Enim Socr.* est disertim in tribus nostris exemplaribus: dixi supra. Mox distingue: *Ex sese ad omnia congruentia sibi officia promptus.* Item: *Omittere cepta impræsentiarum, quæ tutius vel postea capesseret.* Mercerus. Vacat locus in Edd. Rom. Vic. Bas. Mss. Florent. Voss. Cantabr. uterque et tres Mercer. cum Edd. Merc. Cont. dant simpliciter *enim.* Verissime, et Nostri more. V. Ind. Not. *Oud.*—6 Harlem. Voss. Bened. Mercer. Edd. ante Vulcan. et Merc. Cont. carent *et.* Harlem. *omnia ad.* Pro unquam mox Cantabr. *nunquam.* *Id.*—7 Edd. ante Vulcan. item Wowerii *ac omitt.* Male. Edd. Merc. Cont. *omittere.* *Id.*—8 Male Vulc. junxit *impræsentiarumque.* *Id.*—9 Excerpta Bat. *vel potius* recte. *Elmenh.* Recte Mss. fere omnes *vel postea*, et opponitur *quæpiam impræsentiarum*: quare nescio cur Vulc. e suo cod. prætulit *potius*, et Elm. e Var. Lect. Exc. Bat. quod vix intelligo. Nam si notat *melius*; hoc sequitur, 'vel alia via adoriretur.' Quare nil omnino mutandum. *Oud.*—1 *Ut Plato dicit.* Hæc verba ni superflua delet Brem. et Flor. codex. *Elmenh.* Et hic variant libri, inculcando *dixit* et *dicebat.* Vulcanii liber, ut huic tantologiæ mederetur, addiderat, *ut Plato dixit*; quod abdicant alii omnes. Mihi visum sequi alterum Cujacianum perspectæ fidei, in quo clare: *In hujusmodi rebus dixit vocem quamquam divinitus excitum audiri*; sublato posteriori *dicebat.* Mercerus. Ms. Vulc. addit *ut Plato dicit*: quomodo Vulc. ac Scal. edidere. Verum sequitur, 'Ita enim est apud Platonem.' Cantabr. tamen uterque, Voss. et Harlem. *dicit* etiam inserunt, Cujac. sec. *dixit* cum Edd. Merc. Cont. at idem cum Harlem. pro sequenti *dicebat* locum reliquit vacuum, probante Mercero, qui ibi delevit cum Contur. Non dubium mihi est, quin recte Edd. ante Vulcan. dent *duntaxat*, i. e. solummodo. V. Ind. Cantabr. autem et Voss. habent *dicebat.* Non agnoscunt *quæpiam* Merc. Cont. uti nec Cantabr. Voss. et Edd. ante Colvium. *Oud.*—2 *Est* carent Cantabr. uterque et Harlem. *Id.*—3 *Male omnia* Mss. aliquot,

## NOTE

<sup>n</sup> *Vocem quamquam divinitus exortam*] pra citatum.

Confer locum Platonis ex Theage su-

Platonem: ne quispiam arbitretur, omina<sup>3</sup> cum<sup>4</sup> vulgo loquentium captitasse.<sup>5</sup> Quippe etiam semotis arbitris,<sup>6</sup> uno cum Phædro<sup>7</sup> extra pomœrium, sub quodam arboris opacæ<sup>8</sup> umbraculo, signum illud annuntium<sup>9</sup> sensit, ne prius transcenderet Ilissi amnis<sup>p</sup> modicum fluentum,<sup>1</sup> quam increpitu indignatum Amorem recinendo placasset: <sup>2</sup> cum præterea, si omina observitaret,<sup>3</sup> aliquando eorum non-

*tone: ne quis existimet eum solitum sumere præsagia a vocibus hominum passim loquentium. Etcum scemel quoque cum esset simul cum Phædro trans pomœrium, sub tegmine cujusdam densæ arboris, nec ulli testes adessent, accepit hoc monitum, ne superaret exiguas aquas Ilissi fluminis, antequam decantata palinodia delinisset Amorem iratum sua vituperatione: cum insuper, si solitus esset captare omina,*

//////////

de more, et Edd. ante Scalig. Vidit id jam Casaubonus, et e suis codd. emendavere quoque Ursinus et Mercerus, quem adi ad Aristæn. l. i. c. 3. Casaubon. ad Apol. p. 164. Vide ad Met. l. ii. p. 155. a. *Id.*—4 Edd. Ald. Junt. cum. Pro loquentium Bened. *liquentium*. *Id.*—5 Libri omnes, *captitasse*. recte. Mox, uno cum Phædro Cujac. alter, consentiens Vulcanii codici. Ceteri, *una*, quos non sequor. *Merc.* Mss. Flor. Fulv. Voss. Harlem. Cantabr. cum Mercer. et Edd. Elm. Merc. Cout. Flor. *captitasse*. Bened. *ceptitasse*. Vulgo *captasse*. Sed frequentativum auctoribus Mss. lubens admisero; licet aliud exemplum non norim. *Oud.*—6 Rursus *arbitris* Cantabr. et Edd. Vic. Ald. Bas. Vide supra. *Id.*—7 Ita Mss. Harlem. Vulc. Cujac. sec. et Edd. Vulc. Merc. Cont. Wower. Recte. Vulgo *una*. Harlem. *Phædito*. *Id.*—8 Sic Ms. Bened. et Edd. Wower. ceteræque ex Casauboni emendatione ad Apol. p. 164. In reliquis *opaco*: ut ‘opacæ tenebræ’ Met. l. viii. p. 537. a. ubi vide. *Id.*—9 Vulgo male, *ad nuntium*. B. Ambrosius lib. i. Officior. ‘Vox hominis peccati adnuntia.’ *Colv.* Ita Bremensis, Romanus, Flor. Excerpta Bat. In Leid. et Aldo est, *ac nuncium*, male: supra: ‘Non solum auribus, verum etiam oculis signum sui dæmonis usurpasse.’ Val. Max. lib. i. cap. 7. ‘Astyages duos prænuntios somni frustra discutere temptavit.’ Vide Cicer. i. de Divinat. *Elmenh.* Bene una voce Mss. tantum non omnes et *Colv.* cum Mercero et *Elmenh.* Olim *ad nuncium*. Edd. Vulc. Scal. Wow. cum Leid. et Casaubono *ac nuncium*. *Oud.*—1 Cantabr. Voss. et Var. Lect. Leid. sive Vulc. Cod. *fluenti*, infra *fluentem*. *Id.*—2 Vid. Not. Var.—3 *Ominia observ.* Rescribe: *si omina observitaret*. et: *nimia ominum superstitione*.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> Ne quispiam [quisquam] arbitretur, omina cum vulgo loquentium captitasse] Neque etiam sternutantium. Polymnius, referente Galaxidoro, apud Plutarch. lib. cit. de Dæmonio Socratis, ait se audivisse Terpsionem Megaricum dicentem Genium Socratis fuisse sternutationem, cum ipsius, tum aliorum. Alio quidem sternutante a dextra, solitum se fuisse ad agendum conferre: sin a sinistra feret, cessasse. Ex ipsius autem

sternutationibus, eam, quæ fieret acturo aliquid, confirmasse ejus propositum: quæ vero contigisset inter agendum, inhibuisse. Sed hoc pugnat cum Platonis locis supra designatis.

<sup>p</sup> Signum illud annuntium sensit, ne prius transcenderet Ilissi amnis, &c.] In Platonis Phædro Socrates id narrat Phædrum alloquens, et palinodiam canit, quam legere ibi poteris.

nulla etiam hortamenta haberet,<sup>4</sup> ut videmus plerisque usu venire,<sup>5</sup> qui nimia ominum superstitione,<sup>6</sup> non suopte<sup>7</sup> corde, sed alterius verbo, reguntur:<sup>8</sup> ac per angiporta<sup>8</sup> reptantes, consilia ex alienis vocibus colligunt,<sup>9</sup> et, ut<sup>1</sup> ita [696] dixerim, non animo, sed auribus, cogitant.<sup>2</sup> Verum enimvero utut ista sunt,<sup>3</sup> certe qui, omnium arioli,<sup>1</sup> vocem audiunt, sæpenumero auribus suis usurpant, de qua nihil cunctentur, de qua sciant<sup>4</sup> ex ore humano profectam. At enim Socrates non vocem sibi, sed vocem quampiam,<sup>5</sup> <sup>5</sup>

*accepisset etiam ab eis aliquas exhortationes, quemadmodum cernimus sæpe contingere quamplurimis eorum, qui ob nimiam religionem omnium rerum, non diriguntur sua ipsorum mente, verum voce aliena; et errantes per vicos, sumunt consilia ex verbis aliorum, atque, ut ita dicam, non cogitant mente, sed auribus. At quoquo modo se habeant, illi profecto, qui auscultant verba divinorum, sæpissime excipiunt auribus suis vocem, de qua minime ambigunt, et quam norunt prodixisse ex ore humano. Verum Socrates non dixit simpliciter vocem se audivisse, sed quam-*

~~~~~

Wowerius. Vulgo, omnia, inepte. Vide Cic. 1. de Divinat. *Elmenh. Omnia rursus Voss. Ursin. et ceteri bene pro omnia. Ed. Wower. omnia omnia. Oud.—4 Florent. Voss. Cantabr. uterque ornamenta. Edd. ante Vulcan. opinamenta. Dein habent Bened. habere Cantabr. Voss. Harlem. Edd. Ald. Junt. Id.—5 Et videmus p. u. v. Malim: ut videmus pl. Wowerius. Mss. plerique et Edd. Vulc. Scal. Wow. Elm. Merc. Cout. et. Forsan ut et. Tum plerosque Edd. ante Vulcan. quæ etiam carent τῶ usu venire, pro quo in Cantabrigiensibus, Voss. Harlem. Edd. Merc. Cout. usu evenire. Eadem est confusio l. 1. Met. p. 15. Pric. ubi vide. Oud.—6 Nimia ominum superst. Vulgo omnium, inepte. *Elmenh.* Rursus hæc absunt Edd. ante Vulcan. invitis Mss. invia Bened. omnium male Edd. Vulc. Scal. Oud.—7 Cantabr. suopto. Edd. Vic. Bas. pr. suopte. Id.—8 Edd. ante Vulcan. qui ex angiportu contra Codd. Forte per angiportum. Nam Noster sæpius hac voce utens semper in singulari effert; et alibi 'angiportus' in masc. genere adhibet; licet sciam utrumque in usu fuisse. V. Vitruv. l. 1. c. 6. Id.—9 Brem. ceptant. *Elmenhorstius.*—1 Edd. Vic. Ald. Junt. Bas. uti. Oud.—2 Harlem. et Exc. Bat. cogitanti. . . Id.—3 Spero, quicumque locum diligenter expenderit, in meam sententiam pedibus iturum, geminatione scil. duarum vocum recte constitutum iri: utut ista sunt: deinde, quamquam sciunt. Stewechius. Sic bene reposuere Wow. Merc. Cout. et Florid. ex emendatione Stewechii. Vulgo ut: quomodo peccare solent librarii. Oud.—4 Vid. Not. Var.—5 In Fulvii libr. et Flor. est, sed ducem quempiam. In Bremens. sed dulcedinem quempiam, male. Vide Platonem in Theage et Phædro. Proclum in Excerpt-*

#### NOTE

<sup>1</sup> Non suopte corde, sed alterius verbo, reguntur] Pacuvius apud Ciceronem, lib. 1. de Divinatione: 'Nam istis, qui linguam avium intelligunt, Plusque ex alieno jecore sapiunt quam ex suo, Magis audiendum, quam auscultandum censeo.'

<sup>1</sup> Qui, omnium arioli [qui hominum ariolorum, &c.] Ms. Thuan. quod omnium arioli vocem audiunt sæpenumero auribus suis usurpatam, de qua nihil cunctentur, &c.

<sup>5</sup> Non vocem sibi, sed vocem quampiam, &c.] In Theage et Phædro, locis

dixit oblatam: quo additamento<sup>6</sup> profecto intelligas, non usitatam vocem, nec humanam significari: quæ si foret, frustra *quæpiam*, quin<sup>7</sup> potius aut, *vox*, aut certe *cujuspiam* *vox* diceretur;<sup>8</sup> ut ait illa Terentiana meretrix:

Audire vocem<sup>1</sup> visa sum modo militis.

Qui<sup>2</sup> vero vocem dicat *quampiam*<sup>1</sup> audivisse,<sup>2</sup> aut nescit,<sup>3</sup> unde ea exorta sit,<sup>4</sup> aut in ipsa aliquid addubitat, aut eam<sup>5</sup> quiddam insolitum et arcanum<sup>6</sup> demonstrat habuisse, ita ut Socrates eam, quam sibi ac divinitus<sup>7</sup> editam tempestive aiebat.<sup>8</sup> Quod equidem arbitror non modo auribus

*dam vocem sibi objectam a Deo. Qua additione certe cognoscendum est non designari vocem solitam, neque humanam: quia si esset talis, necnecquam diceretur quædam, sed potius vel vox solum, vel sane vox cujusdam; quemadmodum dicit illa meretrix apud Terentium: Modo mihi visa sum audire vocem militis. At ille qui ait se audivisse quandam vocem, vel ignorat ex quo loco illa profecta sit, vel ambigit aliquo modo de ea, vel ostendit in ipsa fuisse aliquid inusitatum et secretum, quemadmodum Socrates in ea, quam dicebat sibi oblatam opportune et Dei beneficio. Et certe existimo eum non tantum percepisse auribus indicia sui Dei, sed et oculis*

tis de anima et dæmone, pag. 208. *Elmenh.* Primo en pro non in Bened. Pro vocem est duces etiam in Voss. et Cantabr. ntroque. duces vel vocem Harlem. dixit quamp. Edd. ante Vulcan. divinitus abest a Mss. cunctis et Edd. Vulc. Scal. Wow. Merc. Cout. Reetissime. Hic enim ea vox locum non habet, quæ statim sequitur. Socrates non dicebat sibi divinitus vocem oblatam. Sed dicebat sibi vocem quampiam esse oblatam, scil. non humanam: unde concludebat eam esse divinam. Ond.—6 Cantabr. *abdntio.* Mox Bened. *visitatum.* Id.—7 Edd. ante Vulcan. *cur non.* Id.—8 *Potius aut certe cujuspiam vox d.* Emendare quidam conatus, aut vox, aut certe: crus fregit, qui gulam sanare voluit: poscit sententia hanc, aut non absimilem correctionem, cur non potius aut uxoris, aut servi cujuspiam vox diceretur? Terentii versum ex hoc Plantino Cistell. adumbratum video: 'Audire vocem visa sum ante aedes modo Mei Lampadisci servi.' *Stewech.* Aut vox. Sic Ven. Ald. Rom. edit. aut ros: Bas. 1. aut uxor. Colvius. Ridicule Bas. pr. atque inde ineptius Stewech. Auctor inuuit, simpliciter aliquin dicendum fuisse vox, vel saltem vox cujuspiam, non quæpiam. Ond.—9 Edd. ante Vulcan. *quid.* Id.—1 *Dicat se quampiam.* Edd. ante Vulcan. *quampiam dicat sine se.* ut et Scal. ac Wow. in quibus dicit: sed contra Mss. plurimos. At se quampiam absumt a Florent. Harlem. Voss. Cantabr. ntroque: quare se saltem delendum cum Merc. Cout. Id.—2 Cantabr. uterque, Harlem. Edd. Merc. Cont. *audisse.* Id.—3 Bened. Harlem. carent τῶ aut.—4 Cantabr. uterque cum editis ante Vulcan. carent ea. Vulc. Scal. Wow. *ea orta sit.* Sed Mss. reliqui cum Elmenh. &c. *ea exorta s.* Id.—5 Bened. *aut dub. a. c.* Harlem. *addub. antea.* Id.—6 *Et arcanum.* Carent Cantabr. et Edd. ante Vulcan. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Male delet Vulc. τῶ

## NOTE

supra citatis. Vide Proclum in excerptis de Anima et Dæmone.

<sup>1</sup> Audire vocem, &c.] Ex Eunuchio Terentii III. 2. 1. est hic versus.

<sup>2</sup> Quam sibi ac divinitus editam tem-

pestive aiebat] Transpone vocem tempestive, et lege quam sibi tempestive ac divinitus editam aiebat, sensus erit clarior.

eum,<sup>8</sup> verum etiam oculis signa<sup>9</sup> dæmonis sui usurpasse.<sup>w</sup> Nam frequentius non vocem,<sup>1</sup> sed signum divinum sibi<sup>2</sup> oblatum præ se [697] ferebat. Id signum potest et<sup>3</sup> ipsius dæmonis species fuisse, quam solus Socrates<sup>4</sup> cerneret, ita ut Homericus Achilles Minervam. Credo, plerosque vestrum hoc, quod modo dixi,<sup>5</sup> cunctantius<sup>6</sup> credere, et impendio mirari, formam dæmonis Socrati visitatam.<sup>7</sup> At enim Pythagoricos mirari oppido solitos,<sup>8</sup> si quis se negaret<sup>9</sup> <sup>x</sup> unquam vidisse dæmonem, satis, ut reor, idoneus auctor est Aristoteles. Quod si cuivis potest evenire facultas contemplandi divinam<sup>1</sup> effigiem, cur non apprime potu-

*quoque. Sæpius enim ostendebat non vocem, sed indicium divinum sibi fuisse exhibitum. Illud indicium potest etiam fuisse simulacrum ipsius Dei, quod solus Socrates conspiceret, sicut Achilles Palladem apud Homerum. Existimo maximam partem vestrum difficilius sibi persuadere quod mox dixi, ac summo opere admirari simulacrum Dæmonis, quod Socrates solebat videre. Verum Aristoteles est auctor sat fide dignus, ut arbitror, Pythagoricos consuevisse impense mirari, si aliquis diceret se nunquam conspexisse Dæmonem. Quod si potest obtingere cuiquam copia intuendæ imaginis divinæ, quare non potuerit præcipue accipere Socrati, quem Ma-*

//////////

*eum.* Edd. Ven. Ald. Junt. *verum etiam eum.* Oud.—9 Sic Florent. Fulv. Voss. Cantabr. uterque, Harlem. Mercer. cum Edd. Wow. &c. Antea *signum.* Id.—1 Libri tres optimi, *non præ vocem: quartus, non per vocem:* quod quid sibi velit non capio. Signi Socratis habes exempla in Theage. Merc. Florent. Cantabr. uterque, Harlem. *non p. vocem, Bat. non p. vocem.* Latet quid. An non *quampiam vocem?* Oud.—2 Harl. *sibi divinum.* Id.—3 Edd. ante Vulcan. poterat: et *Dæmonis* deest Edd. ante Vulcan. pro *fuisse* Harlem. et Edd. eadem *habuisse.* Id.—4 *Solus* abest Bened. in quo est *Socrati.* Mox pro *vestrum* Harlem. *nostr.* Id.—5 Florent. *quod commodo d.* Elmenhorstius. Accedit Voss. An *commodum?* Zoo *even.* Vide ad Met. l. i. p. 27. b. Exulat a Bened. Oud.—6 Edd. Vic. Ald. Junt. *contantius.* Bas. pr. Colv. *contantius.* Vide ad Flor. N. 18. Id.—7 Ald. *usitatam.* Colvius. Item Junt. cum Mss. 2. Lindenbrog. et Harlem. Male, ut sæpe supra. Oud.—8 Harlem. *sol. opp.* Bened. *apido.* Id.—9 Edd. ante Vulcan. contra Mss. *denegaret.* Iisdem deest mox *satis.* Id.—1 Bened. *dignamque.* Statim *potuit* Har-

#### NOTÆ

<sup>w</sup> Non modo auribus eum, verum etiam oculis signa dæmonis sui usurpasse] Plutarch. libro *περὶ τοῦ Σωκράτους Δαιμονίου.* Socratem Genium suum neque oculis neque auribus usurpasse ait, sed valde probabile esse ejus monita neque visum fuisse, neque sonum, sed vocem sine sono, quæ ipsum intellectum eo quod signi-

ficabat attingeret. Sicut in somniis quoque vox non est, sed orationum quarundam voces concipientes putant se loquentes audire.

<sup>x</sup> *Pythagoricos mirari oppido solitos, si quis se negaret, &c.]* Idem scribit Plutarch. in libello *περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων.*



erit Socrati obtingere, quem cuius amplissimo<sup>2</sup> numini sapientiæ dignitas coæquarat?<sup>3</sup> Nihil enim est<sup>4</sup> Deo similium et gratius, quam vir animo perfecte<sup>5</sup> bonus, qui tam<sup>6</sup> hominibus ceteris antecellit, quam ipse a Diis immortalibus distat. Quin potius nos quoque Socratis exemplo et commemoratione erigimur? ac nos secundo studio philosophiæ parisi,<sup>7</sup> similium numinum caventes<sup>8</sup> permittimus?<sup>9</sup> de quo quidem<sup>9</sup> nescio qua ratione dirapimur.<sup>1</sup> Et nihil æque miror,<sup>2</sup> quam cum omnes et cupiant<sup>2</sup> optime vivere, et sciant non alia re<sup>3</sup> quam animo vivi, nec fieri posse quin, ut optime vivas,<sup>4</sup> animus colendus<sup>3</sup> sit; tamen

*jestas suæ Sapientiæ scerati similem cuiuslibet perfectissimo Deo? Nam nihil est similium neque acceptius Deo, quam homo mente omnino probus: qui æque superat reliquos homines, ac ipse superatur a Diis immortalibus. Quare nos non extollimur potius exemplo, et mentione Socratis? et nos tradimus felici studio similis Philosophiæ, observantes ejusmodi Deos? a quo quidem studio non video qua de causa distrahamur: nec quicquam adeo demiror, quam quod cuncti, cum optent beatissime vivere, et noverint non alio pacto vivi quam mente, neque fieri posse quin mens exco-*

//////////

lem. Bene. τῶ obtingere carent Edd. ante Vulcan. contra Mss. Id.—2 Brem. amplifico. Elmenhorstius.—3 Cantabr. pr. Edd. Vulc. Scal. coæquaret. Oud.—4 Edd. Vic. Bas. pr. Colv. Est enim. Id.—5 Bened. perfecto. Id.—6 Exulat a Cantabr. Voss. Bat. Edd. Vulc. Scal. Minus bene. Id.—7 Vid. Not.

Var.—8 Al. canentes prom.—9 Cantabr. pr. quid di. Bened. q. Oud.—1 Florent. Dei rapimur. Brem. Diis rapimur. Ald. et Rom. dirapimur. Elmenhorstius. Bened. Voss. Harlem. Vulc. Dei rapimur. Edd. ante Vulcan. dirapimur. Sed vide Ind. Not. in 'dinoscere.' Oud.—2 Vid. Not. Var.—3 Non alia re, &c. posse. Leid. non aliena re. Elmenhorstius. Carent Edd. ante Vulcan. qui dedit vivi quam animo e Sarisb. contra Mss. ordinem. Visi animo Florent. Oud.—4 Ita recte alter Cujacianus: male ceteri, quia optime vivas; quin si optime vivas. Mercerus. Ita recte emendat Colv. e Sarisb. et revocarunt Merc. et Flor. quorum codicibus accedunt duo Lindenbr. Bened. et Harlem. Vide Bondam. Spec. Anim. p. 60. In Edd. Vulc. Wow. pro ut est si, quomodo legas in Cantabr. A Leid. abest ut. Elmenh. et Scriv. ediderunt quin optime vivas nisi sine sensu. In Edd. vett. quantum vi-

#### NOTÆ

<sup>7</sup> Ac nos secundo studio philosophiæ parisi, similium numinum caventes permittimus] Hanc germanam lectionem esse censet Scioppins, et 'caventes similium Numinum' dicit eos, qui veriti conscientiam Genii sui, Philosophiæ studiis sese dedunt, utpote quæ sit virtutum indagatrix, expultrixque vitiorum.

<sup>2</sup> Et nihil æque miror, &c.] Hæc et sequentia laudantur a Joan. Salisberienensi, in Polycratico; unde emendata sunt a Colvio, quæ prius corrupta erant in vulgatis editionibus.

<sup>3</sup> Quin, ut optime vivas, animus colendus] Hæc lectio est Thuani codicis, optima. In vulgatis: quin optime vivas, nisi animus, &c. male.

animum<sup>5</sup> suum non colant. At, si qui<sup>6</sup> velit acriter cernere, oculi [698] curandi sunt, quibus cernitur: si velis perniciousiter currere, pedes curandi sunt, quibus curritur<sup>7</sup> itidem<sup>8</sup> si pugillare valide velis,<sup>9</sup> brachia vegetanda<sup>1</sup> sunt,<sup>b</sup> quibus pugillatur. Similiter in omnibus ceteris membris, sua cuique cura pro studio<sup>2</sup> est. Quod cum omnes facile perspiciant,<sup>3</sup> nequeo satis mecum reputare, et, proinde<sup>4</sup> ut res est, admirari, cur non etiam animum suum ratione excolant. Quod quidem<sup>5</sup> ratio vivendi omnibus æque necessaria est; non ratio pingendi, nec ratio psallendi;<sup>6</sup> quas

*lenda sit, ut beate vivas; nihilominus non excolant mentem. Sed, si quis cupiat perspicaciter videre, cura habenda est oculorum, quorum ope videtur: si cupius currere celeriter, cura habenda est pedum, quorum ope curritur: similiter si cupius strenue luctari, corroborandi sunt lacerti, quibus luctantur. Eadem ratione in cunctis aliis membris, curatio sua est unicuique vice studii. Quod cum universi facile videant, non possum satis recognoscere apud me, et mirari prout res meretur, quare non excolant etiam suam mentem recta ratione. Quæ quidem ars vivendi est cunctis æqualiter necessaria, non autem ars pingendi, neque ars cantandi, quas qui-*



vax. Oud.—5 Colv. e Sarisb. *tamen homines animum.* Sed contra Msstos. Mallem alioquin omnes: ut præcedit. *Id.—6 At si quis, &c.* Pariter hiulca hæc omnia ante, et ulceroosa: *At si quis v. a. c. o. c. s. q. c. itidem si pugillare, vultus vel brachia velanda sunt, quibus pugillatur.* Etiam in Margarita poetica hic locus ita legebatur, ut prius nobis e Polyeratico restitutus erat. *Colv. Bened. si quod. Voss. si quid. Cantabr. si qui.* Recte. Vide ad Met. lib. i. p. 17. a. *Oud.—7 Si velis, &c. curritur.* Hæc male absunt a Romano codice. *Elmenh. Mss. O. cum Sarisber. et Marg. Poët. hæc agnoscunt: unde bene invenit Colvius. Sic Cicero junxit lib. i. de Off. c. 30. 'velocitate ad cursum, viribus ad luctandum.' Oud.—8 Cantabr. Voss. utidem. Id.—9 Flor. et Leil. valde. Rom. et Aldus: si pugillare, vultus et brachia. Elmenhorstius. Prave Floridus contra Mss. et Edd. edidit pugillari, forsitan quia lib. vi. Met. deponentialiter occurrit 'pugillatur.' Sed utrumque in usu. Pro sequentibus male Edd. ante Colv. *vultus vel.* Florent. Leid. Voss. Cantabr. uterque, Harlem. Edd. Merc. Cont. *valde.* Sed *valide* reliqui cum Sarisber. Recfins. Ser. Samm. vs. 349. 'Ubera fecundo valide lactantia suco:?' sic lege e Mss. Voss. Reg. antiquissimis. *Al. valde, vulgo multum. Oud.—1 Edd. vett. velanda. Est qui velit validanda. Frustra. Id.—2 Bened. studiosa. Id.—3 Vulg. respiciant. Colvius. nec non Bened. et Voss. Oud.—4 Perinde. Salisb. providere. Num proinde? Colvius. Vulc. cum seqq. proinde. Vide ad Met. lib. v. p. 342. a. Voss. perinde. Oud.—5 Quæ quidem. Ms. quod quidem. Placet, ut idem fere valeat, quod siquidem, quandoquidem. Sciopp. in Symb. Vulg. quandoquidem. Colvius. Rom. et Basil. 1. quandoquidem. Fulvii, quod quidem. Vide Scioppium. Elmenh. Non male Sciopp. quod quidem. Bened. quæ quæso vivendi. Oud.—6 Abest ratio a Bened. Id.—7 Ante erat editum,**

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Brachia vegetanda sunt*] Scilicet torpore statarii laboris hebetata, cur-  
exercitatione. Sidon. Apollinaris, lib. su salubri vegetarentur.  
v. Epistolarum: 'Quantum membra

quivis bonus <sup>7</sup> vir sine ulla animi vituperatione, sine turpitudine, sine labe <sup>8</sup> contemserit. Nescio, ut <sup>9</sup> sibi Ismenias, tibiis canere; <sup>c</sup> sed non pudet me tibicinem non esse: <sup>d</sup> nescio, ut Apelles, coloribus <sup>1</sup> pingere, ut Lysippus fingere; <sup>2</sup> <sup>e</sup> sed non pudet <sup>1</sup> me non esse significem: <sup>3</sup> et idem <sup>4</sup> in ceteris artibus, <sup>5</sup> ne omnes persequar, <sup>6</sup> licet tibi nescire,

*libet vir probus spreverit absque vituperio mentis, absque probro, absque dedecore. Non valeo inflare tibiis quemadmodum Ismenias; at me minime pudet quod non sim tibicen: non possum pingere coloribus quemadmodum Apelles, neque sculperere quemadmodum Lysippus; at nequaquam me pudet quod non sim statuarius: similiterque potes idem ignorare in reliquis artibus, ne attingam singulas, neque tamen te pudet*

*quisque bonus vir.* Colvius. Edd. Colv. Wow. ut et Ms. Bened. et Sarisb. abest vir. Oud.—8 Salisb. labore. Colvius. Sic Rom. et Ald. in Florent. Leid. Brem. et Sarisber. legitur labore. Elmenhorstius. Prave quoque Voss. Bened. et Harlem. labore. ‘Labes’ est dedecus, infamia. Vide ad Met. lib. vi. p. 424. a. Oud.—9 Ante non minus mutila hæc: *Nescio ut Ismenias tibiis canere, ut Apelles pingere, ut Lysippus fingere: sed non pudet me non esse significem.* Colvius.—1 Non agnoscent Edd. ante Colv. uncisque inclisit Scriv. quasi abundans. Oud.—2 *Ut Lys. fingere.* Hæc male delet Flor. Leid. Elmenh. Hæc verba deerant a libris nostris, et optimo quoque exemplari: addita ab iis qui significum volebant dici de pictore. Ita enim libri omnes, significum. Et mox, *ne omnes persequar.* Pro *et idem*, melius esset, *itidem.* Recte primus et alter Cujacianus, *nec pudet, at enim vero*: male tertius cum vulgatis, *nec pudeat; enim vero.* Mercerus. Mercero probante, delevit Cont. uti desunt quoque in Harlem. Voss. Cantabr. utroque. Verum passim cum aliis auctoribus *Apellen* et *Lysippum* jungit Apuleius. Oud.—3 Cantabr. uterque, Vulc. Voss. Harlem. et alii. J. Sarisb. et Edd. ante Colv. ut et Merc. ac Cont. significum. Sed vide ad Met. lib. i. p. 92. b. *Id.*—4 Salisber. *Et item in cet. artib. si om. pers.* Unde scripserim, *Et item in ceteris artibus, ne omn. p.* Colvius. Bened. et *id.* Mercerus conjecit *itidem*: sed nil muto. Oud.—5 Edd. ante Colv. ut *e.* Vulc. cod. caret *artibus.* *Id.*—6 Al. *prosequar.*—

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Nescio, ut Ismenias, tibiis canere*] Ismenias ille Thebannus erat peritissimus tibicen: hujus extat dictum *ἐμοὶ καὶ ταῖς μουσαῖς.* ‘mihi et Musis’ supple *cano*: quod dictum et Augustus ad aliud transtulit, Tiberim ad exercitum proficiscentem alloquens, ut refert Sueton. in Tiberio: 11. ‘Vale, jucundissime Tiberi, et rem gere feliciter, *ἐμοὶ καὶ ταῖς μουσαῖς στρατηγῶν.*’

<sup>d</sup> *Sed non pudet me tibicinem non esse*] Huc facit quod de hoc Ismenia Plutarchus habet in Pericle: ‘*Ἀντισθενὴς ἀκούσας ὅτι σπουδαῖός ἐστιν αὐλη-*

*τῆς Ἴσμηνας, ἄλλ’ ἀνθρώπος (ἔφη) μοχθηρός. οὐ γὰρ ἂν οὕτω σπουδαῖος ἦν αὐλητῆς.* ‘Cum audisset Antisthenes Ismeniam optimum esse tibicinem, malus igitur vir est (inquit), nam non esset tam bonus tibicen.’

<sup>e</sup> *Ut Apelles pingere, ut Lysippus fingere*] De his ad Florida. Huc spectant hi Horatii versus de Alexandro, in Arte Poëtica: ‘Edicto vetuit ne quis se præter Apellem Pingeret, aut alius Lysippo duceret ara Fortis Alexandri vultum simulantia,’ &c.

<sup>f</sup> *Non [nec] pudet*] Sic Ms. Thuan: vulgata *nec pudeat.*

nec pudet. At<sup>7</sup> enimvero dic sodes, nescio bene vivere, ut Socrates, [699] ut Plato, ut Pythagoras<sup>8</sup> vixerunt; nec pudet me nescire bene vivere: nunquam hoc dicere audebis. Sed cum primis<sup>9</sup> mirandum est, quod ea, quæ minime videri volunt<sup>1</sup> nescire, discere tamen negligunt, et ejusdem artis disciplinam simul et ignorantiam detrectant.<sup>2</sup> Igitur quotidiana eorum æra dispungas;<sup>4</sup> invenies<sup>5</sup> in rationibus<sup>6</sup> multa prodige profusa, et in semet nihil: in sui dico dæmonis cultum; qui cultus nihil aliud<sup>7</sup> quam philosophiæ sacramentum est. Plane<sup>8</sup> quidem<sup>9</sup> villas opipare extruunt,<sup>1</sup> et domos ditissime exornant, et familias numerosis-

*ignorare. At dic, si audes, ignoro recte vivere sicut Socrates, sicut Plato, sicut Pythagoras vixerunt; nec me pudet quod ignorem recte vivere: nunquam sane audebis hoc dicere. Sed præcipue demirandum est, quod illa quæ nequaquam volunt credi ignorare, nihilominus non curant discere, et a se removere volunt eruditionem simul et incertitiam ejusdem artis. Ergo si expendas quotidianas eorum rationes, reperies in actis plurima consumpta profuse, et nihil in seipsis, hoc est, in cultum sui Genii; qui cultus nihil est aliud nisi Arcanum Philosophiæ. Ædificant quidem villas prorsus magnifice, et condecorant suas aedes opulentissime, atque emunt quamplurimos*



7 Sic recte Merc. e 2. Cujac. et Florid. e Thuan. quibus accedit Harlem. Verum ita jam ante ediderat Colv. et J. Sarisb. Reliqui *pudeat enim*. Ond.—8 Bened. et P. Id.—9 Sic Mss. O. et Edd. vet. cum Elm. Scriv. Flor. Male Colv. cum Vulc. Scal. Wow. Merc. Cout. hoc e Sarisb. mutavit in *inprimis*: qui potius hic erat corrigendus e Nostro: nam et illic *videri* prave omittitur. *Cum primis* ita alibi septies adhibet, cum Lucretio, Solino Ep. sec. ut est in Mss. et Ed. Salm. item c. 5. aliisque, noster Auctor. Vide Ind. Id.—1 Harlem. *velint*. Id.—2 Veteres edit. *decuritant*: posterior Basil. *decursitant*. Margarita Poët. *detrectant*. Sequendam putavimus scripturam, quæ in Salisberiensis. Colv. Aldus *decurritant*, Rom. *decuritant*, quod non capio. *Elmenh.* Prave Edd. ante Colv. *decurritant* vel *decurritant*. Ed. Junt. *decursitant*. Ond.—4 Vid. N. Var.—5 Harlem. Voss. et Edd. ante Colv. præter Aldinam, *invenias*: quod eodem redit. Sarisb. et *invenies*. Ond.—6 Sic Mss. et Sarisb. cum Edd. Vulc. et seqq. Ante deerat *τὸ in*. Mox pro *nihil* male Edd. Ald. Junt. *vel*. Id.—7 *Non aliud*. Sic rursus Mss. et Sarisb. cum Colv. Scal. Wow. Reliquæ Edd. *nihil aliud*. Bas. addit *est*. Id.—8 *Plane, &c.* Usque ad *pudendum* exulant a Florent. Platone Bened. Id.—9 Recipiendum cum Wower. e Sarisb. *quidam*. Id.—1 Ms. Fulvii: *villas, oppida extruunt*. Restituam veram lectionem Apuleio: *Plane quidam villas, ut oppida, extruunt*. Wower. Sed id statim sequi-

#### NOTÆ

§ Igitur [Si] quotidiana eorum æra dispungas] Id est, rationes, quibus continentur æra quotidie tum data tum accepta. Papinianus, De verborum significatione: 'Dispungere est conferre accepta et data.' Bremen-

sis codex, teste Elmenhorst. habet: si quotidiana eorum acta dispungas, quod mihi valde probatur: idem quippe habent membranæ Thuanæ jam a me laudatæ sæpius. 'Acta quotidiana' rationes sunt Græcis, Ἐφημερίδες.

sime comparant; sed in istis omnibus, in tanta<sup>2</sup> affluentia rerum, nihil est præterquam ipse dominus pudendum: <sup>3</sup> nec injuria; cumlata enim habent, quæ sedulo percolunt, ipsi autem horridi, <sup>4</sup> indocti, incultique <sup>5</sup> circumcunt. Igitur illa spectes, <sup>6</sup> in quæ patrimonia sua profuderunt, amœnissima et exstructissima deprehendas: <sup>7</sup> villas <sup>8</sup> æmulas urbium conditas, domus <sup>9</sup> vice templorum <sup>1</sup> exornatas, familias numerosissimas et calamistratas, <sup>2</sup> opiparam supel-

*servos; verum in his universis, et in tanta abundantia opum nihil est turpe, nisi ipse dominus. Et merito, nam habent ea, quibus ipsi egregie student, coaggerata; ipsi vero ambiunt ea hispidi, inornati, et ignari. Reperias ergo illas facies ædificiorum, in quas prodegerunt sua bona, gratissimas, optime ædificatas, et maxime condecoratas: exstructas villas, quæ cum urbibus contendant, aedes ornatas veluti fana, quamplurimos servos, cosque circumnatos, lautam supellectilem, cuncta abundantia, cuncta*

tnr. Est nihil nisi aberratio librarii, qui et pro *opiparam supellectilem* mox ridiculededit *opidorum supell.* Al. *opipere*. Sed *opipare* frequens est in Apuleio. Vid. Ind. Oud.—2 Abest in a Cantabr. Voss. Edd. Merc. Cout. Id.—3 *Nihil est indignum pr. ip. d. ædium.* Salisber. *Nihil est præterquam ipse dominus pudendum:* haud male, immo melius. Colv. *Nihil est præterquam ipse dominus pudendum.* Ita emendavi ex veteri codice, tametsi vetus lectio hoc pacto plenior videri posset; *nihil est præterquam ipse dominus ædium pudendum.* Vulcanius. Edd. vett. contra Mss. et Sarisber. *indignum præterq. ipse dom. ædium:* unde Lips. emendabat *indigum.* Oud.—4 Sarisb. *sordidi.* Elmenhorstius. Minus bene. Oud.—5 Sic Mss. et Sarisb. cum Edd. vett. A Vulcan. et seqq. est *inculti indoctique.* Id.—6 *Ædificiorum.* Ald. *ædificationum.* Salisberiensis scriptor neque hoc neque illud agnoscit. Colv. Ald. *ædificationum.* Brem. Ex. Bat. Flor. et Sarisb. expungunt *rd ædificiorum.* Elmenhorstius. *Illas spectes in quæ.* Vulgatur, *illas ædificiorum species:* sed vox *ædificiorum* abest ab omnibus libris, et *species* esse corruptum ostendit quod in iisdem, *illa, in quæ, amœnissima, exstructissima, ornatissima,* magno consensu scripta sunt: nec de ædificiis solum, sed aliis profusionibus hæc scripta esse ostendunt quæ sequuntur. Scripsi literaræ unius mutatione, *illa spectes.* Si, inquit, ea respicias in quæ patrimonia sua profundunt, deprehendas amœnissima, &c. *Mercerus. Illas ædificiorum species.* Edd. Ald. Junt. *ædificationum.* Mirum est, in Florent. Brem. Leid. Harlem. Voss. Cantabr. utroque, et Mercer. non reperiri vocem *ædificiorum;* cum tamen J. Sarisb. item Mss. Mercer. Voss. Harlem. et Edd. ante Colv. pro *in quas præbeant in quæ* Bened. qui. Immo pro *amœnissimas et exstructissimas* habent Florent. Voss. Cantabr. uterque Mercer. et Harlem. *amanissima et exstructissima.* Scio fœminino generi sæpe subjungi plurale neutrum, sed non ita, ut adjectivum alio genere, quam substantivum ponatur. Quare latere aliud quid videtur, emendandumque simpliciter cum Mercero *illa spectes, in quæ.* Oud.—7 *Et extrus-tissimas depreh.* Additur in Polyeratico, *et exstructissimas, et ornatissimas.* Colvius. Contra Mss. O. *et ornatissimas* temere e Sarisber. invexit Vulc. et seqq. retinere. Merc. et Cout. *et exornatissima.* Delenda ego censeo. Oud.—8 *Aulas.* Malim jam ex Salisb. *villas.* Colvius. Edd. vett. *aulas:* male. Oud.—9 Ita hoc loco rursus Mss. O. et Edd. Vulc. Scal. Wow. Elm. Scriv. Merc. Cout. Vide ad Met. lib. iv. p. 265. a. Al. cum Sarisber. *domos.* Id.—1 *Vicem* lego et paululo post quoque, *Tantali vicem.* Brantius. Ed. Scriv. habet *vicem:* sed sine auctoritate Mss. ac Sarisber. Vide ad Met. lib. i. p. 46. b. Oud.—2 Edd. Vic. Bas. pr. non habent *et, sed calamistratis.* Id.—

lectilem,<sup>3</sup> omnia<sup>4</sup> affluentia, omnia opulentia,<sup>5</sup> omnia ornata, præter ipsum dominum;<sup>h</sup> qui solus, Tantali vice,<sup>6</sup> i in suis divitiis inops, [700] egens,<sup>7</sup> pauper, non quidem fructum illum<sup>8</sup> fugitivum captat,<sup>9</sup> et fallacis undæ sitit,<sup>1</sup> k sed veræ beatitudinis, id est,<sup>2</sup> secundæ<sup>3</sup> vitæ<sup>1</sup> et prudentiæ fortunatissimæ esurit et sitit.<sup>4</sup> Quippe non intelligit, æque divites<sup>5</sup> spectari solere, ut equos mercamur. Neque enim

*locupletia, cuncta decorata, excepto ipso domino, qui unus adinstar Tantali in suis opibus pauper, indigus, egenus, non inhiat quidem huic fluxio fugaci, neque sitit illum vanam aquam, verum esurit et sitit veram fecitatem, hoc est, vitam et prudentiam beatissimam. Etenim non videt opulentos homines sic solitos considerari, quemadmodum emimus equos. Nam, quando mercamur equos, non spectamus pha-*

\*\*\*\*\*

3 Bened. *supellectibilem*. Id.—4 Male Edd. Scal. Elm. *omni*. Id.—5 *Omnia opulentia*. Absunt hæc a vulgatis, addita e Salisberiensis. Colv. Ita libri omnes, scilicet ab Opulens, non ab Opulentus: ut supra, 'qui fortunæ munere opulenti elatus.' Ita statim *fluentem* habes, non *fluentum*, ut in lib. de Mundo, 'illa flammiarum fluentia divino separata discidio.' Mercerus. Desunt Edd. ante Colv. ut et Edd. quibusdam J. Sarisber. *Opulenta* Harlem. Leid. Bened. *Oppitulenta* Voss. Sed *opulens* passim Nostro. Vide supra hoc libro. Oud.—6 Rursus Ed. Scriv. cum Brantio *vicem*. Id.—7 Harlem. *suis d. i. egenus*. deleto in. Id.—8 *Fluentum illum*. In eodem Salisb. *fluentem illum*. Colvius. Rom. et Bas. *fluentum*. Exc. Bat. *flagitium*, inepte. Elmenhorstius. Mss. O. Sarisb. et Edd. Vulc. Scal. Merc. Cout. *fluentem*, sed alibi Noster *fluentum* ut supra cum reliquis. Vide ad Met. lib. vi. p. 121. Pric. In Bened. est *flue nullum f.* Male *illum* dant Edd. ante Vulcan. In Harlem. et Leidl. mire exaratur *fl. illum flagitium fugit*. Vide mox. Oud. V. Cl. Lennepius me monuit legendum esse *non quidem fructum illum*: ut habet *esurit*, quo referatur: quam quidem conjecturam adeo veram puto, ut audacter eam recipere non dubitaverim. J. Bosscha.—9 Bened. *capte*. Oud.—1 Al. *sitim*. Vid. Not. Var.—2 Edd. Vic. Bas. pr. Junt. Colv. et. Ald. et in. Male. Vide ad Met. lib. i. p. 42. b. Oud.—3 Al. *sincera*.—4 Sarisb. *sitit et esurit*. melius. Oud.—5 Ita Mss. et Sarisb. Aute Vulcan. *edebatur homines æque*. Id.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Omnia ornata, præter ipsum dominum*] Talis erat dives ille in quem spuit Diogenes, causatus, præter ipsum, nihil se in ejus ædibus sordidi loci reperire quo possit spuere: rem narrat Galenus, in Exhortatione ad artes.

<sup>1</sup> *Tantali vice*] Horatius, Satira I. lib. i. 'Tantalus a labris sitiens fugientia captat Flumina,' &c. Ad quem locum respexisse videtur Noster, cum dicit, 'non quidem fluentum illum fugitivum captat:' ubi<sup>2</sup> etiam

obiter observa *illum* neutro genere pro *illud*, nisi mendum subsit.

<sup>k</sup> *Et fallacis undæ sitit, &c.*] Sic lege, non *sitim*, quod est in vulgatis. Hanc emendationem eidem ignotæ manni debeo, de qua jam supra. 'Sitio' et 'esurio' cum geutivo, phrasis Græca est.

<sup>1</sup> *Id est, secundæ vitæ*] An alterius vitæ? an potius fanstæ ac fortunatæ? Porro lectio hæc est Joan. Salisb. Romana editio habet, fortasse melius, *sincera vitæ*.



The first of these is the fact that the  
 population of the country is increasing  
 rapidly, and that the demand for  
 land is consequently increasing  
 also. This is a fact which is  
 well known to all who are  
 conversant with the subject.

The second of these is the fact that  
 the land is being sold at a  
 high price, and that the  
 demand for it is consequently  
 increasing also. This is a fact  
 which is well known to all who  
 are conversant with the subject.

The third of these is the fact that  
 the land is being sold at a  
 high price, and that the  
 demand for it is consequently  
 increasing also. This is a fact  
 which is well known to all who  
 are conversant with the subject.

The fourth of these is the fact that  
 the land is being sold at a  
 high price, and that the  
 demand for it is consequently  
 increasing also. This is a fact  
 which is well known to all who  
 are conversant with the subject.

THE  
 LAND  
 MARKET  
 IN  
 1872







UNIVERSITY OF



UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 404 785 8

University Of California, Los Angeles



L 007 625 443 2

SOUTHERN BRANCH  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
LIBRARY  
LOS ANGELES, CALIF.

